EURIPIDIS

OPERA OMNIA.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ἍΠΑΝΤΑ.

EURIPIDIS

OPERA OMNIA;

EX EDITIONIBUS PRÆSTANTISSIMIS

FIDELITER RECUSA;

[tota fere Musgraviana]

LATINA INTERPRETATIONE, SCHOLIIS ANTIQUIS,

ET

ERUDITORUM OBSERVATIONIBUS,

ILLUSTRATA:

NECNON

INDICIBUS OMNIGENIS

INSTRUCTA.

[edited by A. & J. M. Duncan, assisted by R. H. Evans and others]

VOLUMEN QUINTUM.

GLASGUÆ:

EX PRELO ACADEMICO,

CURA ET TYPIS ANDREÆ ET JOANNIS M. DUNCAN;

IMPENSIS RICARDI PRIESTLEY,

LONDINI.

1821.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Ἡ ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

ὙΠΟΘΕΣΙΣ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑΣ ΤΗΣ ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

ARGUMENTUM BECKII.

Ὀρέστης, κατὰ χρησμὸν ἐλθὼν εἰς Ταύρους τῆς Σκυθίας μετὰ Πυλάδου, παρακινηθεὶς, τὸ παρ' αὐτοῖς τιμώμενον τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον ὑφελέσθαι προῃρεῖτο. προελθὼν δ' ἀπὸ τῆς νεὼς, καὶ φανεὶς ὑπὸ τῶν ἐντοπίων, ἅμα τῷ φίλῳ συλληφθεὶς, ἀνήχθη εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ὅπως αὐτῇ σφάγιον γένωνται κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς ἐθισμόν. τοὺς γὰρ καταπλεύσαντας ξένους ἀπέσφαττον. Ἐνταῦθα δὲ ἀναγνωρισμοῦ γινομένου, εἰς κοινὸν συνεβούλευσαν οἵ τε περὶ Ὀρέστην καὶ Πυλάδην ἅμα καὶ Ἰφιγένειαν, ὥστε τὸ τελευταῖον τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον σὺν ἀδελφῇ, τῇ Ἰφιγενείᾳ, ἀφαρπάσαντα Ὀρέστην καὶ τὴν ναῦν ἀναβάντα οἴκαδε ἀπιέναι.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ Δράματος ὑπόκειται ἐν Ταύροις τῆς Σκυθίας. ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἑλληνίδων γυναικῶν, θεραπαινίδων τῆς Ἰφιγενείας.

ORESTES oraculo jussus, veniens in Tauros Scythiæ cum Pylade, insania commotus furtim auferre simulacrum Dianæ, quod apud eos colitur, instituit. Progressus autem ex navi, conspectus est ab incolis, et captus una cum Pylade adducebatur ad templum Dianæ, ut illi mactarentur, prout ipsorum erat consuetudo; ut eo navigantes hospites occiderent. Ibi vero mutua agnitione facta, simul consultabant Orestes, Pylades et Iphigenia; adeo ut tandem sacram Dianæ imaginem una cum sorore Iphigenia Orestes abripiens, nave conscensa, domum abierit.

Scena Fabulæ fingitur in Tauris Scythiæ. Chorus constat ex Græcis mulieribus, ancillis Iphigeniæ.

ʽΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑΣ ΤΗΣ ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

ARGUMENTUM MARKLANDI.

ʼΟΡΕΣΤΗΣ κατὰ χρησμὸν ἐλθὼν εἰς Ταύρους τῆς Σκυθίας μετὰ Πυλάδου, παρακινηθεὶς, τὸ παρʼ αὐτοῖς τιμώμενον τῆς ʼΑρτέμιδος ξόανον ὑφελέσθαι προῄρειτο. Προελθὼν δʼ ἀπὸ τῆς νεὼς, καὶ φανεὶς ὑπὸ τῶν ἐντοπίων, ἅμα τῷ φίλῳ συλληφθεὶς, ἀνήχθη κατὰ τὸν παρʼ αὐτοῖς ἐθισμον, ὅπως τοῦ τῆς ʼΑρτέμιδος ἱεροῦ σφάγιον γένωνται· τοὺς γὰρ καταπλεύσαντας ξένους ἀπέσφαττον. ʽΗ μὲν σκηνὴ τοῦ Δράματος ὑπόκειται ἐν Ταύροις τῆς Σκυθίας. ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ʽΕλληνίδων γυναικῶν, θεραπαινίδων τῆς ʼΙφιγενείας.

ORESTES oraculo jussus, veniens in Tauros Scythiæ cum Pylade, insania commotus, furtim auferre simulachrum Dianæ, quod apud eos colitur, instituit. Progressus autem ex navi et conspectus ab incolis, et captus una cum amico Pylade, adducti sunt ad templum Dianæ, ut ibi mactarentur, prout ipsorum erat consuetudo, ut eo navigantes hospites occiderent. Scena Fabulæ fingitur in Tauris Scythiæ. Chorus constat ex Græcis mulieribus, ancillis Iphigeniæ.

L. 1. ἐλθὼν deest MS. Victor. *Seidl.*

2. παραγενόμενος pro παρακινηθείς, MS. Victor. *Seidl.*

3. φανεὶς] Post hanc vocem recte interpungit Aldus, quod in quibusdam editionibus fit post ἐντοπίων, unde nata est prava interpretatio: *conspectus ab incolis.*

ἐγχωρίων pro ἐντοπίων, MS. Victor. *Seidl.*

4. ἀνήχθη — ὅπως γένωνται.] Vel, ἀνήχθησαν, quod historia; vel, ἀνήχθη—ὅπως γένηται, quod lingua postulat: nisi adhibeatur syllepsis, et voces, ἅμα τῷ φίλῳ ponantur post verbum ἀνήχθη. *Markl.*

Fallitur Marklandus. ʼΑνήχθησαν poterat quidem dicere, sed hoc ipsum, quum proxime præcederet participium singularis, etiam fuisset insolentius. Γένωνται autem dixit, non γένηται, ne repetere cogeretur verba ἅμα τῷ φίλῳ, quæ ut nimis remota utrum ad hoc quoque verbum intelligi debeant, poterat ambiguum esse. Nec magis transpositione opus est. Nam si moris erat, ut hospites Dianæ immolarentur, moris etiam esse debebat, ut, quo fieri hoc posset, ad templum isti adducerentur. Barnesius, non monito lectore, hæc ita mutavit: ἀνήχθη εἰς τὸ τῆς ʼΑρτέμιδος ἱερὸν, ὅπως αὐτῇ σφάγιον γένωνται κατὰ τὸν παρʼ αὐτοῖς ἐθισμόν. *Seidl.*

5. Post ἀπέσφαττον, multa videntur excidisse. *Markl.*

ἀπέσφαττον.] Post hoc verbum jure Marklandus suspicatur plura excidisse. Barnesius, prouti solet, lacunam οἴκοθεν explevit. *Scidl.*

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.	IPHIGENIA.
ΟΡΕΣΤΗΣ.	ORESTES.
ΠΥΛΑΔΗΣ.	PYLADES.
ΧΟΡΟΣ.	CHORUS.
ΒΟΥΚΟΛΟΣ.	PASTOR.
ΘΟΑΣ.	THOAS.
ΑΓΓΕΛΟΣ.	NUNCIUS.
ΑΘΗΝΑ.	MINERVA.
Προλογίζει δὲ ἡ Ἰφιγένεια.	Prologum autem agit Iphigenia.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Ἡ ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.*

ARGUMENTUM ACTUS PRIMI.

Iphigenia, Prologum agens, genus suum, casum, præsentemque conditionem exponit: somniumque refert, unde fraternæ necis ominationem auguratur. Pylades et Orestes ad Dianæ delubrum appulsi, deliberant, quomodo ex oraculi Apollinis jussu deæ imaginem auferant. Orestes de Apollinis crudelitate queritur, qua primum ad matricidium illum hortabatur, mox in furorem adactum ad varias et calamitosas fortunas subeundas impellebat; suadet igitur fugam, priusquam ad aras, juxta morem Tauricæ Gentis, rapiantur. Pyladi contra placet, ut interdiu absconditi alicubi lateant, et noctu rem potius aggrediantur; id quod non displicet Oresti. Plangit Iphigenia fratrem Orestem, quem ex insomnio conjectabat mortuum; eique inferias, una cum Choro, Græco ritu parat. Generis præterea sui fatalem calamitatem, propriamque sui ipsius fortunam deplorat, quacum ipsa puella Græca apud Barbaros et inhumanissimos Scythas conflictetur.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ΠΕΛΟΨ ὁ Ταντάλειος, εἰς Πίσαν μολὼν

IPHIGENIA.

Pelops Tantali filius, Pisam profectus

1. εἰς Πίσαν] Parum refert utrum scribatur Πίσσαν vel Πίσαν. Istud est in Codd. Gallicis et multis editionibus: huic propugnat Steph. Byzantinus, et alii. Ratio diversitatis videtur fuisse, quia nonnulli ex veteribus, Pindarus et Simonides, primam corriperent. Sed Πίσα (in Cod. Medic. Πεῖσα, Herodot. II. 7.) prima longa, obtinuit. *Markl.*

Vid. Iph. Aul. v. 1150. Et illam Fabulam, necesse est, ut prius legant, qui hanc satis velint intelligere. *Barnes.*

1. ss. Prologum cum ipsa actione hic necti ope somnii, quod commemorat, bene observat Prev. *Beck.*

Πίσαν] Aldus Πίσσαν. In Aristoph. Ran. 1232. ubi initium hujus fabulæ legimus, plerique libri habent Πίσαν, Cod.

* Citatur Stobæo Grot. Flor. iv. p. 29. v. 1201. suppresso fabulæ nomine. *Burn.*

Θοαῖσιν ἵπποις, Οἰνομάου γαμεῖ κόρην,
Ἐξ ἧς Ἀτρεὺς ἔβλαστεν· Ἀτρέως δὲ παῖς
Μενέλαος, Ἀγαμέμνων τε. τοῦδ' ἔφυν ἐγὼ,
Τῆς Τυνδαρείας θυγατρὸς Ἰφιγένεια παῖς·
Ἣν ἀμφὶ δίναις, ἃς θάμ' Εὔριπος πυκναῖς
Αὔραις ἑλίσσων, κυανέαν ἅλα στρέφει,
Ἔσφαξεν, Ἑλένης οὕνεχ', ὡς δοκεῖ, πατὴρ,

Velocibus equabus, Œnomai duxit filiam,
Ex qua Atreus natus est: Atrei vero filius
Menelaus et Agamemnon: ex hoc vero nata sum ego
Iphigenia filia Tyndaridis Clytæmnestræ,
Quam circa vortices, quos crebro Euripus densis
Auris agitans, vertit cæruleum mare,
Mactavit propter Helenam, ut putabat, pater,

Rav. Πείσαν. Πίσσαν fœdissimam mendam judicat Brunckius, neque ego scio, quomodo apte defendi possit. *Seidl.*

2. Οἰνομάου γαμεῖ κόρην,] Nempe Ἱπποδάμειαν. Hanc autem historiam, quomodo videlicet Pelops Œnomai filiam, Hippodamiam, duxerit, Eustathius refert ad Iliad. Β'. fol. 182. l. 13. etc. *Barnes.*

3. ἔβλαστεν·] Honesta et frequens metaphora a campis et seminatione ducta. Hinc ἀροτὴρ pro γενετὴρ, et ἄροσις pro μίξις, et genitale arvum apud Virgilium pro matrice. Tale illud Orest. v. 545. et 546. Πατὴρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα. Tale Phœniss. v. 18. Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ. Tale illud Theognidis: Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον, Ὃς τὴν ἀλλοτρίην βούλετ' ἄρουραν ἀροῦν. Ejusdem generis sunt βλάστημα, σπέρμα et σπορὰ, σπείρω, φύω et φυτεύω passim apud auctores; et nos in Esthera nostra v. 1216. Ἦ ῥα καὶ ἡμετέροις ἀρόει μεγάροισι Δάμαρτα. Ἀρόει, μοιχεύει, βιάζεται· μεταφορὰ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν γεωργῶν. Sophocles vero, etiam ut nos, allegoria haud usquequaque observata, in Œdipo Tyran. v. 1264.

Φοιτᾷ γὰρ ἡμᾶς ἔγχος ἐξαιτῶν πορεῖν,
Γυναῖκά τ' οὐ γυναῖκα, μητρῴαν δ' ὅπου
Κίχοι διπλῆν ἄρουραν, οὗ τε καὶ τέκνων.

Barnes.

Male edd. quædam post παῖς ponunt comma. *Seidl.*

4. Recte Schaeferus τοῦ δ'. Vulgo τοῦδ'. *Seidl.*

5. Τῆς Τυνδαρείας θυγατρὸς Ἰφιγένεια παῖς·] Malim, τῆς Τυνδαρείας παιδὸς Ἰφιγένεια παῖς. Noster Or. 368. τῆς Τυνδαρείας παιδὸς ἀνόσιον φόνον. Ita Porsonus, cum hac annotatione: Θυγατρὸς *Ald. et pauci MSS. plurimi* παιδός. Nec dubito quin sæpius παιδὸς in θυγατρὸς a librariis mutatum sit. Suspicor e. g. Euripidem scripsisse Bacch. 177. δεῖ γάρ νιν ὄντα παῖδα παιδὸς ἐξ ἐμῆς, &c. *Elmsl.*

6. πυκναῖς Αὔραις] Egregie hoc illustrat Livius, Lib. XXVIII. c. 6. *Fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus certis reciprocat, sed temere in modum venti nunc huc, nunc illuc, verso mari, velut monte præcipiti devolutus torrens, rapitur. Ita nec nocte, nec die, quies navibus datur.* *Musg.*

8. ὡς δόκει, πατὴρ,] Editt. Vett. δοκεῖ, melius, ut γαμεῖ, v. 2. τίκτει, v. 1320. Ὡς δοκεῖ connectendum est cum Ἔσφαξεν, post quam vocem idcirco posui distinctionem. *Markl.*

ἐδόκει emendat Heath. sed δοκεῖ Piers. *Beck.*

Aldus ἔσφαξ', sed jam Brubachius ἔσφαξεν, et uterque paulo post recte δοκεῖ, quod male quidam mutaverant in δόκει. Connectendum profecto est ὡς δοκεῖ cum ἔσφαξεν, sive post hanc vocem, quod facit Marklandus, distinxeris, sive non distinxeris. *Seidl.*

9. Pro πτυχαῖσιν exemplaria mendose habent πτυχαῖς, ut Ἔσφαξ' v. 8.

Ἀρτέμιδι, κλειναῖς ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος·
Ἐνταῦθα γὰρ δὴ χιλίων ναῶν στόλον
Ἑλληνικὸν ξυνήγαγ' Ἀγαμέμνων ἄναξ,
Τὸν καλλίνικον στέφανον Ἰλίου θέλων
Λαβεῖν Ἀχαιοὺς, τούς θ' ὑβρισθέντας γάμους
Ἑλένης μετελθεῖν, Μενέλεῳ χάριν φέρων·
Δεινῆς τ' ἀπλοίας, πνευμάτων τ' οὐ τυγχάνων,

Dianæ, in claræ Aulidis recessibus.
Hic enim mille navium classem
Græcam contraxit Agamemnon rex :
Ex præclara victoria partam coronam ob Ilium volens
Capere Græcos, et vi effectum connubium
Helenæ persequi, Menelao gratificans.
Et ob pelagus minime navigabile, ventosque non nactus,

pro Ἔσφαξεν. κλεινῆς Αὐλίδος præferrem κλειναῖς πτυχαῖσιν. Vid. ad Iph. Aul. 1263. Nam Αὐλὶς erat κλεινὴ potius quam πτυχαὶ ejus; et κλεινὴ est usitatum *urbium* epitheton. *Markl.*

Ἀρτέμιδι, κλειναῖς ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος·] Miror Marklandum poëtico κλειναῖς πτυχαῖσιν Αὐλίδος prætulisse pedestre κλεινῆς πτυχαῖσιν Αὐλίδος. An corrupta etiam putavit τὸ κλεινὸν πέδον Σπάρτης, Hel. 57. et κλεῖν' Ἀθηνῶν ὁρίσματα, Hippol. 1457. ? Seidler. Jure κλειναὶ appellantur Sparta et Athenæ, Aulis non item. Fortasse legendum κοίλαις ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος. Sic Αὐλίδος κοίλους μύχους, Iph. A. 1599. Dubio careret hæc conjectura, si eadem medicina sanari posset alter Euripidis locus ubi adjectivum κλεινὸς sententiam prorsus absurdam reddit. Ion. 1106. Κλειναὶ γυναῖκες, ποῦ κόρην Ἐρεχθέως | δέσποιναν εὕρω; Verba sunt enim servi ad conservas suas, Creusæ ancillas. Reiskii conjectura, Κλεινὰν, γυναῖκες, ποῦ κ. Ε. δ. ε. vix admitti potest, etiamsi Attica forma Κλεινὴν pro Dorica Κλεινὰν reponatur. Legendum videtur Φίλαι γυναῖκες. Sæpe permutari κλεινὸς et καινὸς post alios monui ad Herc. 38. * *Elmsl.*

πτυχαῖσιν] Pleræque editiones errore propagato πτυχαῖς. Aldus recte πτυχαῖσιν. Ceterum miror, Marklandum poëtico κλειναῖς πτυχαῖσιν Αὐλίδος prætulisse pedestre κλεινῆς πτυχαῖσιν Αὐλίδος. An corrupta etiam putavit τὸ κλεινὸν πέδον Σπάρτης, Hel. 57. et κλεῖν' Ἀθηνῶν ὁρίσματα, Hippol. 1457. ? Conf. etiam notam sequ. *Seidl.*

11. Ἑλληνικῶν] Codd. A. B. ελληνικον. Bene: et melius quam Ἑλληνικῶν. sic λέκτρων ἁρπαγὰς Ἑλληνικὰς, potius quam λέκτρων Ἑλληνικῶν, *Græcarum uxorum*, Iph. Aul. 1266. *Markl.*

Ἑλληνικὸν] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. ἑλληνικῶν, quod minus poëticum. *Musg.*

14. Ἑλένης μετελθεῖν,] MSS. omnes Ἑλένη. Verum puto Ἑλένην, ut sit, μετελθεῖν Ἑλένην τοὺς ὑβρισθέντας γάμους, i. e. διὰ τοὺς ὑβρισθέντας γάμους, ut Orest. 417. Ἐρίννυες μετῆλθόν σε αἷμα μητρὸς: et sic Cyclop. 279, 280. Mutatum videtur ex ignorantia constructionis. *Markl.*

Ἑλένης] Ita Aldus. Sed Codd. omnes Ἑλένη. Unde Marklandus emendat Ἑλένην, comparans Orest. 417. Ἐριννύες μετῆλθόν σε αἷμα μητρὸς, et Cyclop. 279. 280. Immo ipso hoc Cyclopis loco τῆς κακίστης οἳ μετήλθεθ' ἁρπαγὰς Ἑλένης rectius utare ad vulgatam vindicandam. Nam non magis Helenam, quam, qui eam rapuerant, erant persecuturi.

* Sophocles Œd. C. 377. ὁ δ' (ὡς καθ' ἡμᾶς ἐσθ' ὁ πληθύων λόγος) | τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγὰς, προσλαμβάνει | κῆδός τε καινὸν καὶ ξυνασπιστὰς φίλους, | ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον | τιμῇ καθέξον, ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν. Malim κῆδός τε κλεινὸν κ. ξ. φ. Noster Phœn. 710. ἤκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν, | κήδει τ' Ἀδράστου καὶ στρατῷ πεποιθότα. *Elmsl.*

Εἰς ἔμπυρ' ἦλθε, καὶ λέγει Κάλχας τάδε·
Ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας
Ἀγάμεμνον, οὐ μὴ ναῦς ἀφορμίσει χθονὸς,
Πρὶν ἂν κόρην σὴν Ἰφιγένειαν Ἄρτεμις
Λάβοι σφαγεῖσαν. ὅ τι γὰρ ἐνιαυτὸς τέκοι
Κάλλιστον, εὔξω φωσφόρῳ θύσειν θεᾷ.
Παῖδ' οὖν ἐν οἴκοις σὴ Κλυταιμνήστρα δάμαρ
Τίκτει, τὸ καλλιστεῖον εἰς ἔμ' ἀναφέρων,

Ad ignispicium ivit, et Calchas hæc *ei* dicit:
O hujus Græci exercitus imperator,
Agamemnon, ex hujus terræ portu naves non deduces,
Priusquam filiam tuam Iphigeniam Diana
Acceperit mactatam: quod enim annus pareret ille
Pulcherrimum, vovisti Luciferæ te sacrificaturum deæ.
Filiam itaque in domo tua conjunx Clytæmnestra
Peperit, ad me titulum pulcherrimi referens,

Ἑλένη μετελθεῖν, MS. Victor. *Seidl.*

15. Δεινῆς τ' ἀπλοίας,] Scil. οὔσης. Exemplaria τ'. Barnesius edidit δ'. quod verius puto. Ἀπλοίας, absolute. *Markl.*

Δεινῆς τ' ἀπλοίας,] Marklandus supplendum putat οὔσης. Mihi similis usquequaque ellipsis nondum obvia fuit. Lego:

Λίμνης τ' ἀπλοίᾳ, πνευμάτων τ' —

Et ob pelagus minime navigabile, ventosque non nactus. Λίμνη, *mare.* vid. Hec. 446. Troad. 446. *Musg.*

Δεινῆς δ' ἀπλοίας,] Aldus δεινῆς τ' ἀπλοίας. Sed δ' pro τ' Barnesius, probante Marklando, qui cum Reiskio intelligit οὔσης. Mox tamen idem addit: ἀπλοίας, *absolute.* "Posterius, inquit Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. p. 574. nihil ut subaudiatur, magis placet. Cf. Homericum νηνεμίης, Il. V. v. 523." Mihi quidem nihil horum satisfacit, sed etiam pro altero τ' repono δ', ut hic sensus sit, navigandi autem difficultatem, non ventos nactus, quasi dixerit πνευμάτων δ' οὐ τυγχάνων, δεινῆς δ' ἀπλοίας, scil. τυγχάνων. Post οὐ autem noli ponere comma, quod numeris obest. Conf. Androm. 746. χείματος ἀγρίου τυχοῦσα. Maxime autem me movet Iph. Aul. v. 88.

ἥμεσθ' ἀπλοίᾳ χρώμενοι κατ' Αὐλίδα.

Ἀπλοίας τυγχάνων idem est quod ἀπλοίᾳ χρώμενος. *Seidl.*

Versus hic, si servari debet, sic est resolvendus: οὔσης ἀπλοίας δεινῆς, καὶ οὐ τυγχάνων πνευμάτων. quia tamen durum hoc est, credo potius scripsisse poëtam: δεινῇ δ' ἀπνοίᾳ πνευμάτων ἐντυγχάνων, vel συντυγχάνων, *incidens in vehemens silentium ventorum.* Si licet dicere πνεῖ τὸ πνεῦμα, licebit quoque ἄπνοια, propriumque hoc schema poëtæ est, ut ἄπαις παίδων, Androm. 610. *Reisk.*

16. Εἰς ἔμπυρ' ἦλθε,] Heathius: "Holocausta consuluit, non ignem sacrum, ut male reddit P. Brumoy. Similem habes phrasin Androm. v. 1102. τυγχάνει δ' ἐν ἐμπύροις." Cf. Barnes. ad Hel. 746. Verum ἔμπυρα h. l. positum esse puto pro μαντικὴν, partem pro toto, quod aiunt. Ita Hel. v. 746. coll. Phœniss. 968. *Seidl.*

18. Ἀγάμεμνον, οὐ μὴ ναῦς ἀφορμίσει (Ald. ἀφορμίσῃ) χθονὸς, | πρὶν ἂν κόρην σὴν Ἰφιγένειαν Ἄρτεμις | λάβῃ (Ald. λάβοι) σφαγεῖσαν.] Male ἀφορμίσει Zimmermannus, Gaisfordius, Seidlerus, Matthiæ. Sophocles Aj. 560. οὔτοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μήτις ὑβρίσῃ. Ita recte, ni fallor, omnes edd. ante Brunckium, qui consentientibus codd. nonnullis ὑβρίσει reposuit, formam Atticis prorsus ignotam. Vide Mus. Crit. I. p. 363. Nec multo meliora es-

Ἣν χρή σε θῦσαι. καί μ' Ὀδυσσέως τέχναις
Μητρὸς παρεῖλον τ' ἐπὶ γάμοις Ἀχιλλέως.
Ἐλθοῦσα δ' Αὐλίδ' ἡ τάλαιν', ὑπὲρ πυρᾶς
Μεταρσία ληφθεῖσ', ἐκαινόμην ξίφει·
Ἀλλ' ἐξέκλεψεν, ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου
Ἄρτεμις Ἀχαιοῖς· διὰ δὲ λαμπρὸν αἰθέρα
Πέμψασά μ', εἰς τήνδ' ᾤκισεν Ταύρων χθόνα,
Οὗ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος

Quam oportet te immolare. Et Ulyssis artibus
A matre abduxerunt quasi ad nuptias Achillis.
Cumque in Aulidem venissem misera super rogum
Sublimis collocata, *jam* occidebar gladio.
Verum *me* subduxit, cervam pro me subjiciens
Diana Græcis, et per lucidum aërem
Missam me collocavit in hac terra Taurorum,
In qua terra imperat barbaris barbarus

sent ὑβρισεῖ et ἀφορμιεῖ. Frustra subjunctivum in hujusmodi locis sollicitant viri docti, ut ad Suppl. 1076. in Censura Trimestri monui. Mox recte λάβῃ Schæferus, Seidlerus, Matthiæ. Auctor hujus emendationis Matthiæ Gramm. Gr. §. 522. Necessarium esse λάβῃ monet Seidlerus. Omnes tamen infra v. 1302. Οὐ, πρίν γ' ἂν εἴποι τοὔπος (vel τοὖπος) ἑρμηνεὺς τόδε. Ubi non minus necessarium est εἴπῃ, quod scribendum primus monuit Blomfieldius ad Æschyli Prom. 795. (769. Stanl.) *Elmsl.*

Vulgo ἀφορμίσῃ. Omissum video hoc verbum in Lexicis, sed non minus probum est quam ἐξορμίζειν. *Seidl.*

ἀφορμήσῃ conjicit Reisk. *Beck.*

20. Λάβῃ] Aldus et Edd. omnes λάβοι. Unus Schaeferus λάβῃ, quod necessarium videtur. *Seidl.*

21. φωσφόρῳ θεᾷ] i. e. Dianæ, sic dictæ Callimacho Hymn. in Dian. v. 204. Diotimo in Epigrammate apud Reiskium, p. 51. *Musg.*

φωσφόρῳ θεᾷ] i. e. Dianæ, Lucinæ, Lunæ. ἢ ὅτι λαμπαδοῦχος· ἡ αὐτὴ γὰρ τῇ Ἑκάτῃ· ἢ ὅτι τοὺς μαιευομένους προάγει εἰς φῶς. Hinc Callim. Οὔπι ἄνασσ' εὐῶπι, φαεσφόρε. Aliam autem rationem alii adducunt, quare Agamemnoni irascebatur Diana, nempe quia Cervam illi sacram interfecerit; vel, ut nonnulli, quod Dianam de jaculandi peritia provocarit; ut Callim. Hym. Dian. v. 262. Μηδ' ἐλαφηβολίην, μηδ' εὐστοχίην ἐριδαίνειν· Οὐδὲ γὰρ Ἀτρείδης ὀλίγῳ ἐπεκόμπασε μισθῷ. *Barnes.*

Vid. Brunck. Analect. I. p. 250. *Seidl.*

28. Reiskius ἐξέκλεψέ μ'. Sed pronomen non necessarium, quum statim sequatur μου et brevi post πέμψασά μ'. *Seidl.*

29. διὰ δὲ λαμπρὸν αἰθέρα] Ex hoc loco corrigendus est Ovidius de Ponto, Lib. III. Eleg. 2. Quam levibus ventis sub nube per æquora vectam Creditur his Phœbe disposuisse locis. Pro *æquora* lege *æthera*, vel certe *aëra;* et sic Gregor. Bersmannus fatetur legi in MS. et libro uno. Is enim locus Ovidii ex hoc Euripidis desumitur totus. *Barnes.*

30. Ταύρων χθόνα,] Eustath. in Hom. Iliad. Β'. fol. 259. lin. 6. Ἔθνος Βόρειον οἱ Ταῦροι· καὶ Ταυρόπολις ἡ Ἄρτεμις. Taurica gens Scythiæ, una ex famosis Chersonesi, (vid. Not. ad Hecubæ, v. 8.) ubi Diana humanis victimis colebatur. Vid. Ovid. Trist. Lib. IV. Eleg. 4. et de Ponto, Lib. III. Eleg. 2. Q. Curtii. Lib. IV. Herod. Lib. IV. August. de Civit. Dei, Lib. VII. cap. 19. et 26. Antonini Liberalis Metamorph. c. 27. Vadianus, Pomponii Melæ interpres, in Melæ, Lib. II. sic scribit, citante Gaspar. Stiblino: Quod ad Tauros attinet, scribit Herodotus, Tauros omnes

Θόας, ὃς ὠκὺν πόδα τιθεὶς, ἴσον πτεροῖς,
Εἰς τοὔνομ' ἦλθε τόδε ποδωκείας χάριν.
Ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερίαν τίθησί με,
Ὅθεν νόμοισι τοῖσιν ἥδεται θεὰ
Ἄρτεμις ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον·

Thoas, qui celerem pedem ponens parem avibus,
Hoc nomen habet propter pedum celeritatem.
Templis autem in istis sacerdotem me constituit,
Ubi delectatur dea hostiis singularibus
Diana, et festis, quibus nomen tantum *est* honestum :

naufragos Iphigeniæ immolare solere, et precibus peractis, hominis caput clava ferire, corpus truncum e ripa deturbare, caput cruci suffigere. Captis vero bello caput amputant, referuntque domum, et suffixum fuste, in tecti sublimia statuunt, plerumque autem supra furnarium erigunt, ideo id agentes, quod hos totius domus custodes esse persuadeantur. *Barnes.*

32. Θόας,] De hoc vide Ovidium locis supra citatis; a θοὸς autem dici videtur, quod *celer* sonat. *Barnes.*

34. Ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερίαν τίθησί με, | ὅθεν νόμοισι τοῖσιν ἥδεται θεὰ | Ἄρτεμις ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον. | τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, τὴν θεὸν φοβουμένη.] Ita Aldus, cujus scripturam alii aliter emendare conati sunt. Canteri conjecturam, ὅθ' ἐννόμοισι τοῖσιδ', adoptarunt Barnesius, Zimmermannus, Matthiæ. Edidit Seidlerus ex emendatione Reiskii et Marklandi, ὅθ' ἐν νόμοισι, τοῖσιν ἥδεται θεὰ | Ἄρτεμις, ἑορτὴ, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον. Sensus est, interprete Reiskio, *ubi inter leges illas, quibus Diana gaudet, est festum, cujus solum nomen est pulchrum.* Sed ὅθι, *ubi*, si bene memini, apud Euripidem non legitur, nisi in melicis, ut infra vv. 1144. 1246. et in metro anapæstico, ut Tro. 779. Bacch. 1384. Omnia recte Aldus, ni fallor, nisi quod solenni errore τοῖσιν pro τοισίδ' dedit, ut infra v. 748. Explicant hoc τοισίδ' quæ mox leguntur Iphigeniæ verba, θύω γὰρ (ὄντος τοῦ νόμου καὶ πρὶν πόλει) | ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνήρ. Quod ad ὅθεν attinet, animadvertere debebant viri docti qui ὅθι reponendum censuerunt, non sequi τιμᾶται sed ἥδεται, nec Dianam in templo habitasse sed in cœlo. *Elmsl.*

ἱερίαν] Pro ἱέρειαν Ionice. Vid. Scholiasten et Notas nostras ad Orest. v. 255. *Barnes.*

35. Ὅθεν νόμοισι τοῖσιν] Scribo, Ὅθ', ἐν νόμοισι τοῖσιν, &c. *Ubi* (Ὅθι) *inter ritus, quibus delectatur Dea,* &c. τοῖσιν pro οἷς, ut sæpe. Sed νόμοισιν οἷσιν insuavem sonum edidisset. *Markl.*

Ὅθεν νόμοισι] Locus, ut vulgo legitur, omnium consensu mendosus, nec a Marklando quidem feliciter constitui videtur. Legendum forte :

Ὅθ' ἐντόμοις ἰδίοισιν ἥδεται θεὰ
Ἄρτεμις, ἑορταῖς τ', οὔνομ' αἷς καλὸν μόνον.

ἔντομα Herodoto videntur esse *victimæ profectæ,* II. 119. VII. 191. Scholiastes Apollon. Rhod. ἔντομα, τὰ σφάγια κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα. Ad Lib. I. 587. Minus igitur κυρίως Herodotus. ἑορταῖς malui potius, quam singulare ἑορτῇ, quia non stato die sacra hæc fiebant, sed incertis temporibus, quoties vir, natu Græcus, in manus barbarorum incidisset. Addit οὔνομ' αἷς καλὸν μόνον, quia ipsum ἑορτῆς nomen læta et fausta omnia Græcis complectebatur. vide omnino Plutarch. Op. Mor. p. 2020. Ed. Steph.

Ne quis vero existimet, ea tantum ἔντομα dici, quæ diis inferis, vel mortuis, offeruntur, addo et aliud exemplum ex Plut. Op. Mor. p. 518. sc. Ἐνυαλίῳ σκύλακας ἐντέμνουσι. *Musg.*

Ὅθ' ἐννόμοισι τοῖσίδ' ἥδεται θεὰ] Olim erat Ὅθεν νόμοισι τοῖσιν, etc. Sed cum ὅθεν nihil hic haberet, Canteri lectionem approbavi, præsertim quia leges et jura divini cultus ἔννομα dicuntur etiam in Aureis Carm. Pythagoræ dictis: Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας ἔννομα ῥέζων. *Barnes.*

Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, τὴν θεὸν φοβουμένη.
Θύω γὰρ, ὄντος τοῦ νόμου καὶ πρὶν πόλει,
Ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνήρ·
Κατάρχομαι μὲν, σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει
Ἄῤῥητ', ἔσωθεν τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς.

Cætera vero taceo, Deam reverita.
Immolo enim, cum mos iste et ante civitati fuerit,
Quicunque huc appulerit vir Græcus.
Auspicor quidem *sacra:* cædes vero, aliis sunt curæ,
Nefandæ intus in his templis Deæ.

Aldus ὅθεν νόμοισι τοῖσιν. Canterus conjecit ὅθ' ἐννόμοισι τοῖσιδ', eumque secutus est Barnesius. Sed pronomen τοῖσιδε, quod sciam, nunquam tali modo ponitur. cf. Soph. Philoct. 942. Erf. Nostr. Orest. 1124. Hel. 444. 488. Heracl. 146. Hercul. Fur. 496. Quare prætuli Reiskii et Marklandi emendationem. Verte: ubi inter ritus, quibus delectatur dea, festum est, cujus solum nomen est pulcrum, i. e. quod nomine tantum, non re ipsa, festum est. Cf. Æschyl. Eum. 184. οἵας ἑορτῆς ἔστ' ἀπόπτυστοι θεοῖς στέργηθρ' ἔχουσαι, de Furiis. *Seidl.*

36. ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον·] Ἑορτὴ, sc. ἐστί. vel, sine literæ unius mutatione, ἑορτή 'στ', οὔνομ' ἧς καλὸν μόνον, i. e. ἑορτή ἐστι. nam οὔνομα pro ὄνομα in iambo Sophoclis Philoct. 253. et γουνάτων pro γονάτων Noster Andromach. 284. et alibi. Οὔλυμπος pro Ὄλυμπος Aristoph. Ἱππ. v. 9. δουρύπληκτα pro δορύπληκτα; Æsch. Ἑπτ. Θήβ. 284. μούνη Sophocl. Antig. 515. et alibi. in Iambis hæc omnia. negatum enim vidi, Ionica in scenam Atticam intrare posse. Si vero Dorica, multo magis Ionica. *Markl.*

ἑορτή. *ubi*, nam veteres edd. recte habent ὅθ' (id est ὅθι) ἐν νόμοισι *inter leges illas, quibus Diana gaudet est festum, cujus solum nomen est* pulcrum. *Reisk.*

37. Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, τὴν Θεὸν φοβουμένη.] Suspectus haberi potest hic iambus, hoc loco. Nam *statim* Iphigenia dicit id quod ex metu vel reverentia deæ se *tacere* velle dixerat, Θύω γὰρ, &c. Poni potest forte post v. 41. Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ est hemistichium Æschyli, init. Agamemnonis. Quid velit Iphigenia per Τὰ ἄλλα, vid. v. 74. et 405. *Markl.*

Τὰ — ἄλλα] i. e. *modum sacri peragendi.*

Marklando, hunc versum post v. Ἄῤῥητ' ἔσωθεν — collocanti, omnino assentiendum. *Musg.*

Hunc versum transponendum esse monet Marklandus post, v. 41. approbante Musgravio. *Quid velit Iphigenia per τὰ ἄλλα*, inquit Marklandus, vid. v. 74. et 405. At ibi nihil amplius commemoratur, quam spolia hospitum ad templum fuisse suspensa, aramque deæ sanguine humano solere conspergi. Hoc cur magis Iphigenia tacere debeat, quam totum illud, cædibus humanis deam delectari, vix rationem reddideris. Immo hoc ipsum aliis hujus fabulæ locis, veluti v. 218. Iphigenia diserte declarat. Quare de transponendo versu vehementer dubito. cujus sensus vide ne hic esse possit. Dixerat Iphigenia, inter ceteros ritus, quibus Diana delectetur, festum esse minime pulcrum. Jam addit: de ceteris quidem istis ritibus loqui nolo, quod arcanum deæ cultum sacerdotem par est celare, sed de hoc solo. Atque de hoc quidem profecto exponere poterat, ut qui in vulgus erat notus, neque ad arcanum deæ cultum pertinebat. *Seidl.*

39. Conf. Herodot. IV. 103. p. 327. s. *Beck.*

40. Κατάρχομαι μὲν, σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει] Κατάρχομαι, οὐλοχύτας, τουτέστι προθύματά τινα, ὡς ἔθος ἀρχαίοις Ἕλλησιν, ἐξ οὐλῶν, ἤγουν κριθῶν, ἁλσὶ μεμιγμένων, οἱονεί τινας ἀπαρχὰς ἐπιχέω τοῖς βωμοῖς. Hinc Budæus: κατάρχεσθαι, προκατάργματα καὶ προθύματα ποιεῖσθαι. Et Lucianus de Oreste et Pylade in Taurica — Ἤδη δὲ Ἰφιγένεια κατάρχεται τούτων. Vid.

Ἃ καινὰ δ' ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα,
Λέξω πρὸς αἰθέρ', εἴ τι δὴ τόδ' ἔστ' ἄκος.
Ἔδοξ' ἐν ὕπνῳ, τῆσδ' ἀπαλλαχθεῖσα γῆς,
Οἰκεῖν ἐν Ἄργει, παρθενῶσι δ' ἐν μέσοις
Εὕδειν· χθονὸς δὲ νῶτα σεισθῆναι σάλῳ·
Φεύγειν δὲ, κἄξω στᾶσα, θριγκὸν εἰσιδεῖν
Δόμων πιτνόντα, πᾶν δ' ἐρέψιμον στέγος
Βεβλημένο πρὸς οὖδας ἐξ ἄκρων σταθμῶν.

Jam vero quæ nox præsens nova attulit visa,
Dicam ad ætherem, si quod hoc est remedium.
Videbar in somno, relicta hac terra,
Habitare Argis, et in mediis cubiculis virginalibus
Dormire: terræ autem tergum motu concuti:
Ego autem fugere, et foris stans fastigium intueri
Ædium cadere, et totam ruere contignationem
Dejectam humi ex summis postibus.

Guliel. Budæi Comment. Græc. Linguæ. *Barnes.*

41. Ἀνακτόρων θεᾶς] Ἀνάκτορον τὸ et τὰ ἀνάκτορα palatium regum; sed et templum quoque deorum notat, quia dii ἄνακτες et ἀνάκτορες, ut diximus, Iphig. Aul. v. 1481. *Barnes.*

43. Λέξω πρὸς αἰθέρ'.] Fuit ea Græcorum consuetudo; unde in Sophoclis Electra tanquam res usitata a Chrysothemide commemoratur, v. 426, 7. Male igitur nonnulli Euripidem reprehendunt, tanquam hanc somnii enarrandi rationem ex proprio ingenio fabricatus esset, ineptam haud dubie, nisi ex veterum superstitione penderet. *Musg.*

44. Schol. Æschyl. Pers. 181. laudat h. l. sed legit ἔδοξας ὕπνῳ. *Beck.*

45. παρθένοισι δ' ἐν μέσαις] Mallem παρθενῶσι δ' ἐν μέσοις, *in medio cubiculi mei.* De voce μέσος abundante vide Dorvill. ad Chariton. p. 547. Singulæ virgines videntur singulos παρθενῶνας habuisse. Iph. Aul. 1175. hac Fab. 827. *Markl.*

Bene Marklandus: παρθενῶσι δ' ἐν μέσοις. *Musg.*

παρθένοισι δ' ἐν μέσαις.] Marklandus mavult παρθενῶσι δ' ἐν μέσοις, quod placet Musgravio. Neque ego magnopere repugno. Solebant tamen regiæ virgines cœtu æqualium stipari. Vid. Phœniss. v. 1731. 1751. *Seidl.*

48. πᾶν δ' ἐρείψιμον στέγος] Imo, ἐρέψιμον, quod est per periphrasin ἡ ὀροφὴ, (unde nostrum *roof*) pars quæ domum ἐρέφει, *tegit.* unde ξύλα ἐρέψιμα apud Suidam. Alii quoque ita emendarunt. *Markl.*

ἐρέψιμον *pro* ἐρείψιμον Markl. "*Alii quoque ita emendarunt.*" Valckenærius et Ruhnkenius ad Timæum, p. 135. *Por.*

ἐρείψιμον] Reponunt viri docti ἐρέψιμον. *Musg.*

ἐρείψιμον] Primo adspectu valde probabiliter Reiskius et Marklandus ἐρέψιμον, quorum posterior citat Suid. ξύλων ἐρεψίμων. στεγάσματά ἐστι τὰ ἐρέψιμα, εἰς τὰς οἰκίας κατατεταγμένα, (f. κατατεταμένα). Adde Hesych. ἐρέψιμον· στεγάσιμον, (quam ultimam vocem Lexica ignorant) et Polluc. VII. 124. Sed nihil mutandum. Hesych. ἐρίψιμα, πτώσιμα. Ἐρίψιμα vitiose scriptum est, ut paulo ante ἐρίψαι pro ἐρεῖψαι. *Seidl.*

ἐρέψιμον *quod inservit tegendo,* ὃ ποιεῖ πρὸς ἔρεψιν, cujus usus est ut tegat. *Reisk.*

50. Μόνος δ' ἐλείφθη στῦλος (Ald. ἐλήφθη στύλος), ὡς ἔδοξέ μοι, | δόμων πατρῴων·] [Collatio Victoriana *] ἴσος ἐλείφθη pro μόνος δ' ἐλείφθη. memorabilis variatio, in qua vereor ne lateat lectio genuina. Dedisse enim poëtam puto οἶος δ' ἐλείφθη στῦλος. Vocem οἶος librarius male legerat, ut sæpe isti homines ἴσος et οἶος permutarunt, teste

* De qua vid. Seidleri Præfatio.

Μόνος δ' ἐλείφθη στῦλος, ὡς ἔδοξέ μοι,
Δόμων πατρῴων· ἐκ δ' ἐπικράνων κόμας
Ξανθὰς καθεῖναι, φθέγμα δ' ἀνθρώπου λαβεῖν.
Κἀγὼ τέχνην τήνδ', ἣν ἔχω ξενοκτόνον,
Τιμῶσ', ὕδραινον αὐτὸν, ὡς θανούμενον,
Κλάουσα. τοὔναρ δ' ὧδε συμβάλλω τόδε·
Τέθνηκ' Ὀρέστης, οὗ κατηρξάμην ἐγώ.
Στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες·

Unica vero relicta est columna, ut mihi videbatur,
Paternæ domus: ex capitulo autem comam *videbatur*
Flavam demittere, vocemque hominis accipere.
Ego vero artem, quam hic exerceo, occidentem hospites,
Colens, aqua ipsam conspergebam, ut morti destinatam,
Lamentans. Sic autem somnium interpretor hoc:
Mortuus est Orestes, cujus sacrificium auspicata sum:
Columnæ enim familiarum sunt liberi masculi:

Bastio ad Greg. Cor. p. 305. Μόνος autem explicatoris est. Seidl. *Profecto vir doctissimus hic dormitavit*, ut ipse alicubi de Marklando ait. Aut scripsit Victorius, aut scribere voluit, ἴσως ἐλείφθη. Ipsius Victorii conjectura est ἐλείφθη pro ἐλήφθη, quod in libris reperit. Similiter scripsit ἴσως ὦ τάσδε ad v. 159. ubi Aldus ὦ τάσδε, ἴσως τᾶς ad v. 217. ubi Aldus τὰς, ἴσως οἶδας ad v. 813. ubi Aldus οἶδα. *Elmsl.*

στῦλος,] Ita hic loci accentum ponimus, ob versum; στῦλος vero quoad accentum διφορεῖται: scribitur enim et στύλος, et tum brevis est prior syllaba; eodem modo ἴσος et ῖσος scribitur, pro ratione quantitatis mutato accentu. Scaliger autem necessitatem circumflexus hic vidit. *Barnes.*

στῦλος,] Ald. στύλος et infr. v. 57. στύλοι, quod alterum etiam habet Suidas v. Εὐριπίδειον. Emendavit Scaliger. Vitiose etiam Aldus ἐλήφθη.

ἴσος ἐλείφθη pro μόνος δ' ἐλείφθη, MS. Victor. Memorabilis variatio, in qua vereor ne lateat lectio genuina. Dedisse enim poëtam puto οἷος δ' ἐλείφθη στῦλος. Vocem οἷος librarius male legerat, ut sæpe isti homines ἴσος et οἷος permutarunt, teste Bastio ad Gregor. Cor. p. 345. Μόνος autem explicatoris est. Οἷος pro μόνος pariter in trimetro iambico reperies apud Nostrum Heracl. v. 743. *Seidl.*

51. ἐκ δ' ἐπικράνων κόμας Ξανθὰς καθεῖναι,] Eustath. ad Iliad. Η'. p. 582, 44. (700, 64. R.) ἐπίκρανον, ὅπερ ἐστὶ κεφαλὴ κίονος. Pindar. Strabonis X. p. 743. A. (485.) (Vid. ad Hecub. 782.) *Por.*

52. λαβεῖν.] Vel. λακεῖν. *Markl.*

καθεῖναι,] Ita recte Edd. recent. Ed. Ald. et MSS. καθεῖμαι. *Musg.*

καθεῖναι,] Ita Brodæus. Aldus καθεῖμαι.

λαβεῖν.] Marklandus: "*vel* λακεῖν." Minime.

καθεῖναι, φθέγμα, MS. Victor. *Seidl.*

54. ὕδραινον] Desideratur augmentum, quod hic abesse certe posse, alio loco pluribus demonstrabitur. Ab obliqua oratione ad rectam transit. Pari modo Atossa somnium narrat in Æschyl. Persis, v. 179. seqq. Erfurdtius volebat ὑδραίνειν, quemadmodum emendari posse jam monuerat Musgravius Exercitt. in Eur. init. qui tamen ipse huic emendationi non multum tribuit. *Seidl.*

56. κατηρξάμην] i. e. ὕδραινον, ut supra v. 54. Vide autem de hoc vocabulo ad v. 40. *Barnes.*

57. Στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες·] ἄῤῥενες Suid. v. Εὐριπίδειον. ut citat Thom. Gatakerus Advers. Misc. II. 20. p. 383. D. παῖδες εἰσὶν ἄρσενες. Stob. Grot. p. 331. *Por.*

Στύλοι γὰρ οἴκων, etc.] Astrampsychi Onirocrit. et Suidas ex eo: Στύλον κρατῶν ἔλπιζε τὴν θείαν χάριν. Est enim columna emblema *securitatis* et solidæ mansionis.

Θνήσκουσι δ' οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί.
Οὐδ' αὖ ξυνάψαι τοὔναρ εἰς φίλους ἔχω·
Στροφίῳ γὰρ οὐκ ἦν παῖς, ὅτ' ὠλλύμην ἐγώ.
Νῦν οὖν ἀδελφῷ βούλομαι δοῦναι χοὰς,
Παροῦσ' ἀπόντι· ταῦτα γὰρ δυναίμεθ' ἂν
Ξὺν προσπόλοισιν, ἃς ἔδωχ' ἡμῖν ἄναξ
Ἑλληνίδας γυναῖκας. ἀλλ' ἐξ αἰτίας

Moriuntur autem, quos lavacra mea consperserint.
Haud tamen accommodare somnium hoc ad amicos possum:
Strophio enim non erat filius, quando ego perii.
Nunc igitur fratri volo dare inferias,
Præsens absenti, hæc enim poterimus *præstare*,
Cum ancillis, quas nobis dedit rex,
Græcas mulieres; sed ob causam aliquam

Et nos de columnis philologice nuper exercebamur, sex mihi ab Ignoto quodam Ingratissimo propositis quæstionibus, quibus ego gnaviter respondebam sex totis capitibus, opera, quod ad illum inquinatissimum homuncionem spectat, plane irrita; at candido Literatorum choro aliquando forsan haud usquequaque ingrata futura. Ne vero iste perfidus tenebrio nostris laboribus instructus in publicum prodire ausit; illius operis rationem hanc prælibandam duximus. Operose itaque de his rebus agitur, videl. cap. 1. De Columnarum materia, quam variam probo, nempe ex Auro, Argento, Ære, Orichalco, Smaragdo, Onyche, Adamante, Marmore, Pyrrhopœcilo, Lapide et Lateribus, Ligno omnis generis, etc. cap. 2. De Columnarum Altitudine et Forma, ubi de Obeliscis, Pyramidibus, Cippis, etc. cap. 3. Ubi præcipue stabant, ad Altaria, in Templis, in Arcibus, in Foris, in Portubus, etc. cap. 4. Qui præcipue Auctores de Columnis locuti sunt. cap. 5. Quas ob causas erigi solebant, et quis earum usus ordinarius: *videl. Instruendi* causa; ut Historicæ, Astronomicæ et Hieroglyphicæ Columnæ, etc. Durationis, et Publicationis, Commemorationis, Honoris Vituperiique causa, Usus et Ornatus: item Religionis, etc. cap. 6. Utrum singulares, an plures simul, erigi solebant. Et hoc a nobis Στηλίτευμα illius ingratitudo poscebat, qui tot tantisque nostris studiis laboribusque, ejus (licet nec facie, nec nomine, mihi noti) causa exantlatis, et more nostro, nulla stipulatione facta, libere exhaustis, plagiarii tenebrionis instar tacite in rem suam usus est, ne gratiis quidem mihi vel ore tenus exhibitis, nec nomine agnito. *Barnes.*

58. οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί.] Ita Scal. et Canter. pro ὡς—βάλωσί με. et ita Miltonus in marg. exemplaris sui: ut et Παροῦσ' ἀπόντι Idem, pro Παροῦσα παντὶ, quemadmodum Canterus: a quo Miltonus multa videtur sumsisse, non sublegisse: privato enim usui, nullo edendi proposito, in marginem libri sui ea retulit.
Markl.

Canterus: οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί. quod procul dubio verum est. Confer v. 444, 623, et 644, 45. Sic Ovidius de Ponto, Lib. III. Ep. 2. v. 73.

Spargit aqua captos lustrali Graia Sacerdos.

Dederat Ed. Ald. ὡς ἂν χέρνιβες βάλωσί με. *Musg.*

Θνήσκουσι, &c.] Pro ὡς et βάλωσί με, οὓς et βάλωσ' ἐμαὶ scribo; sensu, Cantero, Scaligeroque simul postulantibus. *Barnes.*

Reisk. in lectione Ald. nihil mutari, præterquam ὡς in ὧν, jubet, *quorum aqua lustralis me attingit*, madefacit. V. v. 623. et 1221. *Beck.*

Canterus et Scaliger, quos recentiores secuti sunt, οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί. Ald. ὡς ἂν χέρνιβες βάλωσί με. Postremum με malui mutare in μου. Ita Noster Electr. 870.

φεῦ, οἷα δὴ 'γὼ καὶ δόμοι κεύθουσί μου.
Seidl.

Οὔπω τινὸς πάρεισιν ἐς ἔμ᾽ εἴσω δόμων,
Ἐν οἷσι ναίω, τῶνδ᾽ ἀνακτόρων θεᾶς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὅρα, φυλάσσου, μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

Ὁρῶ, σκοποῦμαι δ᾽, ὄμμα πανταχοῦ στρέφων.

Nondum accedunt ad me intra domum
In qua habito, hoc utique templum deæ Dianæ.

ORESTES.

Vide, observa, ne quis homo sit in via.

PYLADES.

Video, speculorque, controvertens oculos in omnes partes.

59. Ald. οὐ δ᾽ αὖ et τοὔναρ, quod posterius hic, ut v. 55. recepimus. Vulgo τοῦναρ. *Seidl.*

60. Στροφίῳ γὰρ οὐκ ἦν παῖς.] Prave argumentatur. Non ita, si scripsisset, Στροφίῳ γε παῖς οὐκ ἦν, &c. *Strophio saltem filius non erat*, &c. Casune, an consilio, factum hoc? Consilio, ut mihi videtur, si γὰρ erat ab Euripide. Vid. ad v. 478. et 659. *Markl.*

Στροφίῳ] Strophius rex Phocidis, pater Pyladis, filius Crisi, qui erat Phoci, qui erat Æaci, qui erat Jovis. *Barnes.*

Putat Marklandus, Euripidem, ut μισογύναιον, mulieres interdum consulto inepta loqui facere. Eodem modo infra ad v. 659. odium suum in Argivos poëtam opinatur explevisse, ut Orestem puerilia garrire faceret. At quale hoc est! Omitto virum doctissimum refutare. Nostrum locum quod attinet, Iphigenia sibimet ipsa objicit, *at fortasse hoc somnium spectat ad propinquos meos. Non est*, inquit, *de propinquis meis equidem somnium non possum explicare, nam qui solus ex propinquis meis filium habere posset, Strophius, is certe tum, quum ego perirem, nondum habebat.* Ac vere sic argumentatur, nam Menelaus neque habebat tunc filium, neque, si habuisset, ab Iphigenia curabatur. *Seidl.*

Nescio, quid sibi velit hoc de Pylade, quem Iphigenia in Tauris nosse non poterat; neque præcedit quidquam in narratione somnii huc faciens. Videtur igitur aliquid excidisse, quod ad Strophii filium pertineret. Cf. v. 493. 596. et 916. e quo colligas, in iis, quæ hic desunt, dictum fuisse de nuptiis Electræ cum Pylade. *Reisk.*

62. Παροῦσ᾽ ἀπόντι·] Ita recte Barnesius ex Canteri conjectura. Olim παροῦσα παντί. *Musg.*

ἀπόντι·] Ita cum Cantero lego pro παντί. Brodæus πάντῃ nullo bono. *Barnes.*

Παροῦσ᾽ ἀπόντι·] Ita bene Canterus. Aldus παροῦσα παντί. *Seidl.*

64. ἀλλ᾽ ἐξ αἰτίας | οὔπω τινος (Ald. τινὸς) πάρεισιν ἐς ἔμ᾽ εἴσω δόμων, | ἐν οἷσι ναίω, τῶνδ᾽ ἀνακτόρων θεᾶς.] Raro in præpositionem ἐς cadit ictus metricus, de quo Dawesius Misc. Crit. p. 189. Euripides Or. 388. Φειδόμεθ᾽. ὁ δαίμων ἐς ἐμὲ πλούσιος κακῶν. Ibid. 727. Μενέλεως κάκιστος ἐς ἐμὲ καὶ κασιγνήτην ἐμήν. Ita Porsonus, præeunte Musgravio. Aldus utrobique εἰς ἐμὲ dedit, Barnesius priore loco ἐς ἐμὲ, altero εἰς μὲ, ubi tres scripti codices εἴς με, monente Porsono. Hoc fortasse verum est. Sic noster Bacch. 794. Οἴμοι, τόδ᾽ ἤδη δόλιον εἴς με μηχανᾷ. El. 347. ἤκουσ᾽ Ὀρέστου πρός με κήρυκες λόγων. Æschylus Eum. 101. οὐδεὶς ὑπέρ μου δαιμόνων μηνίεται. Aristophanes Vesp. 1358.

ΟΡ. Πυλάδη, δοκεῖ σοι μέλαθρα ταῦτ' εἶναι θεᾶς,
Ἔνθ' Ἀργόθεν ναῦν ποντίαν ἐστείλαμεν;
ΠΥ. Ἐμοί γ', Ὀρέστα· σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών.
ΟΡ. Καὶ βωμὸς, Ἕλλην οὗ καταστάζει φόνος;
ΠΥ. Ἐξ αἱμάτων γοῦν ξάνθ' ἔχει τριχώματα.
ΟΡ. Θριγκοῖς δ' ὑπ' αὐτοῖς σκῦλ' ὁρᾷς ἠρτημένα;
ΠΥ. Τῶν κατθανόντων τἀκροθίνια ξένων.

Ore. Pylade, videturne tibi hoc esse templum deæ,
Ad quod ex Argis navem per mare direximus?
Pyl. Mihi quidem *videtur*, Orestes: tibi vero idem videri decet.
Ore. Et ara, ex qua Græcus stillat sanguis?
Pyl. Et sanguine quidem rubra habet latera.
Ore. Pinnis vero sub *templi* spolia videsne suspensa?
Pyl. Interfectorum *exuvias* hospitum.

ταῦτ' οὖν περί μου δέδοικε, μὴ διαφθαρῶ. Vide igitur an nostro loco reponendum sit εἴς μ'. *Elmsl.*

65. τινός.] Scrib. τίνος, interrogative. *Markl.*

66. Abit Iphigenia, ut famulas quærat. *Prev.*

67. μή τις ἐν στίβῳ·] Potuit scribere, μή τις ᾖ 'ν στίβῳ. sed non opus. *Markl.*

Ὅρα, φυλάσσου, μήτις ἐν στίβῳ βροτῶν.] Æschyl. Choëph. 924. Ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας. Ubi mendose φυλάξω Aldus et Turnebus. Nostro loco convenientior videtur activa forma φυλάσσειν. Legendum, ni fallor, Ὅρα, φυλάσσων μήτις ἐν στίβῳ βροτῶν. Ita noster Iph. A. 145. λεῦσσε, φυλάσσων μήτις σε λάθῃ, | τροχάλοισιν ὄχοις παραμειψαμένη, | παῖδα κομίζουσ' ἐνθάδ' ἀπήνη | Δαναῶν πρὸς ναῦς. Xenophon. Helen. V. 4, 28. τοῦ δ' ὄρθρου ἀναστὰς, ἐφύλαττε μὴ λάθῃ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐξελθών. *Elmsl.*

70. Ἔνθ' Ἀργ.—ἐστείλαμεν;] Non *ubi advenimus*, sed *quo tetendimus, ubi appellere consilium fuit. Seidl.*

73. ξάνθ' ἔχει τριχώματα.] Τρίχωμα est *capillitium:* Æsch. Sept. Theb. 672. Herodot. VII. 70. et aliis. Sed quid sunt *comæ* in templo? Lego, τριγχώματα, *parietes.* sequitur enim, Θριγκοῖς (idem quod τριγχοῖς) ὑπ' αὐτοῖς, &c. i. e. τριγχώμασι. Glossæ: τριγχὸς, *maceria.* τρίγχωσις, *maceriatio.* Idem sunt τριγχώματα et θριγχώματα. *Markl.*

τριχώματα.] Emendat Ruhnkenius meus [Epist. Crit. II. p. 159.] θριγκώματα: cui quod opponam habeo. θριγκὸς utique, teste Scholiasta, ad Orest. v. 1586. idem est, quod γεῖσσον, *suggrundium*, neque adeo aræ humilitati convenire potest. Lego igitur nulla fere mutatione τοιχώματα, *parietes, latera. Musg.*

Ἐξ αἱμ. κ. τ. λ.] Hæc verba Prev. reddidit sic: "On y voit encore des cheveux ensanglantés." Et explicandæ sententiæ causa adjecit: D'autres autels auroient pu être ensanglantés; mais les cheveux ne pouvoient appartenir qu'à des victimes humaines. Le mot Grec d'ailleurs désigne vraisemblablement un crâne couvert de sa chevelure.

Heath. quoque conjicit θριγκώματα, atque vertit *loricas. Beck.*

τροχώματα.] Libri τριχώματα. Heathius et Ruhnkenius conjiciunt θριγκώματα, quod nimis a libris recedit, Musgravius τοιχώματα, vocabulum auctoritate carens, nimisque h. l. laxum. Melius Marklandus τριγχώματα, quod τριγχὸς et θριγκὸς, τρίγχωμα et θρίγκωμα idem valeant. Sed quis credet, poëtam in proximo statim versu alia orthographia usum esse? Euripidis manum restituisse mihi videor. Etymologicum M. p. 455. 52. θριγκῷ, τῷ τροχώματι· παρὰ τὸ θρέξαι· ὁ περιτρέχων κυκλόθεν οἷον στέφανος. θριγκὸς οὖν τὸ ἀνώτατον τῆς τοῦ τοίχου οἰκοδομήσεως, καὶ ὁ ὑπὸ τὸν κλινόποδα τοῦ τοίχου τόπος· καὶ ἡ στεφάνη, &c. Hesych. τροχὸς, περιβόλαιον, τεῖχος, ubi cf. Interpp. Fortasse rectius scribitur περιβόλαιον τείχους. Apud eundem enim θριγκός· ἡ στεφάνη τοῦ τεί-

ΟΡ. Ἀλλ' ἐγκυκλοῦντ' ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών.
Ὦ Φοῖβε, ποῖ μ' αὖ τήνδ' ἐς ἄρκυν ἤγαγες
Χρήσας; ἐπειδὴ πατρὸς αἷμ' ἐτισάμην,
Μητέρα κατακτὰς, διαδοχαῖς δ' Ἐριννύων
Ἠλαυνόμεσθα, φυγάδες, ἔξεδροι χθονὸς,
Δρόμους τε πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους.
Ἐλθὼν δέ σ' ἠρώτησα, πῶς τροχηλάτου

Ore. Ergo oportet oculis in orbem circumactis bene speculari.
O Phœbe, quo me rursus in hæc retia duxisti,
Edito oraculo? postquam paternam cædem sum ultus,
Matre cæsa, tunc perpetuis vicibus Furiarum
Agitamur exules, extra sedes patriæ,
Cursusque multos flexuosos confeci.
Et veniens interrogavi te, quomodo agitantis *me*

χους, περίφραγμα, ὡς περίβολος. Emendationem Euripidis istam etiam Schaefero meo non displicuisse video in Indic. Græc. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 677. *Seidl.*

74. Θριγκοῖς δ' ὑπ' αὐτοῖς] *Sub ipsis murorum pinnis,* i. e. sublimius, quam alias fieri solet. Hanc utique emphasin habet vox αὐτοῖς, modo ab auctore sit. Sed mihi videtur manca oratio esse, et vocem desiderare, indicantem, cujus ædis sint θριγκοί. Lego igitur θριγκοῖς δ' αὐλῆς. Sic infra πρὸς σὰν αὐλὰν, v. 128. αὐλὰν θεῶν. Ion. v. 187. *Musg.*

Marklandus θριγχοῖς. Aldus et ceteræ Edd. θριγκοῖς. Ceterum nescio, quid Musgravio displiceat in voce αὐτοῖς, quam mutatam vult in αὐλῆς. *Seidl.*

75. τἀκροθίνια] Τὰ ἀκροθίνια, τὰ ἄκρα θινός τινος, ὅ ἐστι σωροῦ· καὶ τὰ λάφυρα, καὶ αἱ ἀπαρχαί. Vid. Eustath. in Hom. fol. 1862. lin. 29. *Barnes.*

Hunc versum Orestæ, sequentem Pyladæ, et 77. Orestæ iterum tribuit Reisk. *Beck.*

76. Bene Reiskius sensit, hunc versum Oresti minime convenire, quem par erat incipere ab istis ὦ Φοῖβε, etc. Atque etiam illud plurimum habet offensionis, quod v. 69. Orestes duos versus habet, qui ex poëtæ more unum tantummodo habere debebat. Hinc valde probabilis est Hermanni sententia, qui non modo personas hic confusas censet, sed etiam versum unum loco suo motum. Instituit ille colloquium sic:

Ὀρ. Ὅρα, φυλάσσου, μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν.
Πυλ. Ὁρῶ, σκοποῦμαι δ', ὄμμα πανταχοῦ στρέφων.
Ὀρ. Πυλάδη, δοκεῖ σοι μέλαθρα ταῦτ' εἶναι θεᾶς —
Πυλ. Ἐμοίγ', Ὀρέστα· σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών.
Ὀρ. Ἔνθ' Ἀργόθεν ναῦν ποντίαν ἐστείλαμεν;
Πυλ. Καὶ βωμὸς, Ἕλλην οὗ καταστάζει φόνος.
Ὀρ. Ἐξ αἱμάτων γοῦν ξάνθ' ἔχει τροχώματα.
Πυλ. Θριγκοῖς δ' ὑπ' αὐτοῖς σκῦλ' ὁρᾷς ἠρτημένα;
Ὀρ. Τῶν κατθανόντων γ' ἀκροθίνια ξένων.
Πυλ. Ἀλλ' ἐγκυκλοῦντ' ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών.
Ὀρ. Ὦ Φοῖβε, ποῖ μ' αὖ, etc.

Seidl.

78. ἐπειδὴ πατρὸς] Mallem, ἐπεὶ γὰρ: et γ' Ἐριννύων pro δ': quod (δ') constructionem turbat. *Markl.*

Vulgo post χρήσας interrogationis signum ponunt et v. seq. post κατακτὰς comma, orationem proximis adjungentes. Hoc modo constructio turbatur, quam diversis conjecturis sublevare conantur Marklandus et Musgravius. Si Aldum inspexissent viri doctissimi, vidissent, locum ab interpunctione laborare, quam vel sine Aldo non difficile erat corrigere. Nam post χρήσας Aldus comma habet, et post κατακτὰς punctum. Puncti loco interrogationis notam posuimus, nisi quis præferat notam exclamationis. *Seidl.*

79. διαδοχαῖς δ' Ἐριννύων] Recte judicat Marklandus, incommodum hoc loco esse δέ. An legendum διαδοχαῖς δὴ ἐριννύων. *Musg.*

Μανίας ἂν ἔλθοιμ' εἰς τέλος, πόνων τ' ἐμῶν,
[Οὓς ἐξεμόχθουν περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα.]
Σὺ δ' εἶπας ἐλθεῖν Ταυρικῆς μ' ὅρους χθονὸς,
Ἔνθ' Ἄρτεμις σὴ ξύγγονος βωμοὺς ἔχει,
Λαβεῖν τ' ἄγαλμα θεᾶς, ὅ φασιν ἐνθάδε
Εἰς τούσδε ναοὺς οὐρανοῦ πεσεῖν ἄπο·
Λαβόντα δ' ἢ τέχναισιν, ἢ τύχῃ τινὶ,

Furoris tandem ad finem venirem, et meorum laborum,
Quos pertuli vagabundus per Græciam.
Tu vero me jussisti venire in Tauricæ terræ fines,
Ubi Diana soror tua aram habet,
Et rapere statuam deæ, quam dicunt hic
In hoc templum de cœlo decidisse:
Captam vero sive dolo, sive casu aliquo,

διαδοχαῖς δ' Ἐριννύων Ἠλαυνόμεσθα,] Vid. Orest. Fabul. et præcipue a v. 1661. et deinceps: ubi de exsilio ejus et erroribus. *Barnes.*

81. Hes. *Κάμπειος δρόμος, οὐκ εὐθὺς, οὐχ ἁπλοῦς, ἀλλὰ καμπὰς ἔχων.* *Beck.*

84. *Οὓς ἐξεμόχθουν περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα.*] Hic iambus, iisdem omnibus verbis, legitur infra v. 1455. unde opinor huc translatus fuit: ibi enim est omnino necessarius; hic nihil agere videtur, quare uncinis eum inclusi. *Markl.*

Ferri hic eo minus hic versus potest, quod paulo ante præcessit *δρόμους τε πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους.* *Seidl.*

85. *Σὺ δ' εἶπας*] *Ἐκέλευσας. Ἔπω* pro *κελεύω.* Ita Hecub. v. 551, &c. *Ἀγαμέμνων δ' ἄναξ Εἶπεν μεθεῖναι παρθένον νεανίαις.* Idem notabis Iphig. Aul. v. 95. Vid. de hac re Pfochenii Diatrib. de Ling. Græc. N. T. Puritate, c. 79. §. 49. p. 55. *Barnes.*

εἶπας] Recte Barnesius explicat *ἐκέλευσας.* *Seidl.*

86. *Ἄρτεμις σὺ σύγγονος,* MS. Victor. *Seidl.*

87. *φασιν ἐνθάδε*] Forte *οἱ ἐνθάδε,* (scil. *ἄνθρωποι*) *incolæ:* quod scriberetur, *οἱ 'νθάδε,* ut *ἡ 'νθάδε,* v. 1314. et ita sæpe. *Markl.*

ἄγαλμα θεᾶς, ὅ φασιν οὐρανοῦ πεσεῖν ἄπο] Simile quid in Apostolorum Actis narratur de Diana Ephesina, Act. c. xix. v. 35. *Ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπετοῦς; τὸ Διοπετὲς* ab Euripide circumlocutione exprimitur, *ἄγαλμα, ὅ φασιν ἀπ' οὐρανοῦ πεσεῖν.* Est idem *Διϊπετὲς,* et res eadem narratur de Palladio Minervæ et de Ancili Romano. De Palladio inter alios vide Cononis *Διηγήσεων λδ.* De Ancili autem Dionys. Halicarn. Lib. II. et Lactant. Lib. I. c. 21. Livium quoque, &c. Ovid. Fast. Lib. II. *Ecce levi scutum versatum leniter aura Decidit: a populo clamor ad astra venit.* Et paulo post: *Idque* Ancile *vocant, quod ab omni parte recisum est, Quemque notes oculis, Angulus* omnis abest. Vide plura ad Amici mei nuper defuncti, Domini Nicolai Lloydii, Lexicon Poëticum in vocabulo Ancile. Hoc autem Dianæ signum, postquam ab Iphigenia et Oreste deportabatur in Græciam, magna a Græcis veneratione colebatur. Vid. Pausan. in Atticis, fol. 21. lin. 33. et in Laconicis, fol. 98. lin. 24, &c. *Barnes.*

Pro *ἐνθάδε* Marklandus mavult *οἱ 'νθάδε.* Non opus. *Seidl.*

89. ss. *Λαβόντα δ' ἢ τέχναισιν, ἢ τύχῃ τινὶ, κίνδυνον ἐκπλήσαντ', Ἀθηναίων χθονὶ | δοῦναι τόδ'· ἐνθένδ' οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρα* (Ald. *πέρας.*)] Legendum, *Ἀθηναίων χθονὶ | δοῦναι. τὸ δ' ἐνθένδ' οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρα.* *Τὸ ἐνθένδε* sive *τοὐνθένδε* valet *ἐκ τούτων, μετὰ ταῦτα.* Exempla præbet index Beckianus v. *Ἐνθένδε.* Sophocles Phil. 895. *Πάπαι, τί δῆτα δρῷμ' ἐγὼ τοὐνθένδε γε;* *Si scripseris τί δῆτ' ἂν δρῷμ',* inquit Schaeferus, *nihil erit, quod amplius requiri possit.* Scripserat scilicet Brunckius, *Πάπαι, τί δῆτα δρῷμ' ἂν ἐκ τούτων ἐγώ;* Idem poëta *τὸ ἔν-*

Κίνδυνον ἐκπλήσαντ᾽, Ἀθηναίων χθονὶ
Δοῦναι τόδ᾽· ἐνθένδ᾽ οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρας·
Καὶ ταῦτα δράσαντ᾽ ἀμπνοὰς ἕξειν πόνων.
Ἥκω δὲ, πεισθεὶς σοῖς λόγοισιν, ἐνθάδε
Ἄγνωστον εἰς γῆν, ἄξενον. Σὲ δ᾽ ἱστορῶ
Πυλάδη· σὺ γάρ μοι τοῦδε συλλήπτωρ πόνου·
Τί δρῶμεν; ἀμφίβληστρα γὰρ τοίχων ὁρᾷς

Periculo impleto, Atheniensium terræ
Dare hanc, præter hoc nihil ultra dictum fuit.
Et his peractis *me* respirationem a laboribus habiturum *dixisti*.
Venio igitur, tuis obtemperans verbis, huc
In terram ignotam, *et* inhospitalem. Te autem interrogo,
Pylade, tu enim adjutor mihi *es* hujus laboris,
Quid faciemus? munitiones enim murorum vides

θεν dixit, Œd. C. 476. Εἶεν. τὸ δ᾽ ἔνθεν ποῖ (malim πῇ) τελευτῆσαί με χρή; *Elmsl.*

91. Δοῦναι τόδ᾽· ἐνθένδ᾽ οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρας·] Conjeceram, cum Brodæo, πέρα, (et ita Heath.) *nil ultra dictum fuit:* ut v. 555. Hippol. 1036. Pausan. lib. IV. πέρα δ᾽ ἐδήλωσεν οὐδὲν ἔτι. Distinctio autem post τόδ᾽ debet, opinor, promoveri, et poni post ἐνθένδε· *dare hanc statuam Atheniensium terræ* HINC, i. e. a terra Taurica, ἐνθένδε ἐκεῖσε. vid. v. 979. *Markl.*

πέρας·] Optime Brodæus πέρα. *Musg.*

Male Marklandus distinctionem poni vult non post τόδ᾽, sed post ἐνθένδ᾽. Ἐνθένδε h. l. est *præterea*. Troad. 924. τὸν ἐνθένδ᾽ ὡς ἔχει σκέψαι λόγον, i. e. reliquam rem. Electr. 618. σὺ δὴ τοὐνθένδε βούλευσον, i. e. quod reliquum est. Suppl. 120. μῦθος οὑντεῦθεν, sermo secuturus. In fine Brodæus aliique recte conjecerunt πέρα pro vulgato πέρας. *Seidl.*

οὐδὲν ἐῤῥ. πέρας significat, *præterea nullum alium ulteriorem* ἀγῶνα, ærumnosum laborem, *mihi proponebas.* *Reisk.*

92. Καὶ ταῦτα] Statim ante *nihil præterea dictum esse* refert, et jam tamen addit aliquid, quod præterea dictum sit. Hinc conjicias, Euripidem scripsisse:

ἐνθένδ᾽ οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρα,
ἢ ταῦτα δράσαντ᾽ ἀμπνοὰς ἕξειν πόνων.

Sed nihil mutandum. Ἐῤῥήθη explica *mandatum est*, ut supra v. 85. εἶπας habuimus pro ἐκέλευσας. *Præter hæc nihil mandatum est, et hæc illa esse, quæ si fecissem, habiturus essem laborum requiem.* *Seidl.*

94. εἰς γῆν, ἄξεινον, MS. Victor. *Seidl.*

96. Τί δρῶμεν; ἀμφίβληστρα γὰρ τοίχων ὁρᾷς | ὑψηλά;] Nusquam alibi apud Euripidem γὰρ ita collocatum reperi in senario cæsuram neque penthemimerem neque post tertium pedem habente. Operarum quidem vitio legitur in Hervagiana prima, Bacch. 643. τί δ᾽ οὐχ ὑπερβαίνουσι γὰρ τείχη θεοί; Quæ scriptura in plerasque sequentes manavit. Sed recte καὶ Aldina, quod e codd. Parisiensibus revocavit Brunckius. Ejusdem erroris exempla vide apud Porsonum ad Phœn. 277. 1495. Nostro loco numerosius esset ἀμφίβληστρα καὶ τοίχων, quod vereor ut sententia admittat. Vulgatam igitur sollicitare supersedeo. Infra legitur, v. 696. παῖδας ἐξ ἐμῆς ὁμοσπόρου | κτησάμενος, ἣν ἔδωκά σοι δάμαρτ᾽ ἔχειν. Hic quoque locus minus numerosus est, propterea quod encliticum σοι, haud secus ac particula γὰρ, in initio versus aut sententiæ stare non potest. Malim ἣν ἔδωκα σοὶ δ. ἔ. Perpaucos apud Euripidem senarios offendes, qui cæsuram habeant qualem in his duobus indicavi. Quotquot reperi, hic subjiciam. I. Hec. 879. λέξον, Καλεῖ σ᾽ ἄνασσα δή ποτ᾽ Ἰλίου | Ἑκάβη, &c. Numerosius esset πρίν ποτ᾽, quod legitur Tro. 710. Φρυγῶν ἀρίστου πρίν ποθ᾽ Ἕκτορος δάμαρ. II. Suppl. 800. τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἤλπιζον ἂν πεπονθέναι | πάθος περισσὸν, εἰ γάμων ἀπεζύγην. Hoc in chori carmi-

Ὑψηλά· πότερα δωμάτων προσαμβάσεις
Ἐκβησόμεσθα; πῶς ἂν οὖν λάθοιμεν ἄν;
Ἢ χαλκότευκτα κλῇθρα λύσαντες μοχλοῖς;
Ὧν οὐδὲν ἴσμεν. ἢν δ' ἀνοίγοντες πύλας
Ληφθῶμεν, εἰσβάσεις τε μηχανώμενοι,
Θανούμεθ'. ἀλλὰ πρὶν θανεῖν, νεὼς ἔπι

Altas, utrum domus scalas
Exscendemus? quomodo igitur latebimus?
An æreа claustra solventes vectibus?
Quorum nihil scimus: quod si aperientes portas
Capti fuerimus, ingressumque machinantes,
Moriemur. Verum priusquam moriamur, navi

ne occurrit. Si secus esset, οὐκ ἂν ἤλπισ' ἂν fortasse scripsisset poëta. III. Bacch. 726. καὶ τὴν μὲν ἂν προσεῖδες εὔθηλον πόριν | μυκωμένην ἔχουσαν ἂν χεροῖν δία. Ita pro ἔχουσαν ἐν χεροῖν δίκα emendabam ad Heracl. 1031. IV. 131. Καὶ μὴν στολήν γ', Ἑλληνά τε ῥυθμὸν πέπλων (vulgo Καὶ μὴν στολήν γ' Ἕλληνα, καὶ ῥ. π.) | ἔχει. τὰ δ' ἄλλα (τὰ δ' ἔργα uterque cod. Par.) βαρβάρου χερὸς τάδε. Hic etiam ipse auctor sum scripturæ, quam nunc in dubium voco. V. Ibid. 436. ξυγγνωστὰ γάρ τοι καὶ τὰ τοῦδ', εἰ μὴ θέλει | κτείνειν πολιτῶν παῖδας. αἰνέσαι δ' ἔχω | καὶ τανθάδ'. εἰ θεοῖσι δὴ δοκεῖ τάδε | πράσσειν ἔμ', οὔτοι σοί γ' ἀπόλλυται χάρις. Malim εἴτι θεοῖσι δὴ, ut θεοῖσι dissyllabon sit, ut in eadem sede, Ion. 1130. El. 764. Eadem varietas, v. 173. ubi meam emendationem, εἴτι τοῦτό σε | ψυχὴν ἐπαίρει, occupavit etiam Matthiæ *. VI. Herc. 817. ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων. Malim γένοι' ἐμοὶ, si versus alioqui sanus est. VII. El. 1255. γοργῶφ' ὑπερτείνουσά σου κάρᾳ κύκλον. Legendum aut σοῦ κρατὸς, aut σῷ κάρᾳ. Hoc habet noster Med. 1368. Herc. 463. *Elmsl.*

ἀμφίβληστρα] Proprie ἀμφίβληστρον rete sonat, per metaphoram autem tunicam, ut apud Sophoclem; at hic loci munitiones, ἀμφίβλημα, vel περίβολον. *Barnes.*

97. Scribendum προσαμβάσεις una voce, ut Bacch, 1202. Phœn. 1189. utque imprimi debuit, Phœn. 499. Proximo versu non invitus legerim ἐκμησόμεσθα, *excogitabimus*. Simplex μήδομαι occurrit Hippol. 588. Soph. Trach. 900.

Potest tamen ἐκβησόμεσθα activam notionem habere ut Νὼ ἀναβασάμενοι. Hom. Odyss. ο'. 474. Tum autem vertendum erit: *An scalas ad ædem scandendam e navi efferemus? Musg.*

πρὸς ἀμβάσεις] Puto, et hic legi debere conjunctim προσαμβάσεις, ut Phœniss. v. 499. et v. 756. *Barnes.*

Heath. divisim πρὸς ἀμβάσεις scribi jubet. Nam ἐκβαίνεσθαι προσαμβάσεις non significare posse, *Egressum scandere scalas*, præpositionem πρὸς igitur necessariam esse, et locum vertendum: *An egrediemur versus gradus, quibus adscenditur ad templum? Beck.*

97. seqq. Jure hoc loco interpretes hæserunt. Nam quid sibi volunt illa, πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν? Legi quidem plerique volunt λάθοιμεν ἄν, sed eo non multum lucramur. Nam non minus offendunt ista paulo post, ὧν οὐδὲν ἴσμεν, v. 100. Jejuna est Marklandi explicatio: "*cane claustra, de quibus nihil novimus? quæ quomodo obfirmentur et quo pacto aperienda sint, nihil omnino scimus.*" Facile apparet, copulanda esse πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν, ὧν οὐδὲν ἴσμεν. Sed quid interpositus ille versus? Talia interposita

* Euripides, Hel. 348. Σὲ γὰρ ἐκάλεσα, σὲ δὲ κατώμοσα, | τὸν ὑδρόεντα δόνακι χῶρον | Εὐρώταν, θανόντος, | εἰ βάξις ἔτυμος ἀνδρὸς ἅδε μοι. Ita Aldus. Alii χλωρὸν pro χῶρον. Lego, Σὲ γὰρ ἐκάλεσα, σὲ δὲ κατόμοσα, | τὸν ὑδρόεντα δόνακι χλωρῷ | χλωρὸν Εὐρώταν, θανόντος | εἴτι βάξις | ἔτυμος ἀνδρὸς ἅδε μοι.

Φεύγωμεν, ἧπερ δεῦρ' ἐναυστολήσαμεν.
ΠΥ. Φεύγειν μὲν οὐκ ἀνεκτὸν, οὐδ' εἰώθαμεν.
Τὸν τοῦ θεοῦ δὲ χρησμὸν οὐ κακιστέον.
Ναοῦ δ' ἀπαλλαχθέντε κρύψωμεν δέμας
Κατ' ἄντρ', ἃ πόντος νοτίδι διακλύζει μέλας,
Νεὼς ἄπωθεν· μή τις εἰσιδὼν σκάφος,

Fugiamus, qua huc navigavimus.
Pyl. Fugere quidem non *est* tolerabile, neque consuevimus:
Dei vero oraculum non *est* contemnendum.
Sed a templo recedentes, occultemus corpus
In antris, quæ Pontus alluit aquis niger
Procul ab urbe, ne quis speculator conspicatus

non nisi summa animi concitatio poterit excusare. Quare transponendus videtur versus hoc modo:

πότερα δωμάτων πρὸς ἀμβάσεις,
ἢ χαλκότευκτα κλῇθρα λύσαντες μοχλοῖς,
ἐκβησόμεσθα; πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἂν,
ὧν οὐδὲν ἴσμεν;

δωμάτων ἀμβάσεις occasiones intelligo, ubi ἀμβατόν ἐστι δῶμα, veluti, foramina intra intercolumnia, quæ paulo post v. 113. Pylades commemorat. Ἐκβησόμεσθα dixit ob prægressum πρὸς ἀμβάσεις, nam ad κλῇθρα λύσαντες magis accommodatum fuisset εἰσβησόμεσθα, (sic κλήθρων ἐξόρμα, Iph. Aul. 148.) sed hoc ipsum isto ἐκβησόμεσθα quodammodo continetur. Extrema intelligo sic: Quomodo igitur explorabimus, quod nondum scimus, scilicet, ubi deæ simulacrum sit et qua tandem via eo potiri possimus? Ceterum πῶς ἄρ' οὖν, quod unus Cod. C. habet, injuria Marklandus et Musgravius prætulerunt. Post πῶς ἂν sæpe Euripides ἂν repetit ad verbum, ut Electr. v. 538.

Seidl.

98. Ἐκβησόμεσθα;] Sed *unde* egrederentur? nam e navi jam egressi fuerant, et stabant in litore, juxta templum, quum hæc loquitur Orestes. Mihi legendum videtur, Ἐσβησόμεσθα; *utrum intrabimus apud ascensiones Templi*, id est, Intrabimusne per fastigium, muros ascendendo?

πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἂν;] Pro ἂν οὖν Cod. A. αρ ουν. Lego, πῶς ἄρ' οὖν λάθοιμεν ἄν; *quomodo igitur latebimus?* Reiskius quoque λάθοιμεν. *Markl.*

πῶς ἄρ' οὖν] Ita MS. E. Vulgo πῶς οὖν. Mox pro μάθοιμεν recte Reiskius λάθοιμεν. *Musg.*

πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν;] De duplici ἂν vid. infra ad v. 246. *Barnes.*

Reisk. monet, nisi λάθοιμεν ita explicetur, ut subintelligatur, ἐκβαίνοντες πρός ἀμβάσεις δόμων, ἢ λύσαντες μοχλοῖς, videri posse versum deesse propter sequens ἤ.— λάθοιμεν jam Sallier. Hist. de l'Acad. des Inscr. T. III. p. 161. conjecerat. *Beck.*

100. Ὧν οὐδὲν ἴσμεν.] Cum interrogatione. *Eane* claustra *de quibus nihil novimus?* quæ, quomodo obfirmentur, et quo pacto aperienda sint, nihil omnino scimus? *Markl.*

101. Aldus εἰς βάσεις divisim. Sed jam Brubach. εἰσβάσεις. *Seidl.*

Recte vett. edd. εἰσβάσεις una voce.

Reisk

102. ἀλλὰ πρὶν θανεῖν, &c.] Lego cum interrog. ad finem sententiæ. Orestes enim non *statuit*, fugiendum esse; sed *quærit* solummodo, an fugerent? quod statim magnanimiter negat Plyades.

Markl.

105. χρησμὸν οὐ κακιστέον.] Ex Orestis responso, v. 118. opinor Euripidem scripsisse, una litera mutata, οὐκ ἀπιστέον: scil. ἡμῖν. Alcest. 1149. ἀπιστεῖν οὔ σε θαυμάζω τύχην. vid. Harpocrat. voce Ἀπιστεῖν. Forte intelligitur præpositio κατὰ, ante χρησμὸν, et τύχην. De hujusmodi gerundiis videndus Bergler. ad Alciphron. Epist. (p. 95.) qui liber non est nunc ad manus. Sic Iph. Aul. 1204. δραστέον δ' ἅ σοι δοκεῖ. quod plene fuisset, opinor, τὸ δρᾶμα (vel πρᾶγμα) δὲ δραστέον ἐστί μοι κατὰ ταῦτα καθ' ἃ δοκεῖ σοι δρᾶν. *Markl.*

Βασιλεῦσιν εἴπῃ, κᾆτα ληφθῶμεν βίᾳ.
Ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ,
Τολμητέον τοι ξεστὸν ἐκ ναοῦ λαβεῖν
Ἄγαλμα, πάσας προσφέροντε μηχανάς.

Regibus dicat, et deinde per vim corripiamur.
Quando vero venerit oculus noctis obscuræ,
Audendum *erit* ex templo capere politam
Statuam omnes admovendo machinas.

οὐ κακιστέον.] *Κακίζειν* est vel *vituperare* (vid. ad Rhes. v. 327.) vel *timidum reddere*, Iph. in Aul. v. 1447. Neuter sensus cum huic loco conveniat, legerim *οὐ λακιστέον*. Confer Rhes. 412. *Musg.*

οὐ κακιστέον.] i. e. non contemnendum, non contumelia afficiendum est dei oraculum. Contumelia enim erat, si oraculo diffidentes fugiebant. Mirum, Marklandum et Musgravium hæc non cepisse, quorum ille *οὐκ ἀπιστέον*, alter *οὐ λακτιστέον* vult reponi. *Seidl.*

108. Ratio Orestis, cur latebræ in vicinia navis non quærendæ essent, perabsurda est. Quippe ibi hærentibus multo facilius erat evadere, quam si longius ab ea abessent. Emendandum haud dubie:

πόλεως ἄπωθεν, μή τις, εἰσιδὼν σκοπός.

Scythiæ urbes (ut et aliæ, ni fallor) ne subito Scytharum vagantium incursu vastarentur, speculatores in vicinia statuebant: vid. Dion. Chrysostomum in Borysthenita. Confer etiam Ovid. Trist. Lib. IV. Eleg. I. v. 75. et seq. *Musg.*

Musgravius loci sensum non perspiciens corrigit:

πόλεως ἄπωθεν, μή τις εἰσιδὼν σκοπός.

In navis vicinia hanc ob causam commorari nolebant, quod, si conspecta esset illa, probabile erat, vicinos potissimum locos Thracas perquisituros esse ad hospites, qui advecti essent, inveniendos. *Seidl.*

110. *Ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ,*] *Ἅρμα* Musgr. ex Æschyl. Choëph. 658. *Por.*

100. ss. *Ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ, | τολμητέον τοι ξεστὸν ἐκ ναοῦ λαβεῖν | ἄγαλμα, πάσας προσφέροντε* (Ald. *προσφέροντα*) *μηχανάς. | ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων, ὅποι κενὸν | δέμας καθεῖναι.*] Bothius *, *πάσας προσφέροντε μηχάνας | ὥρας τε, γείσσων τριγλύφων ὅπου κενὸν, | δέμας καθεῖναι.* Blomfield. Mus. Crit. I. p. 191. *γεῖσα τριγλύφων.* Si *τρίγλυφος* adjectivum est, legendum videtur, *ὅρα δὲ γείσσων* (vel *γείσων*) *τριγλύφων ὅπου κενὸν | δέμας καθεῖναι.* Recte Seidlerus: *Intellige sic: ὅποι δέμας καθεῖναι κενόν ἐστι*, i. e. *ὅπου κενόν ἐστι, ὥστε ἐνταυθοῖ δέμας καθεῖναι.* *Porsonus ad Hec.* 1062. *non recte explicare videtur ἐκεῖσε ὅπου.* Constructio est *ὅρα ὅπου.* In similibus locis interdum reperitur *ὅπου*, interdum *ὅποι.* Noster Heracl. 45. *Ὕλλος δ' ἀδελφοί θ', οἷσι πρεσβεύει γένος, | ζητοῦσ' ὅπου* (sic pro *ὅπῃ* uterque Cod. Par.) *γῆς πύργον οἰκιούμεθα.* Hel. 1607. *ὅποι* (f. *ὅπῃ*) *νοσοῖεν ξύμμαχοι κατασκοπῶν, | ταύτῃ προσῆγε χειρὶ δεξιᾷ ξίφος.* Ion. 741. *Ἕπου νυν. ἴχνος δ' ἐκφύλασσ' ὅπου τίθης.* Sophocles Phil. 16. *σκοπεῖν θ' ὅπου 'στ' ἐνταῦθα δίστομος πέτρα.* Aristophanes Av. 44. *πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα, | ὅποι καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν.* Hic non male legitur *ὅποι.* *Καθιδρυθέντε* enim idem fere valet ac *ἐλθόντε.* Nostro loco magis placet *ὅπου.* De hac varietate sæpius infra dicturus sum. *Elmsl.*

ὄμμα] Forte *ἅρμα.*

Sic Æschylus: *νυκτὸς ἅρμ' ἐπείγεται.* Theocrit. *κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί.* Idyll. II. v. ult. ubi Scholiastes: *διὰ τὸ τὴν νύκτα ἐπὶ ἅρματος ὀχεῖσθαι καὶ παράγειν ἡνιοχοῦσαν.* *Musg.*

νυκτὸς ὄμμα] Tenebræ, Brodæus. *λυγαίας*] *λυγαῖος παρὰ τὴν λύγην· Ἡ δὲ λύγη καὶ ἠλύγη, σκιά.* Apollon. Arg. Lib. II. v. 1123. *Νύχθ' ὑπὸ λυγαίην.* *Barnes.*

νυκτὸς ὄμμα λυγαίας] Hanc dictionem nemo interpretum explicuit. Musgravius

* *Euripides' Werke verdeutscht von Friederich Heinrich Bothe. Berlin und Stettin,* 1800—1803. Annotatio critica in Iphigeniam Tauricam legitur tom. V. pp. 177—226.

Ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων, ὅποι κενὸν,
Δέμας καθεῖναι. Τοὺς πόνους γὰρ ἁγαθοὶ
Τολμῶσι· δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ.
Οὔτοι μακρὸν μὲν ἤλθομεν κώπῃ πόρον,

Considera autem inter triglypha, an alicubi sit vacuitas,
Corpori dimittendo. Labores *enim viri* fortes
Audent *subire*: ignavi vero nihil usquam sunt.
Eat: longum quidem iter remo venimus,

conjicit ἄρμα pro ὄμμα. Non fecisset, si meminisset Æschyl. Pers. 426.

ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο.

Ὄμμα dici pro φῶς satis notum est. Ὄμμα νυκτὸς igitur antiphrasis est, *lux*, *qualem nox habet*, i. e. *nulla lux*, *tenebræ*. Ipse Noster explicat Phœniss. 553. νυκτὸς ἀφεγγὲς βλέφαρον. Plura hujus generis exempla collegimus ad Troad. v. 551. *Seidl.*

ὄμμα σκοτεινῆς, MS. Victor. Hanc lectionem tamen magis pro glossa quam pro variante habeo, quam et metrum respuit. In multis enim locis hujus libri, a Victorio notis marginalibus exornati, non liquet, verbum aliquod glossæ an lectionis in MS. inventæ loco adscriptum sit. Post σκοτεινῆς sequuntur verba: Ὁμηρ. νύχθ' ὑπὸ λυγαίην. Hinc mihi excerptio harum lectionum non semel sed iterum terque erat retractanda, quo rectius ubique excerpenda discernerem. *Goeller.*

111. Τολμητέον τὸ ξεστόν, MS. Victor. *Seidl.*

112. προσφέροντα] Conjeceram προσφέροντε, dualiter, ut v. 76. ἐγκυκλοῦντε, et alibi. Confirmant omnes Codd. Parisienses. Sic Κήρυκα nunc legitur pro Κήρυκε, *duos præcones*, Aristoph. Ὀρν. 844.

προσφέροντε] Ita uterque MS. et P. Vulgo προσφέροντα. *Musg.*

πάσας προσφέροντα μηχανάς.] Erasmus in Proverbio: *Omnes adhibere machinas.* *Brodæus.*

113. Ὅποι κενὸν, Δέμας καθεῖναι.] Ita distinxi, post alios: non κενὸν δέμας. Clarius nonnullis fuisset, εἴ που κενὸν, *si qua vacuitas*. sed vide Dorvill. ad Chariton. p. 119. *Markl.*

Ὅρα] MS. E. ὥρα. Sed mendi sedes in alia voce est. Lego:

ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων, εἴ που κενὸν
δέμας καθεῖναι.

Musg.

τριγλύφων,] De Triglyphis vid. Vitruvium, Lib. I. c. 2. et Lib. IV. c. 1. Item quæ nos ad Orest. v. 1367. Hoc autem in loco Intercolumnia reddidi, quia ibi Orestem latitare posse sperat Pylades. Scaliger autem post κενὸν comma facit, ut nos: et τὸ καθεῖναι ab ὅρα regi videtur optime; dicimus enim ὅρα τοῦτο ποιεῖν pro ὅρα, ὅπως τοῦτο ποιῇς. *Considera*, ut hoc facias. *Barnes.*

Comma post κενὸν melius abest. Intellige sic: ὅποι δέμας καθεῖναι κενόν ἐστι, i. e. ὅπου κενόν ἐστι, ὥστε ἐνταυθοῖ δέμας καθεῖναι. Porsonus ad Hec. 1062. non recte explicare videtur ἐκεῖσε ὅπου. Paulo post, v. 119. supplendum quidem ἐκεῖσε, sed ὅποι vim suam retinet, *in quem locum*. *Seidl.*

114. Τοὺς πόνους, Stob. Grot. XXIX. p. 125. *Burn.*

ἁγαθοὶ cum Porsono scripsi. Vulgo οἱ 'γαθοί. *Seidl.*

116. ss. Οὔτοι μακρὸν μὲν ἤλθομεν κώπῃ πόρον, | ἐκ τερμάτων δὲ νόστον ἀροῦμεν (Ald. ἄρωμεν) πάλιν;] Sensus est, οὔτοι μακρὸν ἐλθόντες κώπῃ πόρον, ἐκ τερμάτων (*a meta* Seidlerus) νόστον ἀροῦμεν πάλιν. Delenda igitur interrogationis nota, quam deletam voluit etiam Marklandus. Longe aliter ac vulgo hæc exhibet ed. Zimmermanniana: οὐ μέντοι μακρὰν ἀπελθῶμεν (sic) τῆσδ' ὁδοῦ, | ἐκ τερμάτων ὡς νόστου τυχῶμεν (sic) πάλιν. Unde hanc scripturam hauserit Zimmermannus, ex suane an alius cujuspiam conjectura, fateor me nescire. Qui talia Euripidi obtrudit, jure cum Reiskio ad v. 728. dicere posset, *Ne sinamus nos a terriculamentis metri percelli, quæ vana sunt et imaginaria.* *Elmsl.*

Lego:

ἴτω· μακρὸν μὲν ἤλθομεν κώπῃ πόρον.

De usu vocis ἴτω vide quæ congessit Hemsterhusius ad Callimach. Hymn. in Del. v. 128. *Musg.*

Ἐκ τερμάτων δὲ νόστον ἄρωμεν πάλιν.
ΟΡ. Ἀλλ', εὖ γὰρ εἶπας, πειστέον. χωρεῖν χρεὼν
Ὅποι χθονὸς κρύψαντε λήσομεν δέμας·
Οὐ γὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' αἴτιον γενήσεται

Ex finibus vero reditum inchoemus iterum.
Ore. Quamobrem, recte enim dixisti, parendum *est:* oportet ire,
Ubi corpus occultantes lateamus:
Haud enim fiet ut dei perfectum

116. s. Hos duo versus adhuc Pyladi tribuendos esse monuit Hardion. Hist. de l'Acad. d. I. T. III. p. 205. s. *Beck.*

116. seq. Recte Marklandus aliique viderunt, hunc utrumque versum contra libros, qui cum proximis Oresti assignant, Pyladi adhuc tribuendum esse. Sed quod post πάλιν versum excidisse Marklandus putat ad hunc sensum:

τῶνδ' οὔτι πράξανθ', ὧν χάριν δεῦρ' ἥκομεν,

in eo vir doctissimus non minus fallitur, quam quod οὔτοι initio sententiæ interrogationem excludere censet. Nostrates: wir haben doch nicht den langen Weg gemacht, und wollen am Zielo wieder umkehren? Nam verba ἐκ τερμάτων male reddunt *ex istis finibus,* quæ significant *a meta*, quam scilicet pæne attigerant. Retinebimus igitur interrogationis signum post πάλιν, quod Aldus offert. *Seidl.*

117. ἄρωμεν πάλιν.] Οὔτοι, initio sententiæ, interrogationem excludit: οὔτι admisisset, sic ut μήτι. Codd. omn. ἀρουμεν, contra metrum, quasi fuisset νόστον ἀπαροῦμεν, ut ἀπαίρειν μακρὰν, scil. ὁδὸν, Iph. Aul. 664. Ut nunc habet locus, falsum dicit. nam Pylades et Orestes venerunt huc *ut redirent;* sed non ut *re infecta* redirent. Putari posset versum excidisse post πάλιν, ad hunc sensum, *Nihilo eorum effecto ob quæ huc venimus,* Τῶν δ' οὔ τι πράξανθ' ὧν χάριν δεῦρ' ἥκομεν. Utcumque hoc sit, hi duo Iambi, Οὔτοι μακρὸν, et, Ἐκ τερμάτων, &c. certissime Pyladis sunt, ut præcedentes. deinde Orestes, Ἀλλ', εὖ γὰρ εἶπας, &c. *Markl.*

ἄρωμεν] Ambo MSS. et P. ἀροῦμεν. *Musg.*

Ἐκ τερμάτων δὲ νόστον ἄρωμεν πάλιν.] De verbo ἄρωμεν notandum, esse *Aoristi primi* temporis, atque ideo primam producere, ut Orest. v. 3. Ἧς οὐκ ἄραιτ' ἂν ἄχθος ἀνθρώπου φύσις; cum prior syllaba in Aoristo secundo sit brevis. Jam vero, quod ad *sensum* hujus loci attinet, cave, ut ne legas sine interrogatione: nec enim aliter sensus aperitur. Ita igitur Scaliger periodum emendat, caudamque subjicit. Euripides autem his verbis illum Homericum locum respicit — Αἰσχρὸν γὰρ δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι. *Barnes.*

ἀροῦμεν] Ita Codd. collati omnes. Recte. Vid. Porson. ad Eur. Med. 848. Ald. ἄρωμεν.

ἀροῦμεν πάλιν, MS. Victor. *Seidl.*

118. χωρεῖν χρεὼν] Scaligeri hæc est pulchra restitutio, pro χώρει νεκρῶν. Firmatur loco Elect. 393. Reliqui versionem v. 120. cujus sensus est ambiguus. *Markl.*

χωρεῖν χρεὼν (Ald. χώρει νεκρῶν), | ὅποι χθονὸς κρύψαντε λήσομεν δέμας.] Ὅποι pro ἐκεῖσε ὅπου hic etiam accipiendum esse docet Porsonus. Sed ea significatione longe usitatius est ὅπου, quod nostro loco reponendum suspicatus est Valckenærius ad Hipp. 1243. et reposuit Zimmermannus. Ita noster infra v. 1297. Οὐκ ἴσμεν. ἀλλὰ στεῖχε, καὶ δίωκέ νιν, | ὅπου κυρήσας τούσδ' ἀπαγγελεῖς λόγους. Phœn. 991. ΜΕ. Ποῖ δῆτα φεύγω; τίνα πόλιν, τίνα ξένων; | ΚΡ. Ὅπου χθονὸς τῆσδ' ἐκποδὼν μάλιστ' ἔσει. Bacch. 1372. ἔλθοιμι δ' ὅπου | μήτε Κιθαιρὼν μιαρός μ' ἐσίδοι, | μήτε Κιθαιρῶν' ὄσσοισιν ἐγώ. Heracl. 19. πέμπων ὅπου (ita pro ὅπῃ, cod. G.) γῆς πυνθάνοιθ' ἱδρυμένους, | κήρυκας, ἐξαιτεῖ τε, κἀξείργει χθονός. Ibid. 529. ἡγεῖσθ' ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε. Herc. 738. Ἦλθες χρόνῳ μὲν, οὗ δίκην δώσεις θανών. Horum nonnulla attulit Censor Trimestris IX. p. 352. Præter nostrum locum et superiorem, v. 113. allegat Porsonus Sophoclem Phil. 481. ἐμβαλοῦ μ' ὅπῃ θέλεις ἄγων, | εἰς ἀντλίαν, εἰς πρῷραν,

Πεσεῖν ἄχρηστον θέσφατον. τολμητέον.
Μόχθος γὰρ οὐδεὶς τοῖς νέοις σκῆψιν φέρει.
ΙΦ. Εὐφαμεῖτ', ὦ πόντου
Δισσὰς συγχωρούσας πέτρας

Cadat irritum oraculum. Audendum *est:*
Labor enim nullus juvenibus excusationem præbet.
Iph. Favete linguis, O Ponti
Gemina concurrentia saxa,

εἰς πρύμνην *, ὅποι | ἥκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν. Hic etiam præstare videtur ὅπου. Rectius usurpantur οἷ et ὅποι, cum in utroque membro est motus significatio. Sophocles Ant. 228. Τάλας, τί χωρεῖς, οἷ μολὼν δώσεις δίκην; Euripides Or. 1695. Χωρεῖτέ νυν ἕκαστος, οἷ προστάσσομεν (sub. χωρεῖν). Telepho III. Ἴθ' ὅποι χρῄζεις. οὐκ ἀπολοῦμαι | τῆς σῆς Ἑλένης οὕνεκα. Vulgo deest σῆς. Verba sunt Agamemnonis ad Menelaum. Sic etiam fragmentum XX. Σπάρτην ἔλαχες. κείνην κόσμει. | τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ. Aut hujus aut illius est fragmentum V. Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει. Ἔνθα utroque sensu usurpatur. Pro ἐκεῖσε ὅπου passim. Pro ἐκεῖσε ὅποι infra v. 1199. Ἄγ' ἔνθα χρῄζεις. οὐ φιλῶ τἄῤῥηθ' ὁρᾶν. Sophocles Phil. 1465. κἄμ' εὐπλοίᾳ πέμψον ἀμέμπτως, | ἔνθ' ἡ μεγάλη μοῖρα κομίζει. Sic etiam ἵνα. *Elmsl.*

χωρεῖν χρεὼν] Scaligeri emendatio est. Ed. Ald. χώρει νεκρῶν. *Musg.*

χωρεῖν χρεὼν] Ita cum Scaligero restituimus, rejecto, quod nihil huc attinere poterat, corrupto illo—χώρει νεκρῶν: nihil enim cum hoc Antro et Mortuis commune. Licet Brodæus legebat etiam χώρει νεκρὸν, et exponebat νεκρὸν δέμας morti et periculis objectum; Duportus varias has lectiones profert præter χώρει νεκρῶν, χώρει νεκρὸν, Brod. χώρει μετρῶν probabiliter, χωρὶς νεκρῶν inepte, χωρεῖν χρεὼν rectissime; et ita, uti diximus, Scaliger, quare in textum admisimus. Hunc autem versum Duportus male Pyladi attribuit: Orestes enim hic laudat Pyladis orationem, qua ad latitandum alicubi hortabatur; nempe supra v. 106. *Barnes.*

Ex antiqua lect. ed. Brub. χώρει ὁρῶν facerem equidem, χώρει φέρων, scil. σεαυτόν. *Reisk.*

χωρεῖν χρεὼν] Ita emendavit Scaliger. Ald. χώρει νεκρῶν. Comparat Marklandus Nostr. Electr. 593. Brubachiana habet χώρει ὁρῶν, haud dubie ex alicujus emendatione, quæ saltem esse debebat, χώρει δ' ὁρῶν. *Seidl.*

119. Ὅπου, *ubi*, pro Ὅποι scribi mavult Valcken. ad Hippol. 1243. *Beck.*

Vid. supra ad v. 113. *Seidl.*

120. Percommodum habet sensum, quod reponit Heath. αἴτιος γενήσομαι. Malim tamen minore mutatione ἄρτιον γενήσεται. *Nunquam fiet, ut perfectum Dei oraculum infructuosum cadat.* Oraculorum alia perfecta erant, alia imperfecta. Phineus apud Apollon. Rhod. Lib. II.

ἀασάμην καὶ πρόσθε Διὸς νόον ἀφραδίῃσι
χρείων ἑξείης τε καὶ ἐς τέλος· ὧδε γὰρ αὐτὸς
βούλεται ἀνθρώποις ἐπιδευέα θέσφατα φαίνειν.

Ubi Scholiastes: ἐπιδευέα, μὴ τέλεια, ἀλλὰ ἔτι ἐνδέοντα λόγια. *Musg.*

Heathius conjicit αἴτιος γενήσομαι, Musgravius ἄρτιον γενήσεται, Marklandus locum se negat intelligere. Sententiæ sic cohærent: Eundum est, ubi corpus occultantes latebimus, deus enim nobiscum erit, nec committet, ut ipse in causa sit, cur irritum oraculum cadat, sive brevius: nos nostra faciemus, deus faciet sua. Nam τὸ τοῦ θεοῦ, i. e. θεός. Mutatione igitur nihil opus. *Seidl.*

122. Σκῆψιν, *excusationem, detrectandi prætextum.* *Heath.*

123. Εὐφαμεῖτ', ὦ πόντου | δισσὰς συγχωρούσας πέτρας | Εὐξείνου ναίοντες. | ὦ παῖ

* Vulgo ἐς πρύμναν. Vetus forma est πρύμνη, ut λίμνη, recentior πρύμνα, ut μέριμνα. Aristophanes Vesp. 399. ἤν πως πρύμνην ἀνακρούσηται, πληγεὶς ταῖς εἰρεσιώναις. Hic etiam vulgo πρύμναν contra metrum. Nomina enim quorum genitivus desinit in ης, corripiunt α nominativi et accusativi.

Εὐξείνου ναίοντες.

Euxini incolentes *homines.*

τᾶς Λατοῦς, Δίκτυνν' οὐρεία, &c.] Ita Aldus, quem per totum hoc carmen ita sequor, ut Seidleri aliorumque scripturam, si quando operæ pretium videtur, cum lectore communicem, plerumque vero silentio prætercam. Dum enim in strophas et antistrophas, de quibus in hoc metro ne cogitavit quidem poëta, omnia distribuit Seidlerus, vulgatam lectionem sæpenumero e sana corruptam reddit. Initium carminis ita constituit: Εὐφαμεῖτ', ὦ | πόντου δισσὰς συγχωρούσας | πέτρας Εὐξείνου ναίοντες. | παῖ Λατοῦς, Δίκτυνν' οὐρεία, &c. Fieri potuisse fateor, ut librariorum culpa pro παῖ Λατοῦς invectum sit ὦ παῖ τᾶς Λατοῦς. Quanquam hæc scriptura, modo corrupta sit, potius ex ὦ Λατοῦς nata videtur, quam e παῖ Λατοῦς. Ita fere pro ὦ Διὸς Ἄρτεμις θηροκτόνε, quod ex codd. Parisiensibus reposuit Marklandus, aut ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμις Διὸς, quæ Porsoni est conjectura, olim legebatur apud Euripidem, vel potius Pseudeuripidem, Iph. A. 1569. ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμι, παῖ Διός. Hanc ellipsin, quæ tamen usitatior est quam ut illustratione egeat, usurpat noster infra v. 1231. ὦ Διὸς Λητοῦς τ' ἄνασσα παρθέν', ἢν νίψω φόνον, &c. Item Ion. 1619. Ὦ Διὸς Λητοῦς τ' Ἄπολλον, χαῖρ'· ὅτῳ δ' ἐλαύνεται, &c. Nostro loco ὦ Λατοῦς proculdubio reposuisset Seidlerus, si vocalem in initio versus post brevem syllabam τες stare posse existimasset. Si consona opus est, potius Λητοῦς ὦ Δίκτυνν' οὐρεία legam quam παῖ Λ. Δ. οὐρεία. Ὦ post unam aut plures voces haud raro collocatur. Post unam collocat noster El. 167. Ἀγαμέμνονος ὦ κόρα, ἤλυθον, Ἠλέκτρα, &c. Post duas Hel. 1451. Φοίνισσα Σιδωνιὰς ὦ ταχεῖα κώπα, &c. Sed quo minus vulgata temere sollicitem, obstat suspicio, nonnihil vitii esse in verbis ὦ πόντου δισσὰς συγχωρούσας πέτρας Εὐξείνου ναίοντες, quæ aves potius quam homines significare videntur. *Elmsl.*

Totam hanc ῥῆσιν usque ad v. 142. Choro recte tribuit Tyrwhittus. vid. v. 151, 2.

Choro tribuendam esse hanc ῥῆσιν satis patere credideram ex v. 151. ubi se ὁσίας κληδούχου δούλαν vocat, quicunque est, persona. Verum duplici modo hoc argumentum labefactat Marklandus; nam et dearum multas, in quibus ipsam quoque Dianam, κληδούχους aliquando dictas esse, docente Wesselingio (Observat. I. 3.) et, ut aliter se res haberet, facilem tamen loci emendationem esse, κληδούχου enim in κληδοῦχος mutato, satis bene omnia Iphigeniæ convenire. Hæc ejusmodi sunt, ut alteram rationem veriorem putanti aliquam tamen dubitationem injiciant, quam ideo operæ pretium erit eximere. Videant ergo Eruditi, an Iphigenia, quæ in ipso templo habitabat, ἐν οἷσι ναίω, v. 66. recte dicere potuerit ΠΡΟΣ τὰν αὐλὰν πόδα πέμπω, ut mittam, ipsum hoc πόδα πέμπω non convenire, nisi alicui tum primum in Scenam prodeunti, minimeque adeo Iphigeniæ, quæ Prologum egerat.

Sed in hac, ut nobis videtur, Chori Parodo plura restant, nondum satis declarata. Quod enim dicit, se Græciæ turres et paternæ domus sedem reliquisse; (atque hoc quidem improprie; vi enim a prædonibus avecta erat, v. 1009.) nonne parum cum vicinis cohærens videtur, ut quod alieno loco adsutum esset? Quid porro inficetius, aut inurbanius, quam verbum solitarium Ἔμολον, v. 137. Denique Εὐφαμεῖτ', quod totam ῥῆσιν inchoat, formula est, quoties res sacra facienda, aut vota deo nuncupanda essent, adhiberi solita: vid. Aristoph. Acharn. 237. Thesmoph. 302. aliis omnibus in locis importuna. Hæ mihi rationes persuaserunt, aliter scriptos aliterque ab Auctore collocatos fuisse hujus Odæ versus. Ecce eam vel omnibus, vel, ut spero equidem, plerisque mendis liberatam:

ΧΟ. Εὐφαμεῖτ', ὦ Πόντου
Δισσὰς συγχωρούσας πέτρας
Εὐξείνου ναίοντες.
Ὦ Παῖ τᾶς Λατοῦς
Δίκτυνν' οὐρεία,
Ἑλλάδος εὐίππου πύργους
ΚΑΙ ΄Σ τείχη, χόρτων τ' εὐδένδρων
ΕΞΑΛΛΑΞΑΙ Μ' εὐζωίαν,
Πατρῴων οἴκων ἕδρας.
Πρὸς τὰν Δ' αὐλὰν, εὐστύλων
Ναῶν χρυσήρεις θριγκοὺς
Πόδα παρθένιον
Ὅσιον ὁσίας
Κληδούχου ΒΟΥΛΑΙ ΠΕΜΠΟΥΣ'

Ὦ παῖ τᾶς Λατοῦς,

O filia Latonæ

Ἔμολον. τί νέον; τίνα φροντίδ' ἔχεις;
Τί με πρὸς ναοὺς ἄγαγες, ἄγαγες,
Ὦ παῖ τοῦ τὰς Τροίας πύργους
Κλέσαντος κλεινᾷ σὺν κώπᾳ
Χιλιοναύτᾳ μυρίον ἔγχος,
Πῶλ' Ἀτρειδᾶν τῶν κλεινῶν.

Latine:

Favete linguis, O Ponti
Gemina concurrentia saxa
Euxini incolentes homines:
O Filia Latonæ
Dictynna montana,
Fac, ut Græciæ equis claræ turres
Et ad muros, et agrorum nemorosorum
Abscedam voluptatem.
Ad Tuam vero aulam, pulchris columnis ornatorum
Templorum aureas pinnas
Pedem Virgineum
Sanctum Sanctæ
Clavigeræ monitu promovens
Veni. Quid novi? quid es sollicita?
Cur me ad templum duxisti, duxisti?
O filia illius, qui ad Trojæ turres
Advexit inclyta classe
Mille navium innumeras hastas,
O Atridarum inclytorum pulle.

Ἐξαλλάττω valere hic debet *abscedo.* Et sic adhibet Philostratus initio Heroicorum, ubi Phœnix: *βουληθεὶς δὲ ξυμβούλῳ χρήσασθαι—ἐξαλλάττω δεῦρο ἀπὸ τῆς νεώς.* Modi porro infinitivi est ἐξαλλάξαι, quippe quo in votis nuncupandis semper fere usi sunt Veteres. vid. Supplic. 3. Electr. 810. *βουλᾳ̃* legendum non, *δούλα*, quia Chorus Thoantis proprie servus erat, Iphigeniæ non servus, sed famulus, vel minister. Ipsa *προσπόλους* vocat, v. 63. *δμωὰς*, v. 145. nuspiam *δούλους*. *Musg.*

Carmen, quod sequitur, spondiaco-anapæsticum ex corruptissimis est et difficillimis, in quo emendando multum operæ viri docti posuerunt. Nec pauca ab iis feliciter emendata sunt. Plura tamen adhuc vitia resident, quorum aliquot, nisi meliores libros nanciscamur, certa manu vix unquam poterunt corrigi. Antistrophicum esse carmen, ut solent anapæsti spondiaci, vel uni versus 186. et 209. qui soli anapæsticum numerum non habent, rei metricæ perito facile persuadebunt. Sed systematis antistrophici indagatio res non nullius laboris fuit, tum ob carminis tantis tenebris involuti longitudinem, tum quod, ut monitum est ad Troad. v. 98. minima hujus generis versuum sunt discrimina. Persuasum autem mihi est, poëtam hanc systematis formam secutum esse:

α' β' α' γ' δ' δ' β' ε' γ' ε'

Fidem huic systemati maxime facient hæc. Primum, ut justum stropharum personarumque ordinem taceam, singulæ strophæ aptissimos ut metro ita sententiæ habent terminos. Deinde de responsione stropharum ε' nullus dubitationi locus relinquitur ob versus 186. et 209. quorum paulo ante mentionem fecimus. Præterea strophas δ' sibi respondisse, haud obscure testatur Hesychius, vocem *ἀντιψαλμοὺς*, v. 171. explicans *ἀντιστρόφους*. Responsionem denique stropharum γ' ambiguam esse non sinit continuorum paræmiacorum multitudo, qualem nusquam alias in toto carmine, nisi liberius quædam mutaveris, reperimus. Has autem tres strophas qui respondere sibi concesserit, totum systema concesserit. Continent enim totius ædificii fundamentum. His tamen argumentis si quis nihilominus diffidat, nimis multa mutanda esse existimans, is præter carminis longitudinem secum perpendat velim, plurimas emendationes non tam ob antistrophicam, quam omnino ob metri anapæstici rationem, multas etiam ob ipsum sensum esse necessarias. Nam si longus esse vellem nec æqui lectoris judicio relinquendum aliquid putarem, haud difficile esset demonstrare, mutationes ob solam antistrophicam dispositionem factas et paucissimas esse et faciliores, ceteros vero locos omnes, in quibus a libris discedendum est, ob alias causas mutationem flagitare, sive eam, quam nos proposuimus, sive aliam quamcumque. Postremo periculum faciat aliquis, utrum alia ratione antistrophas reducere possit: brevi, opinor, quamcumque viam ingrediatur, innumeris se difficultatibus sentiet implicitum.

123. seqq. Hanc orationem cum libris omnibus Iphigeniæ dedimus. Tyrwhit-

Δίκτυνν' οὐρεία,
Πρὸς σὰν αὐλὰν, εὐστύλων
Ναῶν χρυσήρεις θριγκοὺς,

Dictynna montana,
Ad tuam aulam, pulchris columnis-ornatorum
Templorum *ad* aureas pinnas,

tus tamen et Musgravius choro tribuunt argumentis satis speciosis, quibus ipse olim inducebar. Contendunt enim, chorum rectius dici κληδούχου δούλαν, quam Iphigeniam, deinde Iphigeniæ, quippe quæ in templo habitaverit, (cf. v. 66.) non convenire illa, πρὸς σὰν αὐλὰν πόδα πέμπω. At prius argumentum jam labefactavit Marklandus citans Wesselingium Observ. I. 3. qui dearum multas, immo ipsam quoque Dianam, κληδούχους dictas esse docet. Quod autem deæ δούλαν sese appellat Iphigenia, similiter Ion in cognomine fabula, v. 309. se Apollinis δοῦλον nuncupat, coll. ibid. v. 132. 182. In Troad. v. 452. Cassandra Ἀπόλλωνος λάτριν se dicit. Ipsam Iphigeniam infra v. 1154. Thoas templi πυλωρὸν vocat. Alterum argumentum quod attinet, domicilium quidem habebat Iphigenia templo contiguum, sed eam ob causam non semper in ipso templo versabatur. Videtur ab altera parte Iphigenia, ab altera Chorus templi atrium intrasse. Deinde vox εὐφαμεῖτε sacerdoti multo magis convenit, quam ancillæ, et quum hujus terræ incolas appellat, proxime in animo habet ipsas has ancillas. Nam præter has jam nemo aderat. Pari modo Ion templi ministros alloquitur, v. 94. seqq. Porro voces πόδα παρθένιον, v. 130. hanc orationem Choro prorsus abjudicant. Constat enim chorus ex mulieribus, quibus liberi tribuuntur infra v. 1071. et quæ v. 1145. virgines se adhuc esse ipsæ negant. Nec facile corrupta haberi potest vox παρθένιον, quum eadem laude Ion glorietur, v. 150. ὅσιος ἀπ' εὐνᾶς ὤν. Phœniss. v. 852. Tiresias ad filiam: κλήρους τέ μοι φύλασσε παρθένῳ χερί coll. Hippol. 1010. Denique infra v. 219. Iphigenia, quum dicit δυσχόρτους οἴκους ναίω, respicere videtur ad v. 135. ubi χόρτων εὐδένδρων Εὐρώπαν commemoraverat. *Seidl.*

123. ss. Ita hi versus constituendi; omnes spondaici, præter ultimum, qui anapæsticus est:

Εὐφαμεῖτ', ὦ πόντου δισσὰς
Συγχωρούσας
Πέτρας Εὐξείνου ναίοντες.
Ὦ παῖ τᾶς Λατοῦς, Δίκτυνν'
Οὐρεία, πρὸς σὰν αὐλὰν,
Εὔστυλαν ναῶν χρυσήρεις
Θριγκοὺς, πόδα παρθένιον —

Heath.

124. Δισσὰς συγχωρούσας πέτρας] Phrasi æquipollenti Συμπληγάδας notat; de quibus Scholiastes ad Medeæ, v. 2. Τὰς περὶ τὸ στόμα τοῦ Πόντου λέγει, αἳ δι' ἀπάτην τῆς ὄψεως δοκοῦσιν ἐνταῦθα κἀκεῖ φέρεσθαι. Vid. Nicolai Lloydii, Amici olim mei, Lexicon Poëticum in Symplegades et Cyaneæ, et quæ nos etiam ad Medeæ, v. 2. notavimus. *Barnes.*

συγχωροῦσαι πέτραι sunt Germanico in Arateis, v. 347. *coëuntia saxa.* v. ibi Schwartz. p. 75. *Beck.*

δισσὰς συγχωρούσας πέτρας.] Recte Barnesius explicat συμπληγάδας, quæ etiam συνδρομάδες vocantur, et συνορμάδες a Simonide, teste Scholiasta ad Nostri Med. 2. *Seidl.*

125. Εὐξείνου ναίοντες. Ὦ παῖ, &c.] Distinguendum, ob metrum anapæsticum. Δισσὰς συγχωρούσας πέ- τρας Εὐξείνου ναίοντες. Ὦ παῖ, &c. Aliter, prout omnes jam sciunt, ultima syllaba in ναίοντες longa esse debuit ante vocalem ὦ. Syllaba πε longa est, propter sequentes consonantes τρ, quasi fuisset πέτ-ρας.

πέτρας Εὐξείνου.] Ignoscas brevi excursui. Verius forsan Ἀξείνου, ut infra 218. 254. 342. Andromach. 786. Med. 1261. et alibi sed et ita scribendum forte v. 396. 438. ubi nunc legitur Εὔξεινον et Εὔξεινον, et alibi in hac fabula. Librariis quidem notiora erant Εὔξενον et Εὔξεινον: sed dubitationem admittit, an Euripides ea confuderit, aut promiscue usurpaverit. Ratio hujus dubitationis erit, quia testatur disertim Lucianus Toxar. p. 34. (ed. Græv.) Pontum istum, eo tempore quo Pylades et Orestes illuc appulerint, Ἄξενον

Πόδα παρθένιον,
Ὅσιον ὁσίας
Κληδούχου δούλα πέμπω,

Pedem virgineum
Sanctum, sanctæ
Clavigeræ serva, immitto,

lictum fuisse: et Strabo, lib. VII. p. 458. T. I. etiam Homeri ævo idem nomen mansisse refert, neque in Εὔξεινον mutatum fuisse, donec Iones urbes aliquot ibi condidissent: de qua re vide eundem lib. XIV. p. 941. et Athenæum XII. 5. p. 523. E. F. Ἀξείνου itaque postulat ἀκριβεία, et Euripidis constantia. sed non audeo deserere exemplaria: et poëtæ sæpe *anticipant*; quemadmodum noster ad finem Alcestidis, ubi Admetus mentionem facit Tetrarchiarum Thessaliæ. nam Euripidis quidem ævo divisa fuerit Thessalia in quatuor partes, sive Tetrarchias; sed non nisi diu post tempus Admeti. Vide Harpocration. V. Τετραρχία, et Strabon. lib. IX. p. 658. Tale quiddam observat Scholiast. Æschyl. ad Eumenid. 569. Κήρυσσε, κήρυξ, &c. *Markl.*

(Ad Marklandi notam.) Confer Ovidium Trist. IV. 4. 55. *Por.*

126. παῖ Λατοῦς.] Libri ὦ παῖ τᾶς Λατοῦς. Librariorum additamenta resecuimus, jubente metro anapæstico. *Seidl.*

127. Δίκτυννα] Quare Diana sit ita dicta, vid. Callim. Hym. Dian. v. 198. *Barnes.*

128. εὐστύλων Ναῶν] Audiendus Ovidius, testis forte oculatus: de Ponto, Lib. III. Ep. 2. v. 49.

Templa manent hodie vastis innixa columnis,
Perque quater denos itur ad illa gradus.

Confer etiam Periplos maris Euxini. *Musg.*

εὐστύλων] Εὐκιόνων. V. quæ nos supra ad v. 57. ubi de Columnis. *Barnes.*

130. Πόδα παρθένιον Ὅσιον ὁσίας.] Continuari possunt hi duo versiculi ob metrum anapæsticum, Πόδᾰ πᾱρ | θἑνἴὸν ὁ | σἴὸν ὁσἴ | ᾶς. *Markl.*

Vulgo hoc ordine:

πόδα παρθένιον ὅσιον ὁσίας.

In his Marklandus parœmiacum videt. Sed numeri sunt inelegantissimi, quales vereor ne nusquam Tragici admiserint. Metro quidem ab omni parte cautum erit, si transponatur:

ὁσίας ὅσιον πόδα παρθένιον.

Sed ultimas tantum voces transposui, quod fortasse poëta ultimam in παρθένιον ante repetitas voces, quarum eadem vis est quæ exclamationis, produxerit. Vid. de Verss. Dochm. p. 91. coll. 80. not. *Seidl.*

132. Κληδούχου δούλα] *Dianæ clavigeræ serva.* Barnesius λαμπαδούχου, refragante metro: et erudite probat vir maximus Petr. Wesselingius (Observat. I. 3.) multas dearum, imo et ipsam Dianam, κληδούχους appellari solitas. alioquin, non male lectum fuisset κληδοῦχος δούλα. ipsæ enim *æditua* κληδοῦχοι sæpe dictæ. et sic legit Barnesius ad v. 1464. *Markl.*

Κληδούχου δούλα πέμπω] Non ego hic per Κληδοῦχον *sacerdotem* intelligo: nec enim Iphigenia erat *sacerdotis* serva, sed ipsius deæ Dianæ; nescio autem, ut verum plane fatear, quare Diana dicatur κληδοῦχος, nisi ob munus obstetricatorium, unde Horat. Carm. Secul. dixit, illam, *Rite maturos aperire partus:* nec tamen uspiam ita dictam apud Veteres reperio. Si faverent exemplaria, mallem legere λαμπαδοῦχον: id enim nominis Dianæ maximopere convenit. Vid. Callim. Hymn. Dian. v. 11. *Barnes.*

Heath. ὁσίας κληδούχου refert ad ipsam Iphigeniam, ut a πόδα hi genitivi pendeant, et sensus sit: *Pedem virgineum sanctum sanctæ tuæ janitricis serva immitto.*

Κληδοῦχον ipsam Iphigeniam dici censet Hardion, et πόδα παρθένιον pertinere ad famulas, quas secum adduxit illa δοῦλα quoque (subint. σώματα) dici easdem famulas. Forte etiam scribi posse: ὅσιον ὅσιας κληδούχου δοῦλον πέμπω. *Beck.*

Κληδούχου δούλα] Vid. supra ad v. 123. Ceterum dicit Iphigenia: accedo ad templum tuum, ubi sacerdos sum tua, quod munus cum patriæ meæ jucunditate mihi permutandum fuit. *Seidl.*

Ἑλλάδος εὐίππου πύργους,
Καὶ τείχη, χόρτων τ' εὐδένδρων
Ἐξαλλάξασ' Εὐρώταν,
Πατρῴων οἴκων ἕδρας.
ΧΟ. Ἔμολον. τί νέον; τίνα φροντίδ' ἔχεις;

Græciæ bellicosæ turres,
Et muros, agrorumque nemorosorum
Relinquens voluptatem,
Et paternæ domus sedem.
Adsum. Quid novi? quid es sollicita?

133. Ἑλλάδος τᾶς εὐίππου, MS. Victor. Illud τᾶς fortasse valet γᾶς. Nam si scribas γᾶς Ἑλλάδος, priore voce ad antecedentem versum retracta, in antistropha lectio οἵαν retineri poterit. *Seidl.*

134. s. Καὶ τείχη, χόρτων τ' εὐδένδρων Ἐξαλλάξασ' Εὐρώταν.] Ita Barnesius pro Εὐρώπαν. Ille et Canterus vertunt χόρτων εὐδένδρων *agris nemorosis insignem*. Equidem dubito cum de versione tum de contextu. Forte, Ἑλλάδος εὐίππου πύργους, καὶ Τείχη, χόρτον τ' εὐδένδρου Ἐξαλλάξασ' Εὐρώτα, Πατρῴων οἴκων ἕδρας. vel θ' ἕδρας. χόρτον est χῶραν, Hesychius. Εὐρώτα εὐδένδρου, quia *lauris ejus ripæ sunt plenæ*, Servius ad Virgil. Eclog. VI. 83. *Markl.*

χόρτων τ' εὐδένδρων] Græciæ hæc laus, non Scythiæ. Herodotus Melpomene: τῆς γῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης. Ovid. Trist. Lib. III. Eleg. 12. v. 16.

Nam procul a Geticis finibus arbor abest.

Legendum igitur, ni fallor:

χόρτων τ' εὐδένδρων
ἐξαλλάξασ' εὐζωΐαν,
πατρῴων τ' οἴκων ἕδρας.

Εὐρώπαν ne retinendum censeam, facit inter alia, v. 179. unde colligo, Poëtam has servas Ionia oriundas fingere. Vastatam antiquitus a Cimmeriis Asiam docet ex vetustissimo auctore, Callino, Strabo Lib. XIV. Hanc forte calamitatem in animo habuit Euripides et hic, et infra, v. 1106. et seq. *Musg.*

χόρτων τ' εὐδένδρων] Ita libri omnes. Marklandus χόρτον τ' εὐδένδρου, et proxime Εὐρώτα. Præstaret certe χόρτους pro χόρτον. Sed fortasse non minus recte dicitur Εὐρώπα χόρτων εὐδένδρων, quam ἅρμα Νισαίων ἵππων, Herodot. VII. 40. et infra v. 1242. ἀστάκτων ὑδάτων Παρνάσιον κορυφάν. Cf. quæ annotavimus ad Eurip. Electr. v. 651. et Matthiæ Gramm. Gr. §. 314. p. 432. not. 2. Neque minus audactèr Sophocl. Electr. 706. dicit ἀνὴρ λεύκιππος, pro λευκοὺς ἵππους ἔχων. Ceterum χόρτος duplicem proprie habet significationem, aut *pabulum* aut *septum* denotans. Vid. Etymol. Magn. p. 813. 53. coll. Hesych. vv. χόρτος et αὐλῆς ibique Interpp. Hesychius tamen: χόρτος—δηλοῖ δὲ καὶ χώραν. Hinc nostro loco χόρτους εὐδένδρους explico *herbida pascua arboribus consita*. Cf. infra ad v. 219. *Seidl.*

Forte, καὶ τείχη Σπάρτας τόν τ' εὔδενδρον. *Reisk.*

135. Εὐρώταν,] Ita repono, et Εὐρώπαν rejicio, meliori, ut puto, jure, quam quo Duportus aliique in alio loco hujus Poëtæ, Εὐρώταν rejecto, Εὐρώπαν posuerunt; ut notavimus ad Androm. v. 793. Eurotas autem est famosus Laconiæ fluvius, et Laconia provincia Peloponnesi, ubi dominabatur Agamemnon, Iphigeniæ pater. *Barnes.*

Εὐρώπαν,] Corrigit Barnesius Εὐρώταν. Eurotan enim famosum esse Laconiæ fluvium, et Laconiam provinciam Peloponnesi, ubi regnaverit Agamemnon, Iphigeniæ pater. Etiam Marklandus de Eurota flumine cogitat. Sed vere Hermannus monet, non Laconiæ, sed potius Argolidis fluvium Iphigeniæ commemorandum fuisse. *Seidl.*

137. Ἔμολον.] Nescio, quid inficeti aut inurbani in hoc solitario verbo, quod vocat, viderit Musgravius. Arcessiverat chorum Iphigenia: quidni igitur dicat *adsum?* *Seidl.*

139. τοὺς Τροίας scribit Reisk. *Beck.*

140. κώπᾳ Χιλιοναύτᾳ μυριοτεύχοις Τῶν Ἀτρειδᾶν, &c.] Non intelligo quid sit κώπᾳ

Τί με πρὸς ναοὺς ἄγαγες, ἄγαγες,
Ὦ παῖ τοῦ τᾶς Τροίας πύργους
Ἐλθόντος κλεινᾷ σὺν κώπᾳ
Χιλιοναύτᾳ μυριοτεύχοις
Τῶν Ἀτρειδᾶν τῶν κλεινῶν;

Cur me ad templum duxisti, duxisti?
O filia illius, qui *ad* Trojæ turres
Advexit inclyta classe
Mille navium innumeras hastas,
O Atridarum inclytorum pulle.

ιλιοναύτᾳ. neque quid μυριοτεύχοις. Pro ῶν Ἀτρειδᾶν suspicor scribendum esse τῶν Ἀργείων, ut Æschyl. Agam. 45. et 205. 86. Iph. Aul. 171, 172. *Markl.*

κώπᾳ] Κώπη proprie remus. Synecochice autem remus pro navi ponitur, t navis pro classe. Sicut vero χιλιοαύτᾳ ἐπιθετικῶς ponitur ad κώπᾳ, ita uspicor, μυριοτεύχοις mutari debere, et egi velim μυριοτευχεῖ: nullo enim modo υριοτεύχοις, ut vocabulum id genuinum emus, hic loci stare posse videtur. *Barnes.*

141. Vox μυριοτεύχοις nec Græca est, ec quidquam habet, quo referatur. Lego:

ὦ παῖ τοῦ τᾶς Τροίας πύργους
Κέλσαντος κλεινᾷ σὺν κώπᾳ
χιλιοναύτᾳ μυρίον ἔγχος — —

υρίον ἔγχος, ut μυρίαν ἄγων λόγχην, Phœn. . 451. Sic et Hesychius: πολλὴ φαρέρα, πολλοὶ τοξόται. *Musg.*

μυριοτεύχῳ conjicit Reisk. *Beck.*

Libri μυριοτεύχοις, quæ vox nihili est. Minima mutatione scripsi μυριοτευχοῦς, quod referendum est ad τοῦ ἐλθόντος. Μυριοτευχὴς eodem modo formatum est, ut χαλκοτευχὴς et χρυσοτευχής. *Seidl.*

142. Pro τῶν Ἀτρειδᾶν legendum forasse Πῶλ' Ἀτρειδᾶν. πῶλος de adolescenula vid. Hecub. 141. *Musg.*

Τῶν Ἀτρειδᾶν τῶν κλ.] Supple ἑνὸς sive potius τοῦ ἑτέρου. Simili structura Herod. V. 99. τῶν ἄλλων ἀστῶν Ἑρμόφαντον, et I. 107. τῶν μάγων τοῖς ὀνειροπόλοισι, quos locos cum aliis ejusdem generis affert Fischer. ad Well. III. a. p. 355. Ceterum, quamquam Menelaus quoque iter una fecerat, verius tamen Agamemnon, ut dux expeditionis, dicitur ad Trojam venisse μυριοτευχὴς κλεινᾷ σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ. Sophocles Electr. v. 605. eundem dicit τὸν τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος στράτευμα ἀγείραντα. Στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν legimus apud Æschyl. Agam. 45. *Seidl.*

143. ss. Ὦ δμωαὶ, δυσθρηνήτοις | ὡς θρήνοις ἔγκειμαι, | τᾶς οὐκ εὐμούσου μολπᾶς βοᾶν | ἀλύροις ἐλέγοις, | ἒ. ἒ. ἐν κηδείοις οἴκτοισιν | αἵ μοι συμβαίνουσ' ἆται | σύγγονον ἁμὸν κατα | κλαιομένα, ζωᾶς | οἵαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων | νυκτός, τᾶς, ἐξῆλθ' ὄρφνα.] Duo vocabula βοᾶν et ζωᾶς metro simul et sententiæ obsunt. His sublatis, locus hoc fere modo facile constituitur: Ὦ δμωαὶ, δυσθρηνήτοις | ὡς θρήνοις ἔγκειμαι, καὶ | τᾶς οὐκ εὐμούσου μολπᾶς | ἀλύροις ἐλέγοις· | ἒ ἒ, κηδείοις οἴκτοισιν, | αἵ μοι ξυμβαίνουσ' ἆται, | ξύγγονον ἁμὸν κατακλαομένα. | τοίαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων, | νυκτὸς, τᾶς ἐξῆλθ' ὄρφνα. Plura hic consideranda veniunt. Versu 144. addidi καὶ, quod infra v. 225. post εἰκὼ exciderat, quod post ἔγκειμαι facile excidere poterat, quodque in eodem metro eandem sedem occupat apud Eurip. Tro. 124. (ed. Musg.) Deinde delevi ἐν ante κηδείοις. Eandem præpositionem ante ναοῖσι expulit Marklandus, v. 461. Verba autem αἵ μοι ξυμβαίνουσ' ἆται accipienda sunt quasi dixerit poëta, οἴκτοισι τῶν ἀτῶν, αἵ μοι ξυμβαίνουσιν. Ita noster Tro. 872. ποινὰς, ὅσοι τεθνᾶσ' ἐν Ἰλίῳ φίλοι. Id est, ποινὰς φίλων, ὅσοι τεθνᾶσ' ἐν Ἰλίῳ. Nonnullæ edd. ὅσοις, aliæ ὅσων, sed recte Aldina ὅσοι. Οἶκτος genitivum adsciscit, Hipp. 1092. οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς. Mox ὀνείρων ex sententia Bothii uncis incluserunt Seidlerus et Matthiæ. Rectius abest ζωᾶς, quod si per ο Attico more scribatur, in hoc metro stare non potest. Denique τοίαν vel τοιάνδ' pro οἵαν reponendum esset, etiam si nullus esset hiatus. Nonnihil de hac re dixi ad Æschyli Prom. 907. ubi recte τοῖον pro οἷον Robortellus. *Elmsl.*

ΙΦ. Ὦ δμωαὶ, δυσθρηνήτοις
Ὡς θρήνοις ἔγκειμαι,
Τᾶς οὐκ εὐμούσου μολπᾶς βοᾷν
Ἀλύροις ἐλέγοις.
Ἒ, ἔ. ἐν κηδείοις οἴκτοισιν,
Αἵ μοι συμβαίνουσ' ἆται,

Iph. O famulæ flebilibus
Ut nondum, lamentis immoror,
Non-jucundi cantus edens vocem:
Lyra-destitutis elegis,
Heu, heu! et funereo luctu
Quæ mihi accidunt mala,

Ὦ δμωαὶ δυσθρηνήτοις
ὡς θρήνοις ἐγκείμαι.
ΤΑΣ οὐκ εὐμούσου μολπᾶς ΒΟΑΝ
Ἀλύροις ἐλέγοις
ἒ ἒ ἐν κηδείοις οἴκτοισιν
ΑΙ' ΜΟΙ ΣΥΜΒΑΙΝΟΥΣ' ἈΤΑΙ
σύγγονον ἀμὸν κατα-
κλαιομένα ζωᾶς.

Iphigeniæ verba sunt. Orestem, quem mortuum putat, lugentis. Ab initio statim Musgravius non male, ὡς οὔπω legendum esse conjicit. In proximo vero versu corruptela multo est manifestior. Unde enim genitivus τᾶς μολπᾶς pendeat, et quo pertineant v. αἵ μοι συμβαίνουσ' ἆται, nemo facile dixerit. Prorsus igitur assentior Musgravio, eleganti conjectura scribentis

στᾶσ' οὐκ εὐμούσου μολπᾶς βοάν.

ad quam ῥῆσιν illustrandam nonnulla dedimus ad Iph. Aul. v. 1188. adde L. Kuster ad Aristoph. Thesmoph. 704. Totum autem locum sic satis bene constitui posse puto:

ΣΤΑ͂Σ' οὐκ εὐμούσου μολπᾶς ΒΟΆΝ
ἀλύρους ἐλέγους,
ἒ ἒ κηδείοις οἴκτοισιν
ΔΑΙΜΟΝΟΣ ΒΑΙΝΟΥΣ' ἈΤΑΙΣ
σύγγονον ἀμὸν κατα
κλαίομαι ζωᾶς.

βαίνουσα ἐν κηδείοις οἴκτοισιν. *versans in magno luctu* eleganter pro οὖσα. Eurip. in Antiopa. ap. Clement. Alex. p. 744.

Τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες
οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα μὴ λυπούμενοι.

in Incert. Tragœd. Fr. LXVIII. ap. Stobæum T. CV.

Οὐ χρή ποτ' ὀρθαῖς ἐν τύχαις βεβηκότα
ἕξειν τὸν αὐτὸν δαίμον' εἰσαεὶ δοκεῖν.

Helena, 1523. οὐ γὰρ ἐλπίδων εἴσω βέβηκα. Sophocl. Electr. 979. τοῖσιν ἐχθροῖς εὖ βεβηκόσιν ποτέ. Fortasse et Archytas ap. Stobæum. Serm. I. p. 16. 40. πάντες γὰρ ἐν εὐτυχίᾳ ΒΑΙΝΟΝΤΕΣ (ita enim legendum suspicor pro μένοντες) οἱ ἐπὶ πολὺ μέτριοι καὶ κόσμιοι τὸ ἦθος ἦμεν φαίνονται — δαίμονος ἄταις. *Infesti alicujus Dei noxa.* Noster in Hyppol. 241.

Ἐμάνην, ἔπεσον ΔΑΙΜΟΝΟΣ ἈΤΗι.

Jacobs.

144. Excidisse videtur vox οὔπω. Lego enim:

ὦ δμωαὶ, δυσθρηνήτοις,
ὡς οὔπω, θρήνοις ἔγκειμαι.

Musg.

Heath. metri causa ita distinguit et scribit:

Ὡς θρήνοις ἔγκειμαι, τᾶς οὐκ
Εὐμούσου μολπαῖσι βοᾶς — —

Beck.

Legebatur δυσθρηνήτοις ὡς θρήνοις. Possis etiam:

δυσθρηνήτοις ὡς ἔγκειμαι
θρήνοισιν τᾶς, etc.

Seidl.

145. βοᾷν] Unde hoc venerit, aut quid velit, ignoro. Distinctiones quoque in sequentibus sunt admodum incertæ, mallem tamen, v. 149. Κατακλαι | ομένα ζωᾶς. et ἀμὸν non ἁμόν. *Markl.*

Σύγγονον ἀμὸν κατα-
κλαιομένα ζωᾶς.
Οἵαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων
Νυκτὸς, τᾶς ἐξῆλθ' ὄρφνα.
Ὠλόμαν, ὠλόμαν.
Οὐκ εἴσ' οἶκοι πατρῷοι.

Fratrem meum
Lugens ob vitam.
Qualem vidi somniorum speciem
Hac nocte, cujus abiit caligo.
Perii, perii.
Non est domus paterna.

Locus difficillimus expediri fortasse potest sic legendo et distinguendo:

> Στᾶσ' οὐκ εὐμούσου μολπᾶς βοάν·
> Ἀλύροις ἐλέγοις
> Ἒ, ἕ, ἐν κηδείοις τ' οἴκτοισιν
> (Αἵ μοι συμβαίνουσ' ἆται)
> Σύγγονον ἀμὸν κατα-
> κλαιομένα —

Στᾶτα βοὰν, ut infra 1308. Heraclid. 656. Æschyl. Choëph. 885. vid. et Orest. 1544. Iph. Aul. 1039. *Musg.*

βοᾷν] Ὥστε βοᾷν· βοῶσα. *Æmil. Portus.* Libri μολπᾶς βοᾷν, quod nec metrum fert nec sensus. Recepimus Heathii emendationem. *Seidl.*

147. Ἐν κηδείοις οἴκτοισιν verte *in funebribus lamentis. Heath.*

Vulgo οἴκτοισιν contra metrum. *Seidl.*

148. Αἵ] Si vera lectio est, relativum spectat simul ad κηδείοις οἴκτοις, ut in Soph. Electr. 203. ὦ δείπνων ἀῤῥήτων ἔκπαγλ' ἄχθη, τοὺς ἐμὸς ἴδε πατὴρ θανάτους αἰκεῖς. Vide tamen ad v. 150. *Seidl.*

149. Ita distingui vult Heath.

> Σύγγονον ἀμὸν
> Κατακλαιομένα ζωᾶς.

Beck.

Aldus ἁμὸν. *Seidl.*

150. ζωᾶς·] Subaudi ἕνεκα. *Æmil. Portus.*

151. Ἂν. Ita dedimus pro οἵαν ob metrum strophici versus, nisi tamen in strophico post πέμπω excidit θεᾶς, quam vocem sæpe a librariis negligi, satis notum est. In fine versus vocem ὀνείρων uncis inclusimus, quod metrum hac voce abundat. Per se quidem ὄψις ὀνείρων bonum est, sed quum proxime sequatur νυκτὸς, genitivo isto facile caremus. Ad ὄψιν, opinor. adscripserat aliquis ὄνειρον, quod ubi semel in textum admissum est, non potuit non in ὀνείρων mutari. Cf. not. ad v. 1278. Sed fortasse tamen totum locum Euripides sic scripsit:

> ᾇ συμβαίνουσ' ἆται, σύγγονον
> ἀμὸν κατακλαιομένα ζωᾶς,
> ἂν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων.

Soph. Electr. 261. ᾗ πρῶτα μὲν τὰ μητρὸς, ἥ μ' ἐγείνατο, ἔχθιστα συμβέβηκεν. Illud ᾇ facile explicari poterat per ἐμοί. Hanc rationem si probaveris, in stropha, v. 129. scribe χρυσήρεις εἰς θριγκούς. *Seidl.*

153. Ὠλόμαν, ὠλόμαν.] Opinor, Ὀλόμαν, ὀλόμαν, omisso augmento; ut sit basis anapæstica. nam ultima μαν pro μην, longa est, opinor, ut in ἰδόμαν paullo ante. Sic Aristoph. Εἰρήν. 1013. Ὀλόμαν, ὀλόμαν, ἀποχειρωθεὶς, &c. in anapæsto pariter. *Markl.*

Pravam lectionem ὠλόμαν, ὠλόμαν correxerunt Heathius et alii. *Seidl.*

Ὠλόμαν, ὠλόμαν. | οὐκ εἴσ' οἶκοι πατρῷοι. | οἴμοι. φρεῦδος γέννα. | φεῦ. φεῦ. τῶν Ἄργει μόχθων.] Seidlerus, ὀλόμαν, ὀλόμαν. οὐκ εἴσ' οἶκοι | πατρῷοί μοι. φροῦδος γέννα. | φεῦ φεῦ τ. Ἄ. μ. Idem mediam in πατρῷοι corripi vult, ut versus sit catalecticus, cujus ultima syllaba salvo metro brevis esse potest. Rectius fecisset, si γενεὰ pro γέννα reposuisset. Noster Hec. 157. τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα; | ποία δὲ πόλις; Ad hæc Porsonus: *Cum* γέννα *secundam alibi semper, ni fallor, corripiat, cur hic producat? Legendum igitur videtur* γενεὰ, *et* γέννʼ *infra* 189. [191.] *cum Kingio.* Recte

Οἴ μοι, φροῦδος γέννα,
Φεῦ, φεῦ, τῶν Ἄργει μόχθων.
Ἰὼ δαῖμον, ὃς τὸν
Μόνον με κασίγνητον συλᾷς,
Ἀΐδᾳ πέμψας, ᾧ τάσδε
Χοὰς μέλλω, κρατῆρά τε
Τὸν φθιμένων
Ὑδραίνειν γαίας ἐν νώτοις,
Πηγάς τ' οὐρείων ἐκ μόσχων,
Βάκχου τ' οἰνηρὰς λοιβὰς,
Ξουθᾶν τε πόνημα μελισσᾶν,

Hei mihi, interiit *meum* genus.
Heu, heu, *propter* Argis labores.
Heu fatum, quod
Fratre, quem habui unicum, me spolias,
Quem ad inferos misisti: cui has
Inferias paro poculumque
Mortuorum
In terræ dorsum effundere.
Et fontes ex montanis vitulis *lacteos*,
Et Bacchi vinosam libationem,
Et flavarum labores apum,

etiam Matthiæ γενεὰν pro γένναν, Hel. 1329.* *Elmsl.*

154. Expunximus diphthongum οι male repetitam. Legitur enim πατρῷοι οἴμοι. Corripitur autem media in πατρῷοι, ut infra 189. et sæpius alibi. *Seidl.*

157. Ἰὼ δαῖμον, ὃς τὸν Μόνον με κασίγνητον συλᾷς,] In anapæsticos levi mutatione hæc redigi possunt, ἰὼ δαίμων, ὃς τόνδε μόνον Με κασίγνητον συλᾷς Ἀΐδᾳ πέμψας, ᾧ τάσδε χοὰς Μέλλω, κρατῆρά τε τὸν φθιμένων Ὑδραίνειν, &c. *Markl.*

Ἰὼ, ἰὼ, δαίμων scribi vult Heath. *Beck.* Secuti sumus Heathium. Vulgo:

ἰὼ δαῖμον, ὃς τὸν
μόνον με κασίγνητον συλᾷς.

Multo deterius est Marklandi τόνδε μόνον. Potuit tamen Euripides scribere:

ὦ δαῖμον, ὃ τὸν
μοῦνον, etc.

Ita Hippol. 527. ἔρως, ἔρως, ὃ κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον. *Seidl.*

158. Μοῦνον emendat Heath. *Beck.*

159. ss. Heath. hos versus ita constituit, ut Markl. *Beck.*

Ἀΐδᾳ] Aldus ἀΐδα, reliqui ἀΐδᾳ. Sed contractam formam etiam hic præposui, quod illa necessario reponenda est paulo post, v. 168. *Seidl.*

ἴσως· ᾧ τάσδε, MS. Victor. Aldus enim ὦ τάσδε. *Goeller.*

160. Κρατῆρά τε τὸν φθιμένων, &c.] Ex hoc loco mixturam hujus poculi licet agnoscere, ut in Latina versione apposui; nempe fieri ex aqua, sanguine, lacte, vino et melle; ἃ νεκροῖς θελκτήρια κεῖται. Vide infra ad v. 634. *Barnes.*

163. Per πηγὰς οὐρ. ἐκ μόσχων non sanguinem, sed lac intelligi censet Prevostus. *Beck.*

* Hic locus ita legendus videtur: βροτοῖσι δ' ἄχλοα πεδία γᾶς | οὐ καρπίζουσ' ἀρότοις, | λαῶν τε φθείρει γενεὰν, | ποίμναις τ' οὐχ ἵει θαλερὰς | βοσκὰς εὐφύλλων ἑλίκων. Metrum cum stropha conveniet, si in illa legatur, v. 1310. θηρῶν ὅτε ζυγίους | ζεύξασ' ἦιεν θεὰ σατίνας.

Ἃ νεκροῖς θελκτήρια κεῖ-
τ'. ἀλλ' ἔνδος μοι πάγχρυσον
Τεῦχος, καὶ λοιβὰν ἀΐδα·
Ὦ κατὰ γαίας
Ἀγαμεμνόνειον θάλος,
Ὡς φθιμένῳ τάδε σοι
Πέμπω. δέξαι δ'· οὐ γὰρ πάρος
Τύμβου σοι ξανθὰν χαίταν,
Οὐ δάκρυ' οἴσω.
Τηλόσε γὰρ δὴ σᾶς ἀπενάσθην
Πατρίδος, καὶ ἐμᾶς. ἔνθα δοκήμασι

Quæ mortuorum delinimenta more recepta sunt.
Verum da mihi aureum
Vas, et libationem inferis:
O infra terram
Agamemnonium germen,
Tanquam mortuo hæc tibi
Mitto. Tu vero accipe, non enim ante
Tuum sepulchrum tibi flavam comam,
Neque lachrymas adferam.
Procul enim absum a tua
Patria, et mea, ubi existimor

Ante μόσχων libri addunt ἐκ, quod ab explicatore profectum videtur. In antistropha enim parœmiacus est. Ac si accurate rem perpendimus, concinnius conjunguntur πηγαὶ μόσχων, λοιβαὶ Βάκχου, πόνημα μελισσᾶν. Illud etiam concinnius est, si harum rerum ad libationem pertinentium una quævis eosdem numeros sortiatur. Πηγὰς μόσχων recte explicant *lac*, citantes Nostri Orest. 115. seqq. Ceterum hoc loco non debebam uti de Verss. Dochm. p. 308. *Seidl.*

Πηγὰς, etc.] Verte: *Et fontes ex montanis juvencis derivatos.* Significatur enim *lac*, non *sanguis*; et libatio, quæ mortuis fiebat, quando non conjuncta erat cum sacrificio, constabat melle, lacte, et vino. v. Orest. 115. *Heath.*

166. κεῖται] Male vulgo κεῖτ'. Quæ horum antistrophica existimat Erfurdtius meus ad Soph. Ajac. v. 190. p. 516. ea ego certe nunquam his putavi respondere, quamvis locum istum ita, ut Erfurdtius refert, olim emendatum voluerim. *Seidl.*

168. ἄιδα·] Aldus Ἀΐδα, ceteræ edd. Ἀΐδᾳ, quod utrumque bonum. Reposui autem formam disyllabam, quæ in catalexi certe elegantior est. Soph. Electr. v. 216. Scribendum αἰκῶς. Vid. de Verss. Dochm. p. 404. not. *Seidl.*

169. ss. Ita hi versus corrigendi et constituendi videntur Heathio:

Ὦ κατὰ γαίας Ἀγαμεμνόνειον
Θάλος, ὡς φθιμένῳ, τάδε σοι πέμπω.
Δέξαι δ'· ὀ γὰρ πρὸς τύμβον σοι
Ξανθὰν χαίταν, ὀ δάκρυ' οἴσω.

Beck.

170. Ἀγαμεμνόνειον θάλος,] Scrib. Ἀγαμεμνόνιον. et mox, πρὸς (vel παρὰ) τύμβον, *ad tumulum*, non πάρος τύμβου. Ita: Ὦ κατὰ γαίας Ἀγαμεμνόνιον Θάλος, ὡς φθιμένῳ τάδε σοι πέμπω. Δέξαι δ'· οὐ γὰρ πρὸς τύμβον σοι Ξανθὰν χαίταν, οὐ δάκρυ' οἴσω, Τηλόσε γὰρ, &c. πρὸς τύμβον ut Troas. 482. Electra 517. *Markl.*

Aldus Ἀγαμεμνόνειον. *Seidl.*

172. πρὸς Τύμβον] Ita emendant pleri-

Κεῖμαι σφαχθεῖσ', ἁ τλάμων.
ΧΟ. Ἀντιψάλμους ᾠδὰς,
Ὕμνον τ' Ἀσιήταν σοι,
Βάρβαρον ἰαχὰν,
Δεσποίνᾳ γ' ἐξαυδάσω,

Jacere, misera, mactata.
Cho. Respondentes cantilenas,
Et hymnum Asiaticum tibi
Barbaricum clamorem,
O domina, sonabo,

que. Vulgo *πάρος τύμβου.* Possis etiam *παρὰ τύμβῳ.* *Seidl.*

176. *κ'εμᾶς ἔνθα.*] Scribo ex metro, *κεμὰς ἐν τᾷ* (i. e. *ᾇ* vel *ῇ*) *δοκίμα.* et pro *σφαχθεῖσα τλάμων*, forte, *σφαχθεῖσ' ἁ τλάμων.* *Markl.*

176. s. *κεμὰς ἐν τᾷ δοκίμα*
Κεῖμαι, σφαχθεῖσα τλάμων.

Lege *καὶ ἐμᾶς, ἔνθα δοκήμασι κεῖμαι σφαχθεῖσ', ἁ τλάμων.* Troad. 413. Erecth. apud Stobæum Gesn. p. 449. Grotii. p. 331. *Por.*

κ' ἐμᾶς] Legendum, ni fallor, *κᾀμᾶς*, *et meæ.* *κεμὰς*, *hinnula*, quod Brodæo et aliis placet, minime convenire censeo. Græci enim ex hujus Fabulæ œconomia nihil omnino de cerva a Diana supposita suspicati erant, sed ipsam Iphigeniam mactatam esse credebant. vid. infra v. 564, 5. *Musg.*

κεμὰς] Ita restituo pro *κεμᾶς*, quod prius obtinebat, Cantero, Scaligero, Brodæo, auctoribus. Κεμὰς autem est *ἐλάφου παῖς*, hinnula, etc. Scribitur etiam et *κεμμὰς* Carminis gratia. Grammatici autem dictum volunt *κεμὰς*, quasi *κοιμὰς, ὡς κοιμωμένη ἔτι ἐν τῷ σπηλαίῳ*, ob teneram nempe ætatem. Vel, ut Eustathius, quasi *μηκὰς*, per metathesin *κημὰς*, et per Systolen *κεμάς.* Quod vero tanta vocis similitudo occurrat in *κεμὰς, δοκίμα, κεῖμαι*, id multam *ἡδυφωνίαν* redolet; ita quoque *Ovidius*: *O utinam possem populos reparare paternis artibus, atque animas formatæ infundere terræ.* Et nos etiam in *Franciados* nostræ, Lib. V. v. 368. *Tum vocat Althemium in pugnam; volat ille vocantis Ad vocem: ter lapsus equus, terque, omine spreto, Lætus ad infensæ festinat Virginis ora.* Nec vero hæc verborum condimenta neglexit ipse Homerus, ut Odyss. *τ'.* v. 205. *Ὡς δὲ χιὼν κατατήκετ' ἐν ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν, Ἥν τ' Εὖρος κατέτηξεν, ἐπὴν Ζέφυρος καταχεύῃ· Τηκομένης δ' ἄρα τῆς ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες· Ὡς τῆς τήκετο καλὰ παρήϊα δακρυχεούσης.* Quem locum ipse Scaliger miratur. Sed in vocibus parum variatis gratior suavitas, ut *Λοιμόν τε λιμόν τε*, et Iliad. *ξ'.* v. 377. *Χείρονι φωτὶ δότω, ὁ δ' ἐν ἀσπίδι μείζονι δύτω.* *Barnes.*

Repudiat Prev. conjecturam Brodæi, quam Brum. secutus fuerat, et præfert multo simpliciorem a Musgravio propositam. Sensum esse monet: Longe a communi patria remota sum, ubi credor inter mortuos jacere tanquam misera victima.

Metri causa Heath. scribi vult *Πατρίδος κεμὰς ἔνθ' ἀδοκίμα.* *ἀδοκίμα* est *vilis, nullius pretii*; et prima hujus vocab. syllaba potest produci. v. Clarck. ad Hom. Il. *α'.* 938. *Beck.*

καὶ ἐμᾶς,] Ita Nostri Electr. 885. *ὅς σὸν πατέρα κᾀμὸν ὤλεσεν*, et sæpe alibi. Aldus *κ'ἐμᾶς.* Musgravius, qui proponit *κᾀμᾶς*, jure rejicit mirum illud Brodæi *κεμὰς*, quod ab editoribus aliquot receptum est.

ἔνθ' ἁ δοκίμα.] Aldus *ἔνθα δοκίμα.* Marklandus *ἐν τᾷ δοκίμα*, vertens *ubi hinnula* (legit enim *κεμὰς*) *existimata*, quam versionem vellem firmasset. Heathius *ἔνθ' ἀδοκίμα, nullius pretii existimata*, in quo maxime offendit terminatio femini in *α.* Scripsimus *ἔνθ' ἁ δοκίμα* explicantes *ἁ εὐδοκίμα, quæ ex tam illustri genere oriunda sum, quippe magni regis filia.* Noster Suppl. 288. *ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι.* *Seidl.*

Τὰν ἐν θρήνοισιν μοῦσαν,
Νέκυσιν μέλεον·
Τὰν ἐν μολπαῖς Ἀΐδας
Ὑμνεῖ, δίχα παιάνων.
ΙΦ. Οἴ μοι τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων·

Musam lugubrem,
Mortuis gratam
Quam inter carmina Pluto
Laudat sine Pæane.
Iph. Heu mihi Atridarum calamitates.

177. Κεῖμαι σφ.] Sic supra v. 70. ὅτ' ὠλλύμην ἐγώ. Ceterum Musgravius cum Marklando scripsit σφαχθεῖσ' ἁ τλάμων. Sed etiam infra v. 230. legimus δμαθέντα κλαίω. *Seidl.*

178. ss. Ita hi versus constituendi, spondaici omnes, aut anapæstici, videntur Heathio:

Ἀντιψάλμους ᾠδὰς, ὕμνον τ'
Ἀσιήταν σοι, βάρβαρον ἰαχὰν,
Δέσποιν', ἐξαυδάσω, τὰν ἐν
Θρήνοις μοῦσαν, νέκυσιν μέλεον,
Τὰν ἐν μολπαῖς
Ἀΐδας ὑμνεῖ, δίχα Παιάνων.

Hes. Ἀντιψάλμους· ἀντιστρόφους. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Ταύροις. *Beck.*

ἀντιψάλμους] Hesychius: ἀντιψάλμους, ἀντιστρόφους. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Ταύροις. *Seidl.*

179. Confer Orest. v. 1395, 6. Vide etiam quæ annotavimus ad hujus Fabulæ, v. 134. *Musg.*

180. βάρβαρον.] Mirari licet, Græcas mulieres canere velle barbaros modos. An quod in Asia jam degentes his erant adsuetæ? Majori certe jure facere hoc poterant Phryx in Orest. 1395. et Phœnissæ virgines in Phœniss. 1320. *Seidl.*

181. Δέσποιν', ἐξαυδάσω,] Omnes libri scripti, δεσποινα γ' εξαυδασω, i. e. δεσποίνῃ γ', scil. σοι. *Markl.*

Δέσποιν' ἐξαυδάσω,] Ita bene Aldus. Corrupte libri δεσποινα γ' ἐξαυδασω, quod prius fuisse videtur δέσποινα ἐξαυδάσω, quem hiatum ut evitaret, aliquis inservit γ'.

Δέσποινά γ' ἐξαυδάσω, MS. Victor. *Seidl.*

182. θρήνοις.] Iidem Codd. θρηνοισι; hoc est θρήνοισιν. *Markl.*

θρήνοις.] Sic Aldus. Male Codices θρήνοισι.

μοῦσαν, Νέκυσιν μέλεον·] Conjunge μοῦσαν νέκυσιν, den Gesang fur die Todten. Sic Noster Hel. 177. παιᾶνας νέκυσιν ὀλομένοις, quem locum jam non magis tentandum existimo, quam nostrum, in quo legi volunt nonnulli νέκυσι μελομέναν ad exemplum Phœniss. v. 1320. ἰαχὰν μελομέναν νεκροῖς. Cf. etiam infra v. 388. τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα, et quæ notavimus ad vv. 459. et 460. *Seidl.*

θρήνοισι μοῦσαν, MS. Victor. *Seidl.*

183. Νέκυσιν μέλεον·] *Mortuis miseram.* Quod hoc sit nescio. Intellexissem Νέκυσι μελομέναν, ut Phœniss. 1321. ἰαχὰν μελομέναν νεκροῖς: et μελόμενον αἱμακταῖς ῥανίσι, hac Fab. 645. Distingui potest, —μοῦσαν Νέκυσιν, μέλεον, Τὰν, &c. *Markl.*

Νέκυσιν μέλεον·] Lego: νέκυσιν μελομέναν. vid. Phœn. v. 1321.

Pro μέλεον legendum μείλιον, *placamentum:* Hesychius: μείλια, μειλίγματα, χαρίσματα, δῶρα. Apollon. Rhod. Lib. IV. Μείλιά τε χρυσοῖο. Habet Callimach. Dian. 230. *Musg.*

184. Ἄιδας] Vid. ad v. 159. Ceterum confer ad h. l. Nostri Hercul. Fur. 1020. ἢ φθιτῶν αὐδὰν, ἢ τὸν ἀΐδα χορὸν ἰαχήσω. Electr. 143. μέλος ἀΐδα. Suppl. 783. ᾅδου μολπάς, et, quem Musgravius citat Suppl. 86. χορὸν, τὸν ᾅδας σέβει. *Seidl.*

185. Ὑμνεῖ,] Lego αἰνεῖ, *quam inter cantilenas maxime laudat Pluto.* Sic Suppl. v. 86. χορὸν, τὸν ἀΐδας σέβει. Vox αἰνεῖ primo in ΜΝΕΙ transiisse videtur, cui deinde adjecta est initio litera υ. *Musg.*

δίχα παιάνων.] Pæan lætior cantilena ob victoriam et rem bene gestam. Est Pæan Ἐνυάλιος dictus, quia Marti canitur: sed

Ἔῤῥει φῶς σκήπτρων.
Οἴμοι πατρῴων οἴκων.

Periit lumen sceptrorum.
Heu paternos domos:

de hoc et alio Pæane post Eustathium (fol. 137. lin. 40. usque ad lin. 46. et fol. 138. lin. 44. et fol. 1109. lin. 27. et fol. 1275. lin. 38.) vid. Cæl. Rhodigin. Antiq. Lect. Lib. IX. c. 8. Item Natal. Comit. in Apollo, ubi de hoc et altero, post Victoriam Apollini facto. Vide quoque Macrob. Saturn. Lib. III. c. 2. p. 319. et Andr. Schott. in Procli Χρηστομάθειαν. *Barnes.*

186. ss. Οἴμοι τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων. | ἔῤῥει φόως σκήπτρων. | οἴμοι πατρῴων οἴκων. | τίν' ἐκ τῶν εὐόλβων | Ἄργει βασιλέων, | ἀρχά. μόχθος δ' ἐκ μόχθων | ἀΐσσει δινευούσαις ἵπποισιν | πτανοῖς. ἀλλάξας | δ' ἐξ ἕδρας' ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος. | ἄλλοις δ' ἄλλα προσέβα | χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα, | φόνος ἐπὶ φόνῳ, | ἄχεα ἄχεσιν.] Hanc difficillimam totius carminis partem merito appellat Seidlerus. Tres primos versus ita dubitanter corrigo: οἴμοι, τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων | ἔῤῥει φῶς, ἔῤῥει σκῆπτρον | (οἴμοι) πατρῴων οἴκων. Infra etiam v. 849. Orestes δόμοις φάος appellatur. Ad ἔῤῥει σκῆπτρον conferantur Pelei verba Andr. 1211. Οὐκέτι μοι πόλις, πόλις. | σκῆπτρά τ' ἐῤῥέτω τάδ' ἐπὶ (malim ὑπὸ) γαῖαν. Verba πατρῴων οἴκων non *meam* sed *tuam paternam domum* significare mihi videntur. Mea enim sententia hoc carmen in quatuor ῥήσεις dividendum est. Iphigeniæ tribuo versus 143—177. iterumque 203—236. Reliqua chori esse arbitror. Sequuntur duo versus catalectici, τίν' ἐκ τῶν (liber Put. τίν' ἐκ τῆς τῆς) εὐόλβων | Ἄργει βασιλέων ἀρχά, qui meam emendandi facultatem longe superant. Deinde legendum, fere ut vulgo, μόχθος δ' ἐκ μόχθων ἄσσει | δινευούσαις | ἵπποισι πτανοῖς. Quæ verba de Pelopis equabus accipio, licet aliter sentiant Musgravius et Seidlerus. Dativum δινευούσαις illustrat Matthiæ Gramm. Gr. §. 390. Sequitur, ἀλλάξας δ' | ἐξ ἕδρας ἱερᾶς ὄμμ' αὐγᾶς | ἅλιος, ἄλλοις ἄλλα προσέβα | χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα, | πόνος ἐπὶ πόνῳ, ἄχεά τ' ἄχεσιν. Jacobsio debetur ἐξ ἕδρας, Marklando ἱερᾶς, Barnesio ἄχεά τ' ἄχεσιν. Ἀλλάξας nominativus absolutus est, de quo vide ad v. 676. Frustra autem Seidlerus ἄλλαις, ὀδύναις scilicet, προσέβη pro προσετέθη accepto. Recte se habet vulgata ἄλλοις—μελάθροις, i. e. ἄλλῃ γενεᾷ. *Elmsl.*

Pro οἴκων, quod invenustam repetitionem efficit, legendum forte οἴτων.

Quod promiserat Chorus, se lamentis Dominæ ἀντιψάλμους ᾠδὰς redditurum, nuspiam, si fidi sunt MSS., præstitit. Sed, aut admodum fallor, aut aliter distribuendæ sunt personæ: quod vide, quantam lucem et venustatem loco satis perplexo conciliet:

Τὰν ἐν μολπαῖς Ἀΐδας
Αἰνεῖ, δίχα παιάνων.
Οἴμοι, τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων·
Ἔῤῥει φόως σκήπτρων.
ΙΦ. Οἴμοι, πατρῴων οἴκων·——

Musg.

186. A voce οἴμοι libri initium faciunt orationis Iphigeniæ. Sed verissime observat Musgravius, chorum, quod promittat, lamentis se dominæ ἀντιψάλμους ᾠδὰς redditurum, nusquam præstare. Itaque hunc et sequentem versum choro adhuc tribuendum putat. Confirmat hoc antistrophæ ratio. Erroris causa fuit exclamatio οἴμοι, a qua Iphigenia statim incipit.—Ceterum ante Ἀτρειδᾶν libri addunt articulum τῶν, qui versus causa delendus est. Corripitur ultima in οἴμοι sequente vocali. Sic in Nostri Hecuba 125. ὄζω Ἀθηνᾶν. Vid. de Verss. Dochm. p. 96. Post οἴκων vulgo interpungunt. Statim post Aldus legit φόως, quod emendarunt Heathius et Marklandus. Orestem intelligi per φῶς σκήπτρων manifestum est. Infra v. 224. Ἄργει σκηπτοῦχον Ὀρέσταν. *Seidl.*

Οἴμοι τῶν Ἀτρειδᾶν Οἴκων
ἔῤῥει φόως σκήπτρων
οἴμοι πατρῴων οἴκων.

Ne eadem vox invenuste repetatur, Musgravius ἀτρειδᾶν οἴτων corrigendum esse putabat. Jamdiu est quod mihi in mentem venit

Τίν' ἐκ τῶν εὐόλβων
Ἄργει βασιλέων,

Aten nactæ sunt beatorum
Argis regum,

Οἴμοι τῶν Ἄργει καμάτων

cf. v. 156.

φεῦ φεῦ τῶν Ἄργει μόχθων.

Jacobs.

187. φόως σκήπτρων.] Opinor φῶς ob metrum. Orestem forte intelligit per φῶς σκήπτρων. *Markl.*

188. Οἴ μοι πατρώων οἴκων.] Vox ultima suspecta esse potest, cum eadem res et idem verbum præcesserit versu 186, Οἴ μοι τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων. Hoc quidem non est certum et perpetuum; et tamen οἴκτων subesse potest in alterutro loco, ut v. 147. ἐν κηδείοις οἴκτοισιν. *Markl.*

188. ss. Venimus ad partem in toto hoc carmine corruptissimam, quam nemodum probabiliter restituit. In Aldi lectione, quam priores tres versus repræsentant, numeri non minus laborant, quam sensus. Alterutrum ex his etiam valet de conjecturis virorum doctorum. Mea sententia Euripides scripsit:

οἴμοι πατρώων οἴκων ἔριν, ἐκ
τῶν εὐόλβων Ἄργει βασιλέων
ἀρχαίαν, μόχθους δ' ἐκ μόχθων!

ἔριν facillime corrumpi poterat in τίν'. Nam littera ε ante ρ in libris MSS. solo hamulo significatur, quem librarii sæpe neglexerunt; vid. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 746. Inde factum est, ut syllaba ερ interdum confunderetur cum littera iota; vid. Bast. ibid. p. 763. Facilior etiam videri debet hujus litteræ permutatio cum littera τ comparantibus compendium, quo scripta est vox περισσῶς, Tab. IV. num. 7. ad eundem Gregorium. Nec difficile est ἀρχὰ mutari in ἀρχαίαν, quandoquidem syllaba αν parvo ductu superscripto significabatur, teste Bastio, ibid. p. 755. — Ceterum ἔριν οἴκων Noster dixit Androm. 467. coll. Cresph. Fragm. IV. 11. εἶργ' ἀπ' οἴκων τὰν μαινομέναν ἔριν. Infra v. 813. Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν. Dicitur autem ἀρχαία, ut Orest. 802. eadem παλαιὰ συμφορὰ δόμων. Præpositio ἐκ eandem vim habet, quam ἀπὸ in Soph. Antig. 2. τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν. Quod autem in anapæsti fine collocata est hæc præpositio, eodem loco supra v. 181. legimus ἐν et in Iphig. Aul. v. 119. πρὸς, ut alios locos omittam. Ipsum etiam articulum ita positum non multo ante habuimus, v. 157.—Restat, ut lectionem Cod. C. a Marklando collati commemoremus τιν εκ της της ευολβων, in qua librarius articulum τῶν male lectum male videtur repetiisse. Τῆς et τῶν confusa etiam reperias Nostri Electra, v. 120. *Seidl.*

189. Τίν' ἐκ τῶν εὐόλβων] Omitto ob brevitatem conjecturas aliorum in hunc locum. Codex C. τιν εκ της της ευολβων. Forte, Ποίνα τᾶς τῶν εὐόλβων Ἄργει βασιλέων Ἀρχᾶς, μόχθος τ' ἐκ μόχθου Αἴσσει, δινευούσαις ἵπποις Πταναῖς. Scribi quoque potest τᾷ Ἀρχᾷ. Sed mallem Ποίνα τᾶς, &c. Quæ vero hic narrat Iphigenia, eodem fere modo refert Electra, soror Iphigeniæ, Orest. 972. seqq. Et ob fraudem hanc Pelopis in δινευούσαις ἵπποις, et necem Myrtili, huic familiæ (Pelopidis) calamitates subsequentes divinitus immissas fuisse alibi in his fabulis defletur, et in Electra Sophoclis, v. 506. seqq. Has calamitates hic recenset Iphigenia, et inter eas, Orestis partem tangit, et suam plenius exsequitur. *Markl.*

Τίν' ἐκ τῶν] Emendabam olim φθίνει τῶν. Sed lenior emendatio est, multoque convenientior:

ἄτην ἐκτῶντ' εὐόλβων
Ἄργει βασιλέων
ἀρχὰν — —

O paternas domos! *Aten nactæ sunt principatum beatorum Argis imperantium regum.* Sic ἀστεργῆ θεᾶς ἐκτήσατ' ὀργὴν, Soph. Ajac. v. 787.

Ab hoc versu per duodecim continuos versus tenebris fere omnia involuta sunt, nec quidquam inde aliud colligas, nisi Iphigeniam in antiquis domus suæ calamitatibus recensendis et lugendis occupari. Etiam quæ paullo dilucidiora sunt, magnam ordinis confusionem ostendunt. Sic

Ἀρχά. μόχθος δ' ἐκ μόχθων

Principatum labor autem ex laboribus

a Solis defectione, quæ post Thyesteas epulas insecuta fuisse dicitur, ad aurei agni furtum transit, cujus injuriæ dolor epulis istis originem præbuerat. Hinc ordinis vitio aliquatenus subvenietur legendo:

Ἄταν ἐκτῶντ' εὐόλβων
Ἄργει βασιλέων
Ἀρχάν. — —

Ἄργει hic sensu Homerico forte de Peloponneso accipiendum; quam ipse, dum in vivis esset, Pelops ditioni suæ fere integram subjecerat. vid. Diod. Sic. IV. 73. Argos urbs in Pelopidarum potestatem multo serius concessit, utpote quam Agamemnon demum post infelicem ad Thebas expeditionem occupaverit, teste Eustathio ad β'. 566. quocum confer Strabon. p. 462. A. Dicet igitur Iphigenia, *Domum paternam, beatorum Peloponnesi regum instar Atæ cujusdam nactam esse imperium:* i. e. hanc dignitatem ipsis innumeras postea calamitates peperisse. Recte hic se ordo habet; quas enim mox recenset calamitates, non antea acciderunt, quam hoc certe fastigium adepti essent.

Sequentia sic forte emendari possunt:

— — μόχθους δ' ἐκ μόχθων
ΕΙΛΙΣΣΕΙ δινευέσαις
Ἵπποισιν πτανοῖς, ἀλλάξας
ΕΣ Τ' ἐξέδρασ'
Ἱερὸν ὄμμα λύγας ἅλιος.

Labores autem ex laboribus circumagit equis alatis in orbem currentibus Sol, DONEC *aufugit, sacrum lumen tenebris mutans.*

Marklandus V. Cl. δινευέσαις ἵπποισιν πτανοῖς interpretatur *ob currentes equas* Pelopis *volucres:* id est, ut ipse mox planius declarat, ob Œnomaum velocitate Pelopis equarum superatum. At hoc est non obscure tantum, sed omnino ænigmatice, loqui. Deinde δινεύειν non, quod hæc interpretatio postulat, *velociter currere* significat, sed *in orbem currere;* neque adeo Pelops, si ἵπποις δινευέσαις usus esset, hastam Œnomai insequentis effugere potuisset, siquidem recta via a Pisa ad Isthmum currum agere debuit, ut auctor est Diod. Sic. IV. 74. Confer Hom. Iliad. σ'. 543. ψ'. 875. Xenophon: τὰς δέ γε τῶν χαλινώσεων καὶ ἀναβάσεων ἀποκωλύσεις καὶ τἄλλα δινεύματα, De Re Equestri. Adde porro Valckenær. V. Cl. ad Theocrit. Syracus. v. 82. Nostr. Phœniss. 803. Inter equorum δινεύματα sunt, credo, gyri memorati Virgilio Georg. III. 115.

Solis contra equi, utpote orbem gyro circumeuntes, recte ἵπποι δινεύουσαι dicuntur. Orpheus Hymno in Solem 7.

Ῥόμβου ἀπειρεσίου δινεύμασιν οἶμον ἐλαύνων.

Eosdem equos Noster, ne quem hic genus fœmininum offendat, πτερόεσσας vocat, Electr. 469.

Mirentur fortasse haud pauci, Pelopidarum calamitates Soli potius, quam malefico alicui Numini, Atæ puta, aut Erinnyi, imputari. Sed hoc, etsi paullo insolentius, non penitus novum est. Orpheus Hymno cit. v. 8.

Εὐσεβέσιν καθοδηγὲ καλῶν, ζαμενὴς ἀσεβέσι.

Archilochus apud Macrobium Saturnal. Lib. XVII.

Ἄναξ Ἄπολλον, καὶ σὺ τὰς μὲν αἰτίους
Πήμαινε, καὶ σφᾶς ὄλλυ', ὥσπερ ὀλλύεις.

Confer etiam Æschyl. Agam. 1332.

Pro ἄλλοις v. 195. quod manifeste mendosum est, reponit Marklandus αὐτοῖς, vertitque *ad illas—domos:* quod Græce, puto, esset κείνοις μελάθροις, non αὐτοῖς. Mihi auctor scripsisse videtur:

Ἀχλὺς δ' ἄλλα προσέβα
Χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνᾳ.

ut constructio sit: ἀχλὺς δ' ἄλλα προσέβα μελάθροις, ὀδύνᾳ χρυσέας ἀρνός. Latine: *alia vero caligo invasit domos, ex dolore ob aureum agnum.* Ubi *alia caligo* significat, duplicem tum temporis caliginem accidisse, unam sc. physicam ex defectu Solis, alteram vero allegoricam, nubem utique infortunii, qua involuti erant Pelopidæ. Græcis non ignotam hanc metaphoram, imo de labe piaculari adhibitam fuisse, ostendet Æschylus Eumenid. 380.

— — ἐπὶ
Κνέφας ἀνδρὶ μύσος πεπόταται

-Αἴσσει, δινευούσαις ἵπποισιν

Circumdat, in gyrum actis equis

Καὶ δνοφεράν τιν' ἀχλὺν κατὰ δώματος
Αὐδᾶται πολύστονος φάτις.

Cur pro ὀδύνα emendaverim hic ὀδύνᾳ casu obliquo, nemini obscurum esse potest, qui meminerit, aurei agni furtum odiis, inter Atreum et Thyesten postmodum exercitis, originem dedisse. Nam si ὀδύνα casu recto retineatur, ipsum hoc furtum non modo post defectum Solis, sed ut ordine posterius quoque, recensebitur. *Musg.*

Τίν'] Æmil. Portus dicit, pro τίνει poni; sed quem ille sensum exhinc commode elicere potest, non video. Ἀρχὰ βασιλέων τίνει. Duportus annotatum habet ἄχεα, longe, si mihi credas, commodius. Τίνα βασιλέων ἐξ εὐόλβων ἄχεα; μόχθος δ' ἐκ μόχθων. Sin ἀρχὰ legatur, τίς ille vult legi. *Barnes.*

Reisk. conjicit φθίν' (i. e. φθίνει) ἐκ τῶν.

Pro τίν' ἐκ legi vult Hardion. φθίνει. *Beck.*

189. ss. Ita horum versuum metra constituenda:

Τίς γ' ἐκ τῶν εὐόλβων Ἄργει
Βασιλέων ἀρχά;
Μόχθος δ' ἐκ μόχθων αἴσσει.
Δινευέσαις
Ἵπποισιν πτανοῖς, ἀλλάξας δ'
Ἐξέδρασ' ὄμμ' ἱερὸν αὐγὰς
Ἅλιος. ἄλλοις δ' ἄλλα προσέβα —

In primo versu pro τίν' lego τίς γ', ut cum ἀρχὰ jungatur, et verto: *Quodnam ex beatis Argivorum regibus principium?* i. e. *A quonam inter reges Argivos principium malorum nostrorum sumam?* Periodi notam post αἴσσει pono; quæ sequuntur, δινευ. ἵππ. πτ. conjungenda sunt cum ἐξέδρασ', ut constructio sit: ἅλιος δὲ ἀλλάξας ἱερὸν ὄμμα αὐγὰς ἐξέδρασε δινευέσαις ἵπποισιν πτανοῖς. *Heath.*

191. Iphigenia, mala et infortunia, quibus Pelopeïa domus oppressa jacebat, inde a prima eorum origine repetens epularum quoque, quibus Atreus fratrem exceperat, mentionem facit. Verba quibus hic mythus exponitur corruptissima sunt:

Μόχθος δ' ἐκ μόχθων,
αἴσσει δινευούσαις ἵπποισιν
πτάνοις' ἈΛΛΑΞΑΣ
Δ' ἘΞΕΔΡΑΣ' ἱερὸν ὄμμ' ΑΥΓΑΣ ἅλιος.

pro αἴσσειν Musgravius ἑλίσσει emendat. Equidem in hoc verbo nihil mutandum putem. Jungendum est cum ἐκ μόχθων: *aliud ex alio malum emersit.* Quæcunque enim repente existunt et subito enascuntur, prosilire, quasi, αἴσσειν, dici possunt. Reliqua quomodo corrigenda sint, confidenter pronunciare non ausim. Plures emendandi vias video, qualem maxime probem non habeo. Judicent alii. Fortasse Tragicus scripsit:

— δινευούσαις ἵπποισιν
πτάνοις ἩΛΛΑΞ' ἈΦ'
ΟΥ̓ ΣΕΛΑΣ ἱερὸν, ὄμμ' ἉΜΕΡΑΣ, ἅλιος

ab eo inde tempore, quo sol, diei oculus, sacrum avertit jubar. σέλας ἱερὸν de sole Euripideum est. Troades, 853. ὦ καλλιφεγὲς ἡλίου σέλας τόδε. Electra, 866. ὦ φέγγος, ὦ τέθριππον ἡλίου σέλας. Sophocles Electra, 17. λαμπρὸν ἡλίου σέλας. Ὄμμα ἡμέρας sol eodem modo dicitur, quo in Soph. Antigone, 104.

ὦ χρυσέας ἁμέρας βλέφαρον.

adde Nostrum in Electra, 727. ubi eadem fabula tractatur:

τότε δὴ τότε φαεννὰς
ἄστρων μεταβάλλει ὁδοὺς
Ζεὺς καὶ ΦΕΓΓΟΣ ἈΕΛΙΟΥ.

Seneca in Thyeste, 790.

Quo terrarum superumque parens
cujus ad ortus noctis opacæ
Decus omne fugit, quo vertis iter
medioque *diem perdis* Olympo.

Aliis alia forsitan emendandi probabitur ratio. Fieri enim potuit quoque, ut Euripides scripserit:

— δινευούσαις ἵπποισιν
πτάνοις ἩΛΛΑΞ' ἈΦ'
ΟΥ̓ Γ' ἝΔΡΑΣ, ἱερὸν ὄμμ' ἉΜΕΡΑΣ,
ἅλιος.

Quæ conjectura egregie firmatur simili in

Πτανοῖς. ἀλλάξας
Δ' ἐξέδρασ' ἱερᾶς ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος.
Ἄλλοις δ' ἄλλα προσέβα

Volucribus. Mutans
Autem sacrum oculum tenebris aufugit sol.
Aliis vero alius accessit

Electra loco, ubi Chorus earundem epularum mentionem facit, v. 737.

λέγεται, τὰν δὲ πίστιν
σμικρὰν παρ' ἐμοί γ' ἔχει,
στρέψαι θερμὰν 'ΑΕΛΙΟΝ
χρυσωπὸν 'ΕΔΡΑΝ ΑΛΛΑΞΑΝ-
ΤΑ δυστυχίᾳ βροτείῳ.

Jacobs.

192. 'Αΐσσει,] Emendo, nulla fere mutatione, ἑλίσσει, *circuit*, *circumdat*, cui optime mox respondet δινευέσαις, *in orbem currentibus*. *Musg.*

Ἄισσει,] Aldus ἀΐσσει. Conjungunt vulgo μόχθος δ' ἐκ μόχθων ᾄσσει δινευούσαις ἵπποις πτανοῖς, et Marklandus vertit *ob currentes equas Pelopis veloces*, i. e. ob Œnomaum velocitate Pelopis equarum superatum. Sed recte judicat Musgravius, hoc modo et nimis obscure locutum fuisse poëtam, nec convenire Pelopis equabus epitheton δινευούσαις, Solis illud equabus aptissimum. Etiam Heathius de Solis equis intelligit. Jam quum post ἀλλάξας inserant libri particulam δὲ, manifestum est, etiam verbum ᾄσσει ad hoc comma pertinere. Quamobrem ante vocem ᾄσσει plene interpunximus. Ceterum ᾄσσει ἅλιος δινευούσαις ἵπποις interpretor ἐλαύνει ἵπποις ἀναστρεφομέναις. Soli equas Noster tribuit Electr. 466. ἵπποι πτερόεσσαι, coll. Orest. 997. πτερωτὸν ἡλίου ἅρμα, Ion. 1148. Phaëth. Fragm. I. 2. Electr. 866. Ad totum autem locum maxime conferri merentur integra carmina Orest. a v. 978. et Electr. a v. 669. *Seidl.*

193. ἀλλάξας δ' ἐξέδρασ'] Olim scribendum putabam ἀλλάξας ἐξ ἕδρας non minus ob aoristum 1. ἐξέδρασε verbi ἐκδιδράσκειν, cujus usus mihi videbatur dubius, quam ob similem locum in Nostri Electr. 739. στρέψαι θερμὰν ἀελίου χρυσωπὸν ἕδραν ἀλλάξαντα. Constructionem verbi ἀλλάσσειν tuebar locis Med. 727. ἐκ τῆσδε γῆς ἀπαλλάσσου πόδα et Philostrati, ἐξαλλάττω δεῦρο ἀπὸ τῆς νεώς, quem H. Steph. citat Lex. Tom. I. p. 353. B. Sed dubitare me fecit Fischer. ad Well. III. p. 72. qui haud pauca aoristi illius ἔδρασα exempla affert.

Πταναῖς ἀλλάξας,] MS. Victor. Hoc vulgato πτανοῖς videtur præferendum. Noster Hel. v. 1487. ὦ πταναὶ δολιχαύχενες. cf. Hippol. 731. Suppl. 630. *Seidl.*

194. Δ' ἐξέδρασ' ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος. Ἄλλοις δ' ἄλλα, &c.] Vox ἱερὸν pessundat anapæsticum. Forte, δ' ἐξέδρασ' ἱερᾶς ὄμμ' αὐγᾶς, Ἅλιος. αὐτοῖς δ' ἄλλα προσέβα Χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα. vulgo, ἄλλοις— μελάθροις pro αὐτοῖς. Δὲ et Τε integras, initio versus collocari non posse certum puto. Num et quando apocopen patiuntur? affirmat vir doctiss. ad Phœniss. 891. secundum quem scribi hic oportuit, ἀλλάξας δ' | 'Εξέδρασ', &c. et mox, σπεύδει δ' | 'Ασπεύδαστ', &c. *Markl.*

αὐγᾶς] Legendum puto λύγας, ut constructio sit: ἀλλάξας λύγας, *mutans caligine*, ἱερὸν ὄμμα, *sacrum os*. *Musg.*

ἐξέδρασ' ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος.] De solis regressu et Thyesteis dapibus vid. Senecæ Thyestem, v. 790. Nota Historia. *Barnes.*

Pessime libri:

ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος.

ἱερᾶς jam emendavit Marklandus. In fine voces transponendas esse, nemo non videt. *Seidl.*

195. Ἄλλαις δ' ἄλλα] Vulgatum ἄλλοις δ' ἄλλα quum omnes corruptum judicassent, miror, neminem incidisse in id, quod facillimum est, ἄλλαις, cui optime conveniunt proxima, φόνος ἐπὶ φόνῳ ἄχεά τ' ἄχεσιν. *Seidl.*

195. ss. 'ΑΛΛΟΙΣ ἄλλα προσέβα
χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα
φόνος ἐπὶ φόνῳ
ἄχεα ἄχεσιν.

Longum esset DD. Virorum de hoc loco sententias recensere, quæ omnes in eo conveniunt, cum mendosum esse et

Χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα,
Φόνος ἐπὶ φόνῳ,
Ἄχε' ἐπ' ἄχεσιν.

Dolor ædibus *propter* aureum agnum,
Cædes ad cædem,
Dolor ad dolorem.

medicam implorare manum. Equidem, duabus lineolis adpictis, corrigam:

> ἈΛΛΟΤΕ ἄλλα προσέβα
> χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα

Euripid. in Hipp. 1109.

> ἈΛΛΑ ΓΑΡ ἈΛΛΟΤ' ἀμείβεται.

Alcest. 192.

> — ἠσπάζετ' ἈΛΛΟΤ' ἈΛΛΟΝ.

Sensus est igitur: *Modo hæc modo illa* (calamitas) *invasit domum, quæ omnes e dolore, super aureo agno concepto, profluxerunt.* Pro ὀδύνα, quod vulgo legitur, ὀδύνᾳ, tertio casu, legendum esse, Musgravius vidit. Fortasse tamen neque hoc necessarium est. Jungas enim licet: ἄλλα ὀδύνα προσέβα μ. χρύσεας ἀρνὸς ἕνεκα. scil. ὀδύνα pro ipsa calamitate, consequens pro antecedente, ut vulgo loquimur. *Jacobs.*

196. Χρυσέας ἀρνὸς] De aurea agna, sive agno, sive ariete, cujus custodia fatum habuit regni Atrei, vid. Eustathium περὶ Ἀτρέως χρυσίου ἀρνίου, et poëticos et mythologicos scriptores; Senecam inprimis Tragœdum Thyest. v. 225. etc. Est Pelopis *altis nobile in stabulis Pecus, Arcanus Aries, ductor opulenti gregis: Hujus per omne corpus infuso Coma Dependet auro; cujus e tergo novi Aurata Reges sceptra* Tantalici *gerunt: Possessor hujus Regnat,* etc. *Barnes.*

197. s. Φόνος ἐπὶ φόνῳ, Ἄχεά τ' ἄχεσιν.] Omittunt τ' Codices, et Ald. Port. Steph. Citat Brodæus Ἄχε' ἐπ' ἄχεσιν. In Helen. 364. Ἄχεά τ' ἄχεσι. Hi duo versiculi conjuncti metrum anapæsticum efficient, si legatur, φόνος ἐπὶ | φόνῳ, ἄχε | ἀ τ' ἐπ' ἄχε | σιν. Videntur has numerorum mutationes varietatis caussa injicere tragici poëtæ, ne continuo tractu verorum anapæstorum aures auditorum obtunderentur. *Markl.*

198. ss. Ἄχεα ἄχεσιν.] Recte hoc dicitur Helen. 364. de luctu indies renovato Trojanorum. Thyesteæ cœnæ immanitas tetriori voce designari merebatur. An legendum Ἄγεά θ' ἄγεσιν, *et piacula piaculis.* Quanquam nescio, an posthabendum sit Ἄχθεά τ' ἄχθεσιν. Confer Iph. Aul. 682. Æsch. Choëph. 417. Soph. Electr. 206. Quatuor proximi versus quomodo legendi essent, in Notis ostendisse mihi videor. In quinto quod dicit, genium suum ab initio infelicem fuisse, veritati historicæ non satis convenit. Multos enim annos sine infortunio transegerat. In sequenti Δαίμων τᾶς — ζώνας ideo in suspicionem mihi venit, quod nullum simile exemplum in legendo obviam fuerit. Prætulerim ergo:

> Ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμον' ἐ-
> λαύνων τῆς ματρὸς ζώνας·

Ἐξ ἀρχᾶς τᾶς ματρὸς ζώνας, *ex initio, materno utero.* Sic interpretari oportet, ut duo genitivi appositivi sint; non, *ex initio materni uteri,* ut alter ex altero pendeat. δυσδαίμονα ἐλαύνων, ut κῆδος ἔλασε, Æschyl. Agam. 710. ἐπήλασε πῆμα Κρονίων, Hesiod. Op. et D. 242. citatus Plutarcho Op. Mor. p. 1911.

Proximo versu, sc. 205. nec video, quo referri debeat νυκτὸς κείνας, nec, quod olim tolerabile visum est, νυκτὸς κοινᾶς, *nocturno tori consortio,* ullo simili exemplo firmare potui. Quin et ἐξ ἀρχᾶς, sine emphasi repetitum, mendum certissime indicat. An legendum:

> Κἄνοικτ' ἐς κείναν ἐξάρας
> Λοχείαν στεῤῥὰν παιδείαν
> Μοίρας ἐντανύσαι θεὰς ——

Post participium ἐλαύνων, versu superiori ex conjectura repositum, commode sequitur ἐξάρας a verbo ἐξαίρω, *incito,* de quo vide Hippol. 234. Interpretandum: *Et incitans Deas Parcas, ut in illam absque misericordia intenderent puerperium calamitosum.* Μοίρας — θεὰς, ut θεὰ Ἄρτεμις supra v. 35. θεὰ Ἥρα, Troad. 969. ἐντανύσαι ἐς κείναν, ut εἰς τήνδε — τείνει φόνον, Hecub. 263. Conf. Suppl. 682. Hom. Iliad. ρ'. 543. et 736. υ'. 101. Hesiod. Theog. 638. Rhes. 878. Parcas aliis numinibus

Ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέν-
των Ταντολιδᾶν ἐκβαίνει

Inde mactatorum ad epulas
Tantalidarum erumpit

aliquando obsequentes fuisse ostendit Pind. Olymp. VI. Epod. 2. ubi Apollo Ἐλευθὼ συμπαρίστασέν τε μοίρας.

Sequitur μναστευθεῖσ᾽ ἐξ Ἑλλάνων, quod Marklandus ad ipsam Iphigeniam refert. Mihi ob causas in notis memoratas, ad Clytæmnestram relatum, æque saltem commodum videtur, præsertim si articulus ἁ emendatione tollatur. Aliud enim est μναστευθεῖσ᾽ ἐξ Ἑλλάνων, aliud omnino ἁ μναστευθεῖσ᾽, quod de Hippodamia, Helena, Penelopa denique, quorum nuptiæ a tam multis, tamque claris Viris, ambitæ sunt, aptissime diceretur.

In proximis octo versibus Lector attentus confusionem puto aliquam animadvertet. Nam si plenam distinctionem post ἔτρεφεν, vel (quod perparum interest) post εὐκταίαν posueris, deerit sententiæ Apodosis, nec quidquam erit, quo referatur articulus subjunctivus ἂν, v. 209. Contra, si hæc cum sequentibus connectas, totum pathos in protasi absumetur, penitus refrigescet apodosis: nisi forte patheticum est dicere, *eam in curribus equestribus in arenas Aulidis adductam* fuisse, v. 214, 15. Me quidem judice, haud paullo melius foret :

ΕΙ, μναστευθεῖσ᾽ ἐξ Ἑλλάνων
Ἃν πρωτόγονον θάλος ἐν θαλάμοις
Λήδας ἁ τλάμων κούρα
Ἔτεκεν, ἔτρεφεν, εὐκταῖον
Σφάγιον πατρῴαι λώβαι
Καὶ θῦμ᾽ οὐκ εὐγάθητον
Ἱππείοισιν ἐν δίφροισι
Ψαμάθων Αὐλίδος ἐπέβασαν
ΝΥΜΦΑΝ ΟΝΟΜ᾽, οἴμοι δύσνυμφον
Τῷ τᾶς Νηρέως κούρας.

Εἰ *si*, vel potius *siquidem:* est enim probatio thematis superius positi, *Genium* sc. *festinare ad perfidiam Atrei rependendam.* Totus locus sic vertendus: *Equidem, quam misera Ledæ filia, cujus conjugium a Græcis ambitum est, pepererat, educaverat, primogenitum germen in thalamis,* Eam *hostiam votivam et sacrificium illætabile Patris vesaniæ equestribus in curribus in arenas Aulidis duxerunt, Sponsam nomine, infeliciter heu! desponsatam Filiæ Nerei filio.*

θῦμα tentari non debuit. θῦμα οὐκ εὐγάθητον, ut apud Lucretium I. 100. *hostia mæsta*, est hostia, quæ mœrore et tristitia, non, ut pleræque aliæ, gaudio, adstantes afficiebat. Insigniter Plutarchus Op. Mor. p. 2020. ἐν δὲ πομπαῖς καὶ ΘΥΣΙΑΙΣ οὐ μόνον γέρων καὶ γρηῦς, οὐδὲ πένης καὶ ἰδιώτης, ἀλλὰ

Καὶ παχυσκελὴς ἀλετρὶς πρὸς μύλην κινουμένη

καὶ οἰκότριβες καὶ θῆτες ὑπὸ γήθους καὶ χαρμοσύνης ἀναφέρονται.

Νυμφεῖον pro Νύμφαιον, etsi ob levitatem mutationis mihi olim placuerit, nunc sane præ Νύμφαν ὄνομ᾽ sordere incipit. Non enim Sponsa Achilli Aulidem delata est, sed, *ut* Sponsa, id est, *nomine tantum Sponsa. Musg.*

198. Ἄχεά τ᾽ ἄχεσιν.] Ita Barnesius, recte, opinor, ut est in Hel. v. 364. Codices et reliquæ editiones ἄχεα ἄχεσιν. Brodæus explicans, ut videtur, citat ἄχε᾽ ἐπ᾽ ἄχεσιν. Eosdem numeros, quos hic legimus, similiter anapæsticis spondiacis inserit Noster Ion. 889. in cujus antistrophico, v. 900. cum Hermanno lege μέλεα μέλεος. *Seidl.*

199. ss. Ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέν | των Ταντολιδᾶν ἐκβαίνει | ποινά γ᾽ ἐς οἴκους. σπεύδει | δ᾽ ἀσπούδαστ᾽ ἐπὶ σοὶ δαίμων,] Heathio auctore hæc ita distribuit Matthiæ, ut tres primi versus dimetri sint acatalecti, quartus monometer. Heathio etiam debetur εἰς οἴκους. Nemini autem scrupulum injecisse videtur istud γε, quod ab Euripide profectum esse ægre mihi persuaserim. Scripsit, ni fallor, ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέντων | Ταντολιδᾶν ἐκβαίνει ποινά τ᾽ | εἰς οἴκους, σπεύδει τ᾽ ἀσπούδαστ᾽ | ἐπὶ σοὶ δαίμων. Ordo est, ἔνθεν ποινά τε εἰς οἴκους τῶν πρόσθεν δμαθέντων Ταντολιδᾶν ἐκβαίνει. Particula τε post plures voces in priore sententiæ membro posita multis exemplis confirmari potest. Sophocles Œd. T. 758. Οὐ δῆτ᾽. ἀφ᾽ οὗ γὰρ κεῖθεν ἦλθε, καὶ κράτη | σέ τ᾽ εἶδ᾽ ἔχοντα, Λάϊόν τ᾽ ὀλωλότα, &c. Ant. 120. ἔβα, πρίν ποθ᾽ ἁμετέρων | αἱμάτων γένυσιν | πλησθῆναί τε, καὶ στεφάνωμα πύργων | πευκάενθ᾽ Ἥφαιστον ἑλεῖν. Phil. 141. φάσκειν δ᾽ αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους | ἀκοῇ τε κλύειν, λεύσσειν τ᾽ ὄψιν. Hoc scilicet tanquam numero-

Ποινά γ' εἰς οἴκους· σπεύδει
Δ' ἀσπούδαστ' ἐπὶ σοὶ δαίμων,

Furia ultrix in familiam; festinat
Autem perfida rependere dæmon

sius maluit Sophocles, quam quod metri lex non vetabat, φάσκειν δ' ἀκοῇ τε κλύειν αὐδὴν | τὴν Ἡρακλέους, λεύσσειν τ' ὄψιν. Euripides Hec. 834. Δεινόν γε, θνητοῖς ὡς ἅπαντα συμπίτνει. | καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν, | φίλους τιθέντες τούς τε (vulgo γε) πολεμιωτάτους, | ἐχθρούς τε τοὺς πρὶν εὐμενεῖς ποιούμενοι. Phœn. 341. ἀνῆξε μὲν ξίφους | ἐπ' αὐτόχειρά τε σφαγὰν, | ὑπὲρ τέρεμνά τ' ἀγχόνας. Heracl. 396. σκοπεῖ (δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι) | ποίᾳ προσάξει στρατόπεδόν τ' ἄνευ δορὸς, | ἐν ἀσφαλεῖ τε τῆσδ' ἱδρύσεται χθονός. Ion. 569. Ὦ τέκνον, εἰς μὲν σὴν ἀνεύρεσιν θεὸς | ὀρθῶς ἔκρανε, καὶ ξυνῆψ' ἐμοί τε σε, | σύ τ' αὖ τὰ φίλταθ' ηὗρες, οὐκ εἰδὼς πάρος. Herc. 999. κἄρριψε πέτρον στέρνον εἰς Ἡρακλέους, | ὅς νιν φόνου μαργῶντά τ' ἔσχε, κεἰς ὕπνον | καθῆκε. Minus recte vulgo φόνου μαργῶντος ἔσχε. In his omnibus sequitur in posteriore membro aut alterum τε aut καί. Hactenus hæc. Quæ sequuntur verba, σπεύδει τ' ἀσπούδαστ' ἐπὶ σοὶ δαίμων, Marklandus et Seidlerus de Oreste dicta putant, quem paullo ante v. 169. allocuta est Iphigenia, quemque paullo post, v. 230. iterum allocutura est, si is locus secundum me constituendus est. Sed verba de quibus nunc agitur, majori intervallo a prima fratris compellatione distant, quam ut nude ἐπὶ σοὶ absque personæ indicatione dicere potuerit. Si recte hæc vulgo Iphigeniæ tribuuntur, justo audacior non esset, qui ἐπ' ἐμοὶ reponeret. Vix ullus enim error horum pronominum confusione frequentior est. * Sed melior videtur Bothii sententia, hos quatuor versus choro tribuendos esse, cujus dicto, σπεύδει τ' ἀσπούδαστ' ἐπὶ σοὶ δαίμων, respondeat Iphigenia, Ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων δαίμων, &c. Meam sententiam de personarum distributione in hoc carmine supra declaravi. *Elmsl.*

τῶν πρόσθεν δμαθέντων.] Mirum, ni scripserit Auctor: τῶν πρὸς θοίναν τμαθέντων, *eorum, qui ad convivium concisi sunt,* ut intelligantur decantatæ illæ dapes Thyesteæ. τεμνομένων pro σφαζομένων. vid. in Epigr. Agathiæ Schol. apud H. Steph. p. 89. *Musg.*

Ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέντων Ταντάλιδᾶν ἐκβαίνει Ποινά γ' ἐς οἴκους] Respicit Poëta ad Furias et scelerum Pœnas, quæ Tantali et Thyestæ, olim defunctorum, posteros persecutæ sunt; et ad hunc locum illustrandum egregie faciunt duo Senecæ Prologi, ad Agamemnona nempe et Thyesten, ubi hic Tantali, illic Thyestæ umbra huic Familiæ turbas et infortunia struunt. Δμαθεὶς pro δμηθεὶς, idem, quod δαμεὶς, Homerico more pro θανὼν simpliciter; domitus pro mortuus. Idem infra v. 229. Ἄργει δμαθέντα κλαίω σύγγονον. *Barnes.*

199, 202. Ita distinguit Heath.

Ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέντων
Ταντάλιδᾶν ἐκβαίνει ποινά γ'
Εἰς οἴκους· σπεύδει δ' ἀσπούδαστ'
Ἐπί σοι δαίμων. *Beck.*

201. γ' εἰς] Ita Heathius et Markland. Vulgo γ' ἐς. *Seidl.*

202. ἐπὶ σοί] Ita edidi [cum Aldo] pro τοῖς, conjectura Duporti. ἐπὶ σοὶ, *contra te, O Oresta. Markl.*

ἀσπούδαστ' ἐπὶ σοὶ] Barnesius, ἐπὶ τοῖς reponens, veræ lectionis vestigia, quantum in ipso erat, obscuravit. Legendum utique ἄσπονδ' ἀντεκτίσαι, *fœdus infidum ulcisci.* Atreum, statim post fidem datam, liberos ejus mactasse docent Hyginus fab. 258. et Seneca in Thyesta. *Musg.*

ἐπὶ τοῖς] Olim ἐπὶ σοὶ, sed quum nulla esset prosopopœia, et hæc ad Chorum nihil pertinerent, nec seipsam Iphigenia alloqueretur, Duportum sequor, qui scribit ἐπὶ τοῖς. *Barnes.*

Heath. putat, Iphigeniam se ipsam alloqui.

* Euripides Hec. 846. τὸν ἄνδρα τοῦτον φίλιον ἡγεῖται στρατὸς, | τὸν κατθανόντα δ' ἐχθρόν. εἰ δ' ἐμοὶ φίλος | ὅδ' ἐστὶ, χωρὶς τοῦτο, κοὐ κοινὸν στρατῷ. Iph. A. 1385. καὶ γὰρ οὐχ οὕτω τι λίαν ἐμὲ φιλοψυχεῖν χρεών. | πᾶσι γάρ μ' Ἕλλησι κοινὴν ἔτεκες, οὐκ ἐμοὶ μόνῃ. Cum sensus dispendio, ut mihi quidem videtur, vulgo utrobique legitur σοί. Contrarium vitium est in Hel. 1579. Ἔτ', ὦ ξέν', εἰς τὸ πρόσθεν (ἢ καλῶς ἔχει) | πλεύσωμεν; ἀρχαὶ γὰρ νεὼς μέλουσί μοι. Legendum σοι constat e v. 1552.

Ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων,
Δαίμων τᾶς ματρὸς ζώνας·
Καὶ νυκτὸς κείνας ἐξ ἀρχᾶς

Ex initio mihi invidens
Dæmon uteri materni,
Cui noctis connubialis ab initio

Prev. lectionem ἐπὶ σοὶ præfert, sed eam non ad Iphigeniam, verum ad Orestem, pertinere credit. *Beck.*

ἐπὶ σοὶ] Recte Marklandus interpretatur: "ἐπὶ σοὶ, *contra te*, O Oresta." Neque enim video, quidni Orestem, quem supra allocuta est, cujusque memoria tum, quum manibus ejus justa faceret, semper ei obversari debebat, sic nude compellare potuerit. Locum intellige sic: jam vero hic dæmon in te irruit, a teneris ille mihi infestus, dæmon materni conjugii, etc. Emphasin habent voces ἐξ ἀρχᾶς, ut quæ proxime recurrant, non pronomen μοι; alias dicendum fuisset ἐμοί. *Seidl.*

203. ss. Ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων | δαίμων τᾶς ματρὸς ζώνας, | καὶ νυκτὸς κείνας ἐξ ἀρχᾶς | λοχείαν, στεῤῥὰν παιδείαν, | μοῖραι συντείνουσι θεαί. | ἃ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων, | ἃν πρωτόγονον θάλος ἐν θαλάμοις, &c.] Legendum et distinguendum, Ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων | δαίμων, τᾶς ματρὸς ζώνας, | καὶ νυκτὸς κείνας, ἐξ ἇς | λοχίαν στεῤῥὰν παιδείαν | μοῖραι ξυντείνουσιν θεαί, | τᾷ μναστευθείσᾳ 'ξ Ἑλλάνων, | τὰν πρωτόγονον θάλος ἐν θαλάμοις, &c. Dicit Iphigenia, monente Seidlero, malo se fato destinatam esse jam inde a matris nuptiis, illaque nocte qua concepta sit. Quod bis in vulgatis legitur ἐξ ἀρχᾶς, librariorum oscitantiæ tribuendum est, qui infra v. 708. προδοὺς pro ὁρῶν dederunt, propterea quod superiore versu legitur προδῷς. Mox λοχειῶν στεῤῥὰν παιδείαν Scaliger, metro repugnante. Metrum quidem admittit λοχιᾶν, quod reposuerunt Seidlerus et Matthiæ, sed vereor ut λοχία pro λοχεία melioris notæ sit substantivum quam παιδία aut ἀνδρία. Scribendum λοχίαν, quod non est genitivus pluralis substantivi, sed accusativus singularis adjectivi. Infra etiam v. 1098. vulgo legebatur λοχείαν pro λοχίαν. Λοχίαν στεῤῥὰν παιδείαν hic appellavit poëta, quod στεῤῥὰς ἐν τόκοις ἀλγηδόνας, Med. 1027. Quod autem λοχίαν στεῤῥὰν παιδείαν potius quam σ. λ. π. dixit, id more suo fecit, qui infra v. 424. Φινεΐδας ἀύπνους ἀκτὰς dixerit, similemque ordinem passim exhibuerit. Verba ἁ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων, quæ a nullo verbo pendent, vix dici potest quantam interpretibus molestiam attulerint. Vanum omnem emendandi conatum pronuntiat Seidlerus, neque difficultatem aliter expediri posse, quam statuendo nonnulla hinc excidisse. Atqui Bothius jam recte legendum conjecerat μναστευθείσᾳ 'ξ Ἑλλάνων, qui tamen male articulum ἁ, qui in dativum τᾷ mutandus erat, prorsus delevit. Pendet hic dativus a superioribus verbis Ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων δαίμων. *Elmsl.*

δυσδαίμων,] Falsum est, Iphigeniæ genium ipsi ab initio infelicem fuisse. Multos enim annos sine ullo infortunio transegit. Legendum, ni fallor, βασκαίνων, *invidens, odium occultum gerens.* Hoc autem, si ex opinione Veterum rem æstimes, vere dici poterat, siquidem Iphigenia, jam inde a natalibus, Dianæ victima destinabatur. vid. v. 20. et seq. *Musg.*

204. τᾶς ματρὸς ζώνας·] Vertendum: *uteri matris:* modo recte interpretetur Hesychius: ζώνη, ὁ ὑπὸ τὴν γαστέρα τόπος. Confer Æschyl. Eumen. v. 611. Leonidas in Epigrammate apud Reiskium 455.

Δισσὸν ἀπὸ ζώνης κῦμ' ἐλόχευσε τέκνων.

Musg.

205. νυκτὸς κείνας] Lego: νυκτὸς κοινᾶς, ut intelligatur nocturnum tori consortium.

Καὶ] Lego ᾇ, *cui*, ut antecedens sit ματρός. *Musg.*

205. νυκτὸς κείνας] Explicant *noctis illius, in qua nata sum.* Quasi vero noctu, non item interdiu nasci homines soleant. Haud dubie intelligit noctem, qua primum tori societate sese junxerunt Agamemnon et Clytæmnestra. Ita enim loquuntur ii, qui uberiorem rei explicationem addere nolunt. Vid. ad Troad. 1195. Hinc colon posui post κείνας, quod vulgo deest. Unus Brodæus videtur recte intellexisse. Ille enim: "ζώ-

Λοχείαν, στεῤῥὰν παιδείαν
Μοῖραι συντείνουσι θεαί·
Ἃ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων,

Partum infantis infelicis
Fatales Deæ portenderunt,
Quam, primogenitum germen in thalamo,

νας, nuptiarum, quibus *vesperi* sponsus virgini zonam solvit."

Post verba ἐξ ἀρχᾶς haud dubie excidit particula, quæ nexum sententiarum fecit, ut mihi quidem videtur, γάρ. Alioquin etiam metrum non integrum est. Itaque addidi. *Seidl.*

206. Λοχείαν, στεῤῥὰν, &c.] Forte λοχίου, ut constructio sit, καὶ ἐξ ἀρχᾶς νυκτὸς κείνας λοχίου, Μοῖραι Θεαὶ συντείνουσι (μοι) στεῤῥὰν παιδείαν. *Markl.*

Λοχείαν plerumque pro puerperio, i. e. pro statu puerperii, sumitur. Hic λόχευμα indicare videtur, sive fœtum, qui in lucem editur. Et sic plane est in Epigrammate Theodoridæ, Anthol. H. Steph. p. 316. παιδείαν adjectivum est, a recto παίδειος. παιδείους ὕμνους habet Pindarus Isthm. 2. Strophe 1. παιδείῳ ἔρωτι Epigrammatarius apud Dorvillium ad Chariton. p. 555. *Musg.*

Λοχειᾶν (i. e. λοχείων) cum Scal. legi jubet Heath. et locum vertit sic: *Ab initio fortuna mihi infausta fuit, ab utero matris* (*zonam* enim poni pro eo, quod sub zona est,) *et a noctis illius principio, a partu* scilicet, *Parcæ deæ junctim* (cum fortuna vel genio meo infelici scilicet) *contendunt, ut educatio mea acerba sit.* *Beck.*

Λοχιᾶν] Ita scripsi et metro et sententia jubente. Vulgo λοχείαν. Scaliger profert λοχειῶν, sed alteram formam satis tuebitur vel sola analogia. Post παιδείαν addidi μοι, quod ob sequentem eandem syllabam librarii præterviderunt. *Seidl.*

208. Ἃ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων.] Scil. ἃ ἦν μναστευθεῖσα: nisi suspendatur sententia usque ad ναίω, v. 219. et legatur νῦν γ', pro νῦν δ', v. 218. hoc modo: ἃ μναστευθεῖσα — νῦν γ' — ναίω, &c. De ἐξ vel ἐκ pro ὑπὸ, vid. ad Iph. Aul. 726. *Markl.*

208. s. Horum versuum sedes intermutanda esse videtur. ἁ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων non intelligo quo referri possit, nisi ad Clytæmnestram, Iphigeniæ matrem, licet de ejus procis taceat historia. Verum, ut credibile est, filiam Reguli potentis, Tyndarei, a non paucis ambitam esse, ita digna videtur res, quam Iphigenia cæteris querimoniis immisceret, quo luculentius acerbitatem fortunæ suæ et indignitatem ostenderet. Confer Orest. v. 21.

Ἃν pro antecedente habet λοχείαν, v. 206. *Musg.*

Ἃ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων,] Videtur hic versus extra ordinem huc vagatus, et Codex Heinsio-Scaligerianus eum ordinat post v. 220. ex hoc loco penitus sublatum; ut asteriscorum notulis innuendum curavi. *Barnes.*

Ἃ μναστευθεῖσ',] Confusionem, quæ hic obtinet, interpretum nemo non sensit. Scaliger collocari hunc versum vult post v. 220. ubi non minus incommodus est. Ex nostra descriptione hoc loco lacuna est aut unius versus aut unius cum dimidio, prout strophica legeris. Vanus igitur omnis emendandi conatus. Ceterum totam hanc stropham, quæ vulgo Iphigeniæ continuatur, choro tribui, cujus personæ omnia apprime conveniunt. Neque etiam probabile est, eum post splendidam illam promissionem v. 171. seqq. nihil amplius, quam paucos illos versiculos, cecinisse. Accedit quod, si hæc Choro dederis, accuratissima per totum carmen erit personarum hæc responsio:



Initialem et finalem stropham simul cum antistropha habet Iphigenia, in ceteris personæ alternant. *Seidl.*

Cave Scaligero obedias hunc versum post v. 220. collocanti; recte enim hunc locum occupat, cum constructio sit: Ἀμναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων — Νῦν δ' ἀξείνου πόντου ξεῖνα. *Heath.*

Ἃν, πρωτόγονον θάλος ἐν θαλάμοις,
Λήδας ἁ τλάμων κούρα
Σφάγιον πατρῴᾳ λώβᾳ,
Καὶ θῦμ' οὐκ εὐγάθητον
Ἔτεκεν, ἔτρεφεν εὐκταίαν
Ἱππείοισιν ἐν δίφροισι
Ψαμάθων Αὐλίδος ἐπιβᾶσαν

Quæ petita Illa in connubium a Græcis est
Ledæ infelix filia,
Victimam patris flagitio,
Et non jucundum oblectamentum
Peperit, *et* educavit; votivam vero
Equestribus in curribus
In Arenas Aulidis detulerunt

209. εν θαλαμοις A. B. θαλλος pro θάλος Cod. C. Θάλος de *liberis* in hac monostrophe ter ponit Euripides. *Markl.*

θάλος] Cod. C. male θάλλος.

θαλάμοις,] Ita Marklandus ex duobus Codd. Vulgo θαλάμῳ. Aldus θαλάμοι. *Seidl.*

πρωτόγονον θάλος, MS. Victor. θάλος notatum ut lectionis varietas, at idem in Aldina expressum; pro θαλάμῳ autem θαλάμοι. *Goeller.*

210. τλάμων] Huic voci libri præponunt articulum ἁ, quem metri causa omisimus. Nisi fortasse Euripides scripsit:

ἃν πρωτόγονον θάλος ἐν θαλάμοις
Λήδας ἁ παντλάμων κούρα
σφάγιον πατρῴᾳ λώβᾳ.

Tum in strophico v. 162. pro γαίας legendum erit γᾶς. Potuit etiam sic:

Λήδας τλάμων κούρα σφάγιον
πατρῴᾳ λώβᾳ, αἶ, αἶ. *Seidl.*

211. Σφάγιον πατρῴᾳ λώβᾳ] Explicari potest vel ex hujus Fab. 20. et seqq. vel ex Sophoclis Electra, 568. sqq. *Markl.*

πατρῴᾳ cum Porto scribunt Heath. et Markl. *Beck.*

Male Aldus πατρῷα λώβα.

πατρῴᾳ λόβᾳ, MS. Victor. *Seidl.*

212. Καὶ θῦμ'.] Epitheton οὐκ εὐγάθητον, cum θῦμα conjunctum, frigidum, et sale omnino destitutum, est. Quid enim mirum, si tale θῦμα non fuerit εὐγάθητον? Lego: κᾄθυρμ' οὐκ εὐγάθητον. Hesychius: ἀθύρματα, παίγνια. *Musg.*

213. Ἔτεκεν, ἔτρεφεν· εὐκταίαν, &c.] Mallem ita, Ἔτεκεν, ἔτρεφεν εὐκταίαν (Ἱππείοις ἐν δίφροισι Ψαμάθων Αὐλίδος ἐπιβᾶσαν) Νύμφαν, &c. Parenthesin posui solummodo ut connexio verborum planior foret. ἐπιβᾶσαν, [pro ἐπέβασαν] et Νύμφαν sunt a Scaligero et aliis. Metrum postulat Ἱππείοις pro Ἱππείοισιν. *Markl.*

εὐκταίαν] Legendum εὐκταίαν δ', ut cum sequentibus connectatur. Est autem εὐκταῖον, *votale*, ut Soph. Trachin. v. 243, 4. Voti Historiam vid. hujus Fabulæ, v. 21. *Musg.*

Heath. metri fulciendi causa scribit ἔτικέν γ', et v. seq. Ἱππείοισιν δ' ἐν δίφροισι. *Beck.*

Ἔτεκεν, ἔτρεφεν] Deest aliquid ad integritatem metri, nisi, quod hic minus probabile est, propter exclamationem bis brevem syllabam productam dicas. Vid. supra ad v. 130. Una tantum hoc nomine producenda erit, si exquisitiore ordine legamus:

ἔτρεφεν ἔτεκεν, εὐκταίαν.

Vid. Erfurdt. ad Soph. Œd. R. 820. ed. min. coll. Nostri Suppl. 928. δυστυχῆ σ' ἔτρεφον, ἔφερον ὑφ' ἥπατος. Nec tamen prorsus improbandum, si quis malit:

ἔτεκεν κἄτρεφεν, εὐκτ.

vel:

ἔτρεφεν ἔτεκέν τ', εὐκτ.

Νύμφαιον, οἴμοι δύσνυμφον,
Τῷ τᾶς Νηρέως κούρας.
Αἶ αἶ. νῦν δ' ἀξείνου πόντου ξείνα,
Δυσχόρτους οἴκους ναίω,
Ἄγαμος, ἄτεκνος, ἄπολις, ἄφιλος·
Οὐ τὰν Ἄργει μέλπουσ' Ἥραν,
Οὐδ' ἱστοῖς ἐν καλλιφθόγγοις

Sponsam, heu *me* infelicem sponsam,
Filiæ Nerei filio.
Heu, heu: nunc inhospitalis Ponti hospes
Inamœnas domos habito,
Sine nuptiis, sine liberis, sine civitate, sine amicis:
Non canens Junonem Argivam,
Nec telis in argutis

Est autem hujus loci hæc constructio: ἂν — Λήδας κούρα — ἔτρεφεν, (ταύτην) εὐκταίαν Αὐλίδος ψαμάθων ἐπέβασαν. Ita, copula ut inseratur, non est opus. *Seidl.*

214. Ἱππείοις] Vulgo ἱππείοισι. *Seidl.*

215. ἐπέβασαν,] *admoverunt, adire fecerunt*, subaudito *Græci*, ut v. 25. Tempus hoc active sumtum videas Hom. Il. I. v. 438. sed et alibi passim. *Musg.*

ἐπέβασαν,] Ἐπέβησαν ἀντὶ τοῦ ἐπεβίβασαν. Vox Homerica. Scaliger et Duportus legunt ἐπιβᾶσαν, sed nulla subest necessitas. *Barnes.*

ἐπέβασαν] Ita Theodorid. Epigramm. XIII. Brunck. Anal. II. p. 44.

ἃ καὶ Σωσάνδρου παῖδ' ἐπέβασε πυρᾶς.

Cf. Miscell. Obs. IX. p. 436. Canterus conjiciebat ἐπιβᾶσαν.

ψαμάτων Αὐλ. MS. Victor. *Seidl.*

216. Νύμφαιον,] Scaliger non male νύμφαν: malim tamen, quæ magis poëtica vox est, νυμφεῖον. Soph. Antigon. v. 574.

ἀλλὰ κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σαυτοῦ τέκνου.

Musg.

Νύμφαιον] Scaliger mavult νύμφαν, vel νυμφαίαν, quasi νύμφαιον *Attice* non valeret idem, ac νυμφαίαν. *Barnes.*

Νύμφαν,] Ita bene Scaliger et plerique alii, quidquid contradicant Barnesius et Sallier. ad Moerid. Attic. p. 269. Piers. Aldus νύμφαιον. Corruptio nata videtur ex sequenti syllaba αι. *Seidl.*

217. Libri Νηρέως. Scribendum aut Νηρείας aut Νηρῆος quemadmodum Tragici dicunt βασιλῆες et τοκῆες. Vid. Lobeck. ad Ajac. 247. Infra v. 437. habemus Ἀχιλῆος. *Seidl.*

Τῷ τᾶς Νηρέως κούρας] Achilli, Thetidis filio: finxerat enim Agamemnon, se velle Iphigeniam ei nuptum dare, ut superiore Tragœdia docuit Euripides.

Brodæus.

ἴσως τᾶς, MS. Victor. Conjectura. Aldus enim τάς. *Goeller.*

218. Heath. particulas αἶ, αἶ, ad præcedentem versum referendas censet.

Beck.

Ante hunc versum exclamationes αἶ, αἶ, ad numeros non pertinent. Vid. de Verss. Dochm. p. 194. seq. Poteram quidem hoc epiphonema ponere in fine strophæ antecedentis, scribendo:

τῷ Νηρέως κούρας. αἶ, αἶ,

sed, quoniam ibi paulo ante præcessit οἴμοι, in hujus strophæ initio aptiorem locum videtur tenere. *Seidl.*

Οὐδεὶς τὰ τῆς θεοῦ θύματ' ηὐτύχει βαλών.
Μόλις δέ νιν, τόλμῃ μὲν οὔ, χειρούμεθα,
Κύκλῳ δὲ περιβάλλοντες, ἐξεκλέψαμεν
Πέτροισι χειρῶν φάσγαν', εἰς δὲ γῆν γόνυ
Καμάτῳ καθεῖσαν. πρὸς δ' ἄνακτα τῆσδε γῆς
Κομίζομέν νιν. ὁ δ' ἐσιδὼν, ὅσον τάχος

Nullus has deæ victimas ferire poterat, lapides jaciens.
Vix enim *nunc*, non audendo quidem eas cepimus:
Sed globo facto circumdantes extorsimus
Saxis ex manibus enses, ad terram vero genua
Præ fatigatione demiserunt. Ad regem autem hujus terræ
Adduximus ipsos. Ille intuitus *eos*, quam celerrime

1126. D. Joan. xi. 8. Omnes MSS. Paris. pro ἤρασσεν habent ηρασσον. recte: nam τὸ ὑπεῖκον, sc. μέρος, denotat *multitudinem*. *Markl.*

Αὖτις] Ita uterque MS. et P. ut eximie conjecerat Piersonus. [etiam Heath. Reisk.] Vulgo οὔτις. Mox in MSS. et P. ἤρασσον. *Musg.*

Τὸ νῦν ὑπεῖκον] Ipsos tum cedentes. Joh. Brodæus. Recte; et hoc enim Græcis usitatum: sic τὸ πολὺ pro οἱ πολλοὶ, τὸ Ἑλληνικὸν pro οἱ Ἕλληνες, τὸ Βάρβαρον pro οἱ βάρβαροι: sic v. 347. τὸ ὁμόφυλον pro τοὺς ὁμοφύλους: sic Hecub. v. 782. πρῶτα τῶν ἡμῶν φίλων pro πρῶτος. Nec Latini hunc loquendi morem ignorant; Lucretius enim Lib. I. v. 87. sic dixit — *Ductores Danaum delecti*, Prima *Virorum*. Vid. Turneb. Advers. Lib. XXV. c. 29. *Barnes.*

Piers. Ver. p. 18. s. totum locum reddit ita: *Fugientes montanas implevimus sylvas. Sed, si quis fugeret, alii irruentes jaciebant ipsos: si vero hos pellerent, rursus, qui nunc fugiebant, illos saxis petebant. Beck.*

Plerique MSS. αὖτις, quod jam ante collatos libros multi conjecerant. Aldus οὔτις. Scripsi cum Schaefero αὖθις, quam formam hodie in Tragicis ubique solent reponere. Nempe illud Ionum esse fertur, hoc Atticorum. At quærere tamen licet, quamobrem librarii formæ αὖθις, cui assueverant, rariorem prætulerint hic et infra 590. 755. 1313. Iph. Aul. 452. 1011. εἰσαῦτις, infra v. 378. Suppl. 425. et alibi sæpe. Præterea frequentissimum est apud Tragicos Ionicum αὖτε, quod solus Æschylus habet his locis, Sept. adv. Theb. 5. Agam. 340. 561. 569. 1032. 1086. Choëph. 407. 412. 977. Eum. 49. 253. Pers. 181. Quin etiam Aristophanes Lysistr. 66. Vesp. 1015. Nostro loco ipsa quoque corruptela οὔτις ducit ad αὖτις, non ad αὖθις. Constat denique, veterem Atticismum cum Ionismo fuisse conjunctissimum. Has ob causas in ambiguo adhuc esse putaverim, utra forma in Tragicis anteponenda sit. Grammaticorum autem quorundam præcepto, qui de significationis diversitate inter αὖτις et αὖθις disputant, (vid. Valcken. ad Ammon. p. 27.) vix quidquam tribuendum est.

Τὸ ὑπεῖκον collectivum est pro οἱ νῦν ὑπείκοντες. Ald. ἤρασσεν.

αὖτις τὸ νῦν ὑπεῖκον, MS. Victor. *Seidl.*

330. εὐτύχει λαβών.] Scribendum βαλὼν, cum Codd. Gall. et coll. Oxon. Absolute et sine πέτροις vel πέτρους, ut v. 311. Εὐτύχει (vel ηὐτύχει) idem est quod ηὐστόχει vel ἐπέτυχεν, *fortunatus fuit*, vel *scopum attigit*. v. 331. pro οὐ χειρούμεθα, Cod. A. ἐχειρουμεθα. vid. Iph. Aul. 896. *Markl.*

βαλών.] Ita ambo MSS. et P. Vulgo λαβών. Innuit Pastor, non sine numine divino evenisse, ut nemo victimas deæ addictas lapide attingeret, sed integræ illibatæque aris reservarentur. Statius Theb. VII. 696.—*ne quid mortalia bello Lædere tela queant. Musg.*

βαλών.] Aldus λαβών. Porsonus ad Orest. 1210. citat ηὐτύχει βαλών.

εὐτύχει βαλών. MS. Victor. *Seidl.*

331. Pro οὐ χειρούμεθα male Cod. A. ἐχειρούμεθα. *Seidl.*

332. περιβαλόντες legit Reisk. *Beck.*

Ὡς χέρνιβάς τε, καὶ σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι.
Εὔχου δὲ τοιάδ', ὦ νεᾶνί, σοι ξένων
Σφάγια παρεῖναι· κἂν ἀναλίσκῃς ξένους
Τοιούσδε, τὸν σὸν Ἑλλὰς ἀποτίσει φόνον,
Δίκας τίνουσα τῆς ἐν Αὐλίδι σφαγῆς.
ΧΟ. Θαυμάστ' ἔλεξας τὸν φανένθ', ὅστις ποτὲ

Ad lavacra et ad mactationem misit tibi.
Opta vero tales, O virgo, tibi hospitum
Victimas adesse, et si mactes hospites
Tales, Græcia compensabit tuam cædem,
Pendens pœnam cædis in Aulide.
Cho. Mira dixisti de illo, qui conspectus est, quicunque tandem

334. ss. *πρὸς δ' ἄνακτα τῆσδε γῆς | κομίζομέν νιν. ὁ δ'* (Ald. *ὅδ'*) *ἐσιδὼν, ὅσον τάχος | ἐς* (Ald. *ὡς*) *χέρνιβάς τε καὶ σφαγεῖ' ἔπεμπέ* (Ald. *σφάγι' ἐξέπεμπέ*) *σοι.*] Suspectum habeo *ἐσιδὼν* in hoc metro. Caussam suspicionis supra declaravi ad v. 65. *Εἰσιδὼν* in senario occurrit vv. 108. 270. *εἰσιδεῖν* vv. 47. 991. (ubi coll. Victoriana *ἐσιδεῖν* metro repugnante) 1016. Nostro loco scribendum videtur aut *εἰσιδὼν δ'* pro *ὁ δ' ἐσιδὼν*, aut una literula mutata *ὅδε δ' ἰδών*. Infra v. 758. MSS. et edd. veteres *ἐκδώσω* pro *ἐκσώσω*. *Elmsl.*

336. *καὶ σφάγι' ἐξέπεμπέ σοι.*] Codd. A. B. non *ἐξέπεμπε* hic habent, sed *επεμπε*: ut verum forte sit, *καὶ σφάγι' ἔπεμπέ σφε σοί*. Pro *Ὡς χέρνιβας* legit *Ἐς χέρνιβας* Valckenærius ad Phœniss. 1409. quia *ὡς*, isto modo positum, rarissime adhibetur nisi *περὶ ἐμψύχων*, apud tragicos et comicos. Notam ejus omnino vide, et Magistrum V. *ὡς*. *Markl.*

Ὡς χέρνιβάς τε, καὶ σφάγι' ἐξέπεμπέ σοι.] Recte Musgravius, *καὶ σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι.* conferens Lycophron. 196. Anapæstum, quod mireris, intactum reliquit Valckenærius a Marklando laudatus. *Por.*

Piersonus, ut anapæstus in quarto loco vitetur, reponendum censet *σφάγιά τ'* pro *καὶ σφάγι'*. Malim:

ἐς χέρνιβάς τε καὶ σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι.

Lycophron, v. 196. nescio, an huc respiciens:

σφαγείων ἠδὲ χερνίβων πέλας.

Suidas *σφαγεῖον* explicat *τὸ τοῦ αἵματος δεκτικὸν ἀγγεῖον, ὃ εἶπεν ὁ Ποιητὴς ἀμνίον.* Locus Homeri est Odyss. III. v. 444. ubi Scholiastes *ἀμνίον* ab Atticis *σφάγιον* (l. *σφαγεῖον*) dici testatur. *ὡς* in *ἐς* mutavi, inductus observatione Valckenærii V. Cl. ad Phœniss. 1409. *ὡς* pro *εἰς* non adhiberi, nisi nomine proprio sequente. Qui *ἐξέπεμπε* retinent, interpretari debent, ne præpositio *ἐξ* otiosa sit, *ex urbe tibi misit.* *Musg.*

Ὡς χέρνιβας] Joh. Brodæus explicat per *εἰς χέρνιβας*, recte: *ὡς* enim hic Attice ponitur pro *εἰς*. Vid. quæ nos ad Phœniss. v. 1415. *Barnes.*

Heath. conjicit: *Εἰς χέρνιβάς τε καὶ σφαγὰς ἔπεμπέ σοι.* *Beck.*

Σφάγι' ἔπεμπέ σοι, MS. Victor. "Eodem versu ineunte *τε χερνίβας τε.*" Goeller. In hoc quid lateat, non perspicio. *Seidl.*

338. *ξένους Τοιούσδε,*] Libenter invenissem in MSS. *νέους Τοιούσδε.* vide v. præced. et quater occurrit intra novem versus vox *ξένος*, præter *ἄξενον*. Ne legatur *σῆς σφαγῆς*, v. 340. obstat quod dixerat *σὸν φόνον*, v. 339. *Markl.*

340. *Δίκας τίνουσα τῆς ἐν Αὐλίδι σφαγῆς.*] Communiter et semper, quod sciam, apud Homerum *τίνω* producit priorem, at non ita posterioribus semper in usu; aliquando enim et hanc syllabam communem duxere; ita enim Poëta noster Orest. v. 7. *Ἀέρι ποτᾶται, καὶ τίνει ταύτην δίκην.* Item ibid. v. 447. *Χάριτας πατρῴας ἐκτίνων εἰς οὕς σε δεῖ.* Item ibid. v. 526. *Μισῆ γε πρὸς θεῶν καὶ τίνεις μητρὸς δίκας.* Ita Antholog.—*Ἦ τάδε θρέπτρα τίνεις;* *Barnes.*

341. s. *Θαυμάστ' ἔλεξας τὸν φανένθ', ὅστις*

Ἕλληνος ἐκ γῆς πόντον ἦλθεν ἄξενον.
ΙΦ. Εἶεν. σὺ μὲν κόμιζε τοὺς ξένους, μολών·
Τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα φροντιούμεθα.
Ὦ καρδία τάλαινα, πρὶν μὲν εἰς ξένους

Ex Græcia, qui venit ad Pontum inhospitalem.
Iph. Bene est: tu igitur vale, et adduc hospites.
Quæ vero hic facienda sunt sacra, nos curabimus.
O miserum cor, prius quidem erga hospites

ποτὲ (Ald. ὅστίς ποτε) | Ἕλληνος ἐκ γῆς πόντον ἦλθεν ἄξενον.] Ita Aldus, et pleræque editt. Male Barnesius Scaligerum secutus Ἕλλην ὅς. Vid. Markl. ad h. l. et Lobeck. ad Ajac. v. 323. p. 272. seq. Seidler. Ἕλλην femininum agnoscit grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 97. Ἕλλην γυνή. Φιλήμων Παιδαρίῳ. Ἑλλὰς ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ. Glossa posterior, quam in indicem Sophocleum retulit Brunckius, vulgatam nostri loci scripturam non defendit. Multum enim interest inter masculinum Ἑλλὰς et femininum Ἕλλην. Altera magis ad rem esset, si pro Philemone infimæ ætatis comico, tragici alicujus, vel etiam comici veteris et probati, testimonium attulisset grammaticus. Eustathius, p. 1077. 31. ἔστι γὰρ κοινὸν καὶ τὸ Ἕλλην, ὡς δηλοῖ τὸ, Ἕλλην ἀληθῶς οὖσα, ὅπερ ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου κεῖται περὶ τῆς τύχης. Vide Athenæum, p. 280. E. Verba Ἕλλην ἀληθῶς οὖσα Apollodori Carystii sunt, cujus non multo major auctoritas est quam Philemonis. In tragicorum scriptis hodie manentibus quater legitur Ἕλλην femininum, semel apud Æschylum, ter apud Euripidem. Æschyli locus est Ag. 1263. Καὶ μὴν ἄγαν γ' Ἕλλην' ἐπίσταμαι (ἐπίστασαι Porsonus ex emendatione Marklandi) φάτιν. Verba sunt Casandræ ad chorum, qui respondet, Καὶ γὰρ τὰ Πυθόκραντα. δυσμαθῆ δ' ὅμως. Malim ἐμὴν — φάτιν, *meum vaticinium*, de cujus obscuritate queritur chorus. Vitium, modo vitium sit, ortum est ex similitudine literarum λλ et μ. Loci Euripidei sunt Iph. T. 342. 496. Heracl. 131. Primo loco mirari subit, si genuina est vulgata, poëtam Ἕλληνος ἐκ γῆς potius quam ἐξ Ἑλλάδος γῆς dixisse. qui Ἑλλάδος ἐκ γᾶς dixerit, v. 449. Ἑλλάδος στρατηγίας, v. 17. Ἑλλάδος νεὼς, vv. 1293. 1346. 1387. Sed legendum videtur Ἑλληνίδος γῆς. Barnesius jam conjecerat Ἑλληνίδος ἐκ γῆς. De altero hujus fabulæ loco infra suo ordine dicetur. Tertius est Heracl. 131. de quo nonnihil jam dixi ad v. 96. *Elmsl.*

Θαυμάστ' ἔλεξας τὸν φανένθ',] De hac loquendi formula, vid. Schaef. ad Theocrit. Id. XXV. 179. coll. Erfurdt. ad Soph. Antig. 212. *Seidl.*

342. Ἕλλην, ὅς ἐκ γῆς] Vulgata Ἕλληνος omnino necessaria erat sensui (quid enim vult ἐκ γῆς sine Ἕλληνος?) et defenditur Heraclid. 131. Ἕλλην στολὴ, quam Ἑλλάδα στολὴν vocat Sophocles Philoct. 225. et Ἕλληνα φάτιν, *Græcum sermonem*, Æschyl. Agam. 1263. ubi ἐπίστασαι scribend. pro ἐπίσταμαι. Schema Ἰωνικὸν hoc appellat Lesbonax. Reduxi itaque antiquam lectionem, et mutavi distinctiones: Θαυμάστ' ἔλεξας τὸν φανένθ', ὅστις ποτὲ Ἕλληνος ἐκ γῆς πόντον ἦλθεν ἄξενον. id est, ὅστις ποτὲ ὢν, ἦλθε, &c. et v. 351. Οἵ τινές ποτε ὄντες, ἥκετε. Τὸν φανέντα, est, περὶ τοῦ φανέντος. sæpe occurrit hoc schema Ὁμηρικόν. vid. Aristoph. Ὀρν. 167. et Scholiast. Recte hic Chorus in voce ἄξενον. vid. ad v. 125. *Markl.*

Ἕλληνος ἐκ γῆς] Sic Heraclid. v. 131. στολήν γ' Ἕλληνα. *Musg.*

Ἕλλην, ὅς] Olim erat Ἕλληνος ἐκ γῆς: mallem Ἑλληνίδος, et versui nil nocebit. Scaliger vero, ut verum fatear, sua acutissima conjectura adeo me confirmavit, ut illius lectionem in textum jam receperim. Sed et Ἕλλην γῆ pro Ἑλληνὶς Attice dicitur. Sic Ἕλληνος πατρίδος, Iphig. Taur. v. 496. Πόντον ἄξενον] Vid. supra v. 254. *Barnes.*

Etiam Heath. emendaverat Ἕλληνος. *Beck.*

Ἕλληνος ἐκ γῆς] Ita Aldus, et pleræque editt. Male Barnesius Scaligerum secutus Ἕλλην ὅς. Vid. Markl. ad h. l. et Lobeck. ad Ajac. v. 323. p. 272. seq. *Seidl.*

343. s. Εἶεν. σὺ μὲν κόμιζε τοὺς ξένους μο-

Γαληνὸς ἦσθα, καὶ φιλοικτίρμων ἀεὶ,
Εἰς τοὐμόφυλον ἀναμετρουμένη δάκρυ,
Ἕλληνας ἄνδρας ἡνίκ' εἰς χέρας λάβοις·
Νῦν δ' ἐξ ὀνείρων, οἷσιν ἠγριώμεθα,

Tranquillum fuisti, et semper misericors,
Cognationi lachrymam impertiens,
Quoties Græcos viros in manus acciperes.
Nunc vero ex somniis, quibus efferatæ sumus,

λῶν. | τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα φροντιούμεθα.] Pro οἷα Reiskius conjecerat ὅσια vel οἶδε· Seidler. Notandum etiam futurum φροντιούμεθα, quæ forma nescio an nusquam alibi occurrat. Activa φροντιεῖ (vulgo φροντίσει) legitur apud Euripidem Tro. 1224. φροντιῶ apud Aristophanem Nub. 125. Miror nemini adhuc in animum venisse indicem verborum conficere, quorum præsens desinit in ω, futurum in μαι. In hac re non semper sibi constant tragici. Ἐπαινέσεται, v. c. dixit noster Bacch. 1184. ναυστολήσεται, Tro. 1041. Idem tamen ἐπαινέσω, Heracl. 301. ναυστολήσεις, Suppl. 484. ναυστολήσων. Hec. 631. *Elmsl.*

344. Τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα φροντιούμεθα.] Reiskius, ὅσια vel οἶδε. Musgravius Exercitat. I. 6. οἷα defendit: in notis vero ad locum, Reiskii ὅσια probat. οἶδε post Reiskium obtulit Toupius in Suid. II. p. 168. *Por.*

οἷα φροντιούμεθα.] Hesychius: οἷα, τὰ δεινὰ, Αἰολεῖς: quod, quo tempore Exercitationes in Euripidem scripsi, huic loco convenire existimavi. Nunc, mutata sententia, conjecturam Reiskii, ibi a me repudiatam, amplector, legendum scilicet ὅσια pro οἷα. Neque obest, quod ad alia omnia mox orationem deflectat. Non enim hoc destinato proposito fecisse putanda est, sed vi doloris abrepta. Quamobrem prædici in responso ad Nuncium nec potuit, nec debuit. Aliam conjecturam eodem loco proponit Reiskius, et post eum Toupius, in notis ad Suidam, Euripidem scripsisse non οἷα, sed οἶδε. Sed ea minus elegans, meo judicio, est, simulque longius a MSS. vestigiis recedit. *Musg.*

οἷα φροντιούμεθα.] Οἷα, δηλονότι οἷα εἶναι πρέπει. Joh. Brodæus. Φροντιούμεθα pro φροντισόμεθα Attice. *Barnes.*

Pro οἷα Reisk. aut ὅσια, aut οἶδε, legi vult. Posterius etiam reponit Toup. in Suid. II. p. 167. et reddit: *nos, qui hic adsumus, curabimus.* Laudat h. i. r. Soph. Œd. Tyr. 40. *Beck.*

οἷα] Dicit, opinor, hoc: τὰ δὲ ἐνθάδε, οἷα ἔσται, (sive, ut Brodæus, οἷα εἶναι πρέπει,) ἡμεῖς φροντιούμεθα, qualia vero ea erunt, quæ hic in templo facienda sunt, (i. e. quomodo vero ipsum sacrificium institui oporteat,) mihi curæ erit. Pro οἷα Reiskius conjecerat ὅσια vel οἶδε. Posterius etiam Toupius in Suid. II. p. 167. Prius amplectitur Musgravius, rejecto illo, quod ipse in Exercitt. in Eurip. proposuerat, οἷα, ex Hesychii glossa: οἷα, τὰ δεινὰ, Αἰολεῖς. *Seidl.*

345. Hic ultimam scenam primi actus inchoari Prev. censet. *Beck.*

347. Εἰς τοὐμόφυλον] Barnesius edidit θοὐμόφυλον. An recte, dubito. Retineo itaque vulgatam, a qua exemplaria non recedunt, quantum scio. *Markl.*

τοὐμόφυλον] Barnesius θ' οὑμόφυλον. *Musg.*

Εἰς θ' οὑμόφυλον] Olim legebatur τ' οὑμόφυλον, non recte; τ' enim aspirari debuit ob spiritum sequentem; sic θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον legitur apud Aristoph. et Demosth. sunt vero Attica. *Barnes.*

θοὐμόφυλον.] Sic recte correxerat Barnesius, ut scribimus θοἰμάτιον θοὐρμαῖον, θοὐκαταῖον, θἀμάρτια, Æschyl. Agam. 548. et alia multa. Eodem modo in Nostri Cyclop. 238. scribendum θἀδώλια. Aldus τοὐμόφυλον. Pejus etiam Editt. τοῦ 'μόφυλον.

Εἰς τὸν ὁμόφυλον, MS. Victor. Præstat nostra lectio θοὐμόφυλον. *Seidl.*

348. ἡνίκ' — λάβοις·] Cod. A. λαβ[οι/η]ς. Forte, λάβεις pro ἔλαβεις. Sic Alcest. 1121. pro λάβοις conjeceram λάβεις: et ita postea inveni in Edit. vetustissima. Vocem ἡνί-

Δοκοῦσ' Ὀρέστην μηκέθ' ἥλιον βλέπειν,
Δύσνουν με λήψεσθ', οἵ τινές ποθ' ἥκετε.
Καὶ τοῦτ' ἄρ' ἦν ἀληθὲς, ἠχθόμην, φίλαι·
Οἱ δυστυχεῖς γὰρ, τοῖσιν εὐτυχεστέροις,
Αὐτοὶ κακῶς πράξαντες, οὐ φρονοῦσιν εὖ.

Existimans Orestem non amplius solem intueri,
Malevolam *vobis* me nansciscemini, quicunque tandem *huc* veneritis.
Et si somnium verum sit, prætextus fuerit, O amicæ:
Infelices enim beatioribus,
Omnia, ut consentaneum erat, gerentes, non bene volunt.

κα, sine ἂν, non nisi cum indicativo ponere solet Euripides. *Markl.*

οι
λάβοις·] Cod. Marklandi A. λαβῃς. Male ille legi vult λάβες, i. e. ἔλαβες, quod ἡνίκα sine ἂν nonnisi cum indicativo ponere soleat Euripides. Eadem est constructio, quam paulo ante vv. 326. et 327. fecit particula εἰ. Cf. Matthiæ Gramm. Gr. §. 521. p. 739. *Seidl.*

349. s. ἠγρειώμεθα, Δοκοῦσ' Ὀρέστην] Δοκοῦσ' potest esse δοκοῦσαι, (Codd. A. C. δοκουσαν) vel nominativus absolutus, Δοκοῦσα, pro Δοκούσης ἐμοῦ, per parenthesin sumto versu. Vide notata ad v. 948. *Markl.*

ἠγριώμεθα Δοκοῦσα] De hac syntaxi, vide v. 696. *Barnes.*

ἠγριώμεθα, Δοκοῦσ'] Sine causa hic locus vexavit interpretes. Illud δοκοῦσ' neque est δοκοῦσαι neque nominativus absolutus pro δοκούσης ἐμοῦ. Participium singularis numeri sæpissime jungitur cum verbo plurali. Vid. Porson. Præf. ad Hec. clxxviii. Lobeck. ad Ajac. v. 191. p. 248. et Brunck. ad Soph. Philoct. 645.

350. Δοκοῦσαν Ὀρέστην, MS. Victor. Voluit, opinor, librarius δοκοῦσαι. *Seidl.*

352. Καὶ τοῦτ' ἄρ' ἦν ἀληθὲς, ἠχθόμην, φίλαι·] Sic distinguendum puto, si locus sanus sit. Sensus videtur esse, vera ratio hujus malevolentiæ meæ erga hos hospites, est, quia *angor*, et felicitati eorum invideo: felices enim eos existimo præ meipsa. V. 354. "Αὐτοὶ κακῶς πράξαντες est mera tautologia præcedentis οἱ δυστυχεῖς." Reiskius. Quis vult, et potest, defendere? Sed tamen vix fieri potest ut hæc ita reliquerit Euripides. Sensus bonus est in vulgata versione, ad quam si exigatur contextus, erit, Ἅτ' οὐ καλῶς πράξαντες, &c. quod rationem reddet malevolentiæ istorum. Sed Αὐτοὶ pessimum videtur quacumque suppositione. Ex οἵτ' αὖ pro αὐτοὶ, posset forte aliquid probabile effingi, sed ἀφίσταμαι. *Markl.*

Versus impeditissimus vide an sic restituendus sit:

Καὶ τοὔναρ ἦν ἀληθὲς ᾖ, σχῆμ' ἦν, φίλαι.

Et somnium quidem, si verum sit, species fuerit, O amicæ. Musg.

ἠχθόμην,] Ἄχθομαι. *Præteritum* pro *præsenti;* sic Demosthenes περὶ στεφάνου —Οἰκοδομῆσαι τοὺς προγόνους ἡμῶν ταῦτα τὰ δικαστήρια ὑπείληφα. Ubi τὸ ὑπείληφα ponitur ἀντὶ τοῦ ὑπολαμβάνω. Sic μέμνημαι, sic demum Matth. c. iii. v. 17. Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. Vid. Sebastian. Pfochenii de Ling. Græc. N. T. puritate, §. 32. *Barnes.*

Καὶ τοῦτ' ἄρ' ἦν ἀληθές, &c.] Marklandus: "Sensus esse videtur, vera ratio hujus malevolentiæ meæ ergo hos hospites est, quia *angor.*" Intellige potius sic: id ipsum profecto est, animi ægritudo et indignatio erat, quæ me occupavit, nam, &c. Spectat ad illud, quod paulo ante dixerat ἐξ ὀνείρων, οἷσιν ἠγριώμεθα. *Seidl.*

354. Αὐτοὶ κακῶς πράξαντες,] Merito hoc tautologiæ arguit Reiskius. Poëtam tamen immunem culpæ præstabit non magna sane mutatio:

Ἄν τ' ᾖ καλῶς πράξας τις—

Etiamsi aliquis (felicium) *benefecerit olim* (infelici). καλῶς πράττειν, *benefacere.* Sic εὖ πράττειν, Soph. Trach. 92. forte etiam Hipp. 1023. Hesychius: εὐπραγία, εὐποιΐα.

Prætulerim nunc quidem:

Ἀλλ' οὔτε πνεῦμα διόθεν ἦλθε πώποτε,
Οὐ πορθμὶς, ἥτις διὰ πέτρας Συμπληγάδας
Ἑλένην ἀπήγαγ' ἐνθάδ', ἥ μ' ἀπώλεσεν,
Μενέλεών θ', ἵν' αὐτοὺς ἀντετιμωρησάμην,
Τὴν ἐνθάδ' Αὖλιν ἀντιθεῖσα τῆς ἐκεῖ,

Verum nec ventus a Jove *missus huc* venit unquam,
Nec navis, quæ per saxa concurrentia
Helenam adduxerit huc, quæ me perdidit:
Nec Menelaum, ut ipsos vicissim ulciscerer,
Hic *sitam* Aulidem, opponens illi, quæ illic *est*,

ΟἹ ΔΥΣΤΥΧΩΣ γὰρ, τοῖσιν εὐτυχεστέροις
ΑΤΕΡ ΚΑΚΗΣ πράξαντες, οὐ φρονοῦσιν εὖ.

Nam qui nulla sua culpa in adversis agunt, non bene felicioribus volunt. Κάκης pro κακίας, ut Med. 1047. Fortunatis scilicet invidere solent, qui se a Fortuna indigne habitos putant. *Musg.*

Vulgo: αὐτοὶ κακῶς πράξαντες, quod vertunt: propterea quod ipsi male rem gerant, i. e. infelices sint. Bene quidem, neque esset tautologia, quam viri docti hic videre sibi videntur, modo scriptum legeretur πράσσοντες. Sed quid aoristus πράξαντες? Euripidem dedisse puto καλῶς pro κακῶς hoc sensu: Infelices, qui ipsi aliquando felices fuerunt, felicioribus se non bene volunt. Familiarissima Euripidi est sententia, eos tantum adversa fortuna vere cruciari, qui antea felices fuerint. Vid. infra ad v. 1118. seq. Paulo post v. 379. eodem vitio libri habent κακῶν pro καλῶν. *Seidl.*

εὖ φρονεῖν τινι pro εὐνοεῖν etiam insolens est. Videtur igitur scrib. κᾀυτοῖς (aut καίτοι) κακῶς πράξασιν: *infelices bene animati non sunt in eos, qui secundiore fortuna gaudent, quamvis et hi ipsi quoque in calamitate sint, sed leviore.* Sed sententiam undecunque spectes, inepte est. *Reisk.*

355. διόθεν] Ἐκ Διός. Dicitur et ἐκδιόθεν, Hesiod. *Barnes.*

οὔτε—Οὐ] Vid. Schaef. ad Soph. Œd. Col. 972. Sic etiam in Nostri Orest. v. 46. μήτε—μὴ—μήτε. *Seidl.*

356. ss. διὰ πέτρας Συμπληγάδας] Lego Συμπληγάδος, in genitivo, et numero singulari, ut v. 242. Sic διὰ Κυανέας πέτρας, *per Cyaneam petram*, 890. quamquam non ignoro Euripidem sæpe ponere διὰ, *per*, cum accusativo. Μενέλεων pro Μενέλαον, est a Barnesio. *Markl.*

Συμπληγάδας] Vid. supra ad v. 124. et v. 242. *Barnes.*

Συμπληγάδας] Marklandus legi vult Συμπληγάδος in genitivo, quamquam non ignoret, Euripidem sæpe ponere διὰ *per* cum accusativo. At si alibi fecit, quidni etiam hic potuerit? *Seidl.*

358. Μενέλαόν θ'.] Marklandus Μενέλεών θ'. Malim Μενέλαν θ'. Vid. Troad. v. 214.

ἵν'—ἀντετιμωρησάμην,] Vid. ad Phœn. v. 214. *Musg.*

Μενέλεών θ' ἵν' αὐτοὺς, &c.] Ita scribo nunc pro Μενέλαόν θ', quod prius male obtinebat, ut, duabus ultimis syllabis per συνίζησιν coalescentibus, Μενέλεων sit anapæstus: Id vero versus postulat. Scaliger hunc locum omisit; Duportus errorem notabat, sed non emendabat. Orest. v. 18. et 20. Μενέλεως bis occurrit, et est Atticum; Vid. quæ nos ibi. Quare nihil dubitandum. *Barnes.*

358. s. Μενέλεών θ.'] Ita correxit Barnesius comparans Orest. v. 18. Aldus Μενέλαόν θ'. Formam Μενέλαν propositam a Musgravio non ausim in trimetro iambico ex conjectura reponere.—Proximum versum Stiblinus explicat: *cædem meam in Aulide peractam compensans cæde alia hic peragenda, veluti in altera Aulide. Seidl.*

359. Τὴν ἐνθάδ' Αὖλιν ἀντιθεῖσα τῆς ἐκεῖ,] Ἀντιτίθημι frequentius construitur cum dativo. secundum quam constructionem hic scribi debuit, τῇ γ' ἐκεῖ. Versu 360. pro Οἵ scripseram Οὗ, *ubi:* ut Iph. Aul. 1157. et sic Piersonus Verisim. p. 10. *Markl.*

359. s. Τὴν ἐνθάδ' Αὖλιν ἀντιθεῖσα τῆς ἐκεῖ, | οἵ (Ald. οἵ) μ' ὥστε μόσχον Δαναΐδαι χειρούμενοι, | ἔσφαζον.] Recte οὗ μ' Piersonus, Marklandus, Zimmermannus. Loca quæ οἵ μ' defendere videntur, partim male in-

Οἷ μ', ὥστε μόσχον, Δαναΐδαι χειρούμενοι,
Ἔσφαζον· ἱερεὺς δ' ἦν ὁ γεννήσας πατήρ.
Οἴμοι· κακῶν γὰρ τῶν τότ' οὐκ ἀμνημονῶ·
Ὅσας γενείου χεῖρας ἐξηκόντισα,
Γονάτων τε τοῦ τεκόντος ἐξαρτωμένη,
Λέγουσα τοιάδ'· Ὦ πάτερ, νυμφεύομαι
Νυμφεύματ' αἰσχρὰ πρὸς σέθεν. μήτηρ δ' ἐμὲ,

Ubi Danaidæ me, sicut juvencam, capientes
Mactaverunt: sacerdos vero fuit pater, qui me genuit.
Hei mihi, malorum enim illorum non possum non meminisse:
Quoties ad genas manus ejaculata sum
Pendens a genibus patris,
Dicens hæc? O pater, sponsa fio
Nuptiarum turpium a te: mater vero mea

tellecta sunt, partim corrupta scriptura laborant. Allegat Seidlerus Sophoclem El. 958. ποῖ γὰρ μενεῖς ῥάθυμος, εἰς τίν' ἐλπίδων | βλέψασ' ἔτ' ὀρθήν; Sed ibi ποῖ non cum μενεῖς sed cum βλέψασα construendum esse monuit vir doctus Mus. Crit. I. p. 205. Multis fraudi fuit similis constructio apud nostrum Herc. 1148. οἴμοι, τί δράσω; ποῖ κακῶν ἐρημίαν | εὕρω, πτερωτὸς, ἢ κατὰ χθονὸς, μολών; Ita distinguendum, sublata interrogationis nota, quæ vulgo post εὕρω exhibetur. Frustra ποῦ reposuit Hermannus, quod rectius reposuisset ejusdem fabulæ, v. 74. ubi vulgo legitur, ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς; Neque facile crediderim, Æschylum scripsisse ποῖ Κλυταιμνήστρα, Cho. 882. *Elmsl.*

360. Οἷ μ', ὥστε] Legendum cum Pierson. οὗ μ' ὥστε, *ubi me ut*—. *Musg.*

Οἷ μ',] Aldus et Editt. οἵ μ'. Piersonus Veris. p. 10. et Marklandus corrigunt οὗ μ'. Facillimum est, quod Reiskius proponit οἷ. Οἷ enim idem esse putat atque ᾧ sive ἐν ᾧ, scil. τόπῳ, quocum comparat οἴκοι et similia (Πυθοῖ, Ἰσθμοῖ.) Eadem Schaeferi sententia est ad Sophocl. Œd. Col. v. 227. Sed potest tamen etiam nostro loco quædam *motus* significatio subesse, si οἷ proxime referas non ad ἔσφαζον, sed ad χειρούμενοι, in quo lateat ἄγοντες. Sæpe enim in hujuscemodi particulis *motus notio* paulo obscurior est. Sic Sophocl. Electr. 964. ποῖ γὰρ μενεῖς ῥάθυμος, ubi recte Scholiastes ποῖ, εἰς τίνα χρόνον. Œd. Col. 383. τοὺς δὲ σοὺς ὅποι θεοὶ πόνους κατοικτιοῦσιν, οὐκ ἔχω μαθεῖν, i. e. *quorsum miseratio deorum tendat, quam viam ingrediatur;* cui loco simillimi sunt Eur. Hippol. 373. ἄσημα δ' οὐκ ἔτ' ἐστὶν, οἷ φθίνει τύχα, et Soph. Œd. Col. 489. τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή. Cf. Herm. ad Hercul. Fur. 1236. *Seidl.*

Οἷ μ', id est *ubi me.* nam οἷ idem est atque ᾧ vel ἐν ᾧ puta τόπῳ. Veteres pro ᾧ exarabant ο, ut quibus ω nondum notum, neque usu receptum esset, et adscribebant iota, unde crevit οἷ. Idem de ποῖ, οἴκοι, et similibus statuendum, in quibus antiquæ scripturæ vestigia supersunt. *Reisk.*

362. τοῦδ' οὐκ ἀμνημονῶ, MS. Victor. *Seidl.*

363. Ὅσας γενείου χεῖρας ἐξηκόντισα,] Locutionem ὅσας χεῖρας, quæ recte habet, unice explicat et illustrat locus Callimachi Hymn. in Dian. v. 26. Ὣς ἡ παῖς εἰποῦσα, γενειάδος ἤθελε πατρὸς Ἅψασθαι, ΠΟΛΛΑΣ δὲ μάτην ἐτανύσσετο ΧΕΙΡΑΣ. i. e. *sæpe* extendit, ut recte cepit Vulcanius. Ejusdem generis videtur πᾶσαν ἵης γλῶσσαν, apud Soph. Electr. 598. *semper in ore habes.* Homerus Odyss. Β'. 151. de duobus aquilis Telemacho missis a Jove, τιναξάσθην πτερὰ ΠΟΛΛΑ· MULTAS *alas quatiebant:* i. e. frequenter. Pro γενείου, ἐξηκόντισα aliquis forte conjecerit γένειον—εἰσηκόντισα. Si retineatur γενείου, κατὰ vel ἐπὶ intelligendum erit. quæ satis frequens est constructio. In nostro idiomate servatur superius loquendi genus, nam D.

Σέθεν κατακτείνοντος, Ἀργεῖαί τε νῦν
Ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν, αὐλεῖται δὲ πᾶν
Μέλαθρον· ἡμεῖς δ' ὀλλύμεσθα πρὸς σέθεν.
Ἅιδης Ἀχιλλεὺς ἦν ἄρ', οὐχ ὁ Πηλέως,
Ὅν μοι προσεῖπας πόσιν· ἐν ἁρμάτων δ' ὄχοις
Εἰς αἱματηρὸν γάμον ἐπόρθμευσας δόλῳ.
Ἐγὼ δὲ λεπτῶν ὄμμα διὰ καλυμμάτων

Dum tu *me* interficis, et Argivæ nunc
Celebrant Hymenæis, et personat cantu fistulæ tota
Aula, ego vero interea interficior a te.
Pluto igitur erat Achilles, non *autem* Pelei filius,
Quem mihi promisisti sponsum : in curruum vero vehiculis
Ad cruentas nuptias duxisti dolo.
Ego vero tenuia per velamina oculos

Luc. XXII. 53. vertitur, *Ye stretched forth* NO HANDS *against me. Markl.*

Ὅσας — χεῖρας] Callimach. Hymn. in Dian. v. 27. πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας, quæ hujus loci manifesta imitatio est. *Musg.*

Reisk. scribit ὅσα καὶ γενείου. *Beck.*

Ὅσας—χεῖρας] Bene Marklandus comparat Callimach. Hymn. in Dian. 26. πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσετο χεῖρας. Ad genitivum γενείου idem κατὰ vel ἐπὶ intelligendum esse putat, aut legendum γένειον ἐξηκόντισα. Constructio potius sic instituenda: ὅσας χεῖρας ἐξηκόντισα ἐξαρτωμένη γενείου γονάτων τε τοῦ τεκόντος. Iph. Aul. 1226. περὶ σὸν ἐξαρτωμένης γένειον. Hanc explicationem jam video proditam a Schaefero ad Lamb. Bos. Ellips. p. 716. *Seidl.*

366. Fingit Euripides per totam hanc fabulam, Clytæmnestram Argis relictam esse, quo tempore Aulide immolata est Iphigenia; *a matre me abduxerunt*, inquit ipsa, v. 24, 5.

καί μ' Ὀδυσσέως τέχναις
Μητρὸς παρείλοντ' ἐπὶ γάμοις Ἀχιλλέως.

Optime igitur emendat Tyrwhittus :

Μήτηρ δ' ἐμὲ
σέθεν κατακτείνοντος, Ἀργεῖαί τε νῦν
ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν.

Præceperat Reiskius ἐμέ. Idem pro νιν minus recte legit σύν. De re confer Helen. v. 1439. *Musg.*

Reisk. suum σὺν volebat absolute positum esse pro σὺν αὐτῇ.

Heath. pro νιν legit νῦν, hoc sensu: *Mater vero mea, dum tu me interficis, Argivæque, hoc ipso tempore me celebrant hymenæis. Beck.*

νιν, i. e. νυμφεύματα ἐμά, ut jam explicat Brodæus. Musgravius cum Tyrwhitto emendat :

μήτηρ δ' ἐμὲ,
σέθεν κατακτείνοντος, Ἀργεῖαί τε νῦν
ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν,

quoniam per totam hanc fabulam Clytæmnestra Argis relicta esse fingatur, quo tempore Aulide immolata sit Iphigenia. Non video, quid in librorum lectione contrarium sit. Νῦν etiam Heathius voluerat. *Seidl.*

371. ἐν ἁρμάτων δ' ὄχοις] Tantillam rem tam flebili querelæ immisceri est fortasse, quod mireris. Sed neque hoc nullam ad pathos movendum vim habet. Heroicis enim temporibus majorem, quam postea, dignitatem habuit ἐφ' ἅρματος ὀχεῖσθαι, solis, ut videtur, Principibus ita tum vectari solitis : unde non immerito indignetur Iphigenia, quod aliis omnibus honori erat, sibi uni ex fraude patris in perniciem vertisse. Potest etiam allusio esse ad currum, quo novam nuptam ad mariti domum deduci mos erat. *Musg.*

Reisk. προεῖπας, *prædixeras, spem feceras. Beck.*

ἐν ἁρμάτων ὄχοις, MS. Victor. omisso δ'. Particula tamen vix potest abesse. *Seidl.*

Ἔχουσ᾽, ἀδελφὸν οὔτ᾽ ἀνειλόμην χεροῖν,
Ὃς νῦν ὄλωλεν, οὐ κασιγνήτῃ στόμα
Ξυνῆψ᾽ ὑπ᾽ αἰδοῦς, ὡς ἰοῦσ᾽ εἰς Πηλέως
Μέλαθρα· πολλὰ δ᾽ ἀπεθέμην ἀσπάσματα
Εἰσαῦτις, ὡς ἥξουσ᾽ ἐς Ἄργος αὖ πάλιν.
Ὦ τλῆμον, εἰ τέθνηκας, ἐξ οἵων καλῶν
Ἔρρεις, Ὀρέστα, καὶ πατρὸς ζηλωμάτων.
Τὰ τῆς θεοῦ δὲ μέμφομαι σοφίσματα,
Ἥτις, βροτῶν μὲν ἤν τις ἅψηται φόνου,

Conjiciens, nec fratrem hunc cepi manibus,
Qui nunc periit: neque sorori osculum
Dedi præ pudore, tanquam itura ad Pelei
Ædes; ac multas distuli salutationes
In aliud tempus, ut iterum Argos reditura.
O miser, si es mortuus, ex quam præclaris rebus
Periisti, Orestes, et patris invidenda fortuna
Deæ vero damno commenta,
Quæ, si quis quidem mortalium patrârit cædem,

372. Cum hoc versu oratio Iphigeniæ ad patrem finitur. *Seidl.*

373. λεπτῶν ὄμμα διὰ καλυμμάτων Ἔχουσα. Cod. A. λεπτον· B. λεπτον, sed λεπτων a prima manu. Voces ὄμμα et διὰ καλυμμάτων ambiguæ sunt: sed explicantur versu 1123. Iphig. Aulidensis. *Markl.*

MS. uterque λεπτὸν, sed in MS. G. a prima manu λεπτῶν. De constructione vide ad Phœniss. v. 381. καλύμματα sunt *amicula*, quibus, ex more Veterum, nova nupta obtecta erat. Lucianus in Sympos. καὶ ἐν αὐταῖς ἡ νύμφη πάνυ ἀκριβῶς ἐγκεκαλυμμένη. Hinc ἀνακαλυπτήρια vocabatur dies, in qua sponsus ἐκκαλύπτει τὴν νύμφην. Polluc. Lib. III. sect. 36. vid. et Æschyl. Agam. v. 1188.
Musg.

374. s. Eleganter et vere Tyrwhittus:

ἀδελφὸν οὔτ᾽ ἀνειλόμην χεροῖν,
ὃς νῦν ὄλωλεν, οὐ κασιγνήτῃ στόμα
συνῆψ᾽ ὑπ᾽ αἰδοῦς.

Videndum tamen præterea, annon hæc omnia, usque ad finem, v. 378. oratio sint Iphigeniæ, quo tempore ad aram ducebatur, una nihilominus clausula excepta, ὃς νῦν ὄλωλεν, quam propterea uncis includendam censeo. *Musg.*

Pro τοῦτον εἰλόμην legi vult Tyrwhittus οὔτ᾽ ἀνειλόμην, quod neutiquam necessarium est. Idem versu sequenti κασιγνήτῃ in dativo, ut jam ante Stiblinum nonnulli voluerant. Sed sororis mentio ab hoc loco alienior est. Nam proxime quoque de Oreste loquitur. Dicit hoc: nec, licet soror ejus, parvum meum fratrem tum osculata sum præ pudore, aliorum scil. non fratris. Nam si osculata esset, retegenda fuisset facies, quam obvolutam nuptæ habebant. Tyrwhitti emendationi, laudatæ olim a se ad Lamb. Bos. p. 229. jam ipse Schaeferus objicit, particulam οὔτε alienum locum occupare. *Seidl.*

375. Reisk. emendat: ὄλωλ᾽. οὖσα δὲ κασιγνήτη, ᾡ στόμ᾽ οὐ συνῆψα. *Beck.*

ω
κασιγνήτῃ στόμα, MS. Victor. Suprascriptam lectionem κασιγνήτῳ non multum abest, quin pro genuina habeam. *Seidl.*

378. Εἰσαῦθις,] Ita Schaeferus. Vulgo εἰσαῦτις. Vid. supra ad v. 328.

ἐς Ἄργος] Ita Aldus. Male quædam editt. εἰς Ἄργος. *Seidl.*

379. ἐξ οἵων κακῶν] Pro κακῶν ipse sensus ducit ad καλῶν, et ad interpretationem quam dedi. Iphigenia enim nondum audiverat de cæde patris sui. puta-

Ἦ καὶ λοχείας, ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν,
Βωμῶν ἀπείργει, μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη,
Αὐτὴ δὲ θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις.
Οὐκ ἔσθ' ὅπως ἔτικτεν ἡ Διὸς δάμαρ,
Λητὼ, τοσαύτην ἀμαθίαν. ἐγὼ μὲν οὖν
Τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα
Ἄπιστα κρίνω, παιδὸς ἡσθῆναι βορᾷ·
Τοὺς δ' ἐνθάδ', αὐτοὺς ὄντας ἀνθρωποκτόνους,
Εἰς τὴν θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ.

Aut etiam partum, aut cadavera attigerit manu,
Eum arcent ab ara, ut impurum existimans:
Ipsa vero delectatur hostiis humanis.
Nullo modo peperit Jovis conjux
Latona tantam absurditatem: ego etiam
Tantali epulationem diis *exhibitam*
Incredibilem judico, *Deos scilicet* pueri esu delectatos esse.
Hujus vero regionis incolas, quod sua natura sint homicidæ,
In Deum culpam *suam* transtulisse puto:

vit illum adhuc εὐδαιμονεῖν, v. 544. Reisk. quoque legit καλῶν. *Markl.*

ἐξ οἵων κακῶν] Legendum haud dubie cum Reiskio καλῶν. *Musg.*

Heath. ἐξ οἵων κακῶν vertit *ob qualia mala periisti.* Scilicet, ut ipsam perdiderat Helenæ raptus, et patris studium ulciscendi Trojanos, sic Orestem aliud quoddam scelus, aliud patris conamen, perdidisse, Iphigeniam putasse.

Sequendam in his reddendis Reiskii conjecturam statuit Prev. καλῶν pro κακῶν. Vertit: Oreste infortuné, si tu es mort, de quel sort brillant tu es déchu! la fortune digne d'envie d'un pére illustre t'est enlevée par le coup le plus funeste. *Beck.*

καλῶν] Necessario sic scribendum est cum Reiskio, Marklando et Musgravio. Quod vulgo legitur κακῶν, ei nec convenit verbum ἔῤῥεις, nec proxima πατρὸς ζηλωμάτων. Iphigenia, ut recte monet Marklandus, nondum audiverat de cæde patris sui. *Seidl.*

380. sqq. Addit hanc disputationem Iphigenia, quod jam abitura est, ut ad hospitum immolationem necessaria præparet. Ceterum ab hoc versu usque ad finem orationis sententiæ sic videntur cohærere: *Non laudo Dianam, quæ quum arceat a templis cæde aliaque ratione pollutos, ipsa hostiis humanis delectetur. At fortasse et hanc deam et ceteros deos, qui Tantali quondam epulis delectati esse dicuntur, immerito talis crudelitatis accusamus. Homines potius culpam suam transferre videntur in deos, qui a scelere immunes sunt. Seidl.*

383. Ἦ καὶ λοχείας,] Puerperæ ob recentem partum immundæ. Joh. Brodæus. Hos vero ritus et purificationes et immunditiem, a tactis cadaveribus ortam, tangunt Mosaicæ sanctiones. *Barnes.*

385. Αὐτὴ] Ita Æm. Portus. Aldus et Vett. Edd. omnes αὕτη. *Seidl.*

386. s. Οὐκ ἔσθ' ὅπως ἔτεκεν ἂν ἡ Διὸς δάμαρ, Λητὼ, τοσαύτην ἀμαθίαν. Lege ἔτικτεν, ejecto ἂν, quod nullum hic locum habet. *Por.*

Οὐκ ἔσθ' ὅπως — ἀμαθίαν, h. e. Jovis et Latonæ filia sapientior est, quam ut tale quid admittat. Ceterum vereor, ne Euripides scripserit numerosiore verborum ordine ὅπως ἂν ἔτεκεν. *Seidl.*

387. τοσαύτην ἀμαθίαν.] Geminam locutionem vid. infra v. 606. Sic Homerus ὁμηλικίη pro ὁμῆλιξ. Odyss. γ'. 49. ζ'. 23 *Musg.*

388. Τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα

Οὐδένα γὰρ οἶμαι δαιμόνων εἶναι κακόν.
ΧΟ. Κυάνεαι, κυάνεαι — στροφὴ α΄.
Σύνοδοι θαλάσσας,
Ἣν οἶστρος ὁ ποτώμενος Ἀργόθεν
Εὔξενον ἐπ' οἶδμα
Διεπέρασέν ποτε,
Ἀσιήτιδα γαῖαν

Neminem enim deorum malum esse censeo.
Cho. Cærulei, cærulei
Congressus maris.
Quod Œstro percita *Io* volans ab Argis
In Euxinum mare
Trajecit olim,
Asiaticum solum

ἄπιστα κρίνω] Fabula est, deos aliquando a Tantalo convivio exceptos, interque cæteras epulas ipsum illius filium, Pelopem, iis appositum, reliquos deos facti horrore abstinuisse; Cererem solam ex humero illius cœnasse. At Jupiter, pueri casus misertus, illum vitæ restituit, humerumque ex ebore addidit, unde Virgilius, Georg. Lib. III. v. 7.—*humeroque Pelops insignis eburno.* Vid. Servium in locum. Hanc fabulam Euripides in hoc loco, ut impiam, damnat, quod et Pindarus facit Olymp. Od. 1. Ἐμοὶ δ' ἄπορα, γαστρίμαργον Μακάρων τιν' εἰπεῖν. Ἀφίσταμαι· ἀκέρδεια λέλογχε θαμινὰ κακαγόρους. *Barnes.*

θεοῖσιν ἑστιάματα.] Vid. Porson. ad Phœniss. v. 948. *Seidl.*

389. ἡσθῆναι scil. αὐτούς. *Seidl.*

391. Εἰς τὸν θεόν] Amicus suggessit τὴν θεόν, Dianam. quæ certissima est emendatio. *Markl.*

τὴν θεὸν] Ita bene Marklandi amicus. Ed. Ald. τὸν θεόν.

τὸ φαῦλον] Ita Edd. recent. et P. non dissentientibus MSS. Ed. Ald. τὸν φαῦλον. *Musg.*

Εἰς τὸν θεὸν τὸ φαῦλον] Brodæus in hoc loco nempe legit τὸν φαῦλον, ut frigidam illam Manichæorum et Persarum introducat opinionem de duobus diis sibi contrariis; quum nihil hic Poëta velit aliud, quam quod mali homines sua vitia deo soleant affingere, ut stulti etiam stultitiam suam. Τὸ φαῦλον pro τὴν φαυλότητα. Vid. quæ nos ad Androm. v. 601. *Barnes.*

τὴν θεόν] Ita amicus Marklandi. Eandem emendationem jam Grotius secutus est in hujus loci versione Excerptt. p. 284. Aldus τὸν θεόν.

Brub. Hervag. Cant. et Grotius legunt τὸ φαῦλον.

τὸ φαῦλον, MS. Victor. *Seidl.*

395. οἶστρος ὁ ποτώμενος Ἀργόθεν] Bonam hanc Brodæi correctionem confirmant omnes Codd. Paris. Ἐπ' (v. 396.) deest Cod. A. Ἣν (v. 395.) usitatius in Choris scribitur Ἂν. *Markl.*

οἶστρος] Ita uterque MS. et P. ut jam, auctore Brodæo, Barnesius. Ed. Ald. Ἴστρος, quod nullum hic locum habet. οἶστρος recte interpretatur Barnesius ἡ οἰστρηθεῖσα Ἰώ. Sic solent Græce abstractum pro concreto usurpare, ut δουλείαις pro δούλοις, Bacch. v. 792. παιδουργίαν pro παιδουργὸν, Soph. Œd. Tyr. v. 1271. vid. et supra v. 295. et ad v. 387.

ποτώμενος] *Ocyssime festinans.* Homerus: de equis Diomedis Il. ψ΄. v. 381.

ἐπ' αὐτῷ γὰρ κεφαλὰς καταθέντε πετέσθην.

Vid. et Cyclop. 8. 71. *Musg.*

Ἣν οἶστρος ὁ ποτώμενος Ἀργόθεν] Ego quidem τὸ Ἴστρος, quod prius obtinebat, prorsus abjudicandum duxi, et οἶστρος suo jure substituendum. Οἶστρος autem hoc loco ponitur pro οἰστρηθεῖσα Ἰώ. De Ione autem, Inachi Argivi filia, a Jove adamata, in bovem mutata, a Zelotypa

Εὐρώπας διαμείψας·
Τίνες ποτ' ἆρα, τὸν εὔυδρον
Καὶ δονακόχλοα λιπόντες Εὐρώταν,
Ἢ ῥεύματα σεμνὰ Δίρκας,
Ἔβασαν, ἔβασαν ἄμικτον
Αἶαν, ἔνθα κούρα
Διατέγγει βωμοὺς,

Europa mutans,
Quinam? An aquosum,
Et arundine-virentem relinquentes Eurotam,
Sacraque Dirces fluenta,
Venerunt, venerunt *in* hospitum-commercia-fugientem
Terram, ubi puella
Spargit, circa aras,

Junone Œstro percita, et trans æquor in Asiam vecta, vid. Ovid. Metamorph. Lib. I. Fab. ult. Apollodor. Biblioth. Lib. II. §. 3. etc. Hinc illud Sophocl. Electr. v. 5. Τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης. Video autem a Duporto in margine adscriptum οἶστρος, quod et Joh. Brodæo placuit, quem videsis; nec video, quomodo quis de hujus lectionis veritate possit dubitare. *Barnes.*

ἦν οἶστρος, MS. Victor. *Seidl.*

Locum hunc pessime corrupit nugisque suis inquinavit Barnesius, supponens οἶστρος veteri lectioni ἴστρος. Istrum seu Danubium designat poëta procul dubio. Sed imposuit editori Anglo, quod non videret pro Ἀργόθεν leg. esse ἀρκτόθεν. totum locum sic constituo. ᾗ γ' Ἴστρος ὁ ποτώμενος ἀρκτόθεν, *ubi Ister alato cursu deruens e septentrione versus mare Euxinum olim divisit Asiam ab Europa medius inter ambas pervadens. Reisk.*

396. Εὔξεινον ἐπ' οἶδμα] Duo plerumque habentur Bospori; Ausonius etiam tertium notat in monosyllab. *Threicium* et *Libycum* freta, Cimmeriumque secat Bos. *Barnes.*

397. Διεπέρασέν ποτε,] Assentior Erfurdtio corrigenti διεπέρασεν Ἰοῦς, et in antistrophico λινοπόροισιν αὔραις. Errori fortasse occasionem dedit litterarum similitudo inter ΠΟΤΕ et ΙΟΥΣ. *Seidl.*

Leg. διετέρασε, non διεπέρασεν: versus enim dochmaicus est ex epitrito primo hexasyllabo et syllaba. *Heath.*

399. Εὐρώπας] Ita recte Brodæus, ut habent Brub. Herv. et omnes editt. inferiores præter unam Æm. Porti, quæ cum Aldo habet Εὐρώπας, ita tamen, ut in versione sequatur lectionem meliorem. Etiam in Codd. fuisse videtur Εὐρώπας.

Εὐρώπας διαμείψας, MS. Victor. *Seidl.*

400. εὔυδρον—Εὐρώταν.] Vel ἔνυδρον. *Markl.*

Legendum, adjecta interrogationis nota:

Τίνες ποτ'; ἆρα τὸν εὔυδρον. *Musg.*

400. s. Contra vulgarem interpretem et Brumœum Prev. ostendit, verba τίνες ποτ' ἆρα esse cum ἔβασαν jungenda, et in reliquis duo loca indicari, quæ forte reliquerint. *Beck.*

ἆρα,] Vulgo ἄρα. Post τίνες ποτ' interrogationis notam posuit Musgravius. Sed nolim disjungi τίνες ποτ' ἆρα. Construe: τίνες ποτ' ἆρα αἶαν ἄμικτον ἔβασαν, λιπόντες Εὐρώταν ἢ ῥεύματα Δίρκας. *Seidl.*

401. δονακόχλοα] Sic Nicander ἔγχλοα φλοιὸν, Ther. 676. ἔγχλοα ῥίζαν, ibid. 885. *Musg.*

403.ss. Ἔβασαν, ἔβασαν ἄμικτον | αἶαν, ἔνθα κούρα | διατέγγει βωμοὺς | καὶ περὶ κίονας ναῶν αἷμα βρότειον.] Ἄμικτον recte per ἄξεινον explicat Brodæus. Seidler. Isocrates Evagora, p. 315. ed. Auger. τὸν δὲ τόπον ἄμικτον ὅλον παραλαβὼν καὶ παντάπασιν ἐξηγριωμένον, ἡμερώτερον καὶ πραότερον κατέστησεν. Deinde legendum, ἔνθα κούρα | Δία τέγγει βωμοὺς | καὶ περικίονας ναοὺς αἷμα βρότειον. Ceterum versus 403.

Καὶ περὶ κίονας να-
ῶν αἷμα βρότειον;
Ἢ ῥοθίοις εἰλατίνοις, ἀντιστροφὴ α′.
Δικρότοισι κώπαις,
Ἔπλευσαν ἐπὶ πόντια κύματα

Et columnas
Templorum, sanguinem humanum?
Nimirum impetuosis abiegnis
Utrinque-navem-agitantibus remis
Per marinos fluctus urserunt

cum sequente asynartetum conficit, quales sunt Archilochi apud Hephæstionem, Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον | ἐρέω, πολὺ φίλταθ' ἑταίρων, τέρψεαι δ' ἀκούων. Ita Noster Med. 986. Σὺ δ', ὦ τάλαν, ὦ κακόνυμφε | κηδεμὼν τυράννων. Hoc exemplum attulit Gaisfordius, p. 341. *Elms.*

403. ἄμικτον recte per ἄξενον explicat Brodæus. *Seidl.*

405. βωμοὺς,] Regitur non a διατέγγεις, sed a περὶ, ex sequentibus repetendo. *Musg.*

406. περὶ κίονας] Constructionem expedit Musgravius, qui περὶ simul ad βωμοὺς respicere admonet. Vid. de Verss. Dochm. p. 330. Nam vereor, ut contractum περικίονας substantivi loco esse possit, quamvis ita videatur apud Polluc. I. 78. εἴποις δ' ἂν τὸν περίστυλον τόπον, περικίονα. Adjectivum quidem est Nostri Fragm. Erechth. VI. 4. ut ἀμφικίονες apud Soph. Antig. 283. *Seidl.*

407. Reisk. conjicit: αἷμα βρότειον νεῖ, *sanguis humanus natat.* *Beck.*

408. ἦ] Male interpretes: *An.* Vertendum: *haud dubie.* Alterum enim scopo loci non convenit. vid. ad v. 412.

ῥοθίοις—κώπαις,] Sic ῥοθίαις πλάταις infra v. 1134. ῥοθίῃ νηῒ in Epigr. Antipatri, Anthol. H. Steph. p. 75. κώπης ῥοθιάδος, Æschyl. Pers. v. 396. *Musg.*

Reisk. conjicit: εἰλατίνας (i. e. ἐλατίνας, *abiegnæ*) δικρότοιο κώπας, h. e. δικρότου κώπης. *Beck.*

ἢ] Ita Aldus, quod ut in ἦ mutaretur, non erat.

Rectius scribi videtur εἰλατίναις. Conf. Hec. 630. Hel. 1461. *Seidl.*

410. Ἔπλευσαν] Lego ἤπειξαν, *urserunt.* *Musg.*

Ἔπλευσαν νάϊον ὄχημα] Πλέω, *navigo*, in hoc autem loco *navigare facio*; ut Hecub. v. 526. ῥέω, *fluo*, pro *fluere facio*, more Hebræorum. Vide, quæ nos in locum prædictum notavimus. Νάϊον ὄχημα, periphrasis pro ναῦν. *Barnes.*

Bene ἔπλευσαν Reiskius active accipit pro πλεῖν ἐποίησαν. Cf. Lobeck. ad Ajac. 40. p. 225. *Seidl.*

Ἔπλευσαν] Pro πλεῖν ἐποίησαν *in cursum navalem adegerunt* aut ἔσπευσαν *ad celeritatem adegerunt.* Verum eo non est opus. Nam ut σπεύδειν utrique significatui tam transitivo, quam intransitivo, adhibetur, et modo *properare*, modo *accelerare* notat, sic etiam potest πλεῖν non solum *navigare*, sed etiam *adigere ad navigandum* significare. *Reisk.*

412. λινοπόροις αὔραις] Videtur deesse copula, λινοπόροις τ' αὔραις, *et vela intrantibus flatibus*, conjungenda cum κώπαις, ut sit, quod dicitur, *remis velisque.* In Stropha quærit Chorus, *unde* venerunt hi hospites; hic quærit, *quare* venerunt; an *lucri* et commercii causa. *Markl.*

Vid. ad strophicum. Pro λινοπόροις Musgravius proponit λινοφόροις. Sed λινόπορος fere idem significat. Sic Noster Iphig. Aul. 172. πλάτας ναυσιπόρους, i. e. *navem promoventes*, coll. Troad. 870. ναυπόρῳ πλάτῃ. Et Phœniss. 1727. ναυσίπομπον αὔραν. Item post λινοπόροις Marklandus et Musgravius copulam τ' insertam volunt, quam rectius poëta omisit. Ceterum strophæ hujus et antistrophæ argumentum est, quinam sint hospites illi Græci et cur huc venerint. *Markl.*

Legendum adjecta copula: λινοπόροις τ' αὔραις. *Et remis strepentibus et ventis navem huc urserunt.* Quasi diceret: *miseros esse, qui tam pertinaci labore ire contenderunt, ubi ipsis moriendum est.* Pro λινοπόροις, *vela intrantibus*, quod vix

Ναΐον ὄχημα
Λινοπόροις αὔραις,
Φιλόπλουτον ἅμιλλαν
Αὔξοντες μελάθροισιν;
Φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ', ἐπὶ

Navale vehiculum,
Et auris vela ferentibus,
Avarum certamen
Exercentes domuum gratia.
Dulcis enim spes est, in

intelligo, annon legendum λινοφόροις. *Musg.*

413. Φιλόπλουτον ἅμιλλαν Αὔξοντες] Αὔξοντες potest explicari εἰς μέγα τρέφοντες, *immodicum divitiarum studium alentes*, ut μελάθροισιν dativus sit commodi. Nisi potius sententia hæc est: πλοῦτον μελάθροις σὺν ἁμίλλᾳ αὔξοντες, quam, ut solet nonnumquam, paulo insolentius expresserit. Conf. supra ad v. 225. *Seidl.*

414. Αὔξοντες] *Avarum certamen augentes* uerit *avaritiam augentes;* quod etsi faciunt quodammodo mercatores a terris longinquis luxuriæ instrumenta reportantes, non videtur hic in animo habuisse Poëta. Malim igitur αἴξαντες, i. e. ὁρμηθέντες, ἁμιλληθέντες. *Musg.*

Reisk. αὔξοντες putat idem esse, quod τρέφοντες, *nutrientes in pectore suo contentionem divitiarum amantem*, i. e. studium divitiarum cogendarum. *Beck.*

415. ἐλπὶς ἐγένετ',] Codd. omnes Gall. γένετ'. *Markl.*

415. ss. Φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ | πήμασι βροτῶν ἄπληστος ἀνθρώποις, | ὄλβου βάρος οἳ φέρονται | πλάνητες ἐπ' οἶδμα πόλεις τε | βαρβάρους περῶντες. | κενόδοξοι (Ald. κοιναὶ δόξαι)· γνώμα | δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβου, | τοῖσδ' εἰς μέσον ἥκει.] Κενόδοξαι etiam Zimmermannus et Matthiæ, ut legendum censuerant Heathius, Marklandus, et Musgravius, quos fefellit corrupta strophici versus scriptura διατέγγει pro Δίᾳ τέγγει. Cod. E. et edd. recentiores ante Zimmermannum κεναὶ δόξαι, quod suprascriptum exhibent liber Put. et coll. Victoriana. Legendum κεινᾷ δόξᾳ. Forma poëtica κεινὸς hoc uno loco, quod sciam, apud Euripidem legitur. Olim legebatur κεινὸν apud Sophoclem Trach. 495. ubi nunc rectius legitur κενὸν, metro scilicet utramque formam admittente. Sed ἐξεκείνωσεν in senario apud Æschylum Pers. 763. communem formam prorsus excludit. Superiora alii aliter accipiunt. Post βάρος distinguunt omnes ante Musgravium, qui verba ὄλβου βάρος οἳ φέρονται reddit *qui divitiarum onus reportant.* Hunc sequuntur Seidlerus et Matthiæ. Rectius alii οἳ φέρονται πλάνητες ἐπ' οἶδμα, *qui feruntur errabundi per fluctus.* Malim autem, φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ | πήμασι βροτῶν, ἄπληστον (vel potius ἄπλατον) ἀνθρώποις ὄλβου βάρος. Βάρος ἄπλετον, *pondus immensum*, dixit Sophocles Trach. 984. De his formis vid. Piersonus ad Mœrin, p. 24. Transeo ad verba γνώμα δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβου, τοῖσδ' εἰς μέσον ἥκει, quæ ab Hermanno ita explicari monet Seidlerus: *sententia aliis est non tenens modum in divitiis, aliis autem moderata.* Ita quoque locum accepisse videtur Matthiæ, qui τοῖς δ' εἰς μέσον ἥκει exhibet. Sed hæc interpretatio postulat ut in priore membro scribatur γνώμα δὲ τοῖς μὲν ἄκαιρος ὄλβου. Locus valde obscurus est, sed, ut mihi quidem videtur, non corruptus.* Magna difficultas est in verbis εἰς μέσον ἥκει. Dixit noster Ion. 1557. ὃς εἰς μὲν ὄψιν σφῷν μολεῖν οὐκ ἠξίου, | μὴ τῶν πάροιθε μέμψις εἰς μέσον μόλῃ. Idem loquendi modus, sed nihil inde lucis in nostrum locum. *Elmsl.*

415. s. ἐπὶ Πήμασι βροτῶν,] Legendum, metro et sensu jubente, βιότων. *Musg.*

ἐγένετ',] Codd. Pariss. omnes γένετ'.

* Hoc μὲν, cui nullum respondet δὲ, admonet me ut Sophoclem corrigam Ant. 620. σοφίᾳ γὰρ ἔκ του | κλεινὸν ἔπος πέφανται, | τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν | τῷδε μὲν, ὅτῳ φρένας | θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν. Vulgo τῷδ' ἔμμεν.

Πήμασι βροτῶν, ἄπληστος ἀνθρώποις,
Ὄλβου βάρος οἳ φέρονται
Πλάνητες ἐπ' οἶδμα, πόλεις τε
Βαρβάρους περῶντες.
Κεναὶ δόξαι. γνώμα
Δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβου,

Perniciem vitarum, insatiabilis hominibus,
Divitiarum onus, qui quærunt
Errabundi per fluctus, urbesque
Barbaricas transeuntes:
Inepti sententiis,
Quibus sors divitiarum magnum quid videtur,

Sed Aldi lectio præstat, ex qua ultima versus longa in duas breves soluta est. Numeri enim cum proximis cohærent.

ἐλπὶς γένετ' ἐπὶ, MS. Victor. "Hoc minus accurate indicari potuit, quia extremus margo, (ed Ald.) cui hoc adscriptum est, abscissus est, ita ut fortasse prima littera evanuerit." Goeller. Sed tum nihil esset variationis. *Seidl.*

416. Post βροτῶν, ut paulo ante post ἐγένετ', cum Aldo commata omisi. *Seidl.*

417. Ὄλβου βάρος οἳ φέρονται] *Qui divitiarum onus reportant.* Idem usus vocis φέρονται apud Nicandrum in initio Theriacorum:

τὴν ἀπὸ Θρηϊκίου νομέες ποταμοῖο φέρονται.

ὄλβου βάρος illustrari posset ex Electr. v. 1287. Soph. Ajac. v. 130. *Musg.*

Reisk. conjicit ὄλβου βαρέως, cohærere enim cum ἐλπὶς ἄπληστος. Contra Heath. censet, ὄλβου βάρος per appositionem adjungi verbis φίλα ἐλπὶς, et spei illius objectum indicare. *Beck.*

Vulgo post βάρος interpungunt. *Seidl.*

418. Πλάνητες, οἶδμα, πόλεις τε] Deficit metrum. vide Strophen. Restituo ex Aldina, Πλάνητες ἐπ' οἶδμα. et ita mercatores appellat Plato De Repub. II. τοὺς δὲ πλάνητας ἐπὶ τὰς πόλεις, ἐμπόρους, sc. καλοῦμεν. *Markl.*

ἐπ'] Hæc præpositio, quam Aldus et antiquissimæ editiones exhibent, typographi, opinor, vitio in edit. Æm. Porti aliisque desideratur. Apte Marklandus comparat Platon. de Republ. II. τοὺς δὲ πλάνητας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπόρους (καλοῦμεν). *Seidl.*

420. Κεναὶ δόξαι. γνώμα Δ' οἷς μέν] Metrum et sensus videntur ducere ad, Πλάνητες ἐπ' οἶδμα, πόλεις τε Βαρβάρους περῶντες, Κενόδοξοι. γνώμα Δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβου, Τοῖσδ', &c. vide Strophen. Κενόδοξοι, *vani* vel *falsi opinionibus* suis, habentes pravas rerum notiones. De Δ' initio versus, vid. ad v. 194. *Markl.*

Κεναὶ δόξαι.] Ita ex Canteri conjectura Edd. recentt. non dissentiente MS. E. Superscribitur etiam in P. et Ed. Ald. κοιναὶ δόξαι. Lego, ut hæc cum præcedentibus connectantur:

κενόδοξοι γνώμας
οἷς μέγα κλῆρος ὄλβου·
θεοῖς δ' εἰς μέσ' ἀνήκει.

Vani mentem, quibus magnum aliquid divitiæ; Diis enim inter res mediæ naturæ numerantur. Stobæus in Epigraphe Tit. XCIV. ὅτι τῶν μέσων ὁ πλοῦτος. *Musg.*

Κεναὶ δόξαι] Alias κοιναὶ, sed Canterus, versui melius consulens, nec secus sensui, legit κεναὶ, cui assentio. *Barnes.*

Reisk. emendat κεναῖς δόξαις; Heath. κενόδοξοι. *Beck.*

Κοιναὶ δόξαι, MS. Victor. *Seidl.*

421. Pro ἄκαιρος legendum puto ἄκηρος, quod idem sit quod ἀκήριος, explicatum a Grammaticis ἄνοσος, ὑγιὴς, ἀβλαβὴς, ἄφθαρτος. Ita duplici forma dicimus ἀτηρὸς et ἀτήριος, vid. Brunck. ad Soph. Antig. 4. ἐπίκηρος et ἐπικήριος. Ἄκηρος firmatur etiam superlativo ἀκηρότατος, vid. Wyttenbach. Bibl. Crit. II. 2. p. 54. cujus mentem parum accurate expressit Schneiderus in Lexico. Ludit autem

Τοῖσδ' εἰς μέσον ἥκει.
Πῶς τὰς συνδρομάδας πέτρας, στροφὴ β'.
Πῶς Φινεΐδας ἀΰπνους
Ἀκτὰς ἐπέρασαν,
Παράλιον αἰγιαλὸν
Ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ

Diis enim inter media habetur.
Quomodo concurrentes petras,
Quomodo Phineios nunquam tranquillos
Scopulos transiverunt,
Juxta inhumanum litus
In Amphitritæ æstu

poeta in verbo ὄλβος et divitias significante et felicitatem. Paulo ante eos, qui divitias anxie conquirant, κενοδόξους dixit, quippe qui felicitatem quærant ex re, in qua per se non insit. Jam addit, his potius, quibus mens est illibata et incorrupta a divitiis (ἄκηρος ὄλβου), i. e. qui immunes sunt ab illo morbo, quo divitiarum causa homines laborare solent, his felicitas (ὄλβος) in medium venit, hi vere sunt ὄλβιοι. Cf. Æschyl. Eum. 532. ἐκ δ' ὑγιείας φρενῶν ὁ πᾶσι φίλος καὶ πολύευκτος ὄλβος. Particula μὲν spectat ad suppressam sententiam, ἐκείνοις δὲ οὔ. Possis etiam in eandem fere sententiam conjicere ἀκλήρους. Εἰς μέσον ἥκειν dicuntur ea, *quæ præsto sunt, quorum nobis fit copia,* plane ut Latinorum *in medium venire* et *in medio esse,* ut Terent. Adelph. III. 4. 33. Hermannus vulgatam explicari quodammodo posse putat sic: *sententia aliis est non tenens modum in divitiis, aliis autem moderata.* In qua explicatione sunt quæ me offendant. *Seidl.*

423. Metrum postulat Πῶς πέτρας τὰς συνδρομάδας. *Musg.*

συνδρομάδας πέτρας,] Vid. supra ad v. 242. et Medeæ, v. 2. *Barnes.*

424. ἀΰπνους] *Nunquam tranquillas, nunquam maris agitatione et fremitu carentes.* Tales necessario erant oræ, quæ Bosporo adjacebant. *Musg.*

424. s. Φινεΐδας ἀΰπνους Ἀκτὰς] Littora insomnia dicit, ob strepitum maris; designat vero regna Phinei regis, de quo vide Apollonium Rhodium, Valerium Flaccum, reliquosque Argonauticos, Apollodori Biblioth. Lib. I. §. 21. et Lexica Poëtica. *Barnes.*

Φινεΐδας] Vid. ad Troad. v. 246. coll. Rhes 909. Οἰνεΐδας. *Seidl.*

426. Παράλιον] Id est, Παῤῥάλιον, prima longa. interdum scribitur cum ῥ duplici. *Markl.*

Παράλιον αἰγιαλὸν] Lego: παρ' ἄβιον αἰγιαλὸν, *juxta litus ferum et immane.* Sic homines quidam in vicinia Caucasi degentes ἄβιοι Philostrato dicuntur. Vit. Apollon. Tyan. Lib. II. c. 3. Idem Lib. V. c. 1. μετὰ γὰρ τὸν ποταμὸν τοῦτον ἄβιος ἡ Λιβύη, καὶ οὐκέτι ἄνθρωποι. De immanitate autem hujus regionis vid. Ammian. Marcellin. Valer. Flacc. Lib. II. v. 216.

Asiamque prementem
Effugit abruptis Europa *immanior* oris.

Phineum vero in Europa regnasse docet præter Sophoclem idem Flaccus Lib. IV. v. 463.

Nam rex ego divitis Hebri.

Musg.

Post αἰγιαλὸν figendum comma; nam δραμόντες, v. 428. cohæret cum v. 436. *Reisk.*

Παρ' ἅλιον] Vulgo παράλιον. Helenæ locus v. 1118. quem afferunt, ab nostro differt. Musgravius proponit παρ' ἄβιον. *Seidl.*

427. Ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ] Non de nihilo est. Bospori enim agitationem æstuosam sæpe commemorant Poëtæ. Horat. Lib. II. Od. 20. v. 14.

Visam gementis litora Bospori.

et alibi:

Insanientem navita Bosporum
Tentabo.

Δραμόντες, ὅπου πεντήκοντα κορᾶν
Τῶν Νηρήδων χοροὶ
Μέλπουσιν ἐγκυκλίοις,
Καὶ πλησιστίοισι πνοαῖς,

Currentes, ubi quinquaginta puellarum
Nereidum chori
Ludunt in orbem semper,
Quamvis implentibus-vela flatibus,

ῥόθιον *proprie* est cursus maris versus certum aliquem locum, non agitatio ex tempestate. Plutarch. Sympos. Lib. II. Probl. 10. ὥσπερ ἐν ῥοθίῳ ταχυναυτούσης τριήρους. Aristoph. Equit. v. 543. αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον. *Musg.*

427. ss. Metri causa ita scribendi:

Ἐπ' Ἀμφιτρίτης ῥοθίῳ δραμόντες; choriambicus trimeter catalectus.
Ὅπου πεντήκοντα κόραν glyconius πολυσχημάτιστος.
Τῶν Νηρήδων χοροὶ pherecrateus ex epitrito quarto et secundo catalecto.
Μέλπουσιν ἐγκύκλιοι glyconius πολυσχημάτιστος.

Tres ultimi versus parenthesi includi debent. In ultimo ἐγκύκλιοι posui, ut cum χοροὶ jungatur. v. Iphig. Aul. 1056. Antistrophica ita constituenda:

Ἵν' ἀμφὶ χαίταν δρόσον αἱματηρὰν
Ἑλιχθεῖσα, λαιμοτόμῳ
Δεσποίνας τε χερὶ, θάνῃ
Ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους.

Heath.

428. ss. Δραμόντες; ὅπου, &c.] Ξεινὸν κατὰ πόντον. Constructio horum (omissis parenthesibus, quas in versione posui) videtur esse Δραμόντες παράλιον αἰγιαλὸν, ἐπὶ Ἀμφιτρίτας, ῥοθίῳ καὶ πνοαῖς, ἐπὶ αἶαν τὰν πολυόρνιθον, κατὰ Ἄξεινον πόντον;

Τρέχειν (unde particip. δραμόντες) est *navigare*, ut *currere* Latinis. sic ἔδραμε ῥόθια, *cucurrit per fluctus*, Helen. 1118. δραμεῖν αἰγιαλὸν, est, *currere* vel *navigare per litus*, id est, *navigando-transire litus*.

Ῥοθίῳ καὶ πνοαῖς, *fluctibus* (vel *æstu*) *et ventis* adjuvantibus.

Pro μέλπουσιν, quod metrum non admisit, conjeci μελπουσᾶν. Ὅπου χοροὶ ἐγκύκλιοι (non ἐγκυκλίοις) scil. εἰσί. vel, μελπουσᾶν ἐγκύκλια, adverbialiter, ut κύκλιον ὠρχήσαντο, *in orbem saltarunt*, Callimach. Hymn. in Del. 313. quod est Iph. Aul. 1056. κύκλια—ἐχόρευσαν.

Pro Εὐναίων (quod vertunt *firmis*) Cod. Oxon. Εὐναΐων. An Συριζουσᾶν κατὰ πρύμναν Εὐναιῶν, πηδαλίων τ', Αὔραισιν νοτίοις, &c. Hesychius: Εὐναῖαι, ἄγκυραι.

Markl.

428. πεντήκοντα κορᾶν] Vid. supra v. 275. *Barnes.*

429. Νηρήδων χοροὶ Μέλπουσιν ἐγκυκλίοις, &c.] Similem locum habes Iphig. Aul. v. 1056. *Barnes.*

430. Μέλπουσιν ἐγκυκλίοις,] Verbum μέλπειν non semper *cantare* significat, nonnunquam enim *ludere*. Sic μέλπεσθαι Ἄρηϊ, Hom. Il. η'. 242. ubi Scholiastes: κυρίως μὲν παίζειν, ἢ τέρπεσθαι. Idem μέλπηθρα interpretatur ἐμπαίγματα, παίγματα, ad Iliad. ν'. 233. ρ'. 255. Athenæus de Odyss. δ'. 19. μολπῆς, ἀντὶ τοῦ, παιδιᾶς. Hesychius: μέλπει—παίζει. Ludendi notionem melius altera hic convenire arbitror, siquidem de cantibus Nereidum non multum apud Poëtas invenio, uno, quantum memini, Virgilio unius Clymenes cantum quendam memorante Georg. IV. 345.

Quod ad loci scripturam attinet, minime dubium est, quin mendosum sit ἐγκυκλίοις, cui ἐγκύκλιοι ego potius certe, quam vel ἐγκύκλια, vel ἐγκυκλίως, suffecerim. Μέλπουσιν nemini, nisi ob metrum, displiceret. Marklandus mallet μελπουσᾶν genitivo plurali. Mihi inter complura ultro se offerentia maxime placet μέλπουσ' αἰὲν κύκλιοι, *ludunt in orbem semper*. *Musg.*

ἐγκύκλιοι] Ita bene emendarunt Heathius et alii. Cf. Iphig. Aul. v. 1056. Aldus ἐγκυκλίοις. — Parenthesin faciunt illa, ὅπου—ἐγκύκλιοι, et paulo post, συριζόντων—πηδαλίων. Ceterum de metro noli

Συριζόντων κατὰ πρύμναν
Εὐναίων πηδαλίων,
Αὔραις ἐννοτίαις, ἢ
Πνοαῖσι Ζεφύρου, τὰν

Stridenti ad puppim
Firmo gubernaculo,
Auris australibus, aut
Zephyri flatibus,

timere. Vid. de Verss. Dochm. p. 261. *Seidl.*

431. Legendum: *κἂν πλησιστίοισι πνοαῖς,*] Sensus est: quamvis ventis secundis fortiter flantibus. Ubi quæri potest, cur tam difficile Choro visum sit, etiam vento secundo in Pontum et ad templum Dianæ navigare. Respondeo, quia perpetuus et instar fluvii vehemens maris Euxini cursus est, Byzantium versus, ut testatur Procopius de Bello Gothico, Lib. IV. Hunc autem haud dubie augebat angustior inter Europam et Asiam transitus, quem *fauces Abydi* Virgilius vocat. Itaque Ovidius navi Bosporum transituræ non quemvis Austrum, sed fortem, optat:

adjutaque *fortibus* Austris
Transeat instabiles *strenua* Cyaneas.

Musg.

πλησιστίοισι] Verbum Homericum. *Barnes.*

Καὶ πλησιστίοισι πν.] Construe: *δραμόντες ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ καὶ πλησιστίοισι πνοαῖς,* &c. *τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν.* *Seidl.*

433. *Εὐναιῶν*] Legendum *εὐναΐων.* Vox *νήϊον* ter apud Homerum substantivi potestatem habet, Iliad. *γ'.* v. 62. v. 392. *π'.* v. 484. Hinc Hesychius *νήϊον* per *ναυπηγήσιμον ξύλον* explicat, cui consentit Suidas, v. *νήϊα.* Sed verius meo judicio Apollonii Rhodii Scholiastes *νήϊον* partem quandam navis, eo nomine dictam, intelligit. Locus est Lib. I. non longe a fine:

στιβαρῇ ἐπορέξατο χειρὶ
νηΐου ὀλκαίοιο —

Ubi Grammaticus: *νήϊον, μέρος λέγει τῆς νεὼς, ὅπερ σύρεται κατὰ τὸ ὕδωρ.* Hinc *εὐνάϊον πηδάλιον* erit *gubernaculum bono νηΐῳ* (quodcunque id demum fuerit) *instructum.* Confer etiam Nonnum, Lib. XXXVIII. v. 708. *Musg.*

Εὐναίων πηδαλίων,] *Πηδάλια* dicuntur *εὐναῖα,* vel quod ibi gubernator *εὐνάζεται,* vel ob *εὐνὰς,* ancoras: J. Brodæus exponit in *mari mersorum.* *Barnes.*

Heath. credit, *πηδάλια* dici *εὐναῖα,* quia navem quodammodo *εὐνάζονται, rectam tenent,* ne quaquaversum pro lubitu ventorum jactetur. *Beck.*

Εὐναίων] Cod. Oxon. *Εὐναΐων.* Marklandus proponit *συριζουσᾶν—εὐναιῶν, πηδαλίων τ'.* Hesychius enim: *εὐναῖαι, ἀγκύραι.* Cf. Apollon. Rhod. Schol. ad I. v. 955. p. 413. Schaef. Sed quid ancoræ hic faciant, non perspicio. Mirus est Musgravius conjiciens *εὐναΐων* (compositum ex *εὖ* et *νήϊος*) *πηδαλίων, gubernaculorum bono νηΐῳ instructorum.* Heathius *πηδάλια εὐναῖα* dici existimat, quia hæc quoque navem quodammodo *εὐνάζονται, rectam tenent* (immo *moderantur*), ne quaquaversum pro lubitu ventorum et fluctuum jactetur. Hanc explicationem commemorat etiam Brodæus, quæ mihi vera videtur. Ob eandem enim causam ancoræ *εὐναὶ* vocantur, teste Eustath. in Hom. Il. Α'. p. 131. quem affert Heathius. *Seidl.*

434. *Αὔραις ἐννοτίαις,*] Emendat Marklandus, et me quidem consentiente, *αὔραισιν νοτίοις.* *Musg.*

Αὔραις ἐννοτίαις,] Alii legunt disjunctim *ἐν Νοτίαις,* tum, ut Brodæus ait, *τὸ ἐν* vacat. Fit autem a *Νότος,* Auster, quod a *νοτὶς,* juxta illud — *Madidas Notus excutit alas.* *Barnes.*

Αὔραισιν νοτίαις conjicit Heath. *Beck.*

Αὔραις ἐν Νοτίαις] Uberius explicat illa, *πλησιστίοισι πνοαῖς.* Vulgo male *αὔραις ἐννοτίαις,* pro quo Britanni malunt *αὔραισιν νοτίαις.* Equidem Aldi lectionem revocavi. *Seidl.*

Πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν,
Λευκὰν ἀκτὰν, Ἀχιλῆος
Δρόμους καλλισταδίους, Εὔ-
ξεινον κατὰ πόντον.

Ad terram avibus-abundantem,
Et planum littus, Achillis
Cursus pulchro stadio-celebres,
Euxinum ad Pontum.

435. Pro Πνοαῖσι vel Πνοιαῖσι, Cod. B. πνευμασι, ex glossa. *Markl.*

Πνοιαῖσι reponit Heath. *Beck.*

Πνοιαῖσι] Ita Aldus. Male vulgo πνοαῖσι. *Seidl.*

436. Πολυόρνιθον — αἶαν,] Haud dubie respicit Leucen insulam, de qua Arrianus in Periplo maris Euxini: ὄρνιθες δὲ πολλοὶ αὐλίζονται ἐν τῇ νήσῳ. Philostratus quoque in Heroicis: οἰκεῖν μὲν δὴ λευκὰς ὄρνιθας ἐν αὐτῇ φασιν. Adde Dionysium Perieget. v. 544. ibique Eustathium. *Musg.*

Πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν, Λευκὰν ἀκτὰν Ἀχιλῆος] Arrianus—Κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ στόμα Νῆσος πρόσκειται, ἥντινα οἱ μὲν Ἀχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ δρόμον Ἀχιλλέως, οἱ δὲ Λευκὴν ἐπὶ τῆς χροίας ὀνομάζουσιν: et paulo post—Ὄρνιθες δὲ πολλοὶ αὐλίζονται ἐν τῇ νήσῳ. Notavit J. Brodæus, addens.— "De Achillis Dromo, sive Insula, copiose diximus in Quintum Calabrum: *Ut puto, ad* Lib. III. *finem.* Vide etiam, quæ nos ad Iphig. Aul. v. 1607. Item quæ ex Pausania Scholiis interserenda curavi ad Androm. v. 228. (ed. Barn.) Est autem insula, sive potius peninsula, non procul ab ostio Borysthenis, ad formam gladii in transversum porrecta, ab exercitatione Achillis nomen habens; nam, ut Mela ait, Lib. II. c. 1. Achilles, infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicro certamine celebrasse victoriam, et, cum ab armis quies erat, se ac suos cursu exercitavisse memoratur. Plura vide apud amicum meum defunctum, Nicol. Lloydium, in Lexico Poëtico, titulo Achillea; quem auctorem honoris causa nomino, et æquius ego vel hoc, vel Hofmanni, vel quodvis aliud Lexicon, citare me posse existimo, quam si eorum floribus undique conquisitis, suppresso collectorum nomine, malefidus me ornarem. Quod ego ob invidos derisores malevolosque criticos. operum meorum iniquos detrectatores, semel hic dictum volo. *Barnes.*

ἐπ' αἶαν,] Repetendum ἐπέρασαν. *Heath.*

436. Codd. A. B. αχιλλησς: male, pro Ἀχιλῆος. Post καλλισταδίους addendum τε ante Δρόμους, ob anapæstum. vid. antistroph. Non Δρόμους καλλισταδίους, sed Καλλισταδίους τε Δρόμους.

De Λευκὴ αὐτὴ, vid. Schol. ad Andromach. 1251. Λευκὴν ἐπ' ἀκτὴν ἐντὸς Εὐξείνου (vel Ἀξείνου) πόρου. et Steph. De Urb. V. Ἀχίλλειος Δρόμος. De Εὔξεινος et Ἄξεινος vid. dicta supra ad v. 125. Chorus, hoc tempore, debuit nescire nomen Εὐξείνου πόντου. Utrum hoc sit Euripidis an scribarum, sciri non potest. *Markl.*

437. Λευκὰν ἀκτὰν,] Et hoc quoque ad Leucen insulam pertinere putatur. Cui opinioni calculum ne adjiciam, facit Λευκὴ ἀκτὴ Herodoto memorata VII. c. 25. quam in Propontide sitam fuisse docet Suidas. Quo nomine si Euripides λευκὴν νῆσον in fundo maris Euxini sitam designasset, turpem ambiguitatis culpam, ne Poëtica quidem licentia excusabilem, admisisset. Nec movet me Androm. v. 1251. utpote alio modo vitiosus. Hoc autem si vere statuimus, concidet omnino Valesii criminatio, qui ad Ammian. Marcellinum, Lib. XXII. c. 9. acerbe castigat Euripidem, tanquam Λευκὴν νῆσον, cum re longe diversa, Ἀχιλλέως δρόμῳ, confuderit. Multis ea notis inter se distinguuntur. Λευκὴ νῆσος, teste Strabone, ostio fluvii Tyræ opposita erat; Ἀχιλλέως δρόμος, eodem teste, Borysthenis ostium et sinum Carcinitem interjacet. Illa, si Philostratum audias, triginta stadia longitudinis habet, latitudinis quatuor; si Pausaniam, p. 192. l. 32. toto Perimetro ultra viginti stadia non efficit: hic ad mille circiter stadia longitudinis porrigitur. Strabo, p. 307. Tzetzes ad Lycophron. v. 192. Denique λευκὴ νῆσος in-

Εἴθ' εὐχαῖσι δεσποσύνοις — ἀντιστροφὴ β'.
Λήδας Ἑλένα φίλα παῖς
Ἐλθοῦσα τύχοι, τὰν
Τρῳάδα λιποῦσα πόλιν·

Utinam *pro* votis Dominæ
Helena, Ledæ chara filia,
Huc aliquo casu veniret,
Relicta Trojana urbe:

sula erat in alto sita; alter contra, peninsula ἀλιτενὴς, i. e. Casaubono interprete, *supra maris altitudinem non multum eminens.* Hæc tam diversa a Poëta tam erudito confusa esse, vix credibile est. Neque tamen λευκὴ ἀκτὴ Herodoti et Suidæ locum hic habere potest. Sed quid multa? Legendum, ni fallor:

λευρὰν τ' ἀκτὰν, Ἀχιλῆος
δρόμους καλλισταδίους —

λευρὰν ἀκτὰν, *planum littus.* Hesychius: λευρῷ, ὁμαλῷ. Conf. Hecub. v. 693. Phœn. v. 850. *Musg.*

437. s. Heath. ita constituit:

Λευκὰν ἀκτὰν, Ἀχιλῆός — anapæsticus dimeter catalecticus.
Τε δρόμους καλλισταδίους, εὐ — idem.

Beck.

Λευκὰν ἀκτὰν, &c.] Nimis curiosus est Musgravius, qui sibi persuadere non potest, *eruditum* poëtam nostrum tantum ambiguitatis crimen admisisse, ut λευκὴν νῆσον vocaverit λευκὴν ἀκτὴν, quoniam insula extet in Propontide hoc ipso nomine insignita, auctoribus Herodoto VII. c. 25. et Suida. Nihil eum movet, quod eandem insulam λευκὴν ἀκτὴν Noster iterum nuncupat Androm. 1251. (ad quem locum vid. Interpp.) et Scholiastes Pindari ad Nem. IV. Stroph. 5., sed hunc alterum erroris insimulare, alterum, Euripidem, utroque loco corruptum judicare mavult. Quasi vero, ut hoc unum commemorem, apposita illa, Ἀχιλῆος δρόμους καλλισταδίους, ullam ambiguitatem admittant. — Ceterum conferri jubent Interpp. Steph. de Urb. v. Ἀχίλλειος δρόμος, et Pausan. fol. 102. seq. aliosque. *Seidl.*

ἀκτὰν Ἀχιλλῆος, MS. Victor. "Pertinens ad hanc vocem scholium adscribam: Στεφ. Ἀχίλλειος δρόμος νῆσος κατὰ τὴν Ταυρικὴν ἔστι καὶ νῆσος Ἀχιλλεία. Hoc specimini sit, plurima scholia, huic similia, non digna esse, quibus, quum atramento perquam flavescente et obscurissime scripta sint, oculi intendantur." *Goeller.*

438. Εὔξεινον κατὰ πόντον] Male vertunt *Euxinum ad pontum.* Debebat *in Euxino ponto. Seidl.*

440. Εἴθ' εὐχαῖσι δεσποσύνας] Forte, εὐχαῖσιν δεσποσύνοις: quia δεσποσύνη pro *domina* a Græcis ignoratur. pro *dominatu* ea utitur Herodot. VII. 102. Sed δεσπόσυνος, [illegible] adjectivum, frequenter occurrit. apposite Hecub. 98. δεσποσύνους σκηνὰς: quod Atticum est, potius quam δεσποσύνας σκηνάς. ob quam rationem paullo ante scripsi Αὔραισιν νοτίοις, non Αὔραις ἐννοτίαις. sic δεσποσύνοισιν ἀνάγκαις, Æschyl. Pers. 589. *Markl.*

δεσποσύνας] *Filiam herilem* ex Plutarcho interpretantur Lexica. Marklandus emendat δεσποσύνοις.

Nihil vetat, δεσποσύναν *dominam* esse, cum *Dominus* valeat δεσπόσυνος. Tyrtæus apud Pausaniam, p. 124.

Δεσποσύνοισι φέροντες ἀναγκαίης ὑπὸ λυγρῆς.

Auctor Epigramm. in Anthol. Stratonis:

Οὐκ ὢν ἀπάλαιστος ὁ δεσπόσυνος πρὸς ἀλείπτην.

Musg.

Heath. metri causa scribit εὐχαῖσιν. *Beck.*

Εἴθ' εὐχαῖσι] Chorus refert ad votum Iphigeniæ, quod supra fecit, v. 355. Δεσποσύνη autem hic pro δέσποινα: ut δεσπόσυνος pro δεσπότης sæpe. *Barnes.*

Εἴθ' εὐχαῖσι spectat ad votum Iphigeniæ, quod legimus v. 355. seqq. ut recte monet Barnesius.

δεσποσύνας] Satis probabiliter Marklandus δεσποσύνοις, ut Hec. 98. δεσποσύνους

Ἵν' ἀμφὶ χαίταν δρόσον αἱ-
ματηρὰν ἑλιχθεῖσα, λαιμοτόμῳ
Δεσποίνας χερὶ θάνῃ,
Ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους.
Ἥδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγελίαν

Ut circa capillum aqua lustrali
Letifera conspersa guttur-secante
Manu dominæ moreretur,
Dans pœnas mutuas.
Jucundissimum autem nuncium

σκηνὰς, Æschyl. Pers. 589. δεσποσύνοισιν ἀνάγκαις. Nolui tamen lectionem mutare, quod certum est, δεσπόσυνος interdum *dominum* valere. Fortasse igitur idem usus fuit feminini: δεσποσύνα. *Seidl.*

443. Τρῳάδα] Primam corripit: vid. ad Electr. 497. *Musg.*

444. Per αἱματηρὰν δρόσον non sanguinem, verum aquam lustralem intelligi docet Prev. *Beck.*

445. ἑλιχθεῖσα, λαιμοτόμῳ] Forte, ἑλιχθεῖσ', ἐν λαιμοτόμῳ. vid. Strophen. Hinc apparet, feminas quoque Græcas huic Dianæ Tauricæ mactatas fuisse. et proinde, non stricte, quamquam vere, sumendum est quod dicitur, v. 39. Ἕλλην ἀνήρ. Quare igitur, inquiet aliquis, non sacrificabant Chorum qui ex feminis Græcis constabat? Respondetur, quia illæ non *casu* aliquo illuc delatæ erant, sed regi Thoanti *venditæ*, utpote captivæ. *Markl.*

ἑλιχθεῖσα,] Lege ob metrum ἑλιχθεῖσ' ὦ. *Musg.*

ἑλιχθεῖσα,] Vid. Iphig. Aul. v. 1479. *Barnes.*

445. s. λαιμοτόμῳ Δεσποίνας χερί] Observat Musgravius, hoc loco Iphigeniam propria manu hostias dici jugulasse, quod tamen ipsa diserte neget, v. 40. iterumque, v. 623. Hinc locum vitiosum existimat. Manus Iphigeniæ dicitur λαιμοτόμος, non quod ipsa jugulaverit hospites, sed quod, quemcumque manus ejus conspersisset, is necessario moriturus erat. Similiter infra v. 873. ἐξ ἐμᾶν δαϊχθεὶς χερῶν. *Seidl.*

446. χερὶ θάνῃ,] Lege ob metrum θάνῃ χερί.

χερὶ θάνῃ,] Præter vitium metri aliud est, quod in voce χερὶ reprehendas. Ex ea enim sequeretur, Iphigeniam propria manu hostias jugulasse, quod tamen ipsa diserte negat, v. 40. iterumque, v. 623. Quin et ποινὰς ἀντιπάλους cum dicit, cui maxime rei ἀντίπαλοι essent, non debuit lectori divinandum relinquere. Omnia hæc incommoda vitantur, legendo:

— λαιμοτόμῳ
Δεσποίνας ἄρει θάνῃ
Ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους.

Constructio est: δοῦσα ποινὰς ἄρει λαιμοτόμῳ δεσποίνας ἀντιπάλους. *Pœnas dans æquipollentes vulneri Dominæ meæ* (apud Aulidem sc.) *guttur secanti.* Ἄρης λαιμότομος, ut Λιθόλευστον Ἄρη, Soph. Ajac. 254. ubi Scholiastes citat Homeri versum, Iliad. ν'. 569. ad quem Eustathius ἄρης per πληγὴ καὶ τραῦμα explicat: Brevia Scholia per τρῶσις. Nec mirari debemus, Chorum de mactatione Iphigeniæ, tanquam perfecta mactatione, loqui. Sic enim Pastor, v. 339.

— τὸν σὸν Ἑλλὰς ἀποτίσει φόνον
Δίκας τίνουσα τῆς ἐν Αὐλίδι σφαγῆς.

Confer etiam v. 567. et 777. *Musg.*

θάνῃ.] Grammatica videtur requirere θάνοι. Sed defendi potest θάνῃ, si fingas, cupido chori animo rem ita præsentem obversari, tanquam si vere fiat. *Seidl.*

447. Ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους.] Justum nempe esset, Helenam, cujus causa Iphigenia ad aram ducta est, ab eadem immolari. *Barnes.*

In ἀντιπάλους premendum tantummodo est ἀντί. *Seidl.*

Ἥδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγελίαν] Strophe, Καὶ πλησιστίοισι πνοαῖς, uno tempore brevior videtur. Forte, τόδ' ἀγγελίας, cujus explicatio fuerit τήνδ' ἀγγελίαν, supra contextum scripta. sic τόδε ἡλικίης pro τήνδε ἡλικίην, Herodot. VII. 38. εἰς τόδ' ἡμέρας,

Δεξαίμεσθ', Ἑλλάδος ἐκ γᾶς
Πλωτήρων εἴ τις ἔβα,
Δουλείας ἐμέθεν δει-
λαίας παυσίπονος. καὶ
Γὰρ ὀνείρασι συμβαίην

Acciperemus, ex Græciæ terra
Nautarum si quis *huc* veniret,
Servitutis meæ miseræ
Laboribus finem impositurus. Etenim
Somnio par dicerem

pro εἰς τήνδε ἡμέραν, Noster Phœn. 1101. et Alcest. 9. *Barnes.*

448. Legendum, metro jubente, sensu non repugnante:

ἡδίστην δ' ἂν ἀγγελίαν.

Musg.

Vulgo ἥδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγ.] Musgravius: "Legendum, metro jubente, sensu non repugnante:

ἡδίστην δ' ἂν ἀγγελίαν."

Dixerim potius, sensu jubente, metro non repugnante. Nam vulgata metro quidem non adversatur, sed sententiarum nullus est nexus. Chorus hoc dicit: Utinam huc aliquando veniat Helena, ob quam Iphigenia in Aulide mactata est, ut morte sua dominæ meæ pœnas luat. Omnium tamen jucundissimus hic mihi foret nuntius, (i. e. Helenæ morte etiam jucundior) si quis veniret, meque e servitute in patriam reduceret. Ceterum pro Musgravii ἡδίστην scripsi ἡδίσταν. Την supra adscriptum fuit dialecti indicandæ causa, et ἂν propter sequens ἀγγελίαν neglectum est. *Seidl.*

452. s. Legendum omnino:

——— καὶ
γὰρ ὀνείρασ' ἴσον φαίην.

Somniorum felicitas in proverbium fere apud Antiquos abiit: Theocrit. Idyll. IX. v. 16.

— ἔχω δέ τοι ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ
φαίνονται — —

Sic et Phineus apud Apollon. Rhod. Lib. II. convivio assedisse dicitur:

οἷόν τ' ἐν ὀνείρασι θυμὸν ἰαίνων.

Musg.

453. s. Γὰρ ὀνείρασι συμβαίην Οἴκοις, &c.] Primo, scriberem Οἴκοισι, propter metrum anapæsticum. Deinde, Portus observat novo more dictum hoc esse, συμβαίην pro συμβαίη μοι. Præstare videtur nihil innovare nunc in locutionibus Græcæ linguæ, cum iisdem literis tuto scribere liceat, ὀνείρασι συμβαίη 'ν Οἴκοισι, πόλει τε πατρῴᾳ, &c. Dubito de isto Γὰρ initio versus: (Vide summi Bentleii Menandrea, n. CX.) unde in strophe scriberem, v. 435. Πνοιαῖσι Ζεφύρου Τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν, in antistrophe, 452.—λαίας παυσίπονος. Καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαίη 'ν Οἴκοισι, &c. penultima in πολυόρνιθον longa est, ut omnibus notum. Hæc metrice respondent, et hoc pacto vitatur positio vocis γὰρ in initio versus. Pro Καὶ tamen clarius fuisset Μοί. Intelligo κατὰ ante χάριν. Versionem priorem reliqui, de sensu loci incertus. *Markl.*

Καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαίην οἴκοις πόλει τε πατρῴᾳ] Vel Chorus hic respicit ad Iphigeniæ somnium supra narratum, ubi Puella se dicit sibi visam in Argis inter medium harum Puellarum Chorum dormiisse; vel exponendus est locus hoc modo: *Etenim vel in somniis contingat mihi domi esse in Patria:* juxta illud Homeri Odyss. ί. v. 34. Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, etc. Item Odyss. ά. v. 57. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς, Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται. Similis autem locutionis formula est illa Hom. Odyss. τ'. v. 579. etc. Τῷ κεν ἅμ' ἑσποίμην, νοσφισσαμένη τόδε δῶμα Κουρίδιον, μάλα καλὸν, ἐνίπλειον βιότοιο, Τοῦ ποτε μεμνήσεσθαι ὀΐομαι ἔν περ ὀνείρῳ. Namque, ut Ovidius canit,— Natale solum dulcedine cunctos Captat, et immemores non sinit esse sui. Recte vero Æmil. Portus notat, hoc dictum καινοπρεπέστερον, συμβαίην, ἀντὶ τοῦ συμβαίη μοι ἐν οἴκοις εἶναι. *Barnes.*

Οἴκοις, πόλει τε πατρῴᾳ,
Τερπνῶν ὕμνων ἀπολαύειν,
Κοινὰν χάριν ὄλβῳ.

In ædibus, et urbe paterna,
Jucundis sermonibus frui:
Quod gaudium divitibus aliisque commune est.

Vereor, ut metrum strophico recte respondeat, licet explicari fortasse possit sic:

| |
— ◡◡ — ◡◡ — — —
— ◡◡

Plane æquantur numeri, si legas:

καὶ γὰρ ὀνείροισι συμβαίην,

et in stropha:

τὰν πολυόρνιθον εἰς αἶαν.

Vocem συμβαίην noli sollicitare. Bastio ad Gregor. Corinth. p. 923. in Philostrati loco Her. p. 106. δημαγωγίᾳ ἐκ μειρακίου ξυμβεβηκότα corrigenti ξυμβεβιωκότα docte Schaeferus opponit Aristoph. Ran. 807. οὔτε γὰρ Ἀθηναίοις ξυνέβαινεν Αἰσχύλος, ubi Brunck.: "Glossa ad ξυνέβαινεν, ἔχαιρεν, ἀπεδέχετο αὐτούς," et Dionys. Halic. de Compos. Verb. c. XVII. p. 226. ed. Schaef. Σοὶ, Φοῖβε, Μοῦσαί τε συμβῶμεν. De Aristophanis loco obiter moneo, ne quis Brunckii auctoritatem veritus de musicis suis auribus timeat, si cum Codicibus Rav. Brunckii A. B. et Venetis meis duobus præferat lectionem:

οὔτε γὰρ Ἀθηναίοισι συνέβαιν' Αἰσχύλος.

Seidl.

454. Lege ob metrum οἴκοισι. *Musg.*

Οἴκοισι,] Etiam Heath. *Beck.*

Δόμοις, πόλει τε πατρῴᾳ, MS. Victor. Δόμοις haud dubie præstat. Οἴκοις reposuit aliquis, qui, quum in stropha utramque syllabam longam invenisset, metro timeret. *Seidl.*

455. Τερπνῶν ὕμνων] Malim τερπνῶν μύθων, *jucundis sermonibus frui.*

μύθων pro ὕμνων lubens nunc antiquo. Locum sic legendum esse, nisi metrum obstare videretur, nemo dubitet:

Οἴκοισι πόλει τε πατρῴᾳ
Τερπνῶν ὕμνων ἀποθύειν
Κοινὰν χάριν Φοίβῳ.

Somnio par esse dicerem in domo et urbe paterna consecrare Phœbo lætorum hymnorum communes (vel *socias*) *grates:* ob reditum sc. in patriam. Etiam metrum cum hac emendatione facile concilies legendo in Stropha:

— ξεινον καταὶ πόντον.

καταὶ pro κατὰ, ut ἀπαὶ, ὑπαὶ, παραί. Eadem scriptura restituenda Sophocli Antig. 989. Καταιβάτης exstat Æschyl. Prometh. 359. habet Nicander Ther. 468. κατὰ ultima producta: θύεσθαι dicitur, quicquid deo offertur, ut videre licet in notis ad Ion. 233. *Musg.*

455. s. Conjungenda sunt ἀπολαύειν (i. e. ὡς ἀπολαύειν) χάριν τερπνῶν ὕμνων. Χάρις, ut sæpe, significat *voluptatem.* De constructione verbi ἀπολαύειν vid. Henr. Steph. Lex. II. p. 604. *Seidl.*

456. Κοινὰν χ. ὄλβῳ.] Vertit Heathius: "*commune gaudium rebus secundis,*" i. e. fortunatis hominibus proprium. *Seidl.*

457. οἵδε χέρας δεσμοῖς διδύμοις] Mallem, οἵδε δίδυμοι, *hi duo,* δίπτυχοι νεανίαι, ut supra vocantur, et infra. *Markl.*

457. ss. Ἀλλ' οἵδε χέρας δεσμοῖς διδύμοις | συνερεισθέντες, χωροῦσι νέον | πρόσφαγμα θεᾶς. σιγᾶτε, φίλαι. | τὰ γὰρ Ἑλλήνων ἀκροθίνια δὴ | ναοῖσι (Ald. ἐν ναοῖσι) πέλας τάδε βαίνει. οὐδ' ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλακεν (Ald. λάκε) | βουφορβὸς ἀνήρ. | ὦ πότνι', εἴ σοι τάδ' ἀρεσκόντως, &c.] Hæc omnia Choro recte tribuunt Seidlerus et Matthiæ. In edd. superioribus Iphigeniæ tribuuntur octo versus, Choro quatuor, quorum primus est 464. ὦ πότνι', εἴ σοι τάδ' ἀρεσκόντως. Rectius autem locus procederet, si hæc verba, quibus ad Dianam convertitur oratio, versum catalecticum sine intervallo exciperent. Fortasse legendum, Ἀλλ' οἵδε χέρας δεσμοῖς διδύμας | ξυνερεισθέντες, χωροῦσι νέον | πρόσφαγμα θεᾶς. οὐδ' ἀγγελίας | ψευδεῖς ἔλακεν βουφορβὸς ἀνήρ.—σιγᾶτε, φίλαι. τὰ γὰρ Ἑλλήνων | ἀκροθίνια δὴ | ναοῖσι πέλας τάδε βαίνει. | ὦ πότνι', &c. Schaefero debetur διδύμας. *Elmsl.*

διδύμοις.] Bene Marklandus δίδυμοι. *Musg.*

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Pylades et Orestes vincti regis jussu ducuntur in templum, ut immolentur: Horum ætatem ac formam admirata sacerdos, Iphigenia, Græcosque agnoscens, eos de genere, patria, de rebus denique Trojanis, de casu Græcorum ducum, præcipue de domo et fortunis Agamemnonis patris, percontatur: Omnia domi afflicta et funesta audit. Literas hinc Argos dare per alterum, cujus nomen ignorabat, parat, servato altero, videl. Pylade, ad victimam; id quod Orestes pertinaciter recusat. Ejus igitur rogatu mutata sententia, Pyladi dare literas statuit, Orestem vero mactare; quem tamen virtutis admiratione tacta solatur, sepulcri honorem promittens. Illa in epistola scribenda occupata, Pylades et Orestes inter se certant pulcherrimum certamen, uter pro altero mori possit; miserante utrosque Choro. Tandem Orestes, quæ velit a Pylade Argis illius nomine fieri, ostendit; sororemque Electram, et totam domum patris, ejus fidei commendat. Magna hinc animorum exspectatio excitatur.

ΙΦ. Ἀλλ' οἵδε χέρας δεσμοῖς διδύμοις
Ξυνερεισθέντες χωροῦσι, νέον
Πρόσφαγμα θεᾷ. σιγᾶτε, φίλαι·
Τὰ γὰρ Ἑλλήνων ἀκροθίνια δὴ
Ναοῖσι πέλας τάδε βαίνει,

Iph. Verum isti manus geminis vinculis
Vincti veniunt nova
Deæ victima. Tacete, O amicæ.
Græcorum enim primitiæ jam
Istæ ad templum prope veniunt,

Male hæc vulgo tribuuntur Iphigeniæ usque ad v. 463. Omnia Chori esse nemini dubium erit, qui Tragicos attente legerit. Errori occasionem dederunt verba σιγᾶτε, φίλαι, quæ Iphigeniæ quam Choro magis viderentur convenire. Sed compellat sæpissime socios Coryphæus.

διδύμοις] Retinui Aldi lectionem, quæ certe ferri potest. Nam quum duo essent, duplici etiam compede opus erat. Nec tamen displicet Marklandi δίδυμοι, Musgravio quoque probatum. Facile enim a librariis iterari potuit littera sequens. Schaeferus Melet. Crit. p. 78. proponit διδύμας citans Soph. Electr. v. 206. Sed ille locus ab nostro paululum diversus est. *Seidl.*

459. Πρόσφαγμα θεᾶς.] Θεᾷ Toupius Cur. Poster. in Theocrit. XV. 98. p. 30. *Por.*

Πρόσφαγμα θεᾶς.] Non male Toupius Appendicula not. ad Theocrit. p. 30. corrigit θεᾷ, comparatque supra v. 244. et infra 588. Addas Hec. 41. 265. Hel. 1564. Nostri Electr. 1137. θυσία— θεοῖς. Neque tamen hac emendatione opus. Supra v. 330. τὰ τῆς θεοῦ θύματα, Ion. 1234. θύματα νερτέρων, et ita sæpe. *Seidl.*

461. s. ἐν Ναοῖσι πέλας τάδε βαίνει· Οὐδ' ἐν ἀγγελίας, &c.] Scribo, Ναοῖσι πέλας, &c. hoc jubet metrum, et anapæstus præcedens et subsequens, nisi in priore scribatur, Τὰ γὰρ Ἑλλήνων ἀκροθίνια δὴ 'ν Ναοῖσι πέλας, &c. ut Ἡ 'ν Αὐλίδι σφαγεῖσα, v. 771. et forte συμβαίη 'ν Οἴκοισι, paullo ante. Sed certum puto ἐν positum fuisse supra Ναοῖσι, quia conjungenda sunt ἀκροθίνια ναοῖσι: quod ille ignoravit, qui addidit ἐν. Ἀκροθίνια ναοῖσι, ut ἐπτιμήματα Θεοῖσιν, v. 338. et forte ὅρκους Τυνδάρεω, Iph. Aul. 78. ἐλέους τῷ Ἀβραὰμ, Luc. I. 54, 55. sic ibi distinguendum puto, intermediis parenthesi inclusis. Participium subintelligitur in his omnibus, *debitum, datum, promissum,* &c. Distinguendum post Ναοῖσι. Πέλας est adverbium. Ἐν nihili est. *Markl.*

Οὐδ' ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλακεν
Βουφορβὸς ἀνήρ.
ΧΟ. Ὦ πότνι', εἴ σοι τάδ' ἀρεσκόντως
Πόλις ἥδε τελεῖ, δέξαι θυσίας,
Ἃς ὁ παρ' ἡμῖν νόμος, οὐχ ὁσίας
Ἕλλησι, διδοὺς ἀναφαίνει.
ΙΦ. Εἶεν· τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς καλῶς ἔχῃ,
Φροντιστέον μοι. μέθετε τῶν ξένων χέρας,
Ὡς ὄντες ἱεροὶ, μηκέτ' ὦσι δέσμιοι.

Neque nuncios falsos nunciavit
Pastorius vir.
Cho. Veneranda, si hæc tibi grata
Urbs hæc perficit, accipe victimas,
Quas apud nos mos, non pias
Græcis, dans exhibet.
Iph. Esto. Primum igitur ut deæ cultus recte se habeat,
Curandum *est* mihi. Solvite hospitum manus,
Ut cum sint sacri, non sint amplius vincti.

ἐν Ναοῖσι] Scholiastes Apollon. Rhod. ad Lib. II. ἐννάεται — Κλεινίας δέ φησι, καὶ τὸν ναόν ποτε οὕτως εἰρῆσθαι ἔνναιον, διὰ τὸ ἐνναίειν ἐν αὐτῷ τοὺς θεούς. Quæ si vere dicta sunt, sic non incommode locum hunc emendes:

— ἀκροθίνια δῆτ'
ἐνναίοισιν τάδε βαίνει πέλας.

Musg.

Ναοῖσι] Vulgo ἐν ναοῖσι, quod metrum non fert. Correxit Marklandus, qui conjungit ἀκροθίνια ναοῖσι, ut supra v. 388. ἑστιάματα θεοῖσιν. Similior etiam est Phœniss. 210. ἀκροθίνια Λοξίᾳ. Nihilo tamen minus præstare mihi videtur ναοῖσι conjungere cum πέλας βαίνει. *Seidl.*

462. ἔλακε] Λάκε, Ald. Port. Steph. Sed Codd. A. B. ἔλακεν. *Markl.*

ἔλακεν] Ita uterque MS. et P. Ed. Ald. λάκε. *Musg.*

462. s. Heath. ita distinguit:

Οὐδ' ἀγγελίας
Ψευδεῖς ἔλακεν βουφορβὸς ἀνήρ.

Beck.

462. ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλακεν, MS. Victor. *Seidl.*

464. Ὦ πότνι',] Ambiguum esse monet Prev. utrum ad Iphigeniam, an ad deam ista pertineant. Brumœus unice ad illam retulerat. *Beck.*

εἰ non est *utinam,* sed *si,* ut contra Latinos interpretes recte monet Portus.

Seidl.

467. διδοὺς ἀναφαίνει. i. e. præbet.

Seidl.

468. καλῶς ἔχοι,] Codd. A. B. ἔχῃ. recte. *Markl.*

Εἶεν. τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς καλῶς ἔχοι,] J. Miltonus delet μὲν, ut versui consulat; cujus rei tamen nulla erat causa; si modo Εἶεν interjectio seponatur et extra versum legatur; ut fieri debet, et plus centies apud hunc Poëtam fieri solet. Vid. quæ nos ad Hecub. v. 1098.

Barnes.

Aldus ἔχοι.

ὡς καλῶς ἔχῃ, MS. Victor. *Seidl.*

471. Ναοὺς δ'—εὐτρεπίζετε] Pro Ναοὺς reponendum esse Ναοῦ monuit Cl. Valckenærius ad Phœniss. 454. Observa autem verbum εὐτρεπίζετε. nam ex eo forte pendet explicatio versus 726. *Markl.*

στείχοντες,] Στείχουσαι. Vide infra ad v. 726. *Barnes.*

Ναοὺς δ' ἔσω στείχοντες,] Valckenar. ad

Ναοὺς δ' ἔσω στείχοντες, εὐτρεπίζετε
Ἃ χρὴ 'πὶ τοῖς παροῦσι, καὶ νομίζεται.
Φεῦ· τίς ἄρα μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ὑμᾶς ποτε,
Πατήρ τ', ἀδελφή τ', εἰ γεγῶσα τυγχάνει;
Οἵων στερεῖσα διπτύχων νεανιῶν,
Ἀνάδελφος ἔσται; τὰς τύχας τίς οἶδ' ὅτῳ
Τοιαίδ' ἔσονται; πάντα γὰρ τὰ τῶν θεῶν
Εἰς ἀφανὲς ἕρπει, κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν·
Ἡ γὰρ τύχη παρήγαγ' εἰς τὸ δυσμαθές.

Ingredientes autem in templa, parate
Quæ oportet ad *res* præsentes, et *quæ* moribus sunt recepta.
Papæ. Quænam *est* mater, quæ vos olim peperit?
Quis pater? soror quoque, si qua *vobis* nata sit,
Qualibus geminis juvenibus privata,
Sine fratribus erit? Quis *rerum* eventus novit, cui
Tales sint futuri? Omnia enim deorum *consilia*
In obscurum eunt, nec ullus absens quidquam novit:
Fortuna enim furtim ducit in miserias.

Phœniss. 454. corrigit ναοῦ, quod non videtur necessarium. Conjunge ἔσω στείχοντες ναοὺς, i. e. πρὸς ναοὺς στείχοντες idque ἔσω, non ἔσω ναούς. Ion. 97. στείχετε ναούς. Hec. 143. ἀλλ' ἴθι ναούς. In Orest. tamen, v. 1478. ubi edidit Porsonus cum Brunckio παίειν λαιμὸν ἔμελλεν εἴσω μέλαν ξίφος, Aldi et codd. lectio λαιμῶν reducenda est.

στείχοντες,] Sunt hi ipsi, qui hospites adduxerant. Vid. infra ad v. 726. *Seidl.*

στείχοντες,] Templi scil. ministri; his enim, non choro, ut putabat Barn. ista dicuntur. Scenam, dum sequentia inter Iphigeniam et Orestem tractantur, non relinquit chorus, et semel interloquitur. *Heath.*

472. νομίζεται.] Aur. Carm. νόμῳ ὡς διάκειται. *Barnes.*

473. τίς ἄρα μήτηρ] Usitatius ἆρα quando interrogat. φεῦ est extra versum. Tota hac scena, et duabus sequentibus, pauca apud antiquos in suo genere pulchriora inveneris. *Markl.*

Φεῦ τίς ἆρα] Si ἆρα legas, ut legendum puto, tum Φεῦ est extra carmen, ut v. 468. Εἶεν erat: sin ἄρα legas, intromittatur. *Barnes.*

Aldus ἄρα. *Seidl.*

474. ἀδελφή τ'; εἰ γεγῶσα τυγχάνοι;] Codd. A. B. C. τυγχανει. Distinguo et lego, Φεῦ· Τίς ἆρα μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ὑμᾶς ποτε, Πατήρ τ'; ἀδελφὴ δ' εἰ γεγῶσα τυγχάνει, οἵων στερεῖσα διπτύχων νεανιῶν Ἀνάδελφος ἔσται! *Si vero vobis sit aliqua soror*, &c. Ratio et artificium in mentione *sororis* tam emphatica, obvia sunt. Scaligeri est στερεῖσα: antea στερηθεῖσα. *Markl.*

τυγχάνει;] Ita uterque MS. et P. Vulgo τυγχάνοι. Eleganter Marklandus interrogationis notam post πατήρ τ' collocat, sequentia cum proximo versu connectens. *Musg.*

τυγχάνει;] Ita tres Musgravii libri. Aldus τυγχάνοι. Marklandus post πατήρ τ' interrogationis notam ponit, deletque post τυγχάνει. Hinc scribendum ei erat ἀδελφὴ δ'. Aldi interpunctio meo judicio præstat. Ista, εἰ γεγῶσα τυγχάνει, in proxima sententia facile intelliguntur.

γεγῶσα τυγχάνει, MS. Victor. *Seidl.*

475. στερεῖσα] Ita recte Barnesius, auctore Scaligero. Ed. Ald. et MSS. στερηθεῖσα. *Musg.*

στερεῖσα] Ita restituimus, rejecto στερηθεῖσα, ex Scaligeri sententia, et quod sæpe hoc verbum occurrat. Vid. Iphig. Aul. v. 357. *Barnes.*

476. s. τὰς τύχας τίς οἶδ' ὅτι Τοιαίδ' ἔσονται.] Codd. B. C. οτῳ. bene: ut Herc.

Πόθεν πόθ' ἥκετ', ὦ ταλαίπωροι ξένοι;
Ὡς διὰ μακροῦ μὲν τήνδ' ἐπλεύσατε χθόνα,
Μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ', ἀεὶ κάτω.
ΟΡ. Τί ταῦτα δύρει, κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷν
Κακοῖσι λυπεῖς, ἥτις εἶ ποτ', ὦ γύναι;
Οὔτοι νομίζω σοφὸν, ὃς ἂν μέλλων θανεῖν,

Undenam venitis, O miseri hospites?
Quam per longum spatium navigâstis *ad* hanc terram?
Longe autem domo abfuturi estis, semper sub terra.
Ore. Cur tu hæc deploras, et cur de futuris nostris
Malis contristaris, quæcunque tandem es, O mulier?
Non existimo sapientem, qui moriturus,

Fur. 590. Ὁδ' ὄλβος ὁ μέγας, ἥτε δόξ', οὐκ οἶδ' ὅτῳ βέβαιός ἐστι. ἡ τύχη, *fortuna:* αἱ τύχαι sæpe, *infortunia.* Ponitur τὰς τύχας pro αἱ τύχαι ut sæpe fit. *Markl.*

ὅτῳ] Ita MS. G. et P. Vulgo. ὅτι. *Musg.*

Aldus ὅτι.

τίς οἶδ', ὅτῳ, MS. Victor. *Seidl.*

478. κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν·] Imo neque ἀγαθὸν, dixerit aliquis. κακὸν, *dimidium* tantum rei exprimere videtur, *integrum* foret, *quod obventurum est,* sive bonum, sive malum. Antiquum obtinet Iphigenia, quod ad argumentationem (vid. v. 60.) gnaro, ut opinor, Euripide. Mulier enim, et Argiva mulier, quantæ opportunitates! *Markl.*

κακόν.] Forte ἀπόν.

Non satisfacit ἀπὸν pro κακόν. Legendum potius:

— κ' οὐδὸν εἶδ' οὐδεὶς κακοῦ.

Et nemo viam mali adspexit. οὐδὸς pro ὁδὸς, ut Hom. Odyss. ρ'. 196. φάτ' ἀρισφαλέ' ἔμμεναι οὐδόν. quem locum Apollonius interpretatur ἐπὶ τῆς κοινῶς νοουμένης ὁδοῦ, consentientibus et brevibus Scholiis. Eustathius: ὅρα τὸ, οὐδὸν ἀντὶ τοῦ, ὁδὸν, ἐπενθέσει Αἰολικῇ τοῦ, υ. Æolicas voces a Tragicis non semper vitatas ostendimus ad Rhesum 443. *Musg.*

κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν.] Putat Marklandus, Euripidem consulto mulierem, eamque Argivam, falso argumentantem fecisse. Vid. supra ad v. 60. Minus offensionis locus habebit, si sensum sic capias: Quis nosse potest, talem, i. e. tam malam, sibi fortunam obventuram? omnia enim futura dii celant et bona et mala, nemo igitur malorum, quæ imminent, quidquam scire potest. *Seidl.*

479. δυσμαθές.] Legendum δυσπαθές. *Fortuna enim furtim in calamitatem deduxit.* Exstat vox Æschyl. Agam. v. 1264. *Musg.*

481. ἔσεσθ', ἀεὶ κάτω.] Frigidam hanc explicationem, ἀεὶ κάτω, persuasum habeo ab Euripide non profectam esse; tametsi scio κάτω de *inferis* centies occurrere. An scribere potuit, ἔσεσθ' ἐοίκατε? i. e. ἔσεσθαι. *Markl.*

481. s. Ὡς διὰ μακροῦ μὲν τήνδ' ἐπλεύσατε χθόνα, | μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ' ἀεὶ κάτω.] Frigidam hanc explicationem censet Marklandus, multo tamen frigidiora in ejus locum substituit ἔσεσθ' ἐοίκατε, neque felicius Musgravius αἶ αἶ κάτω. Seidler. Musgravium sequitur Zimmermannus. Legendum, ni fallor, ἐκεῖ κάτω. Ita noster Hec. 418. Ἐκεῖ δ' ἐν Ἅιδου κείσομαι χωρὶς σέθεν. *Elmsl.*

ἀεὶ κάτω.] Frigidam hanc explicationem ab Euripide profectam esse bene negat Marklandus. Ipse dubitanter corrigit: ἔσεσθ' (i. e. ἔσεσθαι) ἐοίκατε. Et profecto non debuit, ut conjectura, enunciari, quod adeo certum Iphigeniæ videbatur. Legendum:

— χρόνον ἔσεσθ', αἶ, αἶ, κάτω.

Bene hinc reponit Orestes:

τί ταῦτ' ὀδύρῃ ——

Musg.

482. ἀεὶ κάτω.] Frigidam hanc explicationem censet Marklandus, multo ta-

Οἴκτῳ τὸ δεῖμα τοὐλέθρου νικᾶν θέλῃ·
Οὐχ ὅστις ᾅδην ἐγγὺς ὄντ' οἰκτίζεται,
Σωτηρίας ἄνελπις· ὡς δύ' ἐξ ἑνὸς
Κακὼ ξυνάπτει, μωρίαν τ' ὀφλισκάνει,
Θνήσκει θ' ὁμοίως. τὴν τύχην δ' ἐᾶν χρεών.
Ἡμᾶς δὲ μὴ θρήνει σύ· τὰς γὰρ ἐνθάδε

Ficta gravitate metum exitii vincere vult:
Nec *illum*, qui mortem *jam* vicinam misere deplorat,
Salutis nullam spem habens: quia ex uno geminum
Facit malum, estque obnoxius stultitiæ crimini,
Moriturque æque: Fortunam igitur oportet sinere.
Tu igitur ne nos deplora. Quæ enim hic fiunt

men frigidiora in ejus locum substituit ἔπεσθ' ἐοίκατε, neque felicius Musgravius αἶ αἶ κάτω. *Seidl.*

483. s. Τί ταῦτ' ὀδύρῃ κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷν
Κακοῖσι λυπεῖς, ἥτις εἶ ποτ', ὦ γύναι;

Legendum, plenissimo sensu νῷ. quasi dixisset, *Desine nosque tuis incendere teque querelis.* Idem argumentum Suppl. 780. Ἄκραντ' ὀδύρει, ταῖσδέ τ' ἐξάγεις δάκρυ. *Por.*

484. Κακοῖσι λυπεῖς,] Scribo, λυπεῖ γ', *tristitia afficeris.* patere videtur ex sensu, et ex ὀδύρῃ, v. 483. et v. 491. Ἡμᾶς δὲ μὴ θρήνει σύ. Literæ ς et γ frequenter in his fabulis commutatæ sunt. Ita quoque interpretes vertunt. *Markl.*

λυπεῖς,] Emendat Marklandus λυπεῖ γ' secundum Veterum Atticorum orthographiam, de qua vide Valckenær. Virum Clariss., in Phœn. 576. Non deterius esset Κακοῖς ἀλυκτεῖς. Etymol. M. ἀλυκτεῖν, κλαίειν, λυπεῖσθαι. *Musg.*

λυπεῖς,] Ita omnes libri, recte, opinor. Sensus: Quid hæc lamentaris, et ad futura nostra mala nos insuper tristitia afficere studes? His bene congruunt sequentia. Dicit enim statim Orestes, se nolle tristitia affici. *Seidl.*

486. Non dubito, quin eadem hic oppositio fuerit, quæ apud Tacitum in Vita Agricolæ, c. 28. *Quem casum neque, ut plerique fortium virorum, ambitiose, neque per lamenta rursus ac mœrorem muliebriter tulit.* Legendum igitur pro οἴκτῳ vel κόμπῳ, ut in Epigrammate apud Reiskium:

ὧδ' εἴπας οὐ κόμπῳ ἀπὸ ζωὴν ὁ παλαιὸς
ὤσατο ——

vel hoc, inquam, reponendum est, vel quod propius ad MSS. scripturam accedit, ὄγκῳ, *fastu, superbia, gravitate. Musg.*

487. Οὐδ' ὅστις] Omnes Gallici ουχ οστις. Suspectum habeo hunc iambum, ob præcedentes duos, in quibus eadem res exprimitur. Et ita Reiskius. Videtur esse alicujus qui uno iambo sensum duorum exprimere voluit. Per ᾅδην intelligit *mortem*, ut Troas. 447. et sæpe. *Markl.*

Οὐδ' ὅστις, &c.] Marklandus: "Suspectum habeo hunc iambum, ob præcedentes duos, in quibus eadem res exprimitur. Et ita Reiskius." Recte judicant, si quidem lectio ubique sana est. Musgravius pro οἴκτῳ conjicit κόμπῳ vel ὄγκῳ. Mihi in mentem venit pro θανεῖν legendum κτανεῖν, ut sensus hic sit: Non puto prudentem, neque eum, qui, quem interfecturus est, huic commiseratione mortis timorem sedare studeat, neque illum, qui propinquam suam ipse mortem deploret. Spectat Orestes ad verba illa ὀδύρει et λυπεῖς, v. 483. et 484. Neque te decet sortem nostram deplorare, neque nos ipsos. Κτανεῖν et θανεῖν confusa sæpissime sunt, ut Orest. 1627. ibid. 192. Soph. Electr. 814. Erf. Immo in hac ipsa fabula infra, v. 1007. et v. 554. κτανὼν et θανών. Aldus οὐδ' ὅστις.

οὐχ ὅστις ᾅδην, MS. Victor. Quæ lectio ob consensum librorum fortasse præferenda erat. *Seidl.*

Θυσίας ἐπιστάμεσθα, καὶ γιγνώσκομεν.
ΙΦ. Πότερος ἄρ' ὑμῶν ἐνθάδ' ὠνομασμένος
Πυλάδης κέκληται; τόδε μαθεῖν πρῶτον θέλω.
ΟΡ. Ὅδ', εἴ τι δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν.
ΙΦ. Ποίας πολίτης πατρίδος Ἕλληνος γεγώς;
ΟΡ. Τί δ' ἂν, μαθοῦσα τόδε, πλέον λάβοις, γύναι;
ΙΦ. Πότερον ἀδελφὼ μητρὸς ἐστὸν ἐκ μιᾶς;
ΟΡ. Φιλότητί γ', ἐσμὲν δ' οὐ κασιγνήτω, γύναι.
ΙΦ. Σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ;

Sacrificia scimus, et cognoscimus.
Iph. Uter vero vestrum hic nominatus
Pylades vocatur? hoc scire primum volo.
Ore. Hic: si quid tibi voluptati hoc scire est.
Iph. Cujus patriæ Græcæ civis *est* natus?
Ore. Quid vero cognoscens hæc, plus habebis, O mulier?
Iph. Utrum estis fratres ex una matre geniti?
Ore. Amicitia sane, non natu tamen fratres sumus, O mulier.
Iph. Tibi vero quod nomen imposuit qui *te* genuit pater?

488. s. Apud Stob. Grot. VIII. p. 51. *Burn.*

ἄνελπις·] Ita Brodæus. Aldus ἂν ἐλπίς.

γρ. ἄνελπις, MS. Victor. *Seidl.*

489. θέλει apud Stob. Grot. VIII. p. 51. *Burn.*

492. ἐπιστάμεσθα καὶ γινώσκομεν.] *Novimus et scimus.* τῆς ταυτότητος suspicionem leviorem fore putaverit forte aliquis, si legatur, κ' εὖ γινώσκομεν, *et probe cognita habemus.* Sed reclamat ipse Euripides Hippol. 382. Τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα καὶ γινώσκομεν. et D. Lucas Act. Apost. xix. 15. Plautus Mil. Glor. II. 5 : 42. *neque vos, qui homines sitis,* NOVI, *neque* SCIO. *Markl.*

493. s. Πότερος ἄρ' ὑμῶν ἐνθάδ' ὠνομασμένος | Πυλάδης κέκληται; τόδε μαθεῖν πρῶτον θέλω.] Sensus est, Πότερος ἄρ' ὑμῶν δεῦρο ἀγγέλλεται Πυλάδης ὠνομασμένος; Respicit ad v. 250. Πυλάδης ἐκλῄζεθ' ἅτερος πρὸς θατέρου. Legendum autem, ni magnopere fallor, λέλεκται pro κέκληται. Recte λέλεκται cum participio conjungitur. Noster infra v. 1048. Ταυτὸν χεροῖν σοι λέξεται μίασμ' ἔχων. *Elmsl.*

495. Ὅδ'· ἔστι δή σοι] Codd. omnes Par. οδ ει τι δη σοι: recte. ut v. 43. εἴ τι δὴ τόδ' ἐστ' ἄκος. Ἐν ἡδονῇ pro ἡδὺ, ut apud Herodotum VII. 15. *Markl.*

Ὅδ', εἴ τι δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν.] Ἐς τί δή Joan. Pierson. Verisimil. p. 20. probante Valckenærio ad Euripid. Phœniss. 624. Mihi videtur legendum, Ὅδ' ἔστιν, εἴ σοι—Sed rectum est εἴ τι δή. *Por.*

εἴ τι] Ita uterque MS. et P. Ed. Ald. ἔστι, unde Piersonus ἐς τί. *Musg.*

ἐς τί, *quare, quorsum,* ut Soph. Trach. 407. Ita et Reisk. legit. *Beck.*

εἴ τι δὴ, MS. Victor. *Seidl.*

496. πατρίδος Ἕλληνος γεγώς;] Satis Græce, πατρίδος Ἕλληνος: vid. ad 342. Scio tamen quibus magis placuisset Ποίας πολίτης πατρίδος Ἕλλην εἶ γεγώς; In vulgata, quinque voces in ς exeunt. πατρὶς est *civitas.* sic v. 510. Πρὸς Θεῶν, ἀληθῶς, ὦ ξέν', εἶ κεῖθεν γεγώς; Quo versu nihil est pulchrius. *Markl.*

Ποίας πολίτης πατρίδος Ἕλληνος γεγώς;] Conjectura Ἕλλην εἶ γεγὼς numeris nocet. Cf. supra, v. 341. Seidler. Si vitiosum est Ἕλληνος, proculdubio legendum Ἑλλήνων. Noster Bacch. 20. εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν. Ion. 8. ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις. *Elmsl.*

πατρίδος Ἕλληνος] Pro Ἑλληνίδος. Vid. supra ad v. 342. *Barnes.*

ΟΡ. Τὸ μὲν δίκαιον, δυστυχεῖς καλοίμεθ' ἄν.
ΙΦ. Οὐ τοῦτ' ἐρωτῶ· τοῦτο μὲν δὸς τῇ τύχῃ.
ΟΡ. Ἀνώνυμοι θανόντες, οὐ γελῴμεθ' ἄν.
ΙΦ. Τί δὲ φθονεῖς τοῦτ', ἢ φρονεῖς οὕτω μέγα;
ΟΡ. Τὸ σῶμα θύσεις τοὐμὸν, οὐχὶ τοὔνομα.
ΙΦ. Οὐδ' ἂν πόλιν φράσειας, ἥτις ἐστί σοι;
ΟΡ. Ζητεῖς γὰρ οὐδὲν κέρδος, ὡς θανουμένῳ.
ΙΦ. Χάριν δὲ δοῦναι τήνδε, κωλύει τί σε;
ΟΡ. Τὸ κλεινὸν Ἄργος, πατρίδ' ἐμὴν ἐπεύχομαι.

Ore. Vero quidem *nomine* possemus vocari miseri.
Iph. Non hoc interrogo; hoc enim tribue fortunæ.
Ore. Ignoti si moriamur, non ridebimur.
Iph. Quid vero invides hoc? an adeo superbe sentis?
Ore. Meum corpus mactabis, non nomen.
Iph. Neque civitatem dices, ex qua oriundus es?
Ore. Quæris enim *quod* nullam utilitatem *mihi* morituro *feret.*
Iph. Quid vero prohibet quominus hoc mihi gratificeris?
Ore. Inclytum Argos patriam meam *esse* glorior.

Conjectura Ἕλλην εἶ γεγὼς numeris nocet. Cf. supra v. 341. *Seidl.*

497. Reisk. emendat: Φωκίς. τί δ' ἂν μαθοῦσα τόδε πλέον λάβοις; *Beck.*

498. Aldus ματρός. *Seidl.*

499. Φιλότητί γ' ἐσμὲν, οὐ κασιγνήτω, γύναι.] Codd. A. B. C. εσμεν δ ου κασιγνητω. hoc est, φιλότητί γ' [ἐσμὲν ἀδελφὼ], οὐδὲ ἐσμὲν κασιγνήτω: *Amicitia saltem sumus fratres, non autem natu.* Sensui magis quam verbis attendendum. κασιγνήτω resolvi potest quasi esset κάσει γεννητὼ, vel κάσεις γενέσει. Distinguendum post γ', non post ἐσμέν. *Markl.*

Φιλότητί γ', ἐσμὲν δ' οὐ κασιγνήτω,] Ita uterque MS. et P. Ed. Ald. omittit δ'. *Musg.*

ἐσμὲν δ' οὐ, MS. Victor. *Seidl.*

500. s. Σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ; Τὸ μὲν δίκαιον, δυστυχεῖς καλοίμεθ' ἄν.] Imitatur Horatius Epist. I. 7. 92, 3. ut observavit Marklandus in explicationibus veterum aliquot. p. 255. Plaut. Pers. IV. 4. 94. *Por.*

501. Τὸ μὲν δίκαιον, i. e. si justam seu veram rei rationem spectes. *Seidl.*

502. τοῦτο μὲν δὸς τῇ τύχῃ.] *Hoc quidem tribue fortunæ,* non pater tuus hoc tibi nomen imposuit. *Seidl.*

503. Ἀνώνυμοι θανόντες, οὐ γελώμεθ' ἄν.] Lege γελῴμεθ', ut tacite correxit Musgravius, quanquam in exemplari, quo nunc utor, ι non apparet. *Por.*

γελώμεθ' ἄν.] Æmil. Portus mavult γελῴμεθ' ἄν, ut sit optativum, et ἐκ τοῦ γελαοίμεθα, κατὰ κρᾶσιν γελῴμεθα. Sed parum interest, utro modo legamus. *Barnes.*

Heath. mavult γελῴμεθ' ἄν, in forma optat.

Emendat Hardion: οὐ γ' ἑλώμεθ' ἄν, *ut ut moriamur ignoti futurum non est ut* auferamur omnino, dispereamus. *Beck.*

Ἀνώνυμοι θαν. οὐ γ. ἄν.] Post θανόντες comma delevi. Recte enim vertitur: Ignotus nomine si moriar, non ridebor. — γελῴμεθ'. Ita recte Schaeferus, ut jam Portus voluerat. Aldus γελώμεθ'. *Seidl.*

504. Τί δὲ φρονεῖς τοῦτ',] Egregie exemplar Oxon. et omnia Gallica: Τί δὲ φθονεῖς τοῦτ'; ἢ φρονεῖς οὕτω μέγα; Distingui quoque potest, Τί δὲ, φθονεῖς, &c. quasi diceret, Quid vero? ex invidiane, an ex animi elatione hoc facis? *Markl.*

φθονεῖς] Ita uterque MS. et P. ut op-

ΙΦ. Πρὸς θεῶν, ἀληθῶς, ὦ ξέν', εἶ κεῖθεν γεγώς;
ΟΡ. Ἐκ τῶν Μυκηνῶν, αἵ ποτ' ἦσαν ὄλβιαι.
ΙΦ. Φυγὰς δ' ἀπῆρας πατρίδος, ἢ ποίᾳ τύχῃ;
ΟΡ. Φεύγω τρόπον γε δή τιν' οὐχ ἑκὼν, ἑκών.
ΙΦ. Ἆρ' ἄν τί μοι φράσειας, ὧν ἐγὼ θέλω;
ΟΡ. Ὡς ἐν παρέργῳ τῆς ἐμῆς δυσπραξίας.
ΙΦ. Καὶ μὴν ποθεινός γ' ἦλθες ἐξ Ἄργους μολών.

Iph. Per deos verene, O hospes, illinc es oriundus?
Ore. Ex Mycenis, quæ olim erant beatæ.
Iph. Num vero ex patria discessisti exul, aut quali fortuna?
Ore. Exulo aliquo modo non volens, *et tamen* volens.
Iph. Num dixeris mihi *aliquid eorum*, quæ volo?
Ore. Quæcunque a mea infelicitate aliena sunt.
Iph. Profecto desiderans mihi venis Argis profectus.

time Tyrwhittus. Ed. Ald. φρονεῖς. *Musg.*

φθονεῖς] Habent hoc omnes MSS. ut conjecerat Tyrwhittus. Aldus φρονεῖς. Marklandus distingui posse putat τί δέ; φθονεῖς τοῦτ', ἢ φρ. *Quid vero? ex invidiane an ex animi elatione hoc facis?* Quæ satis mira foret quæstio.

Τί δὲ φθονεῖς τοῦτ', MS. Victor. *Seidl.*

507. Post κέρδος interpunctionem sustuli. Intellige ἐμοί. *Seidl.*

510. εἶ κεῖθεν] Legebatur olim ἐκεῖθεν: Canterus feliciter, hoc est suo more, conjectabat legendum εἶ κεῖθεν, sed nimis, ut mihi videtur, dubitanter; *Videtur enim*, inquit, *legendum*, εἶ κεῖθεν γεγώς. Imo plusquam videtur; nec enim ἐκεῖθεν, aut *versui*, aut *sensui*, respondebit: Quare et Scaliger et Duportus in libros suos admiserunt; et ego nunc in textum admitto, protruso illo invenustissimo ἐκεῖθεν. *Barnes.*

εἶ κεῖθεν] Ita uterque MS. et P. ut recte Canterus. Ed. Ald. ἐκεῖθεν. *Musg.*

ὦ ξέν', εἶ κεῖθεν, MS. Victor. *Seidl.*

511. Hæc ab Oreste potius dici censet Prev. nam ei convenire multo magis querelas de ambiguitate et vanitate oraculorum, quam sorori. *Beck.*

512. Post φυγὰς Scal. et Barn. inserunt δ', quod sensui et metro necessarium videtur. Versu 515. pro τῆς ἐμῆς, legi potest, τῆσδ' ἐμῆς. *Markl.*

Φυγὰς] Recte, ut videtur, Barnesius, auctore Scaligero, φυγὰς δ'. *Musg.*

Φυγὰς δ' ἀπῆρας πατρίδος,] Ἀπαίρειν τινὸς τόπου est confirmata phrasis; quod dico, ne quis per errorem φυγὰς *accusat. plur.* putet: Est igitur *nominandi* casus, ὁ καὶ ἡ φυγὰς, φυγάδος: quare cum ob incrementum breve ultima ejus syllaba corripi noscatur, τὸ δ', quod adhuc aberat, inserimus, nec tamen sine Scaligeri auctoritate. *Barnes.*

513. οὐχ ἑκὼν ἑκών.] Male quidam hæc commate disjungunt. Post φεύγω etiam Aldus comma non habet. Ego posui post τιν'. *Seidl.*

515. Ὡς ἐν παρέργῳ] Malim ὅσ' ἐν παρέργῳ. *Musg.*

Musgravius conjicit ὅσ' ἐν παρέργῳ et Marklandus τῆσδ' ἐμῆς. Male uterque. Sensus est: videris hoc postulare tamquam in accessionem calamitatis meæ. Nos: wohl gleichsam zur Zugabe zu meinem Unglück. Dicit hoc Orestes non sine acerbitate quadam, quod non simpliciter sacerdos immolari se jubeat, sed hac occasione simul utatur ad aliena quædam sciscitanda. Conf. Orest. 603. πάρεργον αὐτὸ θήσομαι πόνων, Herc. Fur. 1331. πάρεργα γὰρ τάδ' ἐστ' ἐμῶν κακῶν. *Seidl.*

517. σὺ τοῦτ' ἔρα.] Mallem, σὺ τοῦδ' ἔρα, ut v. 531. et ita Reiskius. Versu 518. delevi not. interrog. post λόγος, quia vox ἴσως eam non admittit isto loco. *Markl.*

σὺ τοῦτ' ἔρα.] Displicent omnes in h. l. conjecturæ, cum tamen ostendant non-

ΟΡ. Οὔκουν ἐμαυτῷ γ'· εἰ δέ σοι, σὺ τοῦτ' ἔρα.
ΙΦ. Τροίαν ἴσως οἶσθ', ἧς ἁπανταχοῦ λόγος.
ΟΡ. Ὡς μή ποτ' ὤφελόν γε, μηδ' ἰδὼν ὄναρ.
ΙΦ. Φασίν νιν οὐκέτ' οὖσαν, οἴχεσθαι δορί.
ΟΡ. Ἔστιν γὰρ οὕτως· οὐδ' ἄκραντ' ἠκούσατε.
ΙΦ. Ἑλένη δ' ἀφῖκται δῶμα Μενέλεω πάλιν;
ΟΡ. Ἥκει· κακῶς γ' ἐλθοῦσα τῶν ἐμῶν τινι.

Ore. Mihi quidem non, si vero tibi, scelus amas.
Iph. Novisti fortasse Trojam, cujus ubique fama.
Ore. Utinam non nôssem, et nunquam vidissem, ne in somnio quidem.
Iph. Dicunt eam bello deletam non amplius extare.
Ore. Est ita; neque *falsa* audivistis.
Iph. Helena vero rediit rursus *in* Menelai domum?
Ore. Rediit: infauste rediens cuidam meorum.

nihil esse emendatione dignum. Vix dubitem quin pro ἔρα, legendum sit ἔρου, *interroga.* Totus adeo versus sic mihi videtur constituendus:

οὔκουν ἐμαυτῷ γ'· εἰ δέ σοι,—σύ γ' οὖν ἔρου.

In libro Duportiano testatur Barnesius additum fuisse οὖν post τοῦτ', manifesta metri injuria. Sed priscæ lectionis vestigia forsan inibi latent. Supra 514. dixerat Iphigenia:

ἆρ' ἄν τί μοι φράσειας, ὧν ἐγὼ θέλω;

Adsentiente Oreste, respondet Iphigenia sibi cum *propterea* πεθεινὸν ἐλθεῖν, nimirum, quia promiserat se ei, quæ audire vellet, dicturum. "Nulla quidem mihi lætitiæ caussa:" inquit Orestes. "Si vero tibi sit, *propter ea quæ audire cupis;* sic proinde interroga." *Maltby.*

σὺ τοῦτ' ἔρα.] Emendat Reiskius et Marklandus σὺ τοῦδ' ἔρα, *tu hoc ama,* quod mihi frigidiusculum videtur. Poëta, ut opinor, non indignum esset στύγους ἐρᾷ, *rem detestabilem amas.*

Emendandum forte:

— εἰ δέ σοι, σύ τοι πέρα.

Sin tibi (optatus venio,) *tu perfice.* περάω idem aliquando esse, quod περαίνω, docet Marklandus ad Suppl. 123. Sensus, quo hoc Orestes dixerit, hujusmodi est: *tu perfice, tu occidendo malis meis finem impone.* Sed est præterea sensus ominosus, quo ab auditoribus accipi potuit: *tu quidem Apollinis vaticinium perfice.* *Musg.*

Conjectura R. et M. nititur eo, quod ἐρᾶν construitur cum gen. *Beck.*

σὺ τοῦτ' ἔρα.] Duportianus liber ponit οὖν inter τοῦτ' et ἔρα, nescio quid passus: Certe et versui plurimum nocebit, nec *sensui* hilum proderit. Si quis autem legat τοῦδ' pro τοῦτ', non repugnarem; licet et ἔραμαι et ἐράω cum *accusativo* aliquando reperiatur. *Barnes.*

σὺ τοῦθ' ὅρα.] Aldus σὺ τοῦτ' ἔρα, ex quo Marklandus σὺ τοῦδ' ἔρα comparans, v. 531. qui nihil similitudinis habet, neque omnino video, quinam tolerabilis sensus ex hac emendatione produci possit. Musgravio, quod non minus alienum est, legendum videtur σύ τοι πέρα. Ex nostra emendatione hoc dicit: mihi quidem non, si tibi, hoc tu videris, i. e. hujus rei rationem tu tibi reddideris. Ita nos: *da siehe du zu,* i. e. *das überlasse ich deinem Gewissen.* *Seidl.*

518. Interrogationis notam non agnoscit Aldus. *Seidl.*

519. μηδ' ἰδὼν ὄναρ.] Scaligerianus liber pro ἰδὼν in margine ἰδεῖν ponit; non æquo *versus,* aut *sensus,* incommodo, sed nulla necessitate: utrovis enim modo legas licet. *Barnes.*

μηδ' ἰδὼν ὄναρ.] Valet hoc simpliciter, *ne in somnio quidem.* Male Scaliger in margine ἰδεῖν.

523. τινι.] Ambigue dictum τις, quum

ΙΦ. Καὶ ποῦ ᾿στι; κἀμοὶ γάρ τι προὐφείλει κακόν.
ΟΡ. Σπάρτῃ ξυνοικεῖ τῷ πάρος ξυνευνέτῃ.
ΙΦ. Ὦ μῖσος εἰς Ἕλληνας, οὐκ ἐμοὶ μόνῃ.
ΟΡ. Ἀπέλαυσα κἀγὼ δή τι τῶν κείνης γάμων.
ΙΦ. Νόστος δ᾿ Ἀχαιῶν ἐγένεθ᾿, ὡς κηρύσσεται;
ΟΡ. Ὡς πάνθ᾿ ἅπαξ με συλλαβοῦσ᾿ ἀνιστορεῖς.
ΙΦ. Πρὶν γὰρ θανεῖν σε, τοῦδ᾿ ἐπαυρέσθαι θέλω.
ΟΡ. Ἔλεγχ᾿, ἐπειδὴ τοῦδ᾿ ἐρᾷς· λέξω δ᾿ ἐγώ.
ΙΦ. Κάλχας τις ἦλθε μάντις ἐκ Τροίας πάλιν;
ΟΡ. Ὄλωλεν, ὡς ἦν ἐν Μυκηναίοις λόγος.

Iph. Ubinam est? Nam et mihi aliquod pridem debet malum.
Ore. Spartæ cohabitat pristino marito.
Iph. O commune Græcis odium, non mihi soli.
Ore. Et ego jam quendam fructum ex illius nuptiis percepi.
Iph. Redieruntne Græci, ut fama fertur?
Ore. Ut omnia semel, *ac simul* complexa me interrogas!
Iph. Priusquam enim moriaris, hunc fructum percipere volo.
Ore. Interroga, quandoquidem hoc cupis: ego vero *tibi* respondebo.
Iph. Rediitne quidam vates Calchas ex Troja?
Ore. Periit, ut dicebatur inter Mycenæos.

quis sibi ipsi malum auguratur aut intentat. Soph. Antig. 751. ἥδ᾿ οὖν θανεῖται, καὶ θανοῦσ᾿ ὀλεῖ τινα. Vid. hujus dramatis v. 549. *Maltby.*

τῶν ἐμῶν τινι.] Pro ἐμοὶ ænigmatice; Orestes autem se prodere nullo modo audet, ob infortunia suæ domus, et matris cæsæ infamiam; quorum pudebat. *Barnes.*

τῶν ἐμῶν τινι.] Recte Barnesius: "pro ἐμοὶ, *ænigmatice.*"

Aldus μόνη. *Seidl.*

533. Ὄλωλεν] Ὁ Κάλχας. Ita Tzetzes in Lycophron. Μετὰ δὲ τὴν Ἰλίου πόρθησιν αὐτὸς Κάλχας, καὶ ἕτεροι, Ἀμφίλοχος, Λεοντεὺς, Ποδαλείριος, Πολυποίτης, ἐν Ἰλίῳ λιπόντες τὰς ναῦς, εἰς Κολοφῶνα πεζῇ πορεύονται· κἀκεῖ θάπτουσι Κάλχαντα. Joh. Brodæus notavit. Manifestum autem est, quare Iphigenia de hisce audire cupit, quia Calchas erat vates, qui mortem illi indixit, Ulysses vafro ingenio illius matrem decepit, sub prætextu autem Achillis nuptiarum ducebatur ad aram. De Agamemnone aperta ratio. *Barnes.*

534. Ὦ πότνι᾿· ὡς ἔστι γὰρ ὁ, &c.] Conjeceram, Ὦ πότνιᾰ! σῶς ἐστι γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος; sed Canterus ante me erat. Illa quærit an Ulysses σῶς ἐστι: respondet Ille, ἐστὶ quidem, sed non σῶς. nam σῶς de eo dicitur qui *domum* rediit *salvus.* In multis Editt. et in Codicibus Gall. deest articulus ὁ. extat in Aldina. Scaligeri ἔστιν ἆρ᾿ pro ἔστι γὰρ, minime necessarium est. vid. ad v. 937. Scribere potuit, σῶς γάρ ἐστι Λαέρτου γόνος; Articulus enim non est ex toto necessarius. *Markl.*

ὡς ἔστι γὰρ] Canterus σῶς ἔστι γάρ. Neque sane improbarem, nisi levissima mutatio elegantius aliquid suppeditaret:

ὦ πότνι᾿, ὡς εὖ· τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος;

In priori membro reticetur verbum, ut Aristoph. Equit. v. 101.:

ὡς εὐτυχῶς, ὅτ᾿ οὐκ ἐλήφθην ἔνδοθεν
κλέπτων τὸν οἶνον ——

Posterius autem per πράσσει supplendum est: τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος πράσσει; Sic infra v. 544.

τί δ᾿ ὁ στρατηγὸς, ὃν λέγουσ᾿ εὐδαιμονεῖν;

Musg.

Ὦ πότνι᾿· ὡς ἔστι γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος;]

ΙΦ. Ὦ πότνι', ὡς ἔστι γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος;
ΟΡ. Οὔπω νενόστηκ' οἶκον· ἔστι δ', ὡς λόγος.
ΙΦ. Ὄλοιτο, νόστου μή ποτ' ἐς πάτραν τύχων.
ΟΡ. Μηδὲν κατεύχου· πάντα τἀκείνου νοσεῖ.
ΙΦ. Θέτιδος δ' ὁ τῆς Νηρῆδος ἔστι παῖς ἔτι;
ΟΡ. Οὐκ ἔστιν· ἄλλως λέκτρ' ἔγημεν Αὐλίδι.
ΙΦ. Δόλια γὰρ, ὥς γε φασὶν οἱ πεπονθότες.
ΟΡ. Τίς εἶ ποθ', ὡς εὖ πυνθάνει τἀφ' Ἑλλάδος;
ΙΦ. Ἐκεῖθέν εἰμι· παῖς ἔτ' οὖσ' ἀπωλόμην.
ΟΡ. Ὀρθῶς ποθεῖς ἄρ' εἰδέναι τἀκεῖ, γύναι.

Iph. O *dea* veneranda, quam bene! Quid vero Laërtis filius?
Ore. Nondum domum rediit: vivit tamen, ut dicunt.
Iph. Pereat, nec unquam in patriam redeat.
Ore. Nihil impreceris *illi:* omnes *res* illius male habent.
Iph. Filius vero Thetidis Nereidis adhucne vivit?
Ore. Non vivit: frustra celebravit nuptias *in* Aulide.
Iph. Dolosæ enim *erant,* ut dicunt illi, qui suo damno sciunt.
Ore. Quænam vero es? Quippe accurate de *rebus* Græciæ percontaris.
Iph. Inde sum, puella etiamnum perii.
Ore. Recte ergo cupis scire quæ ibi *acta sunt,* mulier.

Canterus legit: Ὦ πότνια, σῶς ἔστι γὰρ, &c. quam lectionem probat Æmil. Portus. Sed necessitatem hujus lectionis nemo videbit, qui significationem τοῦ ἔστι pro ζώει noverit, ut mox probabimus. Scaliger legit ἔστιν ἄρ': utrumvis elige. *Barnes.*

Egregie sane conjecit Musgravius:

ὦ πότνι', ὡς εὖ. τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος;

Aldus ὦ πότνι' ὡς ἔστι γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος, ex quo Canterus ὦ πότνια! σῶς ἐστὶ γὰρ ὁ Λ. γ. quæ emendatio multis modis Musgraviana est deterior. Aliquanto melior Marklandus proponit σῶς γάρ ἐστι Λαέρτου γόνος. Codd. enim Pariss. et multæ Edd. omittunt articulum ὁ ante Λαέρτου. Valet autem ὡς εὖ *quam juste.* Cf. paulo post v. 560. Ad interrogationem τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος Musgravius citat, quæ paulo inferius legimus, v. 544. τί δ' ὁ στρατηγός. *Seidl.*

ὦ πότνια,] *O veneranda dea Diana!* σῶς ἐστὶ γὰρ—*estne adhuc salvus Ulysses?* Hæc lectio debuerat a Barnesio recipi, auctore Cantero aliis omnibus probata. Nescio quid hominis ille Josuas fuerit, qui neque aurem præbuit recta monentibus, neque perspexit vulgatæ vitium. *Reisk.*

535. ἔστι δ', ὡς λόγος.] Ἔστι pro ζώει. Sic infra v. 538. Θέτιδος δ' ὁ τῆς Νηρῆδός ἐστι παῖς ἔτι; v. 539. et 557. Οὐκ ἔστιν. Sic Hippolyt. v. 357. Οὐκ ἔτ' εἰμ' ἐγώ. In quem locum vide quæ nos notavimus. *Barnes.*

536. Ὄλοιτο, νόστου μήποτ' ἐς πάτραν τυχών.] Εἰς πάτραν μόλοι corrupte Diphilus apud Athenæum VI. p. 247. C. nisi legamus νοστῶν. *Por.*

539. λέκτρ' ἔγημεν Αὐλίδι.] Vel divisim, ἔγημ' ἐν Αὐλίδι· *ducere uxorem voluit in Aulide:* non enim *duxit.* sic ἔσχ' ἐν Αὐλίδι, Soph. Electr. 566. *Markl.*

ἔγημεν Αὐλίδι.] "Vel divisim ἔγημ' ἐν Αὐλίδι." Markland. Vulgata idem significat. *Seidl.*

540. ὥς γε φασὶν οἱ πεπονθότες.] Seipsam ænigmatice signat; quod vero etiam de fœminis plurale masculinum usurpetur, vid. quæ nos ad Hecub. v. 509. et Alcest. v. 393. et v. 557, &c. *Barnes.*

Stiblinus ex Hervag. vitium repetiit δόλιαι, ὥς γε. *Seidl.*

ΙΦ. Τί δ' ὁ στρατηγὸς, ὃν λέγουσ' εὐδαιμονεῖν;
ΟΡ. Τίς; οὐ γὰρ, ὅν γ' ἐγῷδα, τῶν εὐδαιμόνων.
ΙΦ. Ἀτρέως ἐλέγετο δή τις Ἀγαμέμνων ἄναξ.
ΟΡ. Οὐκ οἶδ'· ἄπελθε τοῦ λόγου τούτου, γύναι.
ΙΦ. Μὴ, πρὸς θεῶν, ἀλλ' εἴφ', ἵν' εὐφρανθῶ, ξένε.
ΟΡ. Τέθνηχ' ὁ τλήμων, πρὸς δ', ἀπώλεσέν τινα.
ΙΦ. Τέθνηκε; ποίᾳ ξυμφορᾷ; τάλαιν' ἐγώ.
ΟΡ. Τί δ' ἐστέναξας τοῦτο; μῶν προσῆκέ σοι;
ΙΦ. Τὸν ὄλβον αὐτοῦ τὸν πάροιθ' ἀναστένω.
ΟΡ. Δεινῶς γὰρ ἐκ γυναικὸς οἴχεται σφαγείς.

Iph. Quid vero dux, quem dicunt esse beatum?
Ore. Quisnam? Non enim *ille* saltem, quem ego novi, *est ex numero* beatorum.
Iph. Agamemnon rex quidam Atrei filius dicebatur.
Ore. Nihil scio: absiste ab hoc sermone, O mulier.
Iph. Nequaquam per deos, sed dic, ut exhilarer, O hospes.
Ore. Periit miser, et præterea perdidit quempiam.
Iph. Mortuus est? quo fato? heu me miseram!
Ore. Cur vero ingemuisti *propter* hoc? num ad te pertinebat?
Iph. Deploro priorem ejus fortunam.
Ore. Periit enim miserabiliter, interfectus a muliere.

544. ὃν λέγουσ' εὐδαιμονεῖν;] Vel, εὐδαίμονα: et λέγουσι dicitur pro ἔλεγον, ut τίκτει, v. 23. vid. ad v. 8. *Markl.*

ὃν λέγουσ' εὐδαιμονεῖν;] Markl. "vel εὐδαίμονα· et λέγουσι pro ἔλεγον." Alterum falsum, prius non necessarium. *Seidl.*

Leg. Τί δ' ὁ στρατηγὸς, τἄν (i. e. κατὰ τὰ ἐν) δόμοις εὐδαιμονεῖ? aut τὰκ λέχους, *circa conjugium*, aut *conjugem*; aut, servato ὃν λέγουσι, tamen εὐδαιμονεῖ legendum est. *Reisk.*

549. πρὸς δ' ἀπώλεσέν τινα.] Seipsum signat. *Barnes.*

553. Δεινὸς γάρ] Forte Δεινῶς vel Δεινῆς. prius maluit Portus, et Reiskius. confirmant omnes Codices. V. 555. scribi potest, μή μ' ἐρώτησης: sed non est opus. *Markl.*

Δεινῶς γὰρ ἐκ γυναικὸς οἴχεται σφαγείς.] Κεῖνος Piersonus Verisimilium I. 2. p. 20. *Por.*

Δεινῶς] Ita uterque MS. et P. Vulgo δεινός. *Musg.*

Δεινὸς γὰρ ἐκ γυναικὸς, etc.] Vel est ἀντιμερία, inquit Æmil. Portus, vel δεινῶς scribendum. Ego vero mallem δειλὸς legi; si per exemplaria liceret. *Barnes.*

Δεινῶς] Ita Codd. collati omnes, ut Portus voluerat aliique. Aldus δεινός, unde Piersonus κεῖνος.

Δεινῶς γὰρ ἐκ γυναικός, MS. Victor. *Seidl.*

Δεινὼς] Vidit etiam, saltim bene reddidit Italus, *modo acerbo et indigno*. *Reisk.*

554. θανών.] Ita jam Edd. recent. non dissentientibus MSS. Diserte confirmat P. Ed. Ald. κτανών. *Musg.*

θανὼν primus in margine Stiblinus. Vid. supra ad v. 487. *Seidl.*

555. ss. ΟΡ. Παῦσαί νυν ἤδη, μήδ' ἐρωτήσῃς πέρα. | ΙΦ. Τοσόνδε γ', εἰ ζῇ (Ald. ζῆ) τοῦ ταλαιπώρου δάμαρ. | ΟΡ. Οὐκ ἔστι. παῖς (Ald. πῶς) νιν, ὃν ἔτεχ', οὗτος ὤλεσεν. | ΙΦ. Ὦ συνταραχθεὶς οἶκος. ὡς τί δὴ θέλων; | ΟΡ. Πατρὸς θανόντος τήνδε τιμωρούμενος.] Plures versiculos appono, ut videat lector hoc τήνδε prorsus supervacaneum esse. Postulat tragici sermonis indoles, ni fallor, ut in ejus locum substituatur αἷμα vel aliquid ejusmodi. Ita noster supra v. 78. ἐπειδὴ πατρὸς αἷμ' ἐτισάμην, | μητέρα κατακτάς. Alc. 749. εἰ μή σ' ἀδελφῆς

ΙΦ. Ὦ πανδάκρυτος ἡ κτανοῦσα, χὠ θανών.
ΟΡ. Παῦσαί νυν ἤδη, μηδ᾽ ἐρωτήσῃς πέρα.
ΙΦ. Τοσόνδε γ᾽, εἰ ζῇ τοῦ ταλαιπώρου δάμαρ;
ΟΡ. Οὐκ ἔστι· παῖς νιν, ὃν ἔτεχ᾽, οὗτος ὤλεσεν.
ΙΦ. Ὦ ξυνταραχθεὶς οἶκος· ὡς τί δὴ θέλων;
ΟΡ. Πατρὸς θανόντος τήνδε τιμωρούμενος.
ΙΦ. Φεῦ. ὡς εὖ κακὸν δίκαιον εἰσεπράξατο.
ΟΡ. Ἀλλ᾽ οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, δίκαιος ὤν.
ΙΦ. Λείπει δ᾽ ἐν οἴκοις ἄλλον Ἀγαμέμνων γόνον;
ΟΡ. Λέλοιπεν Ἠλέκτραν γε, παρθένον μίαν.

Iph. O maxime deploranda quæ *illum* interfecit, et qui obiit!
Ore. Desine igitur jam, et ne interroges ulterius.
Iph. Adhuc tantum, an vivit illius miseri conjux?
Ore. Non est *amplius:* filius, quem genuit is, eam perdidit.
Iph. O confusa domus? Quid vero volens?
Ore. *Ob* patrem mortuum, ipsam ulciscens.
Iph. Eheu! Quam bene malum jus peregit.
Ore. Sed quamvis sit justus, *tamen* deos habet infensos.
Iph. Reliquitne domi aliam sobolem Agamemnon?
Ore. Reliquit Electram virginem unicam.

αἷμα τιμωρήσεται. Œneo III. *ἐγὼ δὲ πατρὸς αἷμ᾽ ἐτιμωρησάμην.* Cycl. 691. *εἰ μή σ᾽ ἑταίρων φόνον ἐτιμωρησάμην.* *Elmsl.*

557. *παῖς*] Ita diserte P. Sic etiam Edd. recent. non dissentientibus MSS. Ed. Ald. *πῶς*. *Musg.*

παῖς νιν, ὃν ἔτεχ᾽, οὗτος ὤλεσεν] Mallem equidem, *comma*, quod præcedit *οὗτος*, succedere, hoc modo: *παῖς νιν, ὃν ἔτεχ᾽ οὗτος,* &c. Quod vero *ἔτεκε* pro *ἐγέννησε* ponitur, vid. quæ nos ad Iphig. Aul. v. 639. *Barnes.*

παῖς] Hoc etiam, quod primum video in ed. Canteri et Porti, Musgravii libri confirmant. Ed. Ald. *πῶς*. In adjecto *οὗτος* fortasse allusio est, ipsum illum esse. Sic Nostr. Electr. 389. *ὅ τε παρὼν, ὅ τ᾽ οὐ παρών.*

Οὐκ ἔστι παῖς νιν, MS. Victor. *Seidl.*

Barn. male distinctionem poni vult post *οὗτος*. Vulgata constructio est elegantior. *Heath.*

558. Reisk. scribit *τί*. *Beck.*

560. s. ΙΦ. Φεῦ. | *ὡς εὖ κακὸν δίκαιον εἰσεπράξατο.* | ΟΡ. Ἀλλ᾽ οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, δίκαιος ὤν.] Etsi Clytæmnestræ cædes jure *κακὸν δίκαιον* appellari potest, vereor ut huic notioni conveniat media forma *εἰσεπράξατο*, quod cum *δίκαιον* conjunctum *pœnas sumere* significare videtur. Id certe significat *δίκην πράσσεσθαι* apud nostrum Phœn. 1665. *Οὐκ ἔννομον γὰρ τὴν δίκην πράσσεσθέ νιν.* Legendum suspicor *κακὴν*, ut sensus sit, *ὡς εὖ κακὴν οὖσαν αὐτὴν ἐτιμωρήσατο.* Noster Or. 498. *κακὴν γὰρ αὐτὴν ἐνδίκως ἡγούμενος, | αὐτὸς κακίων μητέρ᾽ ἐγένετο κτανών.* Malim etiam *ἐξεπράξατο*. *Ἐκπράσσειν* passim apud Euripidem legitur, *εἰσπράσσειν*, si Beckio fides habenda est, hoc solo loco. Similem errorem, *εἰσεγραψάμην* pro *ἐξεγραψάμην*, apud Sophoclem Trach. 1169. nemo, quod sciam, adhuc correxit. *Elmsl.*

561. *δίκαιος ὤν.*] Significare potest, *licet mereatur*, scil. *εὐτυχεῖν*. *Markl.*

Ἀλλ᾽ οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, i. e. sed, quod ad sortem ejus attinet, quam dii moderantur, non felix est.

δίκαιος ὤν.] Marklandus: "Significare potest, *licet mereatur*, scil. *εὐτυχεῖν*." Immo *licet justa ejus sit causa*. Ex Marklandi explicatione dicit Orestes, *se mereri, felicem esse*, ex nostra, *se mereri, non infelicem esse.* *Seidl.*

ΙΦ. Τί δὲ, σφαγείσης θυγατρός ἐστι τίς λόγος;
ΟΡ. Οὐδείς γε, πλὴν θανοῦσαν οὐχ ὁρᾷν φάος.
ΙΦ. Τάλαιν' ἐκείνη χὡ κτανὼν αὐτὴν πατήρ.
ΟΡ. Κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.
ΙΦ. Ὁ τοῦ θανόντος δ' ἔστι παῖς Ἄργει πατρός;
ΟΡ. Ἔστ', ἄθλιός γε, κοὐδαμοῦ, καὶ πανταχοῦ.

Iph. Quid vero, estne aliquis sermo de mactata filia?
Ore. Nullus alius, nisi eam mortuam non intueri lucem.
Iph. Miseram illam, et patrem, qui interfecit eam.
Ore. Malæ mulieris gratia periit sine gratia.
Iph. Interfecti vero patris filius estne Argis?
Ore. Ille miser est nunquam, et ubique.

563. Post λέλοιπεν cum Aldo comma omisi. *Seidl.*

567. χάριν ἄχαριν.] Oxon. χάρις ἄχαρις. Locutionem sæpe habet Æschylus. Vertunt, quasi legissent—χάριν, ἄχαρις ἀπώλετο· *Malæ mulieris gratia, sine gratia periit. Markl.*

Κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.] Nequeo mihi persuadere ab Euripide profectum esse senarium tam scabrum atque auribus ingratum. Non eum defendunt ii quos attulit Seidlerus ad v. 1388. λαβέσθε, κώπαις τε ῥόθια λευκαίνετε. Nullus enim eorum est, quorum tertius pes dactylus sit aut tribrachys. Licet non valde numerosus sit hujusmodi senarius, ἡ δ' ἀνεβόησεν, Ὦ δρομάδες ἐμαὶ κύνες, longe numerosior est quam, ἡ δ' ἀνεβόησεν, Ἴτε δρομάδες ἐμαὶ κύνες. Cujusmodi nullum præter hunc nostrum in tragicorum scriptis offendi. Musgravio placet ἀχάριτ', neutrum plurale adverbii loco. Equidem malim, Κακῆς γυναικὸς χάριν ἀχάριτον ὤλετο. Utramque mutationem, ἀχάριτον scilicet pro ἄχαριν, et ὤλετο pro ἀπώλετο, exemplis confirmare possum. Apud Euripidem Phœn. 1771. in plerisque libris legitur χάριν ἀχάριστον, in paucioribus χάριν ἄχαριν. Neutra lectio recte se habet. Postulat enim metrum ἀχάριτον. Verba χάριν ἀχάριτον dipodiam conficiunt trochaicam. Apud Æschylum Cho. 40. strophen inchoat senarius, Τοιάνδε χάριν ἄχαριν, ἀπότροπον κακῶν. cui respondet in antistropho, Σέβας δ' ἄμαχον, ἀδάματον (sic pro ἀδάμαντον recte Burneius), ἀπόλεμον τὸ πρίν. Repone in priore χάριν ἀχάριτον, et syllabam syllabæ respondentem habebis. Præter hæc tria loca, legendum videtur φόνι' ἀχάριτά θ' pro φόνια χάριτας apud Euripidem Hel. 176. Diversæ sunt ejusdem adjectivi formæ ἀχάριτος et ἀχάριστος, ut ἄγνωτος et ἄγνωστος, ἀδάματος et ἀδάμαστος, ἀθέμιτος et ἀθέμιστος, ἀκόρετος et ἀκόρεστος. Quod ad ἀπώλετο attinet, ejusdem erroris exemplum præbet Sophocles Œd. C. 547. καὶ γὰρ ἄλλους ἐφόνευσα καὶ ἀπώλεσα, | νόμῳ δὲ καθαρὸς ἄϊδρις εἰς τόδ' ἦλθον. Ita Aldus. Turnebus aliique ante Bothium, κἀπώλεσα. Recte Bothius, καὶ ὤλεσα. Nostro loco caussa erroris manifesta est. Scripsit Euripides, ut supra dixi, Κακῆς γυναικὸς χάριν ἀχάριτον ὤλετο. Librariorum culpa primo factum est χάριν ἄχαριν ὤλετο, deinde, ut versus omnes suos pedes integros haberet, χάριν ἄχαριν ἀπώλετο. Ita fere v. 336. cum semel σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι in σφάγι' ἔπεμπέ σοι corruptum est, non defuit qui scribendo σφάγι' ἐξέπεμπέ σοι versum claudicantem sanasse sibi videretur. *Elmsl.*

Legendum puto:

κακῆς γυναικὸς χάριν ἀχάριτ' ἀπώλετο.

ἀχάριτ', i. e. ἀχάριτα adverbialiter pro ἀχαρίτως. vid. v. 633.

Retineri potest χάριν ἄχαριν eodem fere sensu. Confer Æsch. Choëph. 40. ἄχαριν autem hanc χάριν fuisse dicit ob ingratitudinem Menelai, cujus gratia mactata est Iphigenia. *Musg.*

Χάριν ἄχαριν] Vid. Suppl. v. 32. *Barnes.*

Heath. per Κακὴν γυναῖκα cum Brodæo intelligit Helenam, non Clytæmnestram cum Barn. *Beck.*

χάριν ἄχαριν] Cod. Oxon. χάρις ἄχα-

ΙΦ. Ψευδεῖς ὄνειροι, χαίρετ'· οὐδὲν ἦτ' ἄρα.
ΟΡ. Οὔθ' οἱ σοφοί γε δαίμονες κεκλημένοι,
Πτηνῶν ὀνείρων εἰσὶν ἀψευδέστεροι.
Πολὺς ταραγμὸς ἔν τε τοῖς θείοις ἔνι,
Κἀν τοῖς βροτείοις. ἓν δὲ λυπεῖται μόνον,
Ὅτ' οὐκ ἄφρων ὢν, μάντεων πεισθεὶς λόγοις,

Iph. Falsa somnia valete, nihil enim estis:
Nec genii, qui vocantur sapientes,
Minus sunt mendaces levibus somniis.
Magna confusio est in rebus divinis,
Et humanis: una autem in re causa cadit,
Quod non stultus existens, vatum verbis adductus

ρις. Male. Nota est locutio, nec tamen ab omnibus intellecta. χάριν ἄχαριν nihil amplius significat quam *ob causam, quæ causa esse non debebat, quæ prava erat causa.* Errat igitur Musgravius, quum de ingratitudine Menelai cogitat. Ceterum κακὴν γυναῖκα de Helena intelligendum esse, vix fuit, quod moneretur. *Seidl.*

568. Recte in hoc et sequenti versu ἔστ' accentu notatur. Significat enim *vivit. Seidl.*

569. κοὐδαμοῦ, καὶ πανταχοῦ nihil aliud est, quam ubique terrarum errare cogitur. In initio versus post ἔστ' posui comma. *Seidl.*

570. Citat Plutarchus Tom. II. p. 75. E. Clemens Alex. Cohort. p. 80. *Por.*

Ψευδεῖς ὄνειροι—ἄρα.] Hunc versum cum quinque proximis Aldus adhuc Iphigeniæ tribuit. Sed Heathius recte Orestis esse vidit, neque dissentiunt Marklandus et Musgravius. In MSS. Orestis persona versui demum 573. πολὺς ταραγμὸς præfigitur. Pro οὔθ' Hermannus mavult οὐδ'. *Seidl.*

571. Οὔθ' οἱ σοφοί γε δαίμονες] Codd. A. B. præfigunt Ορε, seu personam Orestis, vocibus Πολὺς ταραγμὸς, (v. 573.) quæ ante hunc versum poni debuit. hæc enim verba non conveniunt nisi Oresti, cui non dubitavi ea restituere, antea Iphigeniæ absurde attributa, in hoc, et quinque sequentibus iambis. *Markl.*

Recte Heathius hunc et sequentes versus Oresti tribuit. Iphigenia enim nullam rationem habuit, cur deorum vaniloquentiam accusaret, Orestes contra, satis magnam. Male igitur MSS. personam Orestis non nisi v. 573. præfigunt. Sed et ii melius, quam Vulgatæ. *Musg.*

Respiciunt hi versus oraculum Apollinis Oresti datum; propterea non tribui possunt Iphigeniæ, quæ, Aulide proficiscens, reliquerat Orestem infantulum adhuc, neque adeo familiæ suæ fata nosse poterat. *Heath.*

573. θεοῖς] Barnesius θείοις, sed nihil necesse est.

θείοις] Barnesii emendatio est, male olim a me suspecta. Ed. Ald. et MSS. θεοῖς. *Musg.*

ἔν τε τοῖς θείοις ἔνι] Ita lego pro θεοῖς, quod prius obtinuit, quia βροτείοις, quod sequitur, hanc lectionem necessariam facit. Præterea Codex Heinsio-Scaligerianus θείοις habet in margine. Ἔνι autem pro ἔνεστι. *Barnes.*

574. ἓν δὲ λείπεται μόνον,] B. C. et Oxon. λυπεῖται. Bene. scil. Orestes λυπεῖται καθ' ἓν μόνον, *hac una re,* quod inductus fuit oraculo Apollinis, ut faceret quæ fecit. nam per μάντεων intelligit Apollinem, ut et v. 571. οἱ σοφοὶ δαίμονες καλούμενοι. Eandem querelam queritur v. 77. et v. 712. *Markl.*

λείπεται] MS. G. et P. λυπεῖται. Dolebat haud dubie Orestem, quod fidem vatibus ipse, meliora doctus, habuerit; sed hoc unum ei dolori fuisse merito aliquis miretur. Malim igitur: ἐνὶ δὲ λείπεται μόνον, *unam duntaxat ob rem causa cadit.*

574. ss. De hujus loci scriptura et inter-

Ὄλωλεν, ὡς ὄλωλε τοῖσιν εἰδόσιν.
ΧΟ. Φεῦ, φεῦ. τί δ' ἡμεῖς, οἵ τ' ἐμοὶ γεννήτορες,
Ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί; τίς φράσειεν ἄν;

Perierit, quomodo periit, conscientia.
Cho. Heu, heu! quid vero nos, et nostri parentes,
Num sunt, an non sunt? quis queat dicere?

pretatione anceps et subtile est judicium. MSS. lectiones λείπεται et λυπεῖται contrarios fere sensus præbent; utraque tamen probabilem, Lectori certe non admodum attento. Si λείπεται, reliquis manentibus, retinemus, sententia erit: Oresti hoc unum in malis solatii relictum fuisse, quod non propria imprudentia, sed vatum monitis obtemperando, seipsum perdidisset. Contra si λυπεῖται recipimus, dicet Orestes, hoc unum se dolere, quod non desipiens ipse, vatum tamen monitis obtemperans, perierit. Verum utique est, quod monet Epictetus, unamquamque rem duas ansas habere. Potuit enim Oresti non ineptam solatii materiem præbere, quod facinus illætabile vatum potius consilio, quam suo, aggressus esset; potuit doloris, quod etiam vatum. Pariterque, licet Orestes in cognomine fabula parricidium suum Apollinis auctoritate tueatur, non tamen nullam hic speciem habuerit ἑνὶ δὲ λείπεται μόνον, *ob hanc unam rem causa cadit.* Fac enim ita locutum esse Orestem: non ideo se damnaverit, quod oraculo paruerit, sed quod tali oraculo, ipse a natura meliora edoctus.

Inter has tam diversas sententias arbitrium ferre supersedeo, quia, nisi admodum fallor, omnes communi quodam vitio tenentur. Dixerat commate præcedenti Orestes:

Πολὺς ταραγμὸς ἔν τε τοῖς θείοις ἔνι
Κἂν τοῖς βροτείοις ——

Vides, ut opinor, satis acerbum de rebus divinis humanisque effatum. Placetne igitur, talem gnomen, nullo argumento munitam, ne exemplo quidem hujus confusionis adjecto, nude, ut rem agnitam omnibus atque intellectam, proponi? Non solet, si bene memini, δογματίζειν Euripides; fidem sibi, ut sapientiæ magistro, haberi non postulat; semper, quod affirmat, rationibus adstruit. Argumentum, quod manifesto hic mancum atque mutilum est, sic fortasse absolverat:

— ἓν δὲ λείπεται, πόνος·
Ὅτ' οὐκ ἄφρων ὤν, μάντεων πεισθεὶς λόγοις,
Ὄλωλεν, ὡς ὄλωλε —

i. e. *Nihil certi mortalibus relinquitur, nisi ægritudo: quandoquidem non inops mentis, vatum monitis obtemperans, periit, ut periit.* Magnum utique confusionis argumentum est, quod et vates, qui se ex

Incertis certos, compotesque consili,

Ennius apud Cic. de Orat. Lib. I. Consultatores suos dimittere profitentur, non semper utilia suadere, Orestis exemplo, deprehensi sint.

Sequitur τοῖς εἰδόσι, quod duobus se exemplis tuetur. Noster Rheso, 976.

— σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν θεός.

Aristoph. Nub. 1243.

Καὶ Ζεὺς γελοῖος ὀμνύμενος τοῖς εἰδόσι.

Verum his in locis vim locutionis, si excutere velimus, hujusmodi esse reperiemus: σεμνὸς (vel γελοῖος) μόνοις τοῖς εἰδόσι, et per consequens est τοῖς οὐκ εἰδόσιν οὐ σεμνός, vel οὐ γελοῖος. Jam, phrasis τοῖς εἰδόσιν recte cum adjectivis conjungatur, rem in opinione hominum positam significantibus, cujusmodi est τὸ σεμνὸν, et τὸ γελοῖον. Quod enim nonnullis σεμνὸν audit, aliis γελοῖον esse potest. At adjectivum, verbumve, rem certam atque immutabilem indicans, nullo modo talem phrasin adjungi sibi patitur: verbi gratia, non ferendus esset, qui diceret, Solem τοῖς εἰδόσιν oriri, Xerxem τοῖς εἰδόσιν Hellespontum trajecisse, Cæsarem τοῖς εἰδόσιν interfectum esse. Hoc ipsum ad locum, de quo agitur, transferamus. Nisi fieri potuit, ut Orestes aliis calamitosus, aliis contra non calamitosus fuerit, ineptum est dicere, eum τοῖς εἰδόσιν ὀλωλέναι, quod tantundem est, ac si dicas, eum τοῖς οὐκ εἰδόσιν οὐκ ὀλωλέναι. An igitur, qui exsulabat e patria, Furiarumque species animo fere semper videbat, nihil mali, nisi

ΙΦ. Ἀκούσατ᾽· εἰς γὰρ δή τιν᾽ ἥκομεν λόγον,
Ὑμῖν τ᾽ ὄνησιν, ὦ ξένοι, σπεύδουσ᾽ ἅμα,
Κἀμοί· τὸ δ᾽ εὖ μάλιστά γ᾽ ὧδε γίγνεται,

Iph. Audite. Jam enim in quoddam venio consilium,
Vobis utilitatem, O hospites, meditans, simul
Et mihi: bene tunc maxime se habet,

τοῖς εἰδόσι, *apud scientes*, patiebatur? Non ergo vera erant mala, sed, quantum intelligo, ex aliorum scientia pendebant. Vides, opinor, hanc phrasin, si accurate eventiletur, nihil sanum, aut quod intelligi queat, præbere. Melius aliquanto esset, quod in notis proposui, τῷ συνειδότι: quanquam ne sic quidem vitio caret argumentum. Non enim res divinæ turbis et confusione plenæ sunt, continuo si oraculo aliquis obtemperans, conscientiæ postea stimulos sensit: at tum demum, si divinitus immissis terroribus ob facinus deorum monitu patratum agitur. Nihil igitur in loco sic scripto desideres:

Ολωλεν, ὡς ὄλωλε τοῖσι ΔΕΙΜΑΣΙ.

Confer Orest. 38. 306. et 525. *Musg.*

λυπεῖται] Ita cum tribus libris Marklandus. Aldus λείπεται. Utramque lectionem probabilem, etsi contrarium, sensum præbere putat Musgravius. "Si λείπεται, inquit, retinemus, sententia erit: Oresti hoc unum in malis solatii relictum fuisse, quod non propria imprudentia, sed vatum monitis obtemperando, se ipsum perdidisset. Contra si λυπεῖται recipimus, dicet Orestes, hoc unum se dolere, quod non desipiens ipse, vatum tamen monitis obtemperans, perierit." Mihi prior ratio a loci nexu videtur aliena. Manifesto enim Orestes vatibus ob fraudem, in quam eum adduxerant, irascitur. Quale igitur hoc solatium, quod non sua imprudentia perierit, sed a vatibus se decipi passus sit. Deinde hoc si voluisset poëta, scripsisset ἀλλὰ μάντεων sive μάντεων δέ. Recepi igitur λυπεῖται. Dicit hoc: Ob hoc unum autem dolet, quod, quum non imprudens esset, i. e. quum rem, qualis erat, perspicere potuisset, vatibus obtemperans tali modo perierit, quemadmodum sciunt ii, qui sciunt.

λυπεῖται μόνον, MS. Victor. *Seidl.*

λείπεται, *hoc unum reliquum est*, scil. vel solatii, vel excusationis, *quando homo, non exsors prudentiæ, vatum sermonibus obsecutus periit, quod periit auctoribus sapientibus* vel *peritis*. Sic θεοῖς Soph. Aj. 985. θεοῖς *auctoribus* diis, add. ibid. 1148. Eur. Bacch. 1119. — *Heath.*

575. Μάντεων πεισθεὶς λόγοις] De Oreste hæc loquitur, et videtur, quod Iphigenia omnem suæ familiæ historiam prius audierat, quod ex aliis hujus Fabulæ locis colligo, et ex sex retro versiculis; præsertim quia nihil in hac narratione ab Oreste sit dictum, quod matrem Apollinis persuasu motus interfecerit. Hunc autem locum illustrat Orestæ Fabulæ initium. *Barnes.*

576. τοῖσιν εἰδόσι.] An legendum τῷ συνειδότι. Orest. v. 389, 90.

τίς σ᾽ ἀπόλλυσιν νόσος;

ΟΡ. ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δειν᾽ εἰργασμένος.

Musg.

Hardion. corrigit, ὡς ὄλωλα. *Beck.*

Ὄλωλεν, ὡς ὄλωλε] *Periit, ut periit*, i. e. tali (tam indigno) modo periit, quo periit. Certam enim suam perniciem Orestes putat, ut jam de se, tanquam de mortuo, loquatur. Pessime explicant interpretes.

τοῖσιν εἰδόσιν·] Apud eos, qui sciunt, i. e. totam rationem infortunii mei norunt. Se ipsum designat et Pyladem. Male vertunt: *nam periit, sicut existimant illi, qui norunt*, vel, *si credendum est iis, qui mortem ejus norunt. Seidl.*

577. s. Constructio sic expedienda: Ὅτι ὅστις (sic enim leg. puto pro ὡς) ὄλωλε πεισθεὶς μάντεων λόγοις, ὄλωλεν οὐκ ἄφρων τοῖς εἰδόσιν — *penes sapientes, penes eos, qui consiliorum et fortunarum ejus rationes norint, non insipiens pereat*; i. e. quod laudetur, qui ex consilio vatum susceptis in rebus perit, cum alias stultitiæ tribuatur malus exitus, si quis sponte sua pericula adit. *Reisk.*

578. Aldus Ἀῤῥ εἰσίν.

Ἆρ᾽ εἰσὶν; MS. Victor. *Seidl.*

580. σπουδαῖς ἅμα. Κἀμοὶ τόδ᾽ εὖ μάλιστα.] Ex sensu et scripturæ vestigiis legenda forte et distinguenda hæc, jam prorsus non intelligibilia: Ἀκούσατ᾽· εἰς γὰρ δή τιν᾽ ἥκομεν λόγον, Ὑμῖν τ᾽ ὄνησιν, ὦ

Εἰ πᾶσι ταυτὸ πρᾶγμ' ἀρεσκόντως ἔχει.
Θέλεις, ἂν εἰ σώσαιμί σ', ἀγγεῖλαί τί μοι,
Πρὸς Ἄργος ἐλθὼν, τοῖς ἐμοῖς ἐκεῖ φίλοις,
Δέλτον τ' ἐνεγκεῖν, ἥν τις οἰκτείρας ἐμὲ

Quando omnibus eadem res placuerit.
Visne, si te servavero, nunciare aliquid, *meo nomine*,
Argos profectus, meis amicis illic *degentibus*,
Et *illis* ferre literas, quas quidam, me miseratus,

ξένοι, ταύταις θ' ἅμα, Κἀμοί. Τὸ δ' εὖ μάλιστα, &c. λόγον est *rem*, ut v. 754. et sæpe. ὄνησιν appositivum est ad λόγον. ταύταις *his*, scil. Choro. Τὸ δ' εὖ, *Quod autem rectum est:* est gnome universalis. Codd. Par. B. C. σπουδ^αῖς^~ης~. Oxon. σπουδῆς ἅμα Καί μοι. quod confirmat meam distinctionem. Virorum doctorum conjectura σπουδάσομεν, pro σπουδαῖς ἅμα, a metro prohibetur. V. 582. pro ἔχοι, Codd. A. C. ἔχει. recte, ut τυγχάνει, v. 474. pro τυγχάνοι. *Markl.*

Ion. 1250. Sophocl. Electr. 250. *Por.* σπεύδουσ'] Musgr. laud. a R. P. Suppl. Præf. ad Hecub. p. clxxviii. *Burn.*

σπουδαῖς ἅμα,] MS. G. et P. σπουδῆς, superscripto tamen σπουδαῖς. Legendum omnino σπεύδουσ' ἅμα, ut sit transitio a plurali numero ad singularem, ut supra v. 350. Cyclop. 471. Herc. Fur. 854. Nisi malis ἱκόμην legere pro ἥκομεν. *Musg.*

σπουδαῖς ἅμα,] Canterus legit σπουδάσομεν, probabiliter sane, et illam lectionem a Scaligeri manu probatam video; potest tamen, ut nunc legitur, commode capi; ut ex interpretatione Brodæi, quam in Latina versione posui, videatur. *Barnes.*

σπεύδουσ'] Præclaram hanc Musgravii emendationem jure dicit Porsonus Præf. ad Hec. p. clxxviii. Aldus σπουδαῖς ἅμα. Canterus male conjecerat σπουδάσομεν.

σπουδοῖς, MS. Victor. suprascripto αῖς. Noli prætervidere, lectionem σπουδοῖς ad receptam Musgravii conjecturam proxime accedere. *Seidl.*

Canteri emendatio σπουδάσομεν repugnat metro. *Heath.*

Aut leg. ὑμᾶς δ' ὀνήσοντ' (ὀνήσοντα,) ὦ ξένοι, καὶ τάσδ' ἅμα (vel χ' ἡμᾶς ἅμα,) *deliberationem, quæ et vobis et nobis prosit*, aut videtur potius præcedens versus periisse, in quo fuerit φέροντα, *ferentem*, unde pendeat ὑμῖν ὄνησιν. *Reisk.*

581. Reisk. conjicit κἀμοὶ τόδ' ἐς τὰ μάλιστα. *Beck.*

οὕτω.] Porsonus Præf. ad Hecub. p. clxxviii. corrigit ὧδε. Vere fortasse. Nolui tamen textum mutare, quod horum numerorum ratio nondum ab omni parte illustrata videtur. *Seidl.*

582. ἔχοι. MS. G. et P. ἔχει. *Musg.*

ἔχει.] Ita Marklandus ex duobus libris. Ald. ἔχοι. Paulo ante Porsonus citat ταὐτὸ, quum tamen ipse alias ediderit ταὐτὸν, veluti Hec. 295.

ἀρεσκόντως ἔχει, MS. Victor. *Seidl.*

583. Θέλεις ἂν εἰ σώσαιμί σ'.] Mallem, "Θέλοις ἄν. *Portus.*" Non opus. Tho. Magister. V. Εἰ: εἰ δὲ τῷ ΑΝ τὸ ΕΙ προστεθείη, μετὰ ΕΥΚΤΙΚΟΥ καὶ Ὁριστικοῦ ἐκφέρεται. Exempla ubique sunt. voces ἂν εἰ pertinent ad σώσαιμι, non ad Θέλεις: post quam igitur distinxi. Cum indicativo Aristoph. Ecclez. 750. quem locum optime explicat doctiss. Kusterus. *Markl.*

Θέλοις ἂν, εἰ σώσ.] Æm. Porto, qui sic corrigit, jure accedit Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 787. — Aldus θέλεις ἂν εἰ σ. — Male Marklandus θέλεις, ἂν εἰ σ. Vid. Schaef. l. l. *Seidl.*

586. Iphigenia quas literas Pyladi traditura est, eas captivum quendam olim scripsisse ait:

— οὐχὶ τὴν ἐμὴν
φονέα νομίζων χεῖρα, τοῦ νόμου θ' ὕπο
Θνήσκειν γε τῆς θεοῦ ταῦτα δίκαι' ἡγουμένης.
οὐδένα γὰρ εἶχον ὅστις ἀγγεῖλαι μόλων
εἰς Ἄργος αὖτις τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς
πέμψειε. —

Hic locus non uno mendo inquinatus est. Sensum tamen fere hunc eruere licet, captivum illum, qui literas Iphigeniæ scripserat, ab ea, secundum sancitam in his regionibus legem, immolatum esse. v. 587. legendum suspicor

Ἔγραψεν αἰχμάλωτος, οὐχὶ τὴν ἐμὴν
Φονέα νομίζων χεῖρα, τοῦ νόμου δ' ὕπο
Θνήσκειν γε, τῆς θεοῦ τάδε δίκαι' ἡγουμένης;
Οὐδένα γὰρ εἶχον, ὅς τις ἀγγεῖλαι, μολὼν

Captivus scripsit, meam non
Existimans manum *esse* homicidialem, sed a lege
Mori se, dea hæc justa postulante.
Nullum enim habui, qui, Argis huc profectus,

— τοῦ νόμου δ' ὑπὸ
θνήσκων γε, τῆς θεοῦ ταῦτα δίκαι' ἡγουμένης.

Reiskio placebat: θνήσκειν ἅτε τῆς. quæ ratio ut per se admodum dura ita propter anapæstum in secunda sede minime admittenda est. Sed hæc non curabat vir alioqui sagacissimus. Proxima sic tentavimus:

Οὐδένα γὰρ εἶχον ὅστις ἄγγελος μόλων
εἰς Ἄργος αὖτις τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς
πέμψειε.

Jungam αυτις μόλων pro πάλιν. *Nemo fuit, qui, Argos rediens, literas meas eo perferret.* v. 594. jam diu est quod emendaveram

σώθητ' ἐκεῖσε, μισθὸν οὐκ αἰσχρὸν λαβών.

idem placuisse Musgravio non sine voluptate vidi. Id quod facere nobis reliquit, exemplis conjecturam ejus fulciamus. v. 1069.

σωθεῖσα δ' ὡς ἂν καὶ σὺ κοινωνῇς τύχης
σώσω σ' ἐς Ἕλλαδ' —

Sophocl. in Phil. v. 310. ἐκεῖνο δ' οὐδεὶς ἡνίκ' ἂν μνησθῶ, θέλει

σῶσαί μ' ἐς οἴκους. *Jacobs.*

Mirum, quare Iph. dicat, se non ipsam suas exarasse litteras; forte quia labor tædio plenus et servilis erat, litteras ligno insculpere. Sæpe etiam in hac fabula sibi repugnat Iphig. ut in eo, quod modo affirmat, Græcos a se mactatos esse, modo negat. *Reisk.*

588. ταῦτα δίκαι' ἡγουμένης;] Forte, τάδε δίκαι'. Phœniss. 1254. τάδε — ὡς δίκαι' ἡγούμενοι. Pro Θνήσκειν γε legi potest σφε, i. e. ἕ, *se*. Piersonus quoque Verisim. p. 65. legit τάδε, vel potius delet ταῦτα. Ego puto scriptum fuisse ταυτα/ταδε δίκαι' αἰτουμένης, et δίκαια esse substantivum *justa, ritus: Dea poscente hæc justa,* hos ritus: ex sensu. *Markl.*

ταῦτα δίκαι'.] Piersonus, ut vitetur anapæstus, τάδε δίκαι'. *Musg.*

Reisk. emendat: θνήσκειν ἅτε τῆς θεοῦ. *Beck.*

τάδε] Ita Pierson. Veris. p. 65. et Marklandus. Vulgo ταῦτα. — Paulo ante pro γε legi posse Marklandus monet σφε. Sed hoc pronomen facile intelligitur. Neque otiosum est γε. Sensus: putans mori se propter legem quidem, non autem per me. *Seidl.*

589. ἀγγεῖλαι,] Probo Marklandi optativum ἀγγείλαι, subintellecto τι, e v. superiore, 583. Sed in v. 590. legerim τὰς ἐμάς τ' ἐπ. Verbum πέμπειν non modo *mittere*, verum etiam *ducere, ferre* denotat: ut nihil opus sit mutatione αὐτὸς pro αὖτις. *Maltb.*

ὅστις ἀγγεῖλαι μολὼν] Legendum, ni fallor, ὅστις Ἀργόθεν μολών. Nam id vel maxime Iphigeniam impulisse videtur, ut epistolam Oresti confideret. vid. infra v. 593. *Musg.*

ὅστις ἀγγεῖλαι μολῶν Εἰς Ἄργος] Non video, cur Æmil. Portus de δύναιτο subaudito crepet, et ἀνακολουθίαν clamet, et καὶ deesse ante ἐπιστολὰς asserat, cum, si ἀγγεῖλαι regatur a μολὼν, satis pacifice res gerantur in hoc loco; ἀγγεῖλαι μολὼν pro ὡς ἀγγέλλῃ. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ὅστις ἂν κοῖλον μολὼν εἰς Ἄργος αὐτὸς τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς. *Beck.*

ἀγγείλαι] Ita correxerunt vulgatam ἀγγεῖλαι Æmilius Portus et Marklandus. Ne duplici mutatione opus sit, scribi etiam possit ἀγγείλας et proximo versu retineri τὰς ἐμάς. Quod interpretor sic: qui quum mihi nuntii aliquid attulisset, ad Argos reversus meas litteras perferret. *Seidl.*

590. αὖτις, τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς.] Videtur aliquid deesse constructioni et sensui,

Εἰς Ἄργος αὖτις, τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς
Πέμψειε σωθεὶς τῶν ἐμῶν φίλων τινί.
Σὺ δ', εἶ γὰρ, ὡς ἔοικας, οὔτε δυσγενὴς,
Καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα, χοὓς κἀγὼ θέλω,
Σώθητι, καὶ σὺ μισθὸν οὐκ αἰσχρὸν λαβὼν,
Κούφων ἕκατι γραμμάτων, σωτηρίαν·
Οὗτος δ', ἐπείπερ πόλις ἀναγκάζει τάδε,
Θεᾷ γενέσθω θῦμα, χωρισθεὶς σέθεν.

Argos iterum meas literas
Mitteret servatus meorum amicorum alicui.
Tu igitur, es enim, ut videris, generosus,
Et Mycenas novisti, et quos ego volo,
Serveris, mercedem non contemnendam accipiens,
Propter leves literas, salutem.
Iste vero, siquidem civitas hoc cogit,
Deæ fiat hostia, sejunctus a te.

qui hic esse debuit: *Neminem enim hucusque habui, qui servatus, ad Argos perferret, aut mitteret, mea mandata ad Amicos.* hoc est, Οὐδένα γὰρ εἶχον, ὅστις ἀγγείλαι, μολὼν Εἰς Ἄργος αὖτις, τὰς ἐμὰς ἢ 'πιστολὰς Πέμψειε σωθεὶς, &c. Portus quoque defectum notaverat. Pro αὖτις legi posset αὐτὸς, cui (αὐτὸς μολὼν) opponeretur ἢ πέμψειε: *aut ipse perferret, aut per alium mitteret.* Pro τινὶ, Cod. B. τινος. *Markl.*

Cum Schaefero dedi αὖθις pro vulgata αὖτις. Vid. supra ad v. 328. Deinde vulg. τὰς ἐμάς. *Seidl.*

592. δυσγενὴς,] Ita uterque MS. et P. Vulgo δυσμενής. *Musg.*

δυσγενὴς etiam Prev. scribi jubet. *Beck.*

δυσγενὴς] Ita Codd. MSS. omnes, quod jure recepit Musgravius. Aldus δυσμενὴς, quæ lectio non una de causa deterior est.

οὔτε δυσγενὴς, MS. Victor. *Seidl.*

593. χοὓς κἀγὼ θέλω,] Lego, χοὓς ἐγὼ θέλω. nam κἀγὼ, *ego quoque*, nimium videtur. Heraclid. 791. εἴ μοι ζῶσιν, οὓς ἐγὼ θέλω. Versu præcedenti pro δυσμενὴς Codd. omnes δυσγενὴς, solenni mutatione. vide tamen Tho. Magistrum V. Ἐχθρός. *Markl.*

Ed. Ald. ἦσθα, sed cum recentioribus facit P. nec dissentiunt MSS. Pro κἀγὼ Marklandus ἐγώ. Addo et φιλῶ legendum esse pro θέλω. *Musg.*

χοὓς κἀγὼ θέλω, i. e. *quos eosdem volo.* Minus caute Marklandus χοὓς ἐγὼ θέλω. Nihil hoc particulæ usu frequentius. Afferam exempla aliquot ex una Sophoclis fabula, Œdip. Col. v. 53. ὅσ' οἶδα κἀγὼ, πάντ' ἐπιστήσει κλύων, v. 77 αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης, coll. v. 185. (ubi vid. Schol.) v. 276. ὥσπερ με κἀνεστήσαθ', ὧδε σώσατε, v. 870. ἥλιος δοίη βίον τοιοῦτον, οἷον κἀμὲ, γηρᾶναί ποτε. Vid. Weisk. de Pleonasm. Gr. p. 185. Non magis probanda Musgravii conjectura φιλῶ pro θέλω. — Pro οἶσθα Aldus ἦσθα.

Μυκήνας οἶσθαι, MS. Victor. *Seidl.*

594. Σώθητι καὶ σὺ, μισθόν] Conjeceram, καὶ ζῆ, *et vive*: ut v. 700. Ἀλλ' ἕρπε, καὶ ζῆ, *Sed abi, et vive.* et sic Canterus. Ζῆ pro ζῆθι, Suidas. Sophocles Antig. 1183. Reiskius, καὶ σοῦ, i. e. σόου, *vive et evade.* est, inquit, imperat. passivus vel medius verbi σοῦσθαι. Hesych. Σοῦ· ἴε, τρέχε, ὅρμα. *Markl.*

καὶ σὺ] Canterus καὶ ζῆ. Malim σώθητ' ἐκεῖσε. vid. Phœn. v. 737. Sic τῆς οἴκαδε σωτηρίας apud Platonem in Epist.

οὐκ αἰσχρὸν] Annon præstiterit οὐκ ἰσχνόν.

μισθὸν οὐκ αἰσχρόν] Hoc manifesto per μείωσιν dictum est, adeoque extra figuram significat *mercedem honestissimam.* At qualis, obsecro, honestas erat, mortem effugere? Legendum scilicet: μισθὸν οὐ γλίσχρον, *mercedem non parvam*, vel *parcam.* Sic Philo Jud. γλίσχρων ἕνεκα κερδῶν, p. 288. Ed. Turn. *Musg.*

ΟΡ. Καλῶς ἔλεξας τἄλλα, πλὴν ἕν, ὦ ξένη·
Τὸ γὰρ σφαγῆναι τόνδ', ἐμοὶ βάρος μέγα.
Ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τὰς ξυμφορὰς,
Οὗτος δὲ συμπλεῖ τῶν ἐμῶν μόχθων χάριν.
Οὔκουν δίκαιον ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ τοῦδ' ἐμὲ
Χάριν τίθεσθαι, καὐτὸν ἐκδῦναι κακῶν.
Ἀλλ' ὡς γενέσθω· τῷδε μὲν δέλτον δίδου,
Πέμψει γὰρ Ἄργος, ὥστέ σοι καλῶς ἔχειν·

Ore. Recte dixisti cætera, præter hoc unum, O hospita:
Nam istum interfici *esset* mihi valde gravis dolor.
Ego enim sum gubernator navis harum calamitatum,
Iste vero una navigat propter meos labores.
Non igitur justum *est* me cum hujus nece
Tibi præstare officium, et me ipsum eripere ex malis.
Sed sic fiat. Huic quidem trade literas:
Nam *eas* Argos mittet, ut tuæ res recte habeant:

Σώθητι καὶ σὺ] Ingeniose, ut solet, Canterus pro *καὶ σὺ* legit *καὶ ζῆ*, *et vive;* ut et infra, v. 700. Ἀλλ' *ἕρπε καὶ ζῆ, καὶ δόμους οἴκει πατρός.* Potest tamen *σὺ* etiam hic legi, licet *σὺ* quoque præcessit, quare textum intactum relinquo. *Barnes.*

Reisk. conjicit: *σ. καὶ σοῦ*, i. e. *σόου*, *vive et evade*, abi cum vita. Hes. *Σοῦ· ἴε, τρέχε, ὅρμα.* imper. pass. vel. med. verbi *σοῦσθαι.* *Beck.*

καὶ σὺ] Offenderunt hæ voces interpretes, quorum Canterus et Marklandus legi volunt *καὶ ζῆ*, Reiskius *καὶ σοῦ*, *et abi*, Musgravius et Jacobsius *σώθητ' ἐκεῖσε.* Mihi sana videtur vulgata. Respicit Iphigenia ad suppressam sententiam, se hospiti, si litteras suas perferat, gratias esse debituram. Sensus igitur est: qua ratione (ut ego tibi, ita) tu quoque mihi aliquid debebis. Utrique enim et sibi et hospiti rem commodo fore, paulo ante significaverat. *Seidl.*

598. *τἄλλα,*] Aldus *τἆλλα.* *Seidl.*

599. *τόνδε μοι, βάρος μέγα.*] Lucianus in Amor. p. 907. legit et distinguit, *Τὸ γὰρ σφαγῆναι τόνδ', ἐμοὶ βάρος μέγα.* *Markl.*

Τὸ γὰρ σφαγῆναι τόνδε, μοι βάρος μέγα.] Leg. *τόνδ' ἐμοὶ*, et v. 609. *ἤ 'μὲ* pro *ἤ με.* *Por.*

Lucianus *τόνδ', ἐμοὶ* Amor. p. 907. (v. p. 311. Bip.) *Seidl.*

600. *Ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τ. σ.*] Ego sum is, qui secum affert mala, i. e. ego sum causa harum calamitatum. *Seidl.*

Forte, *εἰμ' ἔγ' ὡς τὰς συμφορὰς*, *ego sum ille, qui hunc conjecit in has calamitates.* *ὡς* pro *ἐς* cf. v. 607. *Reisk.*

602. *Οὐκοῦν δίκαιον*, MS. Victor. Bene, modo distractis vocibus scribatur *οὐκ οὖν.* *Seidl.*

603. *καὐτὸν*, i. e. *καὶ ἐμαυτόν.* *Seidl.*

Χάριν τίθεσθαι pro *χ. διατίθεσθαι*, *beneficium hoc indultæ libertatis et vitæ me adhibere ad hunc perdendum.* *Reisk.*

604. *Ἀλλ' ὡς γενέσθαι· τῷδε*] Codd. omnes *γενεσθω.* scribendum quoque *ὧς*, *sic.* *Markl.*

γενέσθαι·] Uterque MS. et P. *γενέσθω.* vid. Hecub. v. 876. Troad. v. 728. *Musg.*

Ἀλλ' ὧς γενέσθαι·] Æmil. Portus ait — *Ἰωνικῶς ἀντὶ τοῦ γενέσθω.* Sed rem non assequitur: Dicit enim Orestes supra, *Οὐ δίκαιον εἶναι*, caput harum calamitatum evadere, et participem leto opprimi; sed ita fieri potius justum est, *Ἀλλ' ὧς γενέσθαι*, subaudi *δίκαιον*, quod præcessit. *Barnes.*

Brunckius ad Hec. 868. miratur, cur Musgr. bonam lectionem ab omnibus codd. et a Marklando receptam, (*Ἀλλ' ὧς γενέσθω· τῷδε* —) repudiaverit. *Beck.*

ὧς γένεσθω·] *Γενέσθω* MSS. omnes. Aldus *ὡς γενέσθαι.* Vid. Porson. ad Eur. Hec. 882. coll. Brunck. ad eundem l.

Ἀλλ' ὡς γενέσθω, MS. Victor. *Seidl.*

Ἡμᾶς δ' ὁ χρῄζων κτεινέτω. Τὰ τῶν φίλων
Αἴσχιστον ὅστις καταβαλὼν εἰς ξυμφορὰς,
Αὐτὸς σέσωσται. τυγχάνει δ' ὅδ' ὢν φίλος,
Ὃν οὐδὲν ἧσσον, ἤ με, φῶς ὁρᾷν θέλω.
ΙΦ. Ὦ λῆμ' ἄριστον, ὡς ἀπ' εὐγενοῦς τινος
Ῥίζης πέφυκας, τοῖς φίλοις τ' ὀρθῶς φίλος.
Τοιοῦτος εἴη τῶν ἐμῶν ὁμοσπόρων
Ὅσπερ λέλειπται· καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ, ξένοι,
Ἀνάδελφός εἰμι, πλὴν ὅσ' οὐχ ὁρῶσά νιν.
Ἐπεὶ δὲ βούλει ταῦτα, τόνδε πέμψομεν
Δέλτον φέροντα, σὺ δὲ θανεῖ· πολλὴ δέ τις

Nos vero, quicunque vult, interficiat. Amicos *enim*
Quisquis in calamitatem conjiciens,
Ipse servetur, turpissimum *est*. Hic autem est *mihi* amicus,
Quem non minus volo vivere quam me *ipsum*.
Iph. O indolem præstantem! Ut ex generosa aliqua
Radice ortus es, amicisque verus amicus.
Talis utinam sit meorum consanguineorum *is*,
Qui relictus est: nam ne ego quidem, O hospites,
Sine fratre sum; nisi quod eum *nunc* non video.
Postquam vero hoc vis, hunc mittemus,
Qui perferat literas, tu vero morieris: quoddam enim magnum

605. Πέμψει γὰρ Ἄργος,] Lucianus ibid. citat πέμψω. non male. vide v. 701. *Markl.*

Πέμψει] Lucianus l. l. πέμψω, quod non displicuit Marklando ob versum 701. Is tamen locus nihil probat. Magis huc pertinet paulo post v. 615. Sed cf. supra v. 590. sq. *Seidl.*

607. Αἴσχιστον ὅστις] Vid. Schaef. ad Eur. Phœniss. 519. *Seidl.*

Ad αἴσχιστον subaudi χρῆμα, ut constructio sit: αἴσχιστον χρῆμα, ὅστις καταβαλὼν τὰ τῶν φίλων, etc. *Reisk.*

608. Αὐτὸς σέσωται, MS. Victor. *Seidl.*

609. Aldus ἤ με. *Seidl.*

611. ὀρθὸς φίλος.] Oxon. ὀρθῶς et Par. B. C. ὀρθ$^{ως.}_{ος.}$ Bene. Sophocles Antig. 99. τοῖς φίλοις ὀρθῶς φίλος. et ita noster Herc. Fur. 56. Androm. 376. ὀρθῶς συγγενὴς, Diphilus ap. Stobæum Serm. 82. Vocales ο et ω perpetuo commutantur. unde (tanti sit extra oleas vagari) ex ἑκατέρων, amisso apice quo signatur syllaba ερ, factum ἑκατων, et inde absurde ἑκατον, Joan. xix. 39. atque ita pro *duabus* libris pondo, dederunt *centum*. In nostro idiomate ita verti debuit: *bringing a mixture of myrrh and aloes, of about a pound of each*. λίτρας ibi est secundi casus. Nemo conjiciet ἑκάστων, nisi Alexandriæ Græcam linguam didicerit. ἑκάτερος, de *duobus* dicitur: ἕκαστος de *pluribus*. λίτραι ἑκατὸν absque plaustro vel jumento advehi vix potuerunt: et cui bono, ad curandum *unum* cadaver ritu Judaïco, sine combustione? *Markl.*

ὀρθῶς] Ita superscriptum habent MS. G. et P. Sic ὀρθῶς πατὴρ, Hippol. v. 1164, 5. Alcest. v. 652. Vulgo ὀρθός. *Musg.*

ὀρθῶς] Ita Marklandus ex MS. Oxon. Idem duo Pariss. suprascriptum habent. Aldus ὀρθός. Conferunt Interpp. Hercul. Fur. 56. Soph. Antig. 99. aliosque locos.

φίλοις τ' ὀρθὸς, MS. Victor. superscripto ὀρθῶς. *Seidl.*

612. τῶν ἐμῶν ὁμοσπόρων] Non recte vertebatur *fratrum*, cum Iphigenia nul-

Προθυμία σε τοῦδ' ἔχουσα τυγχάνει.
ΟΡ. Θύσει δὲ τίς με, καὶ τὰ δεινὰ τλήσεται;
ΙΦ. Ἐγώ· θεᾶς γὰρ τῆσδε προστροπὴν ἔχω.
ΟΡ. Ἄζηλά γ', ὦ νεᾶνι, κοὐκ εὐδαίμονα.
ΙΦ. Ἀλλ' εἰς ἀνάγκην κείμεθ', ἣν φυλακτέον.
ΟΡ. Αὐτὴ ξίφει θύουσα, θῆλυς ἄρσενας;
ΙΦ. Οὐκ· ἀλλὰ χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι.
ΟΡ. Ὁ δὲ σφαγεὺς τίς; εἰ τάδ' ἱστορεῖν με χρή.
ΙΦ. Εἴσω δόμων τῶνδ' εἰσὶν, οἷς μέλει τάδε.
ΟΡ. Τάφος δὲ ποῖος δέξεταί μ', ὅταν θάνω;
ΙΦ. Πῦρ ἱερὸν ἔνδον, χάσμα τ' εὐρωπὸν πέτρας.

Studium hujus *rei* te tenet.
Ore. Quis vero interficiet me, et hæc atrocia audebit?
Iph. Ego: hujus enim deæ sacerdotium habeo.
Ore. Indignum certe, O virgo, et infelix officium.
Iph. At venimus in necessitatem, cui parendum *est*.
Ore. Tu, cum sis femella, ense mactas mares?
Iph. Non: sed circa tuam comam aquam-lustralem-effundam.
Ore. Sed quis *est* mactator; si mihi licet hæc interrogare?
Iph. Intra hanc ædem sunt, quibus ista curæ sunt.
Ore. Quale vero sepulchrum accipiet me mortuum?
Iph. Sacer ignis intus et tenebrosus hiatus rupis.

lum unquam præter Orestem fratrem haberet, sed ὁμόσπορος personam significat quamvis, ex eodem semine, vel sanguine, et parentibus ortam, seu marem, seu fœminam, seu fratrem, seu sororem. Et hinc Latinæ linguæ penuriam licet agnoscere, quæ nullam habet vocem, Græcæ parem. Expono consanguineum. *Barnes.*

614. πλὴν ὅσ'] Ὅσ' pro ὅσα, quod Attice pro ὅσον. *Barnes.*

618. ss. ΟΡ. Θύσει δὲ τίς με, καὶ τὰ δεινὰ τλήσεται; | ΙΦ. Ἐγώ. θεᾶς γὰρ τῆσδε προστροπὴν ἔχω. | ΟΡ. Ἄζηλά γ', ὦ νεᾶνι, κοὐκ εὐδαίμονα.] Frustra olim conjeci προστρόπαι' propter neutra pluralia Ἄζηλα et εὐδαίμονα, quæ pendent a subaudito ἔργα. Frustra etiam Bothius Ἄζηλον. Phrynichus apud Bekkerum Anecdot. Gr. p. 4. Ἀνόητά γ', εἰ τοῦτ' ἦλθες ἐπιτάξων ἐμοί. ἀντὶ τοῦ, ἀνόητος εἶ ἐπιτάττων τοῦτο. Ἀττικὸν γὰρ τὸ λέγειν, ἀνόητα εἰ τοῦτ' ἐπιτάξεις. Aristophanes Ran. 489. ΔΙ. Κατέκειτ' ἂν ὀσφραινόμενος εἴπερ δειλὸς ἦν. | ἐγὼ δ' ἀνέστην, καὶ προσέτ' ἀπεψησάμην. | ΞΑ. Ἀνδρεῖά γ', ὦ Πόσειδον. *Elmsl.*

620. οὔκ] Ita Aldus. Omittunt vulgo accentum. *Seidl.*

623. χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι.] Simile quid supra ad v. 443. χερνίψομαι vero in hoc loco frigide exponebatur per manus lavabo: est enim proprie sacrificiorum respectu idem, quod — ἁγνίσω δι' ὕδατος, ἔχοντος κριθὰς καὶ ἅλας, sonatque juxta quod Latinam versionem in hac parte correxi. *Barnes.*

Veteres, quando victimam piacularem mactare vellent, aut morte aliquem damnare, manus aqua lavabant, dicendo: εἰς κεφαλὴν σοὶ, *reatum tuæ cædis in caput tuum, Nemesis tua nos non persequatur.* Hinc intell. h. l. et v. 58. ubi corrigebam: ὧν χέρνιβες βάλωσί με, *quorum aqua lustralis me tetigerit,* i. e. quibus destinatas in aquas lustrales manus meas immerserim. *Reisk.*

627. χάσμα τ' εὐρωπὸν πέτρας.] Diod. Siculus Lib. XX. 14. (monente Brodæo)

ΟΡ. Φεῦ. πῶς ἄν μ' ἀδελφῆς χεὶρ περιστείλειεν ἄν;
ΙΦ. Μάταιον εὐχὴν, ὦ τάλας, ὅστις ποτ' εἶ,
Ηὔξω· μακρὰν γὰρ βαρβάρου ναίει χθονός.
Οὐ μὴν, ἐπειδὴ τυγχάνεις Ἀργεῖος ὢν,
Ἀλλ' ὧν γε δυνατὸν, οὐδ' ἐγὼ λείψω χάριν.
Πολύν τε γάρ σοι κόσμον ἐνθήσω τάφῳ,

Ore. Heu, quomodo me sororis manus componet?
Iph. Inane votum, O miser, quisquis tandem es,
Vovisti: habitat enim *tua soror* procul ab hac barbara terra.
Veruntamen, quia Argivus es,
Ne ego quidem saltem *earum rerum*, quas *præstare* potero, omittam officium.
Multum enim ornatum tibi in sepulchro ponam,

pro πέτρας citat χθονός. Sic Ion. 281. Electr. 1269. Herodot. VII. 30. Obstare videri potest, quod versu abhinc tertio repetatur ναίει χθονός. *Markl.*

Πῦρ ἱερὸν] Diodorus Siculus, Lib. XX. c. 14. hæc a Carthaginiensium sacrificiis desumsisse putat Euripidem; cui calculum non adjecerim. Confer Orphei Argon. v. 1047. ubi κρητὴρ idem videtur esse, quod hic χάσμα εὐρωπόν. Pro πέτρας Diodorus loco cit. habet χθονός. *Musg.*

Πῦρ ἱερὸν ἔνδον,] Diodorus, Lib. XX. de Carthaginiensibus: Ἦν δὲ παρ' αὐτοῖς ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας ἐγκεκλιμένας ἐπὶ τὴν γῆν, ὥστε τὸν ἐπιτεθέντα τῶν παίδων ἀποκυλίεσθαι καὶ πίπτειν εἴς τι χάσμα πλῆρες πυρός. Εἰκὸς δὲ, καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐντεῦθεν εἰληφέναι τὰ μυθολογούμενα παρ' αὐτῷ περὶ τὴν ἐν Ταύροις θυσίαν, ἐν οἷς εἰσάγει τὴν Ἰφιγένειαν ὑπὸ Ὀρέστου διερωτωμένην. Tum hi versus sequuntur, in quorum ultimo χθονὸς legitur, non πέτρας, ut nunc. Hæc observavit nobis Joh. Brodæus. De voce autem Εὐρωπὸς nonnihil notandum, quia raro occurrit, Hesychius tamen agnoscit et explicat, puto ex hoc ipso loco sumtam: Εὐρωπὸν, σκοτεινὸν, πλατύ. Quem κατὰ πόδας sequitur Phavorinus. Dicitur autem ab Εὐρὺς et ὢψ, eodem modo, ac εὐωπὸς, οἰνωπὸς, etc. Vid. Eustathium in voce Εὐρωπὸς et Στεινωπός. *Barnes.*

Hesychius εὐρωπόν· σκοτεινὸν, πλατύ. Apud eundem Εὐρῶπις. ἡ πατρίς. Kuster. corrigebat εὐρώπης πέτρας, conjiciebatque, esse ex h. l. quem Hes. suo tempore forte ita legerit. *Beck.*

εὐρωπόν] Citant Hesychii glossam: εὐρωπὸν, σκοτεινὸν, πλατύ. Iisdem verbis ab Hesychio explicatur εὐρώεις, quo Sophocles simili modo usus est Ajac. 1167. τάφον εὐρώεντα. Altera explicatio πλατὺ Schneidero in Lex. Gr. e prava etymologia orta videtur.

πέτρας.] Diodor. Sic. XX. 14. citante Brodæo, legit χθονὸς, quæ lectio verior videri potest. Comparat Marklandus Nostri Ion. 281. et Electr. 1269. in quo utroque loco legimus χάσμα χθονὸς, et Herodot. VII. 30. Addo Fragm. Pirith. I. 2. χθόνιον χάσμα. Leve est, quod Marklandus monet, obstare huic lectioni illud, quod statim post v. 630. vox χθονὸς recurrat. Verum ob ipsos illos locos facilius fieri potuit, ut memoriæ lapsu Diodorus illud scriberet. *Seidl.*

εὐρωπὸν quatenus σκοτεινὸν significat, derivari videtur ab εὐρὼς, *situs*, *putredo*. *Heath.*

628. Φεῦ.] Extra Carmen legendum: Vid. Hecub. v. 55. et v. 852. et v. 1098. *Barnes.*

629. Aldus ὅστίς ποτ'. *Seidl.*

631. Οὐ μὴν recte Portus monet conjungendum cum sequenti ἀλλά. *Seidl.*

632. οὐδ' ἐγὼ λείψω χάριν.] Forte ἐγὼ 'λλείψω, i. e. ἐλλείψω. vide Budæum Comm. Gr. L. p. 757. *Markl.*

οὐδ' ἐγὼ λείψω χάριν.] Marklandus: " Forte ἐγὼ 'λλείψω, i. e. ἐλλείψω. Vid. Budæum Comm. Gr. L. p. 757. " Nihil mutandum. Noster Phœniss. 396. μηδὲν ἐνδεὲς λίπῃς. *Seidl.*

633. Πολύν τε γάρ σοι] Post hunc versum in Codicibus omnibus legitur, Ξανθω τ' ελαιω (A. B. ελεω) σωμα σου κατασβεσω.

[Ξανθῷ τ' ἐλαίῳ σῶμα σὸν κατασβέσω·] *
Καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόῤῥυτον γάνος
Ξουθῆς μελίσσης εἰς πυρὰν βαλῶ σέθεν.
Ἀλλ' εἶμι, δέλτον τ' ἐκ θεᾶς ἀνακτόρων
Οἴσω. τὸ μέντοι δυσμενὲς μή μου λάβῃς.
Φυλάσσετ' αὐτοὺς, πρόσπολοι, δεσμῶν ἄτερ.

Et flavo oleo corpus tuum ungam,
Et montanæ ex floribus manentem humorem
Flavæ apis injiciam in tuum rogum.
Sed ibo, et literas ex sacello deæ
Portabo: non tamen mihi hanc crudelitatem imputa.
Ministri, custodite eos sine vinculis.

Oleum quidem in χοαῖς effundebatur in *tumulos* (χώματα) amicorum: sed absurdum videtur σῶμα κατασβέσω, *extinguam*. Corpus enim ardens non potest extingui *oleo*, nisi sit *gagates* lapis, qui (si credas Solino, cap. xxv.) in nostra hac insula invenitur, et *aqua ardet, oleo extinguitur*. Et voci χῶμα obstat, quod nullum χῶμα in hac regione habiturus erat Orestes, quantum scimus. Edidi hunc versum in contextu quia in quatuor MSS. inveniebatur. Conjecturas aliis relinquo. Pro εἰς πῦρ ἐμβαλῶ Canterus εἰς πυρὰν βαλῶ, ob metrum. Cod. C. πυρ εμβαλων. De hac restitutione non potest dubitari. *Markl.*

κόσμον ἐνθήσω τάφῳ,] Hoc est, quod in Rheso, v. 963. vocat συμπυρῶσαι μυρίων πέπλων χλιδήν. vid. et Hecub. v. 576. *Musg.*

Πολύν τε γάρ σοι κόσμον ἐνθήσω τάφῳ,] Vel ex hoc loco stabilienda est illa lectio, Hecub. v. 576. Οὐ πέπλον, οὐδὲ κόσμον ἐν χεροῖν ἔχων, quam et nostra editio solam agnoscit, licet Andreas Schottus, Observat. Lib. II. c. 31. ingeniose satis κορμὸν legendum putet; quia nempe tribus ab illinc versibus κορμοὺς πευκίνους legebat. Quod vero ornatus omnis generis in rogum fuerit conjectus, ut *Dona extrema suorum*, quæ Munera, et Δῶρα, et Ἐντάφια vocabantur; quodque auratæ vestes et vestes purpurei coloris adjectæ sint, vid. Joh. Kirchmann. de Roman. Funeribus, Lib. I. c. 10. et Lib. III. c. 5. &c. *Barnes.*

κόσμον ἐνθήσω τάφῳ,] Conf. Troad. 1200. seqq. *Seidl.*

* Hunc versum, in Editis desideratum, exhibent ambo MSS. et P. nec dubitavi, licet corruptum, recipere. Emendandum autem, ni fallor:

ξανθῷ τ' ἐλαίῳ σῶμα σὸν καταστελῶ.

Et flavo oleo corpus tuum componam, i. e. inungam. Hoc enim semper factum ab antiquis, antequam rogo cadaver imponeretur. Hom. Il. XXIV. v. 587. Odyss. XXIV. v. 44. καταστελῶ, *curabo*, vid. Iphig. in Aul. v. 934. *Musg.*

Hunc versum primus e Codicibus Pariss. inseruit Marklandus, absurda tamen putans verba σῶμα κατασβέσω, *extinguam*. "Corpus enim ardens, *inquit*, non potest extingui *oleo*, nisi sit *gagates* lapis." Musgravius pro κατασβέσω conjicit καταστελῶ, *corpus tuum componam*, quod sit, *inungam*. Hoc enim factum ab antiquis, antequam rogo cadaver imponeretur, ut pateat ex Hom. Iliad. XXIV. v. 587. Odyss. XXIV. v. 44. seqq. Sed ex ipso hoc loco posteriore colligas, Iphigeniam promittere, se, rogo modo concremato, calentia adhuc ossa oleo et melle perfusuram. Ceterum duo Codd. pro ἐλαίῳ habent ἐλεω errore notissimo. *Seidl.*

Hunc versum ξανθῷ τ' ἐλαίῳ etiam Victorius ex MSto suo exemplo addidit. *Goeller.*

634. s ὀρείας ἀνθεμόῤῥυτον γάνος Ξουθῆς μελίσσης] Dulcissima mellis periphrasis. Notat autem Poëta mortuorum libamina, quæ ex melle præcipue constabant; etiam ex sanguine, vino et lacte, uti nos supra ad v. 160. *Barnes.*

635. πυρὰν βαλῶ] Ita Canterus conjectura certissima. Editi et MSS. πῦρ ἐμβαλῶ. *Musg.*

Ἴσως ἄελπτα τῶν ἐμῶν φίλων τινὶ
Πέμψω πρὸς Ἄργος, ὃν μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ,
Καὶ δέλτος αὐτῷ ζῶντας, οὓς δοκεῖ θανεῖν,
Λέγουσα, πιστὰς ἡδονὰς ἀπαγγελεῖ.
ΧΟ. Κατολοφύρομαί σε — στροφὴ α'.
Τὸν χερνίβων ῥανίσι
Μελόμενον αἱμακταῖς.
ΟΡ. Οἶκτος γὰρ οὐ ταῦτ', ἀλλὰ χαίρετ', ὦ ξέναι.

Fortasse insperato meorum amicorum alicui
Mittam Argos, *eorum*, quos maxime ego amo:
Et literæ illi vivere, quos mortuos credit,
Significantes, parum credibilia gaudia annunciabunt.
Cho. Deploro te
Lustrationum guttis
Destinatum cruentis.
Ore. Hæc quidem non *sunt mihi* miseranda: quare valete, O hospites.

πυρὰν βαλῶ] Olim legebatur πῦρ ἐμβαλῶ: Sed Canterus vidit, id per versum stare non posse, quare et pristinam lectionem restituit, quam nemo potest non laudare: Scaliger certe sua manu adscripsit margini sui libri: Æmilius Portus quoque probat. *Barnes.*

πυρὰν βαλῶ] Ita verissime Canterus. Aldus πῦρ ἐμβαλῶ.

εἰς πῦρ ἐμβαλὼν σέθεν, MS. Victor. *Seidl.*

637. Reisk. emendat μή μοι λάβῃς. *Beck.*

τὸ μέντοι δυσμενὲς μή μου λάβῃς.] Vertitur, *ne tamen malevolentiam adversus me concipe.* Legendum putaveram μή μοι βάλῃς. Sed similiter Noster Heracl. 991.

ἐπεὶ δ' ἐκείνῳ δυσμένειαν ἠράμην.

Unde si quis μοι prætulerit, equidem assentior. *Seidl.*

640. ὧν μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ,] Legi posset ὃν, id est, τινὶ ὃν φιλῶ. sequitur enim αὐτῷ. Oresten innuit. Et postea in Aldina inveni ὃν: et Reiskius ita legit. Si quem offendat, φίλων—ὃν φιλῶ, is legere potest ὃν θέλω, ut 593. et alibi. Λέγουσα, πιστὰς recte habet, non Λέγουσ' ἀπίστους. Diversis modis ea distingui possunt. *Markl.*

642. Λέγουσα πιστὰς] Legerim fere, ut voluit Æmil. Portus, λέγουσ' ἀπίστους. *Musg.*

Λέγουσα, πιστὰς] Ita lego, procul rejecta illa apostrophi nota, quæ nihil hic habebat, nec in Aldi editione apparet. Alii: λέγουσ' ἀπίστους. *Barnes.*

ἀπαγγελεῖ Heath. vertit: *illi nunciabunt. Beck.*

Λέγουσα, · πιστὰς] Sic est in Aldina, quod moneo propter Æm. Portum. *Seidl.*

643. ss. Κατολοφύρομαί σε τὸν χερνίβων | ῥανίσι μελόμενον ῥανίσιν αἱμακταῖς.] Alterum ῥανίσιν addidi ex conjectura, ut metra exæquarem. Seidler. Adoptavit hanc conjecturam Matthiæ. Metro melius consultum erit, si legatur, ῥανίσι [βαρβάρων] μελόμενον αἱμακταῖς, ut obiter monui ad Sophoclis Aj. 599. Mus. Crit. I. p. 364. Χερνίβων βαρβάρων ut βάρβαρα φάσγανα, Hel. 864. Vel, si mavis, ῥανίσι [δυσσεβῶν] μελόμενον αἱμακταῖς. Idem metrum apud Sophoclem Œd. T. 1314. ἄφατον, ἀδάματόν τε καὶ δυσούριστον. Et apud Euripidem Phœn. 1311. πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἰαχήσω. Herc. 1070. φόνον ὁμοσπόρων ἔμελλες ἐκπράξειν. Prius hemistichium dochmiacum est, alterum ut Suppl. 791. διπλάζεται τιμά. *Elmsl.*

645. Tractavi hunc locum de Verss. Dochm. p. 356. sqq. Antistrophica esse primus monuerat Hermann. de Metr. p. 245. *Seidl.*

ΧΟ. Σὲ δὲ τύχας μάκαρος, *στροφὴ β'.*
Ὦ νεανία,
Σεβόμεθ', εἰς πάτραν
Ὅτι ποτ' ἐπεμβάσει.
ΠΥ. Ἄζηλα τοῖς φίλοισι, θνησκόντων φίλων.
ΧΟ. Ὦ σχέτλιοι πομπαί. *στροφὴ γ'.*
Φεῦ, φεῦ. διόλλυσαι.
Αἶ, αἶ, αἶ, αἶ·

Cho. Te vero *propter* felicem sortem,
O adolescens,
Admiramur, in patriam
Quod tandem redibis.
Pyl. Non optanda amicis, morientibus amicis.
Cho. O miseranda navigatio:
Heu, heu, perire.
Æ, æ, æ, æ,

644. Τῶν χερνίβων] Cod. A. et Aldina, et Reiskius ex conjectura, τὸν χερνίβων. melius. *Markl.*

Τὸν] Ita Ed. Ald. Male vulgo τῶν. *Musg.*

645. Μελόμενον] Vid. Helen. v. 197. Sic Nonnus Lib. XIII. μεμελημένον εἰσέτι μάζῳ, iterumque Lib. XV. οὐδὲ μύρῳ μεμέληπε.

Pindarus Olymp. I. Stroph. 4. ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς. Nonnus Lib. XIV. p. 255. ποιμενίῃ σύριγγι μεμηλότα. *Musg.*

Μελόμενον] Joh. Miltonus putat, μελλόμενον legi debere, sed deceptus, ut ego quidem judico. Ratio cuivis in promtu erit, qui vocem μέλω et μέλομαι probe noverit. *Barnes.*

Alterum ῥανίσιν addidi ex conjectura, ut metra exæquarem. Cf. de Verss. Dochm. p. 278. Fortasse tamen meliores libri aliud quiddam suppeditabunt. *Seidl.*

646. γὰρ οὐ ταῦτ',] Ita Codices. longe melius. vulgo, μὲν οὖ. De hoc usu particulæ γὰρ, vid. ad Supplic. init. *Markl.*

γὰρ] Ita optime Marklandus ex MSS. Ed. Ald. μὲν. *Musg.*

Reisk. conjicit: οἶκτος μὲν οὖν ταῦτ'— *gratias quidem habeo tuæ commiserationi.* *Beck.*

γὰρ] "Ita optime Marklandus ex MSS. suis.—Ed. Ald. μὲν." Musg. Immo etiam in Aldina legitur γὰρ. Sed jam Brub. Hervag. et Stibl. μὲν. Cf. Markland. ad Suppl. v. 8. *Seidl.*

647. Σὲ δὲ τύχας μάκαρος, ἰὼ (Ald. ὦ) νεανία, | σεβόμεθ', εἰς πάτραν ὅτι (Ald. ὅτί) ποτ' ἐπεμβάσῃ.] Pro ὦ dedi ἰὼ, metri causa. Νεανία trisyllabon est. Seidler. Matthiæ etiam ἰὼ νεανία, vereor ut recte. Nam si ἰὼ νεανία scripsisset poëta, hæc verba potius in initio sententiæ quam διὰ μέσου collocaturus fuisse mihi videtur. Mox fortasse legendum, εἰς πάτραν ὅτι πόδ' ἐπεμβάσει. Malim etiam Tro. 457. ποῦ σκάφος τὸ τοῦ στρατηγοῦ; ποῖ πόδ' ἐμβαίνειν με χρή; Usitatissimus loquendi modus βαίνειν πόδα, de quo Porsonus ad Or. 1428. Ita noster Heracl. 169. εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα. Ibid. 802. ἐκβὰς τεθρίππων Ὕλλος ἁρμάτων πόδα. Omnium consensu Euripidi repræsentatum est πόδ' pro πότ', Hel. 76. 980. Priore loco legendum etiam πτερῷ pro πέτρῳ. *Elmsl.*

648. Pro ὦ dedi ἰὼ, metri causa. Vid. Jacobs. Observ. Crit. in Anthol. Græc. p. 24.—Νεανία trisyllabon est. Conf. de Verss. Dochm. p. 49. seq. not. Eadem contractione usus est Aristoph. Vesp. 1067. et 1069. *Seidl.*

650. Olim legendum putabam ἐμβάσῃ pro ἐπεμβάσῃ. Nunc præplacet ὃς pro ὅτι. —Σεβόμεθα, i. e. *celebramus, felicem prædicamus.* Ceterum ob sequentia malim

Πότερος ὁ μέλλων;
Ἔτι γὰρ ἀμφίλογα
Δίδυμα μέμονε φρὴν,
Σὲ πάρος, ἤ σ' ἀναστενάξω γόοις.
ΟΡ. Πυλάδη, πέπονθας ταυτὸ, πρὸς θεῶν, ἐμοί;
ΠΥ. Οὐκ οἶδ'· ἐρωτᾷς οὐ λέγειν ἔχοντά με.
ΟΡ. Τίς ἐστιν ἡ νεᾶνις; ὡς Ἑλληνικῶς
Ἀνήρεθ' ἡμᾶς τούς τ' ἐν Ἰλίῳ πόνους,

Uter est, qui destinatur?
Adhuc enim ambigua
In gemina movetur mens,
Utrum te prius, an te lamentis defleam.
Ore. Pylade, dic per deos, affectusne es, sicut ego?
Pyl. Nescio: interrogas me cum non possim respondere.
Ore. Quænam est hæc puella? quam Græcanice
Interrogavit nos, et de laboribus ad Ilium *toleratis*,

hanc sententiam interrogative accipi. *Seidl.*

651. Ἄζηλα τοῖς φίλοισι, θνησκόντων φίλων.] Legendum suspicor, Ἄζηλα τάδε φίλοισι, θ. φ. *Elmsl.*

652. πομπαί.] Proprie, ut hic, *missiones.* Mittere enim Pyladem volebant Argos, quo litteras perferret. *Seidl.*

653. s. Φεῦ, φεῦ· διόλλυσαι. Αἶ—αἶ. Πότερος ὁ μέλλων;] Ita etiam Codd. A. B. Non puto hæc posse intelligi. Forte, φεῦ, φεῦ· διόλλυσθαι (Αἶ, αἶ, αἶ, αἶ,) Πότερος ὁ μέλλων; argute. "Uter ex his magis proprie *perire* dici potest? Ille qui restat, jamjam occidendus; an Ille qui abit, ab amico separandus? Sane nescio utrum ex duobus magis defleam." Αἶ, αἶ, &c. per parenthesin, ut Orest. 1394. Sophocl. Antig. 1280. Pro ἀμφίλογα, *ambigua,* Ald. et Codd. A. B. αμφιφλογα. Brodæus ἀμφίβολα. Potuit et ἀντίλογα, ut Helen. 1142. *Markl.*

Nihil melius invenio, quam quod Marklando placet, nempe ut legatur διόλλυσθαι, sit autem constructio: πότερος ὁ διόλλυσθαι μέλλων. Quam dubitationem Choro suboriri non absurdum erat, Pyladis tristitiam Orestæ gaudium spectanti.

Marklandi conjecturæ, quæ nunquam mihi satis placuerat, haud dubie nunc prætulerim:

Φεῦ, φεῦ, δύ' ὀλλῦσαι.

O acerba navigatio, heu, heu, duos perdens. Pyladem sc. Amico orbatum, pro perdito non minus, quam Orestem, habebat. Sequitur, et, ob duorum mentionem prægressam, commodius quidem, πότερος, *uter:*

πότερος ὁ ΜΑΛΛΟΝ;

Uter magis? sc. magis perditus. Subintelligi hic verbum proxime præcedens neminem, puto, offenderit. *Musg.*

διόλλυσαι] i. e. peris: Ita Aldi editio, recte, ut puto. Quare non erat, ut Canterus legeret διόλλουσαι; tale enim verbum non exstat: sin, ut Latina *versio* habet, legas, erit διολλύουσαι. *Barnes.*

Musgravius corrigi vult δύ' ὀλλῦσαι (scil. πομπαὶ) et ὁ μᾶλλον pro ὁ μέλλων, quod utrumque displicet. Διόλλυσαι vel metri causa nolim mutari in διόλλυσθαι, qui infinitivus, si tamen sanus est locus, ex hoc ipso διόλλυσαι ad ὁ μέλλων potest intelligi, ut πότερος ὁ μέλλων reddatur, *uter est destinatus* ille scil. ad mortem? *Seidl.*

διόλλυσαι recte habet, et frustra tricantur viri docti in hac voce, cohæret cum πότερος, et idem est, ac si dixisset: διόλλυσαί συ, ὁπότερος εἶ ὁ μέλλων διόλλυσθαι. *Reisk.*

654. Aldus αἶ αἶ αἶ αἶ. πότερος, ὁ μέλλων. *Seidl.*

656. ἀμφίλογα] Ita Edd. recent. no-

Νόστον τ' Ἀχαιῶν, τόν τ' ἐν οἰωνοῖς σοφὸν
Κάλχαντ', Ἀχιλλέως τ' ὄνομα· καὶ τὸν ἄθλιον
Ἀγαμέμνον' ὡς ᾤκτειρ'· ἀνηρώτα τ' ἐμὲ
Γυναῖκα, παῖδάς τ'. ἔστιν ἡ ξένη γένος
Ἐκεῖθεν, Ἀργεία τις· οὐ γὰρ ἄν ποτε
Δέλτον τ' ἔπεμπε, καὶ τάδ' ἐξεμάνθανεν,
Ὡς κοινὰ πράσσουσ', Ἄργος εἰ πράσσει καλῶς.
ΠΥ. Ἔφθης με μικρόν· ταυτὰ δὲ φθάσας λέγεις,

Et de Græcorum reditu, et de vate
Calchante, et de Achille: et miserum
Agamemnonem quam est miserata? interrogavitque me
De uxore, et liberis *ejus*. Hæc hospita est genere
Illinc *profecta* Argiva aliqua: nunquam enim *alias*
Literas mitteret *eo*, nec scrutaretur hæc,
Quasi communem fortunam habens, si Argi rem feliciter gerant.
Pyl. Paulo me antevertisti: eadem vero dicis antevertens,

scio quo auctore. Ed. Ald. cum MSS. et P. ἀμφίφλογα. Brodæus ἀμφίβολα. *Musg.*

ἀμφίλογα] Ita Brubach. et Hervag.— Ald. et Codd. ἀμφίφλογα. Brodæus conjicit ἀμφίβολα, Marklandus ἀντίλογα. Versus etiam sic possunt distingui, ut distinxi de Verss. Dochm. p. 49. s. not.

αἶ αἶ αἶ αἶ, πότερος ὁ μέλλων; ἔτι γὰρ
ἀμφίλογα
δίδυμα μέμονε φρὴν, σὲ πάρος ἢ σ' ἀνα-
στενάξω γόοις,

ut præter alterum, qui Creticus est, omnes dochmiaci sint.

Ἔτι γὰρ ἀμφίλογα, MS. Victor. Videmus igitur etiam hanc lectionem ex Msto confirmatam. *Seidl.*

657. Codd. B. C. $\mu\epsilon\mu^{o}_{\eta}\nu\epsilon$. Μέμονε non significat *manet*, sed θέλει, ὁρμᾷ, &c. Hesychius. *Markl.*

μέμονε] MS. G. et P. μέμηνε, superscripto tamen μέμονε. *Musg.*

Heath. h. l. reddit: *Adhuc enim circa ambigua, duplicia, mens turbata versatur.* *Beck.*

μέμονε] Libri duo μέμηνε, superscripto tamen μέμονε, quod recte Marklandus explicat ὁρμᾷ cum Hesych.

δίδυμα μέμηνε, MS. Victor. superscripto tamen μέμονε. *Seidl.*

659. Πυλάδη, πέπονθας ταυτὸ, &c.] Pueriliter, ut alibi Orestes, qui erat Argivus, id est, paullo minus quam Lacedæmonius; ut et Menelaus, et Iphigenia. Nihil tale in Pylade Phocensi observabis. Euripides vero non magis erat μισόγυνος quam μισολάκων. libenter captat occasiones traducendi Lacedæmonios, et Argivos. *Markl.*

Πυλάδη, πέπονθας ταυτὸ, πρὸς θεῶν, ἐμοί;] Veteres Attici, ut alibi monui, libentius ταυτὸν dicebant quam ταυτό. Malim igitur πέπονθας ταυτὰ, ut in Bacch. 185. Ταυτά μοι πάσχεις ἄρα. Sic etiam Aristophanes Eccl. 339. Νὴ τὸν Ποσειδῶ, ταυτὰ τοίνυν ἀντικρυς | ἐμοὶ πέπονθας. Epicrates apud Athenæum, p. 570. B. πεπονθέναι δὲ ταυτά μοι δοκεῖ | τοῖς ἀετοῖς. Plato Euthyphrone, p. 8. D. Οὐκ οὖν ταυτά γε ταῦτα καὶ οἱ θεοὶ πεπόνθασιν, &c. Polit. V. p. 468. D. Πεισόμεθα ἄρα (ἦν δ' ἐγὼ) ταυτά γε Ὁμήρῳ. Pro plurali accipiendum est ταύτ' apud nostrum Ion. 330. πέπονθέ τις σῇ μητρὶ ταύτ' ἄλλη γυνή. *Elmsl.*

664. Aldus Ἀχιλέως. *Seidl.*

665. Mallem ᾤκτειρ' pro ᾤκτειρεν. sed nulla in libris variatio notatur. vid. ad v. 711. Unde legas, ὡς ᾤκτειρεν· ἠρώτα τ' ἐμὲ, &c. ut ἂν in ἀνηρώτα ortum habuerit ex præcedente εν in ᾤκτειρεν. V. 664. pro Ἀχιλέως Codd. A. B. αχιλλεως. bene: ut sit trisyllabum. V. 606. non male scriberetur ἡ γυνὴ pro ἡ ξένη: et v. 598. ὦ γύναι, pro ὦ ξένη: sed vetant Codices. *Markl.*

Πλὴν ἕν· τὰ γὰρ τῶν βασιλέων παθήματα
Ἴσασι πάντες, ὧν ἐπιστροφή τις ἦν·
Ἀτὰρ διῆλθον χἄτερον λόγον τινά.
ΟΡ. Τίν᾽; εἰς τὸ κοινὸν δοὺς, ἄμεινον ἂν μάθοις.
ΠΥ. Αἰσχρὸν, θανόντος σοῦ, βλέπειν ἡμᾶς φάος.

Præter *hoc* unum: regum enim clades
Omnes nôrunt, qui aliquo modo considerant *talia:*
Sed et aliud quiddam considera.
Ore. Quid? *nam hoc* in commune ferens, melius intelliges.
Pyl. Turpe *est*, te mortuo nos intueri lucem,

Corrige ᾤκτειρ᾽. *Por.*

ᾤκτειρ᾽·] Sic Heathius. — Ald. ᾤκτειρεν.

τέ με] Ita Schaeferus. Vulgo σ᾽ ἐμέ. *Seidl.*

670. ταυτὰ δὲ φράσας λέγεις,] Omnes libri scripti, φθάσας. optime. *Markl.*

φθάσας] Ita uterque MS. et P. Vulgo φράσας.

Heath. conjicit ταυτά. *Musg.*

φθάσας] Sic libri MSS. omnes. Aldus φράσας. Ad ταὐτὰ intellige ἐμοί. Tu eadem dicis, atque ego dicturus eram, præter hoc unum, &c.

ταῦτα δὲ φθάσας λέγεις, MS. Victor. *Seidl.*

671. s. τὰ γὰρ τῶν βασιλέων παθ. Ἴσασι, &c.] Vertit Hermannus accommodate ad Homericum usum adjectivi ἐπίστροφος: regum fortunam norunt omnes, qui vel paulum inter homines versati sunt. Alii reddunt: quorum aliqua est attentio et cura. Grotius:

regum mala
sciunt, sciendi cura quos aliqua occupat.

Heathius ὧν refert ad βασιλέων, *regum, quorum aliqua erat consideratio, qui non prorsus obscuri erant*, quod paulo durius videtur. *Seidl.*

672. ὧν ἐπιστροφή τις ἦν·] *Quorum aliqua erat consideratio*, i. e. qui non prorsus *obscuri erant*. Hæc ad βασιλέων, non ad πάντες, referenda. *Heath.*

673. Ἀτὰρ διῆλθε] Quis διῆλθε? Lego δίελθε, *considera, recense.* Plutarchus de ira cohib. p. 453. ὥσπερ ἰατρείαν τινὰ σεαυτοῦ δίελθε ἡμῖν: *expone nobis tuam quasi medicam curationem.* sic Plato De Legg. X. p. 324. Isocrates in Busir. p. 459. *Markl.*

Ἀτὰρ διῆλθε χ᾽ ἅτερον λόγον τινά.] Διῆλθον. *Por.*

δίελθε] Tan. Faber, in libro, quem Parisiis evolvi, δίελθε, procul dubio recte.

διελθεῖν in exemplis Marklando citatis, quin et in omnibus, quæ mihi obviam fuerunt, valet non *considerare animo*, sed *verbis exponere;* ut verear, ne frustra fuerint viri docti, quibus δίελθε emendantibus calculum et ipse olim adjiciebam. Patet etiam ex ἄμεινον ἂν μάθοις, v. seq. Pyladi ex Iphigeniæ sermonibus offendiculi aliquid objectum esse. Unde mihi quidem in mentem veniebat:

Ἀτὰρ διῆλθε κἄπορον λόγον τινά.

Duplicem sensum habet ἄπορος λόγος. Significat rem intellectu atque explicatu difficilem, ut non inepte Orestes, hoc audito, responderit:

— εἰς τὸ κοινὸν δοὺς ἄμεινον ἂν μάθοις.

At hoc sensu Iphigeniæ sermo ἄπορος λόγος a Pylade dici non potuit. Luce enim clarius erat, quid ea et de ipso et de Oresta decrevisset. Ergo ἄπορος λόγος, si verum est, significare debet, ex Pyladis utique mente, sermonem nefarium, cui nemo hominum ob turpitudinem parere possit: λόγον ἐνεργεῖσθαι ἄπορον, vel ἀμήχανον. Ambiguitas vocis Latine interpretari non sinit. *Musg.*

Ἀτὰρ διῆλθον] Libri ἀτὰρ διῆλθε. Tan. Faber et Marklandus conjiciebant διελθὲ, *sed considera etiam aliud quiddam*, quæ conjectura magnam habet veritatis speciem. Verum si proxima paulo subtilius examines, an recte sic emendatum sit, vehementer dubitabis. Subjicit enim Orestes

Κοινῇ τ' ἔπλευσα, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν.
Καὶ δειλίαν γὰρ, καὶ κάκην κεκτήσομαι,
Ἄργει τε, Φωκέων τ' ἐν πολυπτύχῳ χθονί·
Δόξω δὲ τοῖς πολλοῖσι, πολλοὶ γὰρ κακοὶ,
Προδούς σε, σώζεσθ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος·

Una enim navigavi, una etiam mori me oportet:
Etenim timiditatis, et ignaviæ probrum mihi conciliabo
Argis, et in Phocide multas-habente-valles.
Videbor enim multis, multi enim *sunt* mali,
Te prodito, solus ipse rediisse domum,

τίν'; εἰς τὸ κοινὸν δοὺς ἄμεινον ἂν μάθοις.

Si dixerat Pylades διελθὲ, eo ipso dixerat, se velle rem cum Oreste communicare. Plane igitur supervacanea erat Orestis hortatio, ut rem sibi quoque aperiret. Deinde ipsa verba ἄμεινον ἂν μάθοις quodammodo significant, Pyladem Oresti jam rem videri μεμαθηκέναι. Postremo res ista ex eo genere est, quam ipse potius Pylades debebat perpendere, quam Oresti perpendendam proponere, quem sententiæ suæ accessurum esse, vix poterat exspectare. Scripsimus igitur διῆλθεν, mutatione facillima. Sic infra, v. 1030.

ΙΦ. Ἔχειν δοκῶ μοι καινὸν ἐξεύρημά τι.
ΟΡ. Ποῖόν τι; δόξης μετάδος.

Proximum versum verte: *quemnam? si communicaveris, melius cognosces*; i. e. quod quis communicat cum alio, melius intelliget. Vitium natum est hinc, quod in vocis terminatione male legerant compendium. Nihil moror Musgravium, qui putat, διελθεῖν non esse *considerare animo*, sed *verbis exponere*. Διέρχεσθαι est rem ita percurrere, ut rationes in utramque partem ponderentur. Hoc sive cum alio faciam, sive mecum ipse, perinde est. *Seidl.*

674. ἄμεινον ἂν μάθης (οι above), MS. Victor. *Seidl.*

675. Αἰσχρὸν, θανόντος σου, βλέπειν ἡμᾶς φάος.] Lege σοῦ. *Por.*

Αἰσχρὸν, θανόντος σοῦ (Ald. σου), βλέπειν ἡμᾶς φάος. | κοινῇ τ' ἔπλευσα, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν.] Reiskius κοινῇ γ' ἔπλευσα. Malim κοινῇ δ' ἔπλευσα. Ceterum nescio an scripserit Euripides, κοινῇ δὲ πλεύσας, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν. Ita certe scripsit Hipp. 22. τὰ πολλὰ δὲ | πάλαι προκόψασ', οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ. De hoc nominativi usu videantur scriptores quos allegat Matthiæ Gramm. Gr. §§. 561. 562. In hac tragœdia occurrunt ἀλλάξας, v. 193. σωθεὶς, v. 696. κτησάμενος, v. 697. ἐλθὼν, v. 948. εἰπὼν ἀκούσας θ', v. 965. *Elmsl.*

676. Reisk. emendat Κοινῇ γ' ἔπλευσα. *Beck.*

677. κάκην] Ἡ κάκη, *ignavia*, verbum Euripidi plus semel usurpatum. Vid. quæ nos ad Medeæ v. 1047. *Barnes.*

678. πολυπτύχῳ] Hesychius: πολυπτύχου, πολλὰς ἐξοχὰς ἔχοντος, &c. vid. et Eustath. p. 1193. lin. 12. *Musg.*

Φωκέων τ' ἐν πολυπτύχῳ χθονί·] De Pyladis genealogia vide supra, v. 60. Illius autem pater, Strophius, rex erat Phocidis, quæ regio nomen tulit a Phoco, filio Æaci, vel, ut Pausanias, ab alio Phoco, filio Ornytionis; erat autem montosa regio, inter Bœotiam et Ætoliam ad occidentem; in ea Delphi urbs et mons Parnassus numerabantur. Ideo a Poëta vocatur πολύπτυχος χθὼν in hoc loco; quia *montium sinus* et *cavæ convalles* πτύχες vocantur. Vid. Eustath. in Hom. fol. 1193. lin. 12. *Barnes.*

679. ss. Δόξω δὲ τοῖς πολλοῖσι (πολλοὶ γὰρ κακοὶ) | προδούς σε, σώζεσθ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος. | ἢ καὶ φονεύσας, ἐπὶ νοσοῦσι δώμασιν | ῥάψαι μόρον σοι σῆς τυραννίδος χάριν, | ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν.] Versum 680. propter elisam diphthongum merito suspectum habent viri docti. Vide an legendum, προδοὺς σεσῶσθαί σ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος. Ita fere noster Ion. 293. Καὶ πῶς ξένος σ' ὢν ἔσχεν οὖσαν ἐγγενῆ; Ibid. 614. κᾆτ' ἢ προδοὺς σύ μ', εἰς δάμαρτα σὴν βλέπῃς, | ἢ τἀμὰ τιμῶν, δῶμα συγχέας

Ἢ καὶ φονεύσας, ἐπὶ νοσοῦσι δώμασιν,
Ῥάψαι μόρον σοι σῆς τυραννίδος χάριν,
Ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν.
Ταῦτ᾽ οὖν φοβοῦμαι, καὶ δι᾽ αἰσχύνης ἔχω·
Κοὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐ χρὴ ξυνεκπνεῦσαι μέ σοι,
Καὶ ξυσφαγῆναι, καὶ πυρωθῆναι δέμας,
Φίλον γεγῶτα, καὶ φοβούμενον ψόγον.

Aut etiam occiso te, in calamitate familiæ,
Struxisse necem tibi, propter tuum principatum,
Ut ducam tuam sororem patrimonii totius hæredem.
Hæc igitur metuo, et horum me pudet:
Nec ullo modo fieri potest, quin tecum *animam* expirem,
Et simul juguler, et conflagrem corpore,
Quia sum amicus *tuus*, et vituperationem metuo.

ἔχῃς. Digna etiam quæ memoretur mihi videtur Erfurdtii conjectura a Seidlero allata, προδούς σε, σωθεὶς αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος. Verba hoc modo cohærere censet Erfurdtius: σωθεὶς μόνος εἰς οἴκους δόξω τοῖς πολλοῖς ῥάψαι μόρον σοι, προδούς σε, ἢ καὶ φονεύσας. Malim σωθείς τ᾽ ita accipiendum: δόξω τοῖς πολλοῖς ῥάψαι μόρον σοι, [ἢ] προδούς σε, σωθείς τ᾽ αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος, ἢ καὶ φονεύσας. *Elmsl.*

680. σώζεσθ᾽] Erfurdtius, qui diphthongum αι non tantum in primis ac tertiis verborum personis, sed etiam in infinitivis a Tragicis elisam esse negat ad Sophocl. Ajac. v. 190. de nostro loco, p. 517. disputat ita: "Corrigo, προδούς σε, σωθείς.—Tum verba hoc modo cohærent: σωθεὶς μόνος εἰς οἴκους δόξω τοῖς πολλοῖς ῥάψαι μόρον σοι, προδούς σε, ἢ καὶ φονεύσας, *ubi solus domum revertero, videbor plerisque perniciem tibi struxisse, vel prodendo te, vel interficiendo*, neque jam opus est, ut verbum φονεύσας cum Lobeckio (ad Ajac.) p. 311. aliisque depravatum esse censeamus." Dubito adhuc, an elisione ista Tragici omnino abstinuerint. Emendatio etiam Erfurdtii est paulo violentior. Præterea ex adverso sibi opposita sunt προδοὺς σώζεσθαι et φονεύσας ῥάψαι. *Videbor, aut me ita servasse, ut te proderem, aut perniciem tibi ita struxisse, ut te ipse occiderem regni tui gratia.* Nam in participio φονεύσας equidem non offendo, ἢ καὶ φονεύσας ῥάψαι μόρον σοι idem est, ac si dixisset ἢ καὶ φονεῦσαί σε καὶ τοῦτο ποιῆσαι. *Seidl.*

681. ἐπὶ νοσοῦσι δώμασιν,] Vertunt *in calamitate familiæ.* Malim *insuper ad familiæ calamitatem*, i. e. insuper ad illa mala, quæ jam divinitus familiam insectabantur.

Vox νοσοῦσι deest, MS. Victor. (nisi me fallit hoc signum ∴ νοσοῦσι: ad marginem ∴). *Goeller.*

Leg. φονεῦσαι κᾆτ᾽—alias deberet esse φονεῦσαι ῥάψας, non vice versa φονεύσας ῥάψαι. *Reisk.*

683. γαμῶν.] Forte ὡς—γαμῶ: et ita Reiskius: *ut—ducerem.* *Markl.*

Ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν.] De voce ἔγκληρον confer Valckenær. ad Herodot. VI. 57. Frustra γαμῶ Reiskius et Marklandus. γαμῶν est temporis futuri. *Por.*

γαμῶν.] Eleganter Reiskius γαμῶ. *Musg.*

Recte Brumœum γαμῶν non ut futurum, sed ut perfectum vertisse monet Prev. Duxerat enim Pylades jam Orestis sororem. *Beck.*

Ἔγκληρον ὡς δὴ—γαμῶν.] Musgravius: "Eleganter Reiskius: γαμῶ." Dicam potius *pessime.* In eodem errore versatur Marklandus. Ὡς δὴ sic cum participio constructum ubivis obvium. Ceterum γαμῶν proxime refer ad ἔγκληρον, *non sine dote* habiturus. Duxerat enim jam, ut patet ex v. 697. et 915. *Seidl.*

684. E vocibus δι᾽ αἰσχύνης item δι᾽ omissum, MS. Victor. Sic enim notatum reperitur ∴ δι᾽, ad marg. ∴. *Goeller.*

686. συσφαγῆναι,] Observationibus, quas

ΟΡ. Εὔφημα φώνει· τἀμὰ δεῖ φέρειν ἐμέ·
Ἁπλᾶς δὲ λύπας ἐξὸν, οὐκ οἴσω διπλᾶς.
Ὃ γὰρ σὺ λυπρὸν, κἀπονείδιστον λέγεις,
Τοῦτ' ἐστιν ἡμῖν, εἴ σε συμμοχθοῦντ' ἐμοὶ
Κτενῶ. τὸ μὲν γὰρ εἰς ἔμ', οὐ κακῶς ἔχει,
Πράσσονθ' ἃ πράσσω πρὸς θεῶν, λύσειν βίον.
Σὺ δ' ὄλβιός τ' εἶ, καθαρά τ', οὐ νοσοῦντ' ἔχεις

Ore. Bona verba quæso: mea mala *me* ferre oportet:
Cum autem possim ferre simplicem mœstitiam, non feram geminam.
Quod enim tibi triste, et probrosum dicis,
Hoc mihi accidet, si te laborantem mecum
Interfecero: quod enim ad me attinet, non male res habet,
Si moriar, cum exercear a diis sicut exerceor.
Tu vero es beatus, puramque nec afflictam habes

de Σὺν in compositione habui ad Iphig. Aul. v. 407. hoc est addendum: nempe quod σὺν mutat ultimam literam in sequentem compositi, ut instantias ibi tulimus; aliquando, si duplex consona sequatur, tollitur, ut hic συτφαγῆναι: sic in συστρέφω, συστρατεύω, &c. *Barnes.*

688. τἀμὰ δεῖ φέρειν κακά.] Sensus et metrum ferrent saltem pronomen, τἀμὰ δεῖ με φέρειν κακὰ, ut Phœniss. 1699. τἄμ' ἐγὼ στέρξω κακά. sic etiam Reiskius. *Markl.*

τἀμὰ δεῖ φέρειν κακά.] "*Sensus et metrum ferrent saltem pronomen*, τἀμὰ δεῖ με φέρειν κακὰ, κ. τ. λ." Markl. Necessarium est pronomen. Legebam, τἀμὰ κάκ' ἐμὲ δεῖ φέρειν. Sed præstat, τἀμὰ δεῖ φέρειν ἐμέ. Sic in Sophocl. Œd. T. 1280. quem jure suspectum habebat Valckenærius ad Euripid. Hippol. 1334. deleto κακὰ, legendum, Τάδ' ἐκ δυεῖν ἔῤῥωγεν, οὐχ ἑνὸς μόνου. Ἑνὸς quoque excidisse videtur ex Diodor. Sic. I. 3. p. 6. 20. ante ἔθνους. *Por.*

Εὔφημα φώνει·] Hanc jucundissimam et amantissimam amicorum, Orestæ et Pyladis, contentionem respexit Ovid. de Ponto, Lib. III. Eleg. 2. Ire jubet Pylades carum moriturus Orestem: Hic negat, inque vicem pugnat uterque mori. Exstitit hoc unum, quod non convenerat illis; Cætera pars concors et sine lite fuit. *Barnes.*

τἀμὰ δεῖ φέρειν κακά·] Marklando inserendum videtur pronomen με post δεῖ, quod ut non est necessarium, ita metrum corrumpit. Explica sic: τὸ φέρειν τἀμὰ κακὰ ἀναγκαῖόν ἐστι. *Seidl.*

689. ἐξὸν,] De hoc verbo vid. infra ad v. 1089. *Barnes.*

690. Pro λυπρὸν bene legi posset λυγρὸν, quia posuerat λύπας versu antecedenti. *Markl.*

Marklandus: "Pro λυπρὸν bene legi posset λυγρὸν, quia posuerat λύπας versu antecedenti." Immo vel ob hanc ipsam causam præferendum λυπρὸν, neque omnino, h. l. λυγρὸν satis aptum est. Significat enim proprie *perniciosum*. *Seidl.*

691. Ταῦτ' ἐστιν ἡμῖν,] Τοῦτ' ἐστιν, propter ὃ præcedens. *Markl.*

Ταῦτ'] Marklandus conjicit τοῦτ' propter prægressum ὃ. Sed ista negligentia in Græcis scriptoribus est frequentissima. *Seidl.*

692. s. τὸ μὲν γὰρ εἰς ἔμ' οὐ κακῶς ἔχει, | πράσσονθ' ἃ πράσσω πρὸς θεῶν, λύσειν βίον.] Scripti codices λήσειν et λήγειν. Bene Græcum esse λύειν βίον ostendit Marklandus, quem tamen fugit id nostro loco reponendum esse pro λύσειν βίον. Omnes ante Monkium λύσειν pro λύειν, Hipp. 668. λύσω pro λύω, ibid. 1063. Membranæ Brunckianæ λύσω pro λύω etiam, v. 1440. *Elmsl.*

693. λύσειν βίον.] Cod. A. ληγειν. B. C. λησειν. nescio quid velint. si λέγειν vel λήξειν innuerent, scribendum quoque foret βίου. λύειν βίον in Carm. Sepulchral. 650. p. 110. ed. Reiskii. καταλύσουσα βίοτον Supplic. 1014. ἀπελύθης absolute, So-

Μέλαθρ᾽· ἐγὼ δὲ δυσσεβῆ, καὶ δυστυχῆ.
Σωθεὶς δὲ, παῖδας ἐξ ἐμῆς ὁμοσπόρου
Κτησάμενος, ἣν ἔδωκά σοι δάμαρτ᾽ ἔχειν,
Ὄνομά τ᾽ ἐμοῦ γένοιτ᾽ ἂν, οὐδ᾽ ἄπαις δόμος
Πατρῷος οὑμὸς ἐξαλειφθείη ποτ᾽ ἄν.
Ἀλλ᾽ ἕρπε, καὶ ζῆ, καὶ δόμους οἴκει πατρός.
Ὅταν δ᾽ ἐς Ἑλλάδ᾽, ἵππιόν τ᾽ Ἄργος μόλῃς,
Πρὸς δεξιᾶς σε τῆσδ᾽ ἐπισκήπτω τάδε,

Domum: ego vero impiam, et infelicem.
Servatus autem, et liberos ex mea sorore
Suscipiens, quam tradidi tibi uxorem:
Manebitque meum nomen, neque sine liberis domus
Paterna mea delebitur unquam.
Quare abi, et vive, et inhabita domum paternam.
Et cum veneris in Græciam, et ad equestre Argos,
Obtestor te per hanc dextram ista,

phocl. Antig. 1282. et D. Lucas II. 29. *solvite vitam*, Propert. II. 7 : 77. *Markl.*

λύσειν] MS. G. et P. λήσειν, superscripto λήγειν. MS. alter λήγειν. λύειν defendit Marklandus ex Suppl. v. 1014. Anthol. Reisk. Epigram. 650. *Musg.*

Male quidam comma omittunt post πρὸς θεῶν, ponentes post πράσσω. Ad λύσειν βίον Marklandus comparat Carm. Sepulc. 650. p. 110. ed. Reisk. (Brunck. Anal. III. p. 304.) τερπνὸν ἔλυσε βίον. Nostri Suppl. 1014. καταλύσουσα βίοτον. Musgravii MSS. G. et P. λύσειν, superscripto λήγειν. MS. alter λήγειν.

πρὸς θεῶν λήσειν, MS. Victor. superscripto λήγειν. *Seidl.*

694. καθαρά] Felicia, nec ullis cædibus polluta. *Brodæus.*

696. Σωθεὶς δὲ, παῖδας ἐξ ἐμῆς] Deest ἐξ in nonnullis editionibus: et forte copula τ᾽ ante ἐξ, vel ante ἐμῆς, ἐκ τ᾽ ἐμῆς, vel ἐξ ἐμῆς θ᾽ ὁμοσπόρου. Codd. A. B. εξ εμης. *Markl.*

696. s. Σωθεὶς — Κτησάμενος,] Aut cum Reiskio sumas hos nominativos pro genitivis absolutis; aut potius, cum Markl. ad v. 948. structuram ἀνακόλουθον voces. Hujus structuræ exemplum est Act. vii. 40. immo, præ ceteris N. T. scriptoribus Lucas videtur eam usurpavisse, c. x. 36. xxiii. 27. Œd. T. 1354. Br. τότε γὰρ ἂν θανὼν, Οὐκ ἦν φίλοισιν οὐδ᾽ ἐμοὶ τόσονδ᾽ ἄχος. Demosth. περι Παραπρ. p. 180. Ed. Tayl. 8vo. πλείους δὲ ὄντες ἢ μύριοι, πάντας δὲ τοὺς περιχώρους ἔχοντες συμμάχους, — οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἠδυνήθη σῶσαι. De talibus "phraseôn συγχύσεσιν" audi Davisium, V. Doctiss. disserentem ad Cæs. de Bello Civ. Lib. I. c. 41. *Maltby.*

παῖδας ἐξ] Legendum, adjecta copula, παῖδάς τ᾽ ἐξ. *Musg.*

696. s. Σωθεὶς δὲ,] Ita deinceps hujus Fab. v. 349. etc. Νῦν δ᾽ ἐξ ὀνείρων, οἷσιν ἠγριώμεθα, Δοκοῦσ᾽ Ὀρέστην μηκέθ᾽ ἥλιον βλέπειν, Δύσνουν με λήψεσθε. Ubi δοκοῦσα refertur ad ἠγριώμεθα, διὰ σχῆμα, πρὸς τὸ σημαινόμενον. Σὺ δὲ νῦν σωθεὶς, ἀντὶ τοῦ, σοῦ δὲ νῦν σωθέντος: nullum enim verbum sequitur; et hæc figura est μεταστροφὴ συντάξεως. Vid. quæ nos ad Medeæ v. 58. et Hippolyt. v. 23. Ἐμῆς ὁμοσπόρου, — ἣν ἔδωκά σοι δάμαρτ᾽ ἔχειν] De voce ὁμόσπορος vid. supra ad v. 612. Quod vero Electra, soror Orestis, fuit Pyladæ uxor, ex qua genuit Medonta et Strophium, testatur Hellanicus apud Pausaniam fol. 59. l. 11. *Barnes.*

Σωθεὶς δὲ, παῖδας ἐξ ἐμῆς] Ita Aldus et Codd. Marklandi A. B. In ceteris antiquis editionibus fere omnibus deest ἐξ. Musgravius post Marklandum mavult παῖδάς τ᾽ ἐξ. Ceterum recte Brodæus: σωθεὶς, ἀντὶ σοῦ δὲ νῦν σωθέντος. *Seidl.*

697. Si κτησάμενος servetur, erit nominat. pro genitivo consequ. *Reisk.*

698. οὐδ᾽ ἄπαις δόμος, &c.] *Si ex sorore*

Τύμβον τε χῶσον, κἀπίθες μνημεῖά μοι.
Καὶ δάκρυ᾽ ἀδελφὴ, καὶ κόμας δότω τάφῳ.
Ἄγγελλε δ᾽, ὡς ὄλωλ᾽ ὑπ᾽ Ἀργείας τινὸς
Γυναικὸς, ἀμφὶ βωμὸν ἁγνισθεὶς φόνῳ.
Καὶ μὴ προδῷς μου τὴν κασιγνήτην ποτὲ,
Ἔρημα κήδη, καὶ δόμους ὁρῶν πατρός.
Καὶ χαῖρ᾽· ἐμῶν γὰρ φίλτατόν σ᾽ εὗρον φίλων,
Ὦ ξυγκυναγὲ, καὶ ξυνεκτραφεὶς ἐμοὶ,

Excita *mihi* sepulchrum, et impone monumenta mihi:
Et Soror det lachrymas, et comam tumulo.
Et nuncia, quomodo ego periêrim ab Argiva quadam
Muliere, circa aram lustratus cæde.
Neque deseras unquam meam sororem,
Inopes affines tuos, et domum paternam videns.
Jamque vale: meorum enim amicorum te *fidissimum* inveni.
O venationis socie, et mecum educate *amice*,

mea παῖδας *susceperis*, inquit, *nostra Familia non deleta erit* ἄπαις. Mirum sane (dixerit aliquis) si foret. Pro οὐδ᾽ ἄπαις legere potest οὔθ᾽ ἅπας, quisquis hanc sententiam futilem putet. Vid. ad v. 478. πᾶς δόμος ἔῤῥοι, Med. 114. ἐῤῥέτω πρόπας δόμος, Phœniss. 633. "Reiskius: Ὄνομα τὸ ἐμὸν μένοι τ᾽ ἂν οὔτ᾽ ἄπαις, &c. *maneret nomen meum.*" Recte, puto, μένοι. Forte, Ὄνομά τ᾽ ἐμοῦ μένοι γ᾽ ἂν, οὔθ᾽ ἅπας δόμος, &c. nam quod conjicit, τὸ ἐμὸν, id in tragicis semper scribitur τοὐμὸν, nisi interseratur particula aliqua. *manebit* bene vertit Canterus. Ποτ᾽ (v. 700.) vacat, ut sæpe. Innuere videtur Pyladi, ut aliquis ex filiis ejus Orestes nominetur.

Markl.

Bene Reiskius μένοι pro γένοιτ᾽ reponendum censet. Reliqua sic emendat, et me quidem suffragante, Marklandus:

Ὄνομά τ᾽ ἐμοῦ μένοι γ᾽ ἂν, οὔθ᾽ ἅπας δόμος.

Musg.

Reisk. conjicit: ὄνομα τὸ ἐμὸν μένοι τ᾽ ἂν, οὔτ᾽ ἄπαις, *maneret nomen meum.*

Beck.

Marklandus conjicit:

ὄνομά τ᾽ ἐμοῦ μένοι γ᾽ ἂν, οὔθ᾽ ἅπας δόμος, etc.

e quibus μένοι debetur Reiskio. Marklando judice, innuit Pyladi, ut aliquis ex filiis ejus Orestes nominetur. Videtur potius hoc velle: si liberos habebis ex sorore mea, mei etiam aliqua erit fama, ut qui vestras nuptias conciliaverim. Ἄπαις autem nullo modo mutari debet. *Nostra familia non interibit*, ἄπαις, i. e. nostra familia non interibit. quod futurum est, si erit ἄπαις. Etiam οὐδ᾽ bene se habet. Sæpe enim sibi respondent τε et δέ. *Seidl.*

700. Ἀλλ᾽ ἕρπε, καὶ ζῆ,] Citant hunc locum Etymol. M. p. 410. 42. Photius Lexic. p. 45. et Lexicon in Biblioth. Coisl. p. 482. *Seidl.*

701. Schol. ad Pindar. Ol. XIII. 27.

Por.

706. "ἁγνισθεὶς est *immolatus.* Hesych. ἁγνίσαι, ἀποθῦσαι, διαφθεῖραι." Ita bene Reiskius. Brodæus explicat *cæde materna expiatus. Seidl.*

ἁγνισθεὶς est *immolatus.* Hes. ἁγνίσαι, ἀποθῦσαι, διαφθεῖραι. *Reisk.*

708. δόμους προδοὺς πατρός.] Invenio in omnibus Codd. δομους ορων πατρος. ὁρῶν, *considerans*, ut Supplic. 1180. *Markl.*

ὁρῶν] Itaque uterque MS. et P. Vulgo προδούς. *Musg.*

ὁρῶν] Sic recte Marklandus et Musgravius, ut habent omnes MSS. Vulgo προδοὺς ex Aldo, quod translatum et corruptum est ex versu antecedente.

καὶ δόμους ὁρῶν πατρός, MS. Victor.

Seidl.

710. Ὦ συγκυναγὲ καὶ συνεκτραφεὶς ἐμοὶ] Cum Agamemnon ab Ægistho cæderetur, Electra soror fratrem Orestem, tum ferme undecennem, furtim subduxit

Ὦ πόλλ' ἐνεγκὼν τῶν ἐμῶν ἄχθη κακῶν.
Ἡμᾶς δ' ὁ Φοῖβος, μάντις ὢν, ἐψεύσατο·
Τέχνην δὲ θέμενος, ὡς προσώταθ' Ἑλλάδος
Ἀπήλασ', αἰδοῖ τῶν πάρος μαντευμάτων.
Ὧι πάντ' ἐγὼ δοὺς τἀμὰ, καὶ πεισθεὶς λόγοις,
Μητέρα κατακτὰς, αὐτὸς ἀνταπόλλυμαι.
ΠΥ. Ἔσται τάφος σοι, καὶ κασιγνήτης λέχος
Οὐκ ἂν προδοίην, ὦ τάλας· ἐπεί σ' ἐγὼ
Θανόντα μᾶλλον, ἢ βλέπονθ', ἕξω φίλον.
Ἀτὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' οὐ διέφθορέν σέ πω
Μάντευμα, καί τοι γ' ἐγγὺς ἕστηκας φόνου.
Ἀλλ' ἔστιν, ἔστιν ἡ λίαν δυσπραξία

O qui multos labores suscepisti propter mea mala:
Nos autem Apollo vates existens fefellit:
Callide autem commentus, quam longissime a Græcia
Abegit, præ pudore priorum vaticiniorum.
Cui ego omnia mea permittens, verbisque *ejus* obtemperans
Interfeci matrem; nunc vero ipse vicissim pereo.
Pyl. Erit sepulchrum tibi, et sororis *tuæ* lectum
Nunquam deseram, O miser, quia ego te
Mortuum magis, quam vivum, charum habebo.
Sed nondum perdidit te penitus dei
Oraculum, quamvis prope cædem stes.
Sed sæpe, sæpe nimia calamitas

et in Phocidem misit ad avunculum Strophium; qui educabat eum in virum una cum filio suo, Pylada. Vid. Æschyli et Sophoclis Electram et Choëphoras. Pindari Schol.—Ὁ δὲ Ὀρέστης, ἔτι νεώτερος ὢν, τῆς μητρὸς ἀποφυγὼν χεῖρας, πρὸς Στρόφιον, τὸν Πυλάδου πατέρα, παρεγένετο, οἰκοῦντα πρὸς τοὔσχατον τοῦ Παρνασσοῦ. ad Pyth. Od. 11. *Barnes.*

711. Ὡς πόλλ' ἐνεγκών] Feceram, ὦ πόλλ', &c. ut ante, ὦ συγκυναγέ. Confirmavit collat. Oxon. omnes Paris. et Reiskius. Sonus suaderet ἐνέγκας potius quam ἐνεγκὼν τῶν ἐμῶν ἄχθη κακῶν: sed MSS. silent. Versu 714. omnia exemplaria ἀπήλασεν, cum anapæsto. Notandum est, omnes fere anapæstos qui in *paribus locis* occurrunt, in Iambos facile redigi posse, et levissima mutatione, et solita. *Markl.*

Ὦ πόλλ'] Ita uterque MS. et P. Vulgo ὡς πόλλ'. *Musg.*

Ὡς πόλλ' ἐνεγκὼν τῶν ἐμῶν ἄχθη κακῶν.] Ex hac scriptione, si ἄχθη pro nomine capias, principale quoddam verbum desiderabitur; mallem ergo, si faverent codices, ἄχθῃ legere, ut sit σὺ ἄχθῃ πολλὰ τῶν ἐμῶν κακῶν ἐνεγκὼν, non πολλὰ ἄχθη τῶν, etc. *Barnes.*

Ὦ πόλλ' etiam Reisk. ex ingenio, Heathio placet Barnesii conjectura ἄχθῃ. *Beck.*

Ὦ πόλλ' ἐνεγκών] Ita Marklandus et Musgravius ex libris suis omnibus. Idem voluerat Reiskius. Vulgo ὡς πόλλ' ἐνεγκών, quod retinens Barnesius conjiciebat ἄχθῃ pro ἄχθη. Simile vitium olim obtinebat in Nostri Electr. 682. ὡς δείν' ἐξ ἐμῆς μητρὸς παθών.

Ὦ πόλλ' ἐνεγκών, MS. Victor. *Seidl.*

714. Ἀπήλασ',] Ita Heathius. Aldus ἀπήλασεν.

αἰδοῖ τῶν πάρος μαντευμάτων,] i. e. prop-

Λίαν διδοῦσα μεταβολάς, ὅταν τύχῃ.
ΟΡ. Σίγα. τὰ Φοίβου δ' οὐδὲν ὠφελεῖ μ' ἔπη·
Γυνὴ γὰρ ἥδε δωμάτων ἔξω περᾷ.

Magnas habet mutationes, quoties ita res tulerit.
Ore. Tace. Phœbi autem vaticinia nihil mihi prosunt.
Mulier enim hæc egreditur extra templum.

ARGUMENTUM ACTUS QUARTI.

Iphigenia, expedita epistola, quam per Pyladis manus fratri erat missura, dum, cui reddenda sit, et quid rerum in ea sit scriptum, Pyladi exponit, ne forte in naufragio literis exuatur, insperato agnoscitur esse soror Orestæ. Is itaque, his auditis, cum per certa signa Iphigeniæ se fratrem illius probaverat, mutua fit utrinque gratulatio, lacrymæ, gaudia, amplexus. Mox illa exponit, quomodo ad Aulidem cerva illius loco fuerit cæsa, quoque fato sit ad Tauros delata: Orestes contra narrat, quæ illum sors exerceat, quidque ad Tauros proficisci compulerit. Hinc de fuga et rapiendo Dianæ simulacro consulunt, Choro Græcarum nempe mulierum consentiente. Chorus, illis ad rem exsequendam se accingentibus, prioris vitæ recordatione patriam videre gestit, quomodo ad Tauros venerit, narrat, successumque Iphigeniæ consiliis et prosperam navigationem precatur. Admirabilis vero in hoc actu œconomia et rerum mutatio: Iphigenia enim, quem jam mactatura erat, fratrem agnoscit; nec jam amplius de mactandis adolescentibus agitur, sed de fuga in commune deliberatur.

ΙΦ. Ἀπέλθεθ' ὑμεῖς, καὶ παρευτρεπίζετε

Iph. Discedite vos, et apparate

ter pudorem, quem priora ejus vaticinia injecerant. *Seidl.*

718. Pro ἐπεὶ δ' ἐγὼ Reisk. Heath. et Markl. ex vett. edd. reponunt ἐπεί σ' ἐγώ. *Beck.*

ἐπεί σ' ἐγώ] Ita Aldus. Male quædam editt. ἐπεὶ δ' ἐγώ. *Seidl.*

719. Θανόντα μᾶλλον, ἢ βλέπονθ', ἕξω φίλον.] Βλέποντα, ζῶντα. J. Brodæus. Vid. Supplices, v. 89. et Iphig. Aul. v. 484. et hujus Fab. v. 350. Ejusdem generis est τὸ φάος pro ὁ βίος, lux pro vita. Vid. Suppl. v. 211. *Barnes.*

720. οὐ διέφθειρέν μέ πω] Codd. A. B. C. et Oxon. σε πω, et εστηκας versu subsequenti: et ex conjectura Reiskius, et ego. B. C. habent διέφθορεν, bene: ut Sophocl. Electr. 308. Noster Med. 350. Hippol. 1018. vide Grævium ad Solœcist. p. 733. *Markl.*

720. s. ἀτὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' οὐ διέφθορέν σε (Ald. διέφθειρέν μέ) πω | μάντευμα. καίτοι γ' ἐγγὺς ἕστηκας (Ald. ἕστηκα) φόνου.] Erfurdtius propter Porsoni regulam, quam profert ad Med. 675. legendum putat καίτοι κἀγγύς. Seidler. Malim, καίπερ ἐγγὺς ἑστῶτος φόνου. Ita v. 487. οὐχ ὅστις Ἅιδην ἐγγὺς ὄντ' οἰκτίζεται, | σωτηρίας ἄνελπις. Andr. 987. τοία γὰρ αὐτῷ μηχανὴ πεπλεγμένη | βρόχοις ἀκινήτοισιν ἕστηκεν φόνου. *Elmsl.*

σέ] Ita uterque MS. et P. Vulgo μέ. *Musg.*

διέφθειρέν σε et ἕστηκας cum melioribus codd. legi vult Prev.

Reisk. conjicit διαφθείρειν σέ πω. *Beck.* Aldus et ceteræ Editt. διέφθειρεν.

σέ πω] Ita Codd. MSS. omnes. Vulgo ex Aldo μέ πω.

οὐ διέφθορέν μέ πω, MS. Victor. *Seidl.*

721. ἕστηκας] Ita uterque MS. et P. Vulgo ἕστηκα. *Musg.*

ἕστηκας] Etiam Reisk. et Heath. ne trochæus occupet quintam sedem. *Beck.*

ἕστηκας] Etiam in hoc consentiunt MSS. Aldus ἕστηκα. — Paulo ante Erfurdtius propter Porsoni regulam,

Τἄνδον μολόντες, τοῖς ἐφεστῶσι σφαγῇ.
Δέλτου μὲν αἵδε πολύθυροι διαπτυχαὶ,
Ξένοι, πάρεισιν· ἃ δ' ἐπὶ τοῖσδε βούλομαι,
Ἀκούσατ'. οὐδεὶς αὑτὸς ἐν πόνοις ἀνὴρ,
Ὅταν τε πρὸς τὸ θάρσος ἐκ φόβου πέσῃ.

Profectæ res intus *necessarias* iis, qui præsunt *victimarum* cædi.
Literarum quidem hæc volumina antiqua,
O hospites, adsunt: quæ vero præter hæc volo,
Audite: nemo sui idem est in calamitate,
Et quando cadit ex metu in confidentiam:

quam profert ad Med. 675. legendum putat *καίτοι κἀγγύς.*

ἕστηκας φόνου, MS. Victor. *Seidl.*

723. Reisk. legit *ὅτων, quorumcunque tandem sit. Beck.*

ὅταν τύχῃ,] *Quando ita accidit*, i. e. nonnumquam. Similiter Nostr. Electr. 1169. *νέμει τοι δίκαν θεὸς, ὅταν τύχῃ. Seidl.*

725. Deest Chorus, ut alibi ad finem actus: quia, opinor, in præcedentibus aliquid ab eo cantatum fuit: vid. v. 643. Ion. ad fin. Act. IV. Herc. Fur. Act. IV. et Helen. ad fin. Act. II. in quo actu pauca admodum habet quæ agat Chorus, ut in hoc. *Markl.*

726. *καὶ παρευτρεπίζετε.*] *Et apparate*, vertunt. Sed *παρευτρέπισται* in Cyclop. 590. contrarium omnino significat, *male apparatum, omissum, neglectum fuit;* et Scaliger notat dictum esse ut *παρορᾶν*. Sed et alia est difficultas. Nemo tunc aderat præter Iphigeniam quæ loquitur, Orestem, Pyladem, et Chorum. Quando igitur Iphigenia dicit, initio versus, *Ἀπέλθεθ' ὑμεῖς*, quosnam alloquitur? Chorum, dicit Barnesius. Atqui patet ex v. 799. et 901. Chorum toti colloquio sequenti adfuisse, neque exivisse; et rarissime quidem exibat. Ut igitur poëta sibi constet, dicendum videtur, Iphigeniam hoc loco emisisse *paucas* aliquot (*duas* puta, *tres*, vel *quatuor*) ex Chori numero, ceteras vero *plures* restitisse. Atque hoc explicabit forte conjecturam, nempe legendum esse, *καὶ προσευτρεπίζετε.* supra enim v. 471. dixerat armentario et ministris Thoantis, *Ingredientes templum, εὐτρεπίζετε quæ opus sunt:* hic vero *addit* has ex Choro, *προσευτρεπίζετε, insuper-parate*, i. e. præter eos quos ad hanc rem *prius* misi, ite vos *quoque*, et parate, &c. *Markl.*

ὑμεῖς,] Quærit Marklandus, quosnam hic alloquatur Iphigenia. Mihi videntur esse satellites quidam Scythæ, quos Iphigeniæ cum captivis colloquio interesse Fabulæ œconomia vetabat.

παρευτρεπίζειν non *apparare*, sed contrarium prorsus, *omittere, negligere*, significat Cyclop. 590. loco minime suspecto. Non male igitur Marklandus, qui hoc primus animadverterat, legendum censet *προσευτρεπίζετε. Musg.*

726. ss. Hanc potius scenam quartam actus secundi, quam initium novi actus, esse statuit Prev. *Beck.*

372. *Ἀπέλθεθ' ὑμεῖς,*] Chori partem compellari putat Marklandus, satellites quosdam Scythas Musgravius. Sed vere Heathius ministros illos intelligit, quos e scena egrediens Iphigenia ad captivorum custodiam in scena reliquerat. Conf. supra v. 638.

φυλάσσετ' αὐτοὺς, πρόσπολοι, δεσμῶν ἄτερ.

et v. 469. seqq.

παρευτρεπίζετε.] In Nostri Cycl. 590. *παρευτρέπισται* significat *male apparatum, neglectum fuit.* Hinc nostrum locum mendosum censet Marklandus, proponitque *προσευτρεπίζετε.* Non opus, opinor. Explico *εὐτρεπίζετε τὰ ἔνδον παρὰ τοῖς σφαγῇ ἐφεστῶσι, parate, quæ intus necessaria sunt, adjungentes vos illis, qui cædi præsunt.* Fit hoc etiam in aliis verbis cum præpositione *παρὰ* compositis, ut *perversitatis* notionem nunc adjunctam habeant, nunc non habeant. *Seidl.*

727. *μολόντες,*] Pro *μολοῦσαι*: dicitur enim de Choro, qui ex fœminis constabat: at vero fœminas aliquando et a se et ab aliis masculino genere insignitas, si quis dubitat, videat, quæ nos ad Alcest. v. 393. *Barnes.*

Ἐγὼ δὲ ταρβῶ, μὴ ἀπονοστήσας χθονὸς,
Θῆται παρ' οὐδὲν τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς,
Ὁ τήνδε μέλλων δέλτον εἰς Ἄργος φέρειν.
ΟΡ. Τί δῆτα βούλει; τίνος ἀμηχανεῖς πέρι;
ΙΦ. Ὅρκον δότω μοι, τάσδε πορθμεύσειν γραφὰς

Ego igitur metuo ne, reversus *ex hac* terra,
Nihil curet meas literas
Is, qui debet hanc epistolam Argos perferre.
Ore. Quid igitur vis? qua de re angeris?
Iph. Det jusjurandum mihi se has literas portaturum

728. πολύθροοι διαπτυχαὶ Ξένοις πάρεισιν.] Obvium erat Ξένοι, πάρεισιν, quod præstat Oxon. et multi ex conjectura. Πολύθροοι, pro vulgata ante πολύθρηνοι, est conjectura Scalig. et Duporti. πολύθηροι Oxoniensis [ex Aristotele.] unde πολύθυροι, *multiplices*, ex multis foliis vel plicis constans, licet speciosior, non est verior; vide Pollucem IV. 2. Innumeræ voces a πολυ incipientes supponi possunt. ego antiquum πολύθρηνοι, licet mendosum sciam, reduxi: neque puto vocem, qua hic usus est Euripides, a πολυ cœpisse. *Markl.*

πολύθυροι.] Ita legi testatur Sylburgius in duabus vetustis editionibus Rhetoricorum Aristotelis Lib. III. Vulgo πολύθρηνοι. Barnesius, Scaligero auctore, πολύθροοι. Sed verum omnino est πολύθυροι, licet ab Atticorum consuetudine nonnihil recedens. De ea sic Pollux, Lib. IV. sect. 18. οἱ δὲ Ἀττικοὶ γραμματεῖον δίθυρον, καὶ θύρας τὰς πτύχας ἄχρι δύο, εἶτα πτύχας, καὶ τρίπτυχον καὶ πολύπτυχον. vid. Hesych. v. δίθυρον, et v. θυρίδας. Suidam v. παράστασις. Sed his legibus poëtam teneri quis putet? *Musg.*

πολύθροοι] Olim legebatur πολύθρηνοι, quod, cum nullo modo versus admitteret, audacter rejeci, et πολύθροοι in illius locum adscripsi, ex Scaligeri sententia, quem Duportus in hac re probat. Miror autem Canterum, Æmilium Portum, Brodæum, Stiblinum, omnes prætergressos πολύθρηνοι, quum spondæum in quarto loco nemo unquam sanus admiserit, certe nemo veterum usurpaverit. *Barnes.*

Reisk. probat πολύθρηνοι, quamvis metro adversans.

Piers. Ver. p. 20. credit, locum sanari posse, transpositis vocibus, ita:

Δέλτου πολύθρηνοι μὲν αἵδε διαπτυχαὶ,
Ξένοι, πάρεισιν. *Beck.*

πολύθυροι] Aldus πολύθρηνοι, ex quo Scaliger et alii fecerant πολύθροοι. Ex Msti Oxoniensis lectione πολύθηροι jam Marklandus inciderat in πολύθυροι, sed respuebat illud Pollucis auctoritate deterritus IV. sect. 18. οἱ δὲ Ἀττικοὶ, γραμματεῖον δίθυρον· καὶ θύρας τὰς πτύχας, ἄχρι δύο· εἶτα πτύχας, καὶ τρίπτυχον καὶ πολύπτυχον. Ac profecto idem perhibet Hesychius v. θυρὶς, ubi Albertius confert Polluc. Lib. X. seg. 57. p. 1215. Recte tamen Musgravius πολύθυροι recepit, his legibus poëtam teneri dubitans. Affert etiam Sylburgium, qui in duabus vetustis editionibus Rhetoricorum Aristotelis Lib. III. ita legi testetur. Adde aliud, quod non dicit δέλτον πολύθυρον, pro quo fortasse dicendum erat δέλτον πολύπτυχον, sed ipsas διαπτυχὰς δέλτου vocat πολυθύρους, quas ne poterat quidem apte vocare πολυπτύχους. *Seidl.*

729. Ξένοις,] Procul dubio legendum cum Piersono ξένοι. *Musg.*

Ξένοι etiam in Ox. et sic Reisk. *Beck.*

Ξένοι,] Aldus ξένοις. *Seidl.*

730. οὐδεὶς αὐτὸς ἐν πόνοις ἀνὴρ,] Ὡὑτὸς Valck. ad Euripid. Phœniss. 927. *Por.*

730. s. ὡὑτὸς, *idem*, et ὅταν τε etiam Markl. cum Heath. et Valck. ad Phœn. 927. *Beck.*

αὑτὸς] Sic Schaeferus. Libri αὐτὸς, quod mutari voluerant in ὡὑτός. *Seidl.*

731. Ὅταν τε] Ita uterque MS. et P. ut recte Reiskius. *Musg.*

Ὅταν τε] Hanc Canteri conjecturam ex libris suis firmavit Musgravius. Aldus ὅταν γε.

Ὅταν τε πρὸς, MS. Victor. *Seidl.*

734. Ὁ τάνδε μέλλων δέλτον] Τήνδε extra Chorum. et ita Codd. A. C. *Markl.*

τήνδε] Ita MS. E. et P. vulgo τάνδε. *Musg.*

Πρὸς Ἄργος, οἷσι βούλομαι πέμψαι φίλων.
ΟΡ. Ἦ κἀντιδώσεις τῷδε τοὺς αὐτοὺς λόγους;
ΙΦ. Τί χρῆμα δράσειν; ἢ τί μὴ δράσειν; λέγε.
ΟΡ. Ἐκ γῆς ἀφήσειν μὴ θανόντα βαρβάρου.
ΙΦ. Δίκαιον εἶπας· πῶς γὰρ ἀγγείλειεν ἄν;
ΟΡ. Ἦ καὶ τύραννος ταῦτα συγχωρήσεται;
ΙΦ. Ναὶ, πείσω σφε, καὐτὴ ναὸς εἰσβήσω σκάφος.
ΟΡ. Ὄμνυ. σὺ δ' ἔξαρχ' ὅρκον, ὅστις εὐσεβής.
ΙΦ. Δώσω, λέγειν χρὴ, τήνδε τοῖς ἐμοῖς φίλοις.

Argos, amicis quibus *eas* mittere volo.
Ore. An tu quoque vicissim huic eosdem sermones reddes?
Iph. Quam rem me facturam? aut non facturam? dic.
Ore. Te *hunc* non mortuum dimissuram ex *hac* terra.
Iph. Recte dixisti: quomodo enim posset nunciare *quæ volo?*
Ore. An et tyrannus ista concedet?
Iph. Etiam persuadebo ei, et ipsa *ipsum* in navis imponam scapham.
Ore. Jura tu, et incipe jusjurandum, quod sit pium.
Iph. Dabo, dicere oportet, *hanc* epistolam meis amicis.

Male Aldus τάνδε.

Ὁ τήνδε μέλλων, MS. Victor. *Seidl.*

735. βούλει;] Sic Aldus. *Seidl.*

738. τοὺς αὐτοὺς λόγους;] i. e. ὅρκον. *Seidl.*

741. Bene Iphigenia πῶς γὰρ ἀγγείλειεν ἄν: nec tamen Orestes nulla ratione sacramentum ab ea exegit, ne forte postea, improvisa aliqua difficultate absterrita, sententiam mutaret. *Musg.*

πῶς γὰρ ἀγγείλειεν ἄν;] Non adeo infrequens est ellipsis τοῦ, ἄλλως, ubi voculæ γὰρ et ἂν simul adhibentur. Il. Α'. 232. Γ'. 56. Χ'. 16. — Prometh. 1019. Œd. Col. 144. Trach. 1120. Aj. 1330. —Plutus, 428. — Herod. i. §. 124. Thucyd. i. c. 68. Xenoph. Anab. p. 553. Ed. Cant. 1785. — inf. v. 1202. *Maltb.*

743. Ναὶ, πείσω σφε, καὐτὴ ναὸς εἰσβήσω σκάφος.] Omittitur Ναὶ in Codd. A. C. Si retineatur, est extra versum. Cetera ita legenda, Πείσω σφε, καὐτὸν ναὸς εἰσβήσω σκάφος. Σφε, *regi:* αὐτὸν, Pyladem. ἐμβήσω σκάφος, eodem more transitivo, Cyclop. 465. ἐσβῆσεν ἑκατόμβην, Iliad. Α'. 309. *inscendere fecit*, vel *imposuit.* *Markl.*

Ναὶ,] Τὸ Ναὶ extra carmen locum habet. Vid. Hecub. v. 1098. σφὲ,] Hoc in loco σφε ponitur pro αὐτὸν, et quanquam in Grammaticis nostris id non notetur, sæpissime reperitur pro αὐτὸν, vel αὐτὴν, in singulari quoque; ut Eurip. Orest. v. 29. Phœniss. v. 1671. Medeæ, v. 33. Androm. v. 993. Hippolyt. v. 897. Alcest. v. 16. etc. εἰσβήσω] Ἀντὶ τοῦ εἰσβιβάσω, activa significatione, ut etiam Herodotus utitur, Homerus ambobus præivit, qui Iliad. α'. v. 309. — ἐς δ' Ἑκατόμβην Βῆσε θεῷ. *Barnes.*

Ναί,] Omittunt hanc vocem Codd. Markl. A. B. et videtur profecto melius abesse. In proximis Marklandus legendum putat καὐτὸν (Pyladem) ναὸς εἰσβήσω σκάφος, citans eodem usu transitivo Cyclop. 465. ἐμβήσας σκάφος, et Hom. Il. α'. 309. ἐσβῆσεν ἑκατόμβην. At pronomen αὐτὸν intelligi potest. Εἰσβήσω autem semper est transitivum.

Ναὶ deest MS. Victor. *Seidl.*

744. Ὄμνυ. etc.] Verte: *Tu, Pylades, jura; tu vero, Iphigenia, præi verba jurisjurandi cujuslibet, quod pium sit.* Verba ὅστις εὐσεβὴς ad ὅρκον pertinent. *Heath.*

745. ΠΥ. Δώσω. ΙΦ. λέγειν χρὴ, τήνδε τοῖς ἐμοῖς φίλοις.] Totus versus Iphigeniæ tribuitur in Codd. A. B. C. sic et optime conjecerat Reiskius. *Markl.*

ΠΥ. Τοῖς σοῖς φίλοισι γράμματ' ἀποδώσω τάδε.
ΙΦ. Κἀγώ σε σώσω Κυανέας ἔξω πέτρας.
ΠΥ. Τίν' οὖν ἐπόμνυς τοῖσιν ὅρκιον θεῶν;
ΙΦ. Ἄρτεμιν, ἐν ἧσπερ δώμασιν τιμὰς ἔχω.
ΠΥ. Ἐγὼ δ' ἄνακτά γ' οὐρανοῦ, σεμνὸν Δία.
ΙΦ. Εἰ δ' ἐκλιπὼν τὸν ὅρκον ἀδικοίης ἐμέ;
ΠΥ. Ἄνοστος εἴην. τί δὲ σύ, μὴ σώσασά με;
ΙΦ. Μή ποτε κατ' Ἄργος ζῶσ' ἴχνος θείην ποδός.
ΠΥ. Ἄκουε δὴ νῦν, ὃν παρήλθομεν, λόγον.

Pyl. Dabo has literas tuis amicis.
Iph. Et ego te salvam dimittam extra Cyaneam petram.
Pyl. Quem autem deorum advocas *tui* juramenti testem.
Iph. Dianam, in cujus templis *hos* honores habeo.
Pyl. Ego vero regem cœli Jovem venerandum.
Iph. Si vero deserto jurejurando feceris mihi injuriam?
Pyl. Sim sine reditu: quid vero tu, si me non servaveris?
Iph. Nunquam Argis viva vestigium figam pedis.
Pyl. Audi vero rem, quam præterivimus.

In vulgatis hic versus ita distribuitur:

ΠΥΛ. δώσω. ΙΦ. λέγειν χρὴ, τήνδε τοῖς ἐμοῖς φίλοις.

Sed nobiscum faciunt ambo MSS. et P. *Musg.*

Omnem versum Iphigeniæ tribuendum esse cum Musgr. censet Prev.

Reisk. conjicit τήνδε τοῖς ἐκεῖ φίλοις, Argis puta; subint. δέλτον. Monstratione tabulæ adjuvabatur oratio inter recitandum. *Beck.*

Aldus male personas ita distribuit: ΠΥΛ. δώσω. ΙΦΙΓ. λέγειν — φίλοις. Recte totum versum Iphigeniæ tribuunt Codd. Pariss. omnes, ut jam faciendum viderat Reiskius. *Seidl.*

MS. Victor. Totum hunc versum Iphigeniæ jubet esse, versum autem 748. τίν' οὖν ἐπόμνυς, etc. Aldus Oresti, Pyladi MS. assignat. *Goeller.*

748. ἐπόμνυς τοῖσιν] Usitatius τοῖσιδ'; et verius puto. Nonnullæ Editt. et Cod. A. habent τοῖς solummodo: B. τοισιν. iidem libri scripti hunc iambum Pyladi attribuunt: C. Oresti. Τοῖς pro οἷς sæpe, sed pro τούτοις in iambis non solet poni, opinor. *Markl.*

τοῖσιν] Magis ex more Atticorum esset τοῖσιδ', et sic quidem legendum puto. Pyladæ porro hunc iambum tribuunt omnes MSS. *Musg.*

τοῖσίδ'] Aldus et Cod. B. τοῖσιν. Cod. Markl. A. τοῖς, ut editiones nonnullæ. Quod dedimus, placuit Marklando et Musgravio. Præterea Aldus cum Cod. Markl. C. hunc versum Oresti tribuit, sed Codd. A. et B. Pyladi, quos jure secuti sunt editores Britanni. *Seidl.*

750. Ἐγὼ δ' ἄνακτα οὐρανοῦ σεμνὸν Δία.] Jupiter præcipue juramentorum respectum habuit; et graviter perjuros puniebat, nisi forte quis amator juraverit: ipse enim cum Io a Junone deprehensus ob amorem pejeraverat; unde Ovidius canit — *Juppiter in cœlis perjuria ridet Amantum.* Hinc Ζεὺς ὅρκιος dicebatur. Vid. Scholiasten Euripidis ad Hec. v. 345. *Barnes.*

753. ἴχνος θείην ποδός.] Cod. A. χθονος pro ποδός. quasi legisset Ἄργους, et χθόνα. Non male. nam Euripides sæpe ponit τίθημι ἴχνος, absque ποδός. sed vulgatam puto præstare. *Markl.*

ἴχνος] Prior syllaba τοῦ ἴχνος hic brevis est, ut aliquando in τέχνη et similibus. Vid. quæ nos ad Phœniss. v. 19. *Barnes.*

ΙΦ. Ἀλλ' αὖθις ἔσται καιρὸς, ἢν καλῶς ἔχῃ.
ΠΥ. Ἐξαίρετόν μοι δὸς τόδ', ἤν τι ναῦς πάθῃ,
Χἠ δέλτος ἐν κλύδωνι χρημάτων μετὰ
Ἀφανὴς γένηται, σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον,
Τὸν ὅρκον εἶναι τόνδε μηκέτ' ἔμπεδον.
ΙΦ. Ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσω; πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ·

Iph. At aptus erit etiam nunc si recte se habuerit.
Pyl. Da mihi hanc exceptionem, si quid acciderit navi,
Et tabulæ in procellis cum literis
Perierint, corpusque servâro solum,
Ut non amplius hoc juramentum sit ratum.
Iph. Scis quid sim factura? multa enim navi accidunt.

755. Ἀλλ' αὖθις ἔσται καινός.] Imo κοινὸς, ad utrumque nostrum æque pertinebit. αὖθις, *rursus,* quemadmodum in *jurejurando* paullo ante, quod erat *commune*, et ab utroque susceptum. Sensus et lingua hoc flagitant. *Markl.*

Ἀλλ' αὖθις ἔσται κοινὸς, ἢν καλῶς ἔχῃ.] Καιρὸς Pierson. Verisimil. I. 2. p. 21. *Por.*

καινὸς,] Piersonus καιρὸς reponit, Marklandus κοινὸς. Mihi legendum videtur: ἀλλ' ὀρθὸς ἔσται καὶ νῦν — ὀρθὸς ἔσται, *non irritus erit, recto stabit talo.* vid. Soph. Œd. Tyr. v. 39, 50, 51, 88, 714. Mox Scaliger κακῶς pro καλῶς, hoc forte sensu:

Corrigitur sermo hic tuus, si male se habeat.

Plato: ὁ λόγος ὀρθὸς φανεῖται, p. 535. C. Ed. Ficin. *Musg.*

καλῶς ἔχῃ.] Scaliger κακῶς legit, male, ut mihi videtur; καλῶς enim, si quis ex Latinæ versionis mente accipiat, recte adest: sin κακῶς legas, vertendum erit — *At rursus habebitur sermo novus, si male habeat*, quod dixi nuper. *Barnes.*

καινὸς] Brum. refert ad ὅρκος. Prev. censet potius versum esse corruptum, sed ipse nullam nisi Musgravii profert conjecturam. *Beck.*

Ἀλλ' αὖθις ἔσται καινὸς, ἢν καλῶς ἔχῃ.] "Immo κοινὸς, *ad utrumque nostrum æque pertinebit.* Αὖθις, *rursus*, quemadmodum in jurejurando paulo ante, quod erat commune, et ab utroque susceptum. Sensus et lingua hoc flagitant." Marklandus. Verum unde Iphigenia, ut quæ adhuc ignorabat, quid prolaturus esset Pylades, suspicari poterat, hanc rem ejusmodi fore, ut pariter ad utrumque spectaret? Mihi vulgata hoc dicere videtur: At possumus iterum novum facere (scil. λόγον περὶ τοῦ ὅρκου,) siquidem ita bene se habebit, i. e. possumus repetere sermonem nostrum, et alium facere sive mutanda mutare, si quidem hoc præstabit. Eodem modo etiam alii locum ceperunt. Infra v. 1030. καινὸν ἐξεύρημα est inventum aliud novum. Piersonus Veris. p. 21. pro καινὸς conjiciebat καιρὸς. Pro καλῶς Scaliger sine causa malebat κακῶς. Ceterum Aldus habet αὖτις. *Seidl.*

Ad καινὸς subauditur ὅρκος. Verte: *Novum autem iterabitur juramentum, si ita oportet. Heath.*

757. χρημάτων μέτα] Opinor γραμμάτων μέτα, *cum scriptura.* vid. Iph. Aul. 37. et 322. Eadem omnia mox, v. 765. Et quænam χρήματα tunc habuit Pylades, ut de iis sollicitus esset? *Markl.*

χρημάτων.] Optime Marklandus γραμμάτων. *Musg.*

χρημάτων μέτα] Marklandus conjicit γραμμάτων μέτα, *cum scriptura,* coll. Iph. Aul. 37. et 322. et nostræ fabulæ paulo post v. 765. Nulla enim tunc Pyladi χρήματα fuisse, de quibus sollicitus esset. Verum illud γραμμάτων mirificè languet. Per se enim intelligitur, δέλτῳ pereunte etiam γράμματα peritura. Μετὰ χρημάτων intellige, *cum rebus meis*, non, *cum divitiis.* Atqui habere semper aliquid oportet eum, qui navi longum iter facturus est. Innuit simul Pylades, magis etiam curæ sibi fore, epistolam ut servet, quam ut res suas. Verum esse χρημάτων, certissimo indicio sunt verba proximi versus, σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον. *Seidl.*

Τἀνόντα, κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτου πτυχαῖς,
Λόγῳ φράσω σοι πάντ', ἀναγγεῖλαι φίλοις.
Ἐν ἀσφαλεῖ γάρ· ἢν μὲν ἐκσώσῃς γραφὴν,
Αὐτὴ φράσει σιγῶσα τἀγγεγραμμένα·
Ἢν δ' ἐν θαλάσσῃ γράμματ' ἀφανισθῇ τάδε,
Τὸ σῶμα σώσας, τοὺς λόγους σώσεις ἐμοί.

Quæ sunt scripta in epistolæ plicis,
Dicam tibi verbis, ut omnia possis nunciare amicis,
Res enim in tuto est: quod si servaris literas,
Tum ipsæ dicent tacentes, quæ sunt inscripta.
Si vero literæ in mari deletæ fuerint istæ,
Corpore servato, hæc verba servabis mihi.

758. ἐκπώσω] Ita, Brodæo auctore, Edd. recent. nec dissentiunt MSS. Ed. Ald. ἐκδώσω. *Musg.*

σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον, MS. Victor. *Seidl.*

760. πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ·] Infra v. 866. ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων κυρεῖ. ad quam formam debuit hic esse, πολλὰ δ' ἐκ (vel γ' ἐκ) πολλῶν κυρεῖ, *multa autem ex multis* caussis *accidunt*. Sed forte mendum est in voce πολλῶν. sensus enim ducit ad, *multa enim navigantibus accidunt.* quasi subesset aliquid a πλέω. *Markl.*

πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ·] Marklandus mentem loci hoc fere modo se habere suspicatur: *multa enim navigantibus accidunt.* Quæ conjectura *si* vera sit, quidni legamus: πολλὰ γὰρ πλοίῳ κυρεῖ, *multa enim navi accidunt.*

πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ·] Sententiam non ineptam præbuerit duarum literarum transpositio:

'Αλλ' οἶσθ', ὃ δράσω; πολλ' ἄγρα πολλῶν κυρεῖ·

At scin', quid factura sim! multa invenit (vel *consequitur*) *multorum venatio.* i. e. multorum investigatione multa inveniri solent. κυρεῖν accusativo subjecto legitur Rhes. 115. Heracl. 375. Æsch. Choëph. 712. Oppian. Halieut. I. 34. *Musg.*

'Αλλ' οἶσθ', ὃ δράσω;] Scaliger legit hic quoque δρᾶσον, quam lectionem licet Hecub. v. 225. Scholiastes probet, et nos etiam Iphig. Aul. v. 725. non est hujus loci eadem ratio; non enim illa jam Pyladem jubet aliquid facere; sed de se *factura* aliquid loquitur; ut cuivis appareat. *Barnes.*

Οἶσθ' οὖν ὃ δράσω;] Kœn. ad Greg. Cor. p. 8. comparat Terentianum: *Scis, quid loquar?* Adelph. II. 2, 7.

πολλὰ γὰρ πολλ. κ.] *Multa enim multa obtinent,* aut *per plurima plurimis prospicitur.* Heath. — Reisk. subintelligit ἐκ, coll. v. 866. et reddit: *alia ex aliis contingunt,* una cogitatio prolicit alteram. *Beck.*

πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ·] Sententia parum perspicua. Poterat etiam Marklandus afferre Hec. 684. ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ. Sed πολλὰ δ' ἐκ πολλῶν κυρεῖ legi non potest, quæ sententia ab hoc nexu abhorret. Musgravius conjicit πολλὰ γὰρ πλοίῳ κυρεῖ, et postea minus etiam feliciter πόλλ' ἄγρα πολλῶν κυρεῖ *multa invenit* (vel *consequitur*) *multorum venatio.* Locum corruptum esse persuadere mihi non possum. *Multa nanciscuntur multa* fortasse esse possit, multiplex multorum est fortuna sive facile alicui aliquid accidere potest. Hoc modo voce πολλὰ continebitur πολλοί. Nam πολλῶν pro masculino haberi nolim. Hermanno πολλὰ πολλῶν dictum videtur pro πλεῖστα, de quo propterea dubito, quod κυρεῖν fere cum genitivo jungitur. Omnium tamen simplicissima videtur Heathii explicatio: "multa multa obtinent, aut, per plurima plurimis prospicitur." Similiter Nostrates: Viel hilft viel. *Seidl.*

761. s. Τἀνόντα κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτου πτυχαῖς | λόγῳ φράσω σοι πάντ' ἀναγγεῖλαι φίλοις.] Æschylus Prom. 662. ἦκον δ' ἀναγγέλλοντες αἰολοστόμους | χρησμοὺς, ἀσήμους, δυσκρίτως τ' εἰρημένους. Malim ἀπαγγεῖλαι et ἀπαγγέλλοντες. *Elmsl.*

Τἀνόντα] Τὰ ἐνόντα. Δέλτου πτυχαῖς,

ΠΥ. Καλῶς ἔλεξας, τῶν θεῶν ἐμοῦ θ' ὕπερ.
Σήμαινε δ' ᾧ χρὴ τάσδ' ἐπιστολὰς φέρειν
Πρὸς Ἄργος, ὅ τι τε χρὴ κλύοντά σου λέγειν.
ΙΦ. Ἄγγελλ' Ὀρέστῃ παιδὶ τἀγαμέμνονος·
Ἡ 'ν Αὐλίδι σφαγεῖσ', ἐπιστέλλει τάδε
Ζῶσ' Ἰφιγένεια, τοῖς ἐκεῖ δ' οὐ ζῶσ' ἔτι.

Pyl. Recte dixisti deorum, meique causa.
Significa igitur cui oporteat has literas ferre
Argos, et quid dicere oporteat me audivisse ex te.
Iph. *Nuncia Oresti filio* Agamemnonis, —
In Aulide interfecta mittit has literas
Viva Iphigenia, *quæ illis, qui istic sunt, non vivit amplius.*

pro δέλτῳ ἐπτυγμένῃ. Sic infra v. 794. Γραμμάτων διαπτυχάς. *Barnes.*

762. Distinctio poni debet, opinor, post πάντ' non post σοι. Iphig. Aul. 113. Λόγῳ φράσω σοι πάντα τἀγγεγραμμένα. *Markl.*

Recte Marklandus πάντ' refert ad ἐγγεγραμμένα, conferens Iphig. Aul. 113.; sed ut ideo comma ponatur post πάντ', certe non opus est. *Seidl.*

766. Τὸ σῶμα σώσας, etc.] En versum πολύσιγμον iterum, qualem habuisti Medeæ, v. 476. In quem locum videsis, quæ a nobis notentur. *Barnes.*

Notant hunc versum ob sigmatismum Barnesius et Porsonus ad Med. 476. *Seidl.*

767. τῶν Θεῶν, ἐμοῦ θ' ὕπερ.] Libenter invenissem, τῶν Θεῶν τ', ἐμοῦ θ' ὕπερ. Pro ᾧ Cod. B. ὡς: quod vult, opinor, οἷς. vide v. 746. *Markl.*

767. ss. Καλῶς ἔλεξας τῶν θεῶν ἐμοῦ θ' ὕπερ. | σήμαινε δ' ᾧ χρὴ τάσδ' ἐπιστολὰς φέρειν | πρὸς Ἄργος, ὅτι τε χρὴ κλύοντά σου λέγειν.] Pro ᾧ cod. B. ὡς: quod vult, opinor, οἷς. Markland. Cum his verbis contineatur interrogatio, vitiosum est σήμαινε δ' ᾧ χρὴ, nec minus vitiosum οἷς, quod Marklando in mentem venit. Reponerem σήμαινε δ' ὅτῳ χρὴ, si per metrum liceret. Ita Æschylus Prom. 619. Σήμηνον ὅστις ἐν φάραγγί σ' ὤχμασε. Ubi solœcum esset ὃς pro ὅστις. Vulgo quidem legitur in eadem fabula, v. 946. πατὴρ ἄνωγέ σ' οὕστινας κομπεῖς γάμους | αὐδᾶν, πρὸς ὧν τ' ἐκεῖνος ἐκπίπτει κράτους. Sed proculdubio legendum aut πρὸς ὧν γ' ἐκεῖνος, quod in uno codice reperitur, aut πρὸς ὧν ἐκεῖνος utraque particula deleta. Sensus est, ut alibi monui, *quænam sint hæ nuptiæ, quæ eum regno pulsuræ sint.* Nostro loco si recte bis legitur χρὴ, aut σήμαινε τῷ aut σήμαιν' ὅτῳ scribendum. *Elmsl.*

Καλῶς ἔλεξας τῶν θεῶν ἐμοῦ θ' ὕπερ.] Deorum causa, quorum honori consulis, dum perjuria vitare hac explicatione studes; Meique, cujus fidei et conscientiæ in hac parte prospicis. *Barnes.*

770. παιδὶ τ' Ἀγαμέμνονος·] Rectius scriberetur τοῦ vel τῷ 'γαμέμνονος. hoc ultimum habet Cod. C. unde ita edidi. *Markl.*

Ἄγγελλ' Ὀρέστῃ παιδὶ τῷ 'γαμέμνονος·] Retine omnino τἀγαμέμνονος, quod est τῷ Ἀ. *Por.*

τ' ἀγαμέμνονος·] Verius puto τῷ 'γαμέμνονος, ut habet Lib. P. *Musg.*

τἀγαμέμνονος·] Ita Aldus. Marklandus ex Cod. C. τῷ 'γαμέμνονος. Sed ut dicimus τἀνδρὸς, τἀσθενοῦς, non τοῦ 'νδρὸς, τοῦ 'σθενοῦς, ita etiam τἀνδρὶ, τἀσθενεῖ, et τἀγαμέμνονος, non τῷ 'γαμέμνονος.

παιδὶ τῷ 'Γαμέμνονος, MS. Victor. *Seidl.*

771. Ἡ 'ν Αὐλίδι σφαγεῖσ',] Σφαχθεῖσ' conveniret melius tragicorum asperitati. Sed testatur Dion. Halicarnass. De Struct. Orat. c. XXIII. Euripidem *solum* inter tragicos *lævem compositionem* sectatum fuisse: cujusmodi compositionis est σφαγεῖσα potius quam σφαχθεῖσα, et ἀπηλλάγης Andromach. 590. magis quam ἀπηλλάχθης, licet modulus versus utrumvis ferret. *Markl.*

774. μὴ λόγοις ἔκπλησσέ με.] Scribo, μὴ λόγου δ' ἔκπλησσέ με, *ne vero me excute ex sermone*, i. e. ne me loquentem interpella, ne interrumpe sermonem meum. vide supra, v. 241. Orest. 542. Τὸ γῆρας—τὸ

ΟΡ. Ποῦ δ' ἔστ' ἐκείνη; κατθανοῦσ' ἥκει πάλιν;
ΙΦ. Ἥδ', ἣν ὁρᾷς σύ· μὴ λόγοις ἔκπλησσέ με.
Κόμισαί μ' ἐς Ἄργος, ὦ ξύναιμε, πρὶν θανεῖν,
Ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ μετάστησον θεᾶς
Σφαγίων, ἐφ' οἷσι ξενοφόνους τιμὰς ἔχω —
ΟΡ. Πυλάδη, τί λέξω; ποῦ ποτ' ὄνθ' εὑρήμεθα;

Ore. Ubi vero illa est? num mortua revixit?
Iph. Quam vides, illa est, ne *tu* me a sermone depelle.
Deduc me Argos, frater, priusquam moriar,
Ex hac terra barbara, et abducito a deæ
Sacris, in quibus munus hospitum-interficiendorum habeo.
Ore. Pylade, quid dicam *tibi?* ubinam existentes inventi sumus?

σόν, ὅ μ' ἐκπλήσσει λόγου. sic ἐκπλήττειν κομπασμάτων, Æschyl. Prometh. 360. ἀποσχίζειν τοῦ λόγου. Aristoph. Nub. 1410. Vide omnino Hemsterhuis. ad Tho. Magistrum V. Ἐκπλήττειν. Vulgata falsum dicit. nullis enim λόγοις Iphigeniam ἐξέπληξεν Orestes: sed eam λόγου ἐξέπληξεν, *interrupit sermonem* ejus. *Markl.*

λόγοις] Eleganter et vere Marklandus λόγου δ', *ne mihi sermonem interpella.* vid. Orest. v. 542. *Musg.*

Male Aldus ἥνδ', ἣν ὁρᾷς.

μὴ λόγοις ἔκπλησσέ με.] Si quid mutandum est, malim λόγων. Sed genitivus iste potest intelligi, ut etiam nos dicimus absolute: Bringe mich durch Dazwischenreden nicht heraus. *Seidl.*

775. Recte judicat Barnesius, hæc ipsa esse verba epistolæ, quæ Iphigenia vel legebat, vel repetebat. *Seidl.*

776. μετάστησον θεᾶς Σφαγίων,] Θέας, *amove ab aspectu victimarum.* Toupius Cur. Poster. in Theocrit. XV. 98. p. 30. *Por.*

θεᾶς Σφαγίων,] Toupius Appendic. not. in Theocrit. p. 30. proponit θέας pro θεᾶς, *amove me ab adspectu harum victimarum.* Fallitur. Major vis in lectione librorum, qua amoveri cupit Iphigenia, non ab adspectu victimarum, sed ab ipso, cui præerat, cruento munere. Immolare enim se ipsam hospites dicit, i. e. morti eos destinare. Corrigebat Toupius, quod ad σφαγίων requirebat dativum θεᾷ. Sed vid. supra ad v. 459. coll. Matthiæ Gramm. Græc. §. 313. p. 431. *Seidl.*

777. ξενοκτόνους τιμὰς ἔχω] Tertius pes est amphimacer. Lego, ξενοφόνους. Confirmant A. B. et Oxon. *Markl.*

ξενοφόνους] Ita vere Marklandus. Vulgo ξενοκτόνους contra metrum.

ξενοφόνους τιμὰς ἔχω, MS. Victor. *Seidl.*

ξενοκτόνους secundam corripit eadem ratione, qua κεραστὰ, Cycl. 52. V. Clark. ad Il. β'. 557. *Heath.*

778. εὑρήμεθα;] Vel εὑρήμεθον. *Markl.*

Πυλάδη, τί λέξω; ποῦ ποτ' ὄνθ' εὑρήμεθα;] Mavult Marklandus εὑρήμεθον ob præcedens ὄντε. Non opus. Vid. Matthiæ Gramm. Gr. §. 300. p. 417. Seidler. Marklando obsecutus est Zimmermannus. Primam personam dualem veteribus ignotam fuisse monui ad Aristophanis Ach. 733. p. 127. Utar hujus opportunitate loci ad eam quæstionem paullo accuratius tractandam. Apud veteres et probatos scriptores * primam personam dualem ter offendi, semel apud Homerum, bis apud Sophoclem. Homerus Il. Ψ'. 485. δεῦρό νυν ἢ τρίποδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος. *Cum metri injuria,* inquit Heynius, *legerunt nonnulli* περιδώμεθα ἠὲ λ. *Sic Barocc. Harl. Townl. un. Vindob. et Schol. Aristoph. Acharn.* 771. *Eq.* 788. *Nub.* 644. Sic etiam Hesychius, vv. Δεῦρο et Περιδώμεθα, aliique. Metro cau-

* In horum numero non est habendus Athenæus, qui Pompeionum quendam Philadelphensem ita loquentem inducit, p. 98. A. Στρομβιχίδη, κόμιζέ μοι ἐπὶ τὸ γυμνάσιον τὰς βλαύτας τὰς ἀφορήτους, καὶ τὴν ἐφεστρίδα τὴν ἄχρηστον. ἐγὼ γὰρ ὑποδησάμενος τὸν πώγωνα, προσαγορεύσω τοὺς ἑταίρους. ὀπτὸς γάρ ἐστί μοι τάριχος. κόμιζε δὲ τοῦ ἐλαίου τὴν λήκυθον. πρότερον γὰρ συντριβησόμεθον, ἔπειθ' οὕτως ἀπολούμεθον.

ΙΦ. Ἢ σοῖς ἀραία δώμασιν γενήσομαι,
Ὀρέσθ', ἵν' αὖθις ὄνομα δὶς κλύων μάθῃς.
ΠΥ. Ὦ θεοί. ΙΦ. Τί τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖς ἐν τοῖς ἐμοῖς;
ΠΥ. Οὐδέν· πέραινε δ', ἐξέβην γὰρ ἄλλοσε.
Τάχ' οὖν ἐρωτῶν σ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι.

Iph. *Aut tuæ familiæ diras imprecabor,*
Orestes, ut rursus nomen bis audiens scias.
Pyl. Proh deos. *Iph.* Cur deos invocas in meis rebus?
Pyl. Nihil: pertexe modo, aberrâram enim cogitando.
Mox, licet te non interrogem, ad certa perveniam.

tum erit, si scribatur cum elisione περιδώμεσθ'. Loci Sophoclei sunt Phil. 1079. νὼ μὲν οὖν ὁρμώμεθον. | ὑμεῖς δ', ὅταν καλῶμεν, ὁρμᾶσθαι ταχεῖς. El. 948. Παρουσίαν μὲν οἶσθα καὶ σύ που φίλων | ὡς οὔτις ἡμῖν ἔστιν, ἀλλ' Αἵδης λαβὼν | ἀπεστέρηκε, καὶ μόνα λελείμμεθον. Utrobique id ipsum fecisse videntur librarii, quod nostro loco factum voluit Marklandus. Propter nominativos duales νὼ et μόνα verba pluralia in dualia mutarunt. Primam personam pluralem nominativo duali conjungit Sophocles Ant. 58. νῦν δ' αὖ μόνα δὴ νὼ λελειμμένα, σκόπει | ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθ', εἰ νόμου βίᾳ | ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν. Sic etiam Eurip. Or. 1059. ἀλλ' εἶ' ὅπως γενναῖα κἀγαμέμνονος | δράσαντε κατθανούμεθ' ἀξιώτατα. Hel. 1059. εἶτα πῶς ἄνευ νεὼς | σωθησόμεσθα κενοταφοῦντ' ἐμὸν δέμας; Ibid. 1095. αἰτούμεθ' ὀρθὰς ὠλένας πρὸς οὐρανὸν | ῥίπτονθ', ἵν' οἰκεῖς ἀστέρων ποικίλματα. El. 1239. δεινὸν δὲ ναὸς ἀρτίως πόντου σάλον | παύσαντ', ἀφίγμεθ' Ἄργος. Aristophanes Av. 4. ἀπολούμεθ', ἄλλως τὴν ὁδὸν προφορουμένω. Ibid. 43. κανοῦν δ' ἔχοντε καὶ χύτραν καὶ μυῤῥίνας, | πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα, | ὅπου καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν. Ibid. 120. ταῦτ' οὖν ἱκέται (malim ἱκέτα) νὼ πρὸς σὲ δεῦρ' ἀφίγμεθα. Ibid. 650. ξυνεσόμεθ' ὑμῖν πετομένοις οὐ πετομένω. Ibid. 664. καὶ νὼ θεασώμεσθα τὴν ἀηδόνα. Plut. 445. Καὶ μὴν λέγω. δεινότατον ἔργον παραπολὺ | ἔργων ἁπάντων ἐργασόμεθ', εἰ τὸν θεὸν | ἔρημον ἀπολιπόντε ποι φευξούμεθα, | τηνδὶ δεδιότε, μηδὲ διαμαχούμεθα. Propter nominativum dualem ἀπολιπόντε in ed. Flor. a. 1525. φευξούμεθον reposuit Ant. Fracinus, relicto tamen διαμαχούμεθα v. seq. *Elmsl.*

Ποῦ ποτ' ὄνθ' ηὑρήμεθα] Ὄνθ' pro ὄντε, ὑπάρχοντε, dualis numeri. *Brodæus.*

Πυλάδη, τί λέξω] Hæc ab Oreste submissa voce dici censuerat Brumœus, alte dici statuit Prev. Scilicet ipsum animi sensum ejusque vehementiam non permisisse, ut hæc lenius dicerentur. *Beck.*

Mavult Marklandus εὑρήμεθον ob præcedens ὄντε. Non opus. Vid. Matthiæ Gramm. Gr. §. 300. p. 417. Male quædam ηὑρήμεθα. Recte Aldus εὑρήμεθα. *Seidl.*

779. ἀραία] Vid. ad Hippol. v. 1413. *Musg.*

ἀραία — γενήσομαι,] Diras imprecabor. Active sumitur in hoc loco, alias plerumque passive: ἀραῖος enim proprie sonat *diris devotus*, ab ἀρά. *Barnes.*

ἀραία — γενήσομαι,] Bene ἀραία active accipiunt, *diras imprecabor*. Vid. Musgr. ad Hippol. 1413. *Seidl.*

780. ἵν' αὖθις — μάθῃς.] Lineola hæc a præcedentibus epistolæ verbis distinximus. Semet ipsa enim Iphigenia interrumpit in epistolæ recitatione. *Seidl.*

781. Ὦ θεοὶ, τί τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖς ἐν τοῖς ἐμοῖς;] Aldina editio in hac parte male habet excusum Ὦ θεοὶ separatim; nisi enim admissum id legatur μονοσυλλάβως, versus non stabit. *Barnes.*

ἐν τοῖς ἐμοῖς;] *In rebus ad me spectantibus. Beck.*

In Sophoclis Philocteta, v. 736. legimus hæc:

ἰὼ θεοί.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί τοὺς θεοὺς οὕτως ἀναστένων καλεῖς;

Emendandum puto ad normam nostri loci aliorumque:

ὦ θεοί.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί τοὺς θεοὺς ὧδ' ἀναστένων καλεῖς;

ΙΦ. Λέγ', οὕνεκ' ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου θεὰ
Ἄρτεμις, ἔσωσέ μ', ἣν ἔθυσ' ἐμὸς πατὴρ,
Δοκῶν ἐς ἡμᾶς ὀξὺ φάσγανον βαλεῖν,
Εἰς τήνδε δ' ᾤκισ' αἶαν. αἵδ' ἐπιστολαί·
Τάδ' ἐστὶν ἐν δέλτοισιν ἐγγεγραμμένα.

Iph. Dic *Oresti,* quod *cervam dans pro me, dea*
Diana servavit me, quam cervam mactavit meus pater,
Cum putaret se in nos acutum ensem immittere,
Et in hanc terram collocavit: hæ *sunt meæ* literæ,
Et hæc sunt scripta in literis.

Hic versus enim respondet versui 733.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί ἐστιν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδὲν δεινόν. ἀλλ' ἴθ', ὦ τέκνον.

Senariorum inæqualiter divisorum exempla aliquot proposui de Verss. Dochm. p. 247. not. Videtur enim parvum antistrophicum systema. Circa medium versum 735. οὐ δῆτ' ἐγώγ', moventur duæ strophulæ, quarum proxima duos senarios, altera exclamationes ἆ ἆ ἆ continet. De confusis ὧδε et οὕτως vid. Porson. Supplem. Præf. ad Hec. p. clxxviii. *Seidl.*

783. Τάχ' οὖν ἐρωτῶν σ'.] Mentem hujus iambi, qui Pyladi tribuitur, non assequor, tantundem, si Iphigeniæ assignetur, et legatur, Τάχ' οὖν σ' ἐρωτῶσ', &c. Aldina legit eum interrogative. Personam ΙΦ. (v. 784.) omittit Cod. A.: si quid inde auxilii. V. 787. ωκησ' pro ᾤκισ' A. C.
Markl.

Vide, annon emendari possit versus legendo:

τάχ', οὐδ' ἐρωτῶν σ', εἰς τὰ πιστ' ἀφίξομαι.

Statim, etiamsi te non interrogem, ad certitudinem perveniam, i. e. certo intelligam, quid rei sit. *Musg.*

Τάχ' οὖν] Hæc Pyladem non ad Iphigeniam, sed ad se ipsum dicere censet Prevostus; ita ut sit observatio, quam secum ipse instituerit. Vertit: "Peutêtre, si je l'interrogeois, je parviendrois à des résultats douteux." *Beck.*

Hic versus in Aldina Pyladi continuatur legiturque sic:

τάχ' οὖν ἐρωτῶν σ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι.

Recte vidit Markl. versum esse Iphigeniæ, quod ipsa Cod. A. lectio quodammodo confirmat, sed quomodo illud σ' ἐρωτῶσ' intelligi velit, non perspicio. Mutavimus unam litteram σ' in δ', quas easdem litteras paulo ante confusas vidimus ad v. 758. Τῶν valet τούτων, scil. ἃ σοι ἐπιστέλλω, ut sæpe apud Tragicos (vid. Brunck. ad Œd. Reg. 1082. coll. Æschyl. Agam. 6. Soph. Œd. Col. 742.) *Statim igitur dicam, jam in eo sum ut dicam. Veniam autem ad ea, quæ in his incredibilia sunt.* Modus enim maxime, quo servata erat, fidem excedebat. Hermannus hunc versum collocandum putat infra post v. 812. legendumque τάχ' οὖν ἐρωτῶσ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι, quod mihi parum probabile est.
Seidl.

785. s. ἣν ἔθυσ' ἐμὸς πατὴρ Δοκῶν, etc.] Hinc supra ad v. 176. κεμὰς δοκίμα dicitur, ὅτι, ὡς ἐδόκει, τοῖς Ἕλλησιν ἐσφάγη ἐλάφου δίκην. Et hic versus est πολύσιγμος, ut ille Medeæ v. 476. Ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι. Vid. supra v. 766.
Barnes.

787. Εἰς τήνδε δ' ὤκησ' αἶαν, MS. Victor.
Seidl.

Bene habet vulgata, αἵδ' ἐπιστολαὶ, scil. εἰσίν. Incidit tamen aliquando suspicio, poëtam scripsisse: αἵδ' ἐπιστολαὶ ταῖσδ' εἰσὶν ἐν δέλτοισιν ἐγγεγραμμέναι. *Reisk.*

788. Τάδ' ἐστὶν ἐν δέλτοισιν ἐγγεγραμμένα.] Facete alio accommodatur hic iambus ab Antigono apud Plutarch. Apophthegm. p. 182. E. ubi legitur, Ταῦτ' ἐστι τὰν δέλτοισιν ἐγγεγραμμένα; interrogative. Adeo recte τἀν, ut si vel in uno Codice invenissem, ita edidissem: licet Plutarcho citanti non semper fidem habuerim.
Markl.

ΠΥ. Ὦ ῥᾳδίοις ὅρκοισι περιβαλοῦσά με·
Κάλλιστα δ' ὀμόσας, οὐ πολὺν σχήσω χρόνον,
Τὸν δ' ὅρκον, ὃν κατώμοσ', ἐμπεδώσομεν.
Ἰδοὺ, φέρω σοι δέλτον, ἀποδίδωμί τε,
Ὀρέστα, τῆσδε σῆς κασιγνήτης πάρα.
ΟΡ. Δέχομαι· παρεὶς δὲ γραμμάτων διαπτυχὰς,
Τὴν ἡδονὴν πρῶτ', οὐ λόγοις, αἱρήσομαι.
Ὦ φιλτάτη μοι ξύγγον', ἐκπεπληγμένος,
Ὅμως ἀπιστῶ, περιβαλὼν βραχίονι,

Pyl. O quæ me facili jurejurando obstrinxisti,
Et quæ pulcherrime jurâsti, non multum morabor tempus:
Et jusjurandum, quod juravi, præstabimus.
Ecce fero tibi literas, et trado,
Orestes, ab hac tua sorore.
Ore. Accipio: omittens vero literarum plicas,
Voluptatem primum non verbis *at factis* capiam.
O charissima mihi soror, perculsam te,
Nihilominus brachiis amplectens vix credentibus,

ἔστι τὰν δέλτοισιν] Ita Plutarchus Op. Mor. p. 319. Ed. Steph. [182. E. Wech.] qui præterea ταῦτ' legit pro τάδ'. Vulgo ἔστιν ἐν δέλτοισιν. *Musg.*

ἐστὶ τὰν] Ita recte Musgravius ex Plutarcho Apophthegm. *Seidl.*

789. s. περιβαλοῦσά με. Κάλλιστα δ' ὀμόσασ', οὐ πολὺν, &c.] Lego ὀμόσας, genere masculino, et prorsus disjungo hunc versum a præcedenti, cum quo nihil commune habere mihi videtur. *O quæ facili jurejurando me obstrinxisti! Cum autem honestissima juraverim, non continebo me diu,* &c. Primus iambus absolutam per se sententiam efficit, ut istud Philoctetis ap. Sophocl. v. 1441. Ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος! et Iphig. Aul. 1334. Cod. B. ομο σας/σασ', : quod firmat hanc conjecturam. *Markl.*

790. ὀμόσασ'] Hic Duporti codex habet ὀμώσασ', ne minima sensus, vel carminis, ratione habita: cum ὀμόσασ' æque utrique consulit. Judicet æquus rerum æstimator. *Barnes.*

ὀμόσας.] Bene sic Marklandus ex Codice C.

ας
Κάλλιστα δ' ὀμόσασ' οὐ πολὺν, MS. Victor. *Seidl.*

794. Recte reddunt: accipio, omittens vero litterarum plicas (i. e. epistolam) voluptatem primum non verbis, *at factis,* capiam. *Seidl.*

795. Leg. πρῶτον λόγοις ἀφήσομαι, *gaudium meum ante omnia verbis prodam, et velut e me emittam,* ad alios erumpere sinam. *Reisk.*

796. s. ἐκπεπληγμένη, Ὅμως ἀπιστῶ,] *Perculsa* re subita, *Tamen non credo,* &c. Hæc misere cohærent. Forte, Ὦ φιλτάτη μοι σύγγον', ἐκπεπληγμένος, Ὅμως σ' ἀπίστῳ περιβαλὼν βραχίονι, Εἰς τέρψιν εἶμι, &c. *O charissima mihi soror,* quamvis *attonitus, Tamen te amplexus brachiis noncredentibus, Ad gaudium ibo,* ἀπίστῳ βραχίονι, ut Phœniss. 320. ἀδόκητα ματρὸς ὠλέναις. Oxon. habet ἐκπεπλημένος. Sed A. B. clare εκπεπληγμενος. C. εκπεπληγ-
ο
μεν. *Markl.*

ἐκπεπληγμένη,] Ed. Ald. ἐκπεπληγμένος. Malim tamen ἐκπεπληγμένην, ut sit ἐκπεπληγμένην περιβαλών. *Musg.*

ἐκπεπληγμένη,] Hoc novo casu obstupescens. Alii ἐμπεπληγμένη. *Barnes.*

Secuti sumus Marklandum. Aldus:

ὦ φιλτάτη μοι σύγγον' ἐκπεπληγμένη.
ὅμως ἀπιστῶ. περιβαλὼν βραχίονι,

Εἰς τέρψιν εἶμι, πυθόμενος θαυμάστ' ἐμοί.
ΧΟ. Ξεῖν', οὐ δικαίως τῆς θεοῦ τὴν πρόσπολον
Χραίνεις, ἀθίκτοις περιβαλὼν πέπλοις χέρα.
ΟΡ. Ὦ ξυγκασιγνήτη τε, κἀκ ταὐτοῦ πατρὸς
Ἀγαμέμνονος γεγῶσα, μή μ' ἀποστρέφου,
Ἔχουσ' ἀδελφὸν, οὐ δοκῶν ἕξειν ποτέ.
ΙΦ. Ἐγώ σ' ἀδελφὸν τὸν ἐμόν; οὐ παύσει λέγων;
Τὸ δ' Ἄργος αὐτοῦ μεστὸν, ἥ τε Ναυπλία.
ΟΡ. Οὐκ ἔστ' ἐκεῖ σὸς, ὦ τάλαινα, σύγγονος.

Capiam voluptatem, audiens admiranda mihi.
Cho. Hospes, non recte deæ ministram
Polluis, non-tangendis circumjiciens peplis manum.
Ore. O soror, ac ex eodem patre
Agamemnone nata, ne me averseris,
Cum teneas fratrem quem non putâsti te habituram unquam.
Iph. Egone te meum fratrem *teneo?* non desines *hoc* dicere?
Argos enim *est* ipsi et Nauplia vicina.
Ore. Non illic est tuus frater, O misera.

Musgravius tamen Aldi lectionem prodit ἐκπεπληγμένος. Certe sic habent Marklandi Codd. A. B.—Oxon. ἐκπεπλημένος, C. ἐκπεπληγμεν (o), quam utramque postremam lectionem idem velle manifestum est. Vid. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 789. — Unum Marklandus prætervidit, delendum esse comma post ἐκπεπληγμένος. Cohærent enim ἐκπεπληγμένος ὅμως. Hermannus mavult ἀπιστῶν, quod prætulissem, nisi nimia fieret participiorum multitudo. *Seidl.*

σύγγον' ἐκπεπληγμένος, MS. Victor. *Seidl.*

797. ἀπίστῳ,] Ed. Ald. ἀπιστῶ. *Musg.*

798. Leg. κεἰς τέρψιν, aut alias ponendus hic versus inter v. 796. et 797. et legendum erit ὅμως δ' ἀπιστῶ. *Reisk.*

799. Prevostus censet, Chorum non adfuisse hactenus et nunc demum redire, sed eum adstitisse semper, et stupere eventum rei insolitæ. Verba enim v. 726. ἀπέλθεθ' ὑμεῖς, κ. τ. λ. non statuit ad Chorum pertinere, verum ad custodes, quibus captivorum curam commiserat, quorumque præsentia impeditura Pyladis fugam fuisset. *Beck.*

803. Ἔχουσ' ἀδελφὸν, οὐ δοκοῦν ἕξειν ποτέ.] Vetus lectio erat, οὐ δοκῶν. æque proba fuisset οὐ δοκοῦσ'. Alcest. 1155. ubi Admetus loquitur, Ἔχω σ' ἀέλπτως, οὔ ποτ' ὄψεσθαι δοκῶν. unde refingi posset, prope veterem lectionem, Ἔχω σ' ἀδελφὴν, οὐ δοκῶν ἕξειν ποτέ. Legi quoque bene posset, Ἔχοντ' ἀδελφὴν, οὐ δοκοῦντ' ἕξειν ποτέ. Vel, Ἔχουσ' ἀδελφὸν, σ' οὐ δοκοῦντ' ἕξειν ποτέ. *Markl.*

δοκῶν] Legendum vel δοκῶσ' a δοκάω, minus usitato verbo, vel δοκοῦσ', ut supra v. 350. Barnesius δοκοῦν, quod absolute capi vult, ut δόξαν, δοκῆσαν et similia, citatque Supplic. v. 140. *Musg.*

Ἔχουσ' ἀδελφὸν, οὐ δοκοῦν ἕξειν ποτέ.] Ita ego audacter δοκοῦν restituo, et δοκῶν ad sciolos rejicio; quia τὸ δοκοῦν *absolute* ponitur, et de omni genere, numero et casu dicitur, δοκῶν autem nequaquam hic stare poterat. Δοκοῦν, δόξαν et δοκῆσαν neutralia absolute ponuntur. Vid. quæ nos ad Supplic. v. 140. Hæc Gul. Budæus parum assecutus videtur. *Barnes.*

Lectionem δοκοῦσα unice veram censet Reisk. *Beck.*

δοκοῦν] Ita optime Barnesius, a quo recentiores recedere non debebant. Similiter Noster Hec. 504. Vid. Matthiæ Gramm. Gr. §. 564. p. 821. sqq. Ex ceteris virorum doctorum conjecturis una

ΙΦ. Ἀλλ' ἡ Λάκαινα Τυνδαρίς σ' ἐγείνατο;
ΟΡ. Πέλοπός τε παιδὶ παιδὸς ἐκπέφυκ' ἐγώ.
ΙΦ. Τί φής; ἔχεις τι τῶνδέ μοι τεκμήριον;

Iph. Num Lacæna Tyndaris te peperit?
Ore. Et quidem ego sum natus ex filio filii Pelopis.
Iph. Quid ais? habesne aliquod horum mihi documentum?

ferri potest, quam protulit Reiskius, *δοκοῦσ'*. Nam quas in medium profert Marklandus, *ἔχω σ' ἀδελφὴν, οὐ δοκῶν*, vel *ἔχοντ' ἀδελφὴν, οὐ δοκοῦντ'*, vel *ἔχουσ' ἀδελφὸν, σ' οὐ δοκοῦντ'*, harum utramque priorem admitti non patitur Iphigeniæ responsio, tertia nimis a libris recedit. *Seidl.*

805. Τὸ δ' Ἄργος αὐτοῦ μεστὸν, ἥ τε Ναυπλία.] Hanc locutionem (si recte habet) non memini alibi vidisse, Ἄργος μεστὸν αὐτοῦ ἐστι, *Argos est plenum illo*, pro, *Argos eum habet*, ille est Argis. Proximum est, *αὐτοῦ γ' ἐστὸν*, dualiter, propter Ἄργος et Ναυπλία. vide ad Iphig. Aulid. v. 195. *Markl.*

Τό τ' Ἄργος αὐτοῦ μεστὸν,] "Dicitur quis id spatium explere, cujus varias partes oberrat. Tibullus I. 4. 69. *Et tercentenas erroribus* EXPLEAT urbes." Pors. ad Orest. 54. *Maltb.*

μεστὸν,] Legendum, ni fallor, *γεῖτον*, *vicinum*. *Musg.*

Pro *μεστὸν* Marklandus conjicit *γ' ἐστὸν*, Musgravius *γεῖτον*. Male uterque. Ἄργος μεστὸν αὐτοῦ ἐστι, *Argos plenum est illo*, non significat *Argos eum habet*, sed *Argos ab illo frequentatur*. Apte Erfurdtius confert Porsoni notam ad Orest. 54. Cf. Schaef. ad Dionys. Hal. de Compos. Verb. p. 441. not. *Seidl.*

807. s. ΙΦ. Ἀλλ' ἡ Λάκαινα Τυνδαρίς σ' ἐγείνατο; | ΟΡ. Πέλοπός γε (*Ald.* τε) παιδὶ παιδὸς ἐκπέφυκ' ἐγώ.] Græce non dicitur *ἐκπέφυκα παιδί*. Legendum conjeceram aut Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς ἐξέφυσέ με, aut Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς, οὗ πέφυκ' ἐγώ. In hanc conjecturam incidit etiam Seidlerus. Fortasse scripsit Euripides *οὗ 'κπέφυκ' ἐγώ*. *Elmsl.*

808. Πέλοπός τε παιδὶ παιδὸς ἐκπέφυκ' ἐγώ.] Tantalus, Pelops, Atreus, Agamemnon, Orestes et Electra et Iphigenia. *Barnes.*

Pro *γε* vulgo legitur *τε*. Sed reliquam etiam lectionem, in qua neminem hæsisse mireris, vix aliter poteris defendere, quam ut ad *ἐκπέφυκα* intelligas *αὐτῆς*. Nam dativum *παιδὶ* per genitivum explicare durissimum mihi videtur. At neque illa explicatio offensione caret. Euripidem dedisse puto:

Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς, οὗ πέφυκ' ἐγώ.

Noster Heracl. 510.

πατρὸς δ' ἐκείνου φύντας, οὗ πεφύκαμεν.

Ad Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς intellige ex Iphigeniæ verbis *ἐγείνατό με Τυνδαρίς*, *Seidl.*

812. Λέγοιμ' ἄν. ἄκουε πρῶτον, Ἠλέκτρα, τάδε.] Piersonus Verisim. p. 23. legit *ἀκούω* vel *ἀκούων* Ἠλέκτρας, quæ vox ultima jam firmatur duobus Codd. Reg. A. B. et extra controversiam posita est. Cetera ita lego: Λέγοιμ' ἄν, ἀκοῇ πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε· Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν; ΙΦ. ἤκουσα, χρυσῆς, &c. *Dicam primum hæc quæ ex Electra audivi: Atreï et Thyestæ contentionem nosti? IPH. Audivi*, &c. Edit. Brubach. habet *οἶσθα*. [ut Oxon.] His quæ ab Electra *audiverat*, mox opponuntur quæ ipse *viderat*, v. 823. *Markl.*

Cum in Editis omnibus legeretur Ἠλέκτρα, nec Interpretes multa ultro citroque disputando quidquam de eo nomine expedirent, tandem Piersoni V. Cl. ingenio tota difficultas sublata est. Is utique primus animadvertit, agi hic de rebus solummodo iis, quas Orestes olim ex ore Electræ, quippe natu grandioris, didicerat, quas et in Oratione apud Libanium commemorat Op. Sophist. Tom. I. Declam. V. p. 283. his verbis: *εἰπὲ πρὸς Διὸς, Ἠλέκτρα, τοὺς λόγους ἐκείνους, οὕς μοι πολλάκις ἀπήγγειλας. οὔπω γὰρ τότε τῆς φρονούσης ἡλικίας ἐτύγχανον*, etc. Dubitari igitur non potest, quin loci sententiam viderit Vir Eruditissimus, recteque Ἠλέκτρας pro Ἠλέκτρα emendaverit, ita præsertim exhibentibus Parisiensium duobus. In reliquis a vero aberrasse videtur. Legi autem vult vel:

ΟΡ. Ἔχω· πατρώων ἐκ δόμων τι πυνθάνου.
ΙΦ. Οὐκοῦν λέγειν μὲν χρή σε, μανθάνειν δ' ἐμέ.
ΟΡ. Λέγοιμ' ἂν, ἄκουε πρῶτον Ἠλέκτρας, τάδε.

Ore. Habeo: aliquid ex domo paterna interroga.
Iph. Ergo te quidem dicere oportet, me vero audire.
Ore. Dicam: hoc primum, Electræ narrationem,

λέγοιμ'· ἀκούω πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε·
Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶδα γενομένην ἔριν.

vel, quod rotundius multo est:

λέγοιμ'· ἀκούων πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε,
Ἀτρέως Θυέστου τ' ὀ ἶδα γενομένην ἔριν.

Hæc ille; quibus non contentus Reiskius, sic potius legendum statuit:

λέγοιμ' ἂν' ἀκοῇ πρῶτον, Ἠλέκτρας πάρα,
Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶδα γενομένην ἔριν.

Mihi res minori mutatione transigi posse videtur. Lego, priori versu:

λέγοιμ' ἂν, ἀκοὴν πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε.

Dicam, et primum quidem hæc, rem ab Electra traditam. Vocis ἀκοὴ idem fere usus est Phœniss. v. 833. ubi Paraphrastes ἀκοὰν recte per λόγον exponit. Themistius Orat. X. ἐρῶ δὲ οὐκ ἀλλοτρίαν ἀκοήν. Posteriori versu legerim cum Barnesio:

Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν.

Ridiculum, meo judicio, est οἶδα, quod dat cum MSS. Aldina. Quid enim vetabat, alienigenam quemvis Atrei et Thyestæ contentionem rescire, quæ lippis et tonsoribus, quod aiunt, nota erat. Quamobrem aut valde fallor, aut Orestes hoc, vice argumenti, non utitur, quo se revera Orestem esse probet, sed vice prooemii argumento mox proponendo præmittit. Confer Supplic. v. 127. Argumentum ipsum est, quæ de peplo ab Iphigenia contexto, mutuisque ejus et Clytæmnestræ donis inaudiverat. *Musg.*

ἄκουε πρῶτον Ἠλέκτρα τάδε.] Miratur Æmil. Portus, (quem videsis) miramur et nos, quomodo Ἠλέκτρα hic adsit, et quomodo Orestes, quem certe nunc mentis compotem Poëta introducit, potuit Iphigeniam alterius sororis nomine vocare, quum et absens illa fuerit, et in Græcia; ut ipse Poëta testatur hujus Fabulæ, v. 562. Iphig. Λείπει δ' ἐν οἴκοις ἄλλον Ἀγαμέμνων γόνον; Orest. Λέλοιπεν Ἠλέκτραν γε, παρθένον μίαν. Et v. 914. ubi Iphigeniam iterum loquentem introducit — Πρῶτον πυθέσθαι, τίνα ποτ' Ἠλέκτρα πότμον Εἴληχε βιότου — Hæc igitur dicenda; vel Ἠλέκτρα hoc in loco appellative sumi, pro Παρθένος ἄλεκτρος: nondum enim erat Iphigenia maritata: (atque ita Scholiastes ad Orestis v. 72. dicit, Electram ipsam nomen sortitam, cum ante diceretur Laodice) vel certe Ἰφιγένη restituendum, quod est idem cum Ἰφιγένεια: et sic versus æque stabit. *Barnes.*

Pro Ἠλέκτρα Barn. reponi vult Ἰφιγένη, quod et placet Dorv. ad Char. p. 607. at debuerat Ἰφιγόνη scribi, et abit hoc nimis a vulgato; repugnat quoque, v. 883. ubi dicit Orestes, se illa signa, quæ antea dederat, a quopiam audivisse; sed nihil tale in hac scena occurrit, quod tamen necessarium erat. Etiam Heath. reponit Ἠλέκτρας. Orestes primo declarat, quæ ab Electra audiverat, tum (v. 883.) quæ viderat ipse.

Piersoni conjecturæ ad h. l. Prev. assentitur. *Beck.*

Aldus:

λέγοιμ' ἂν· ἄκουε πρῶτον Ἠλέκτρα τάδε.

Vere vidit Piersonus Veris. p. 22. Orestem primum ea velle afferre, quæ ex Electra audiisset, deinde demum addere, quæ ipse vidisset. Apertum hoc est ex versu 823.

ἃ δ' εἶδον αὐτὸς, τάδε φράσω τεκμήρια.

Illud igitur dubium esse non potest, veram esse lectionem Codd. A. B. Ἠλέκτρας, quod ipsum voluerat Piersonus, qui duplici modo legi posse monet, vel:

λέγοιμ'· ἀκούω πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε·
Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶδα γενομένην ἔριν.

vel:

λέγοιμ'· ἀκούων πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε,
Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶδα γενομένην ἔριν.

Ἀτρέως, Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν.
ΙΦ. Ἤκουσα, χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ' ἦν πέρι.
ΟΡ. Ταῦτ' οὖν ὑφήνασ' οἶσθ' ἐν εὐπήνοις ὑφαῖς;
ΙΦ. Ὦ φίλτατ', ἐγγὺς τῶν ἐμῶν κάμπτει φρενῶν.
ΟΡ. Εἰκώ τ' ἐν ἱστοῖς, ἡλίου μετάστασιν;

Atrei et Thyestis ortam novisti dissensionem.
Iph. Audivi, quam de aureo vellere habuerunt.
Ore. An igitur scis te hæc texuisse in texturis?
Iph. O charissime, prope meum flectis animum.
Ore. Item in tela imaginem, solis conversionem.

In quibus primum male abest ἂν ad λέγοιμι, deinde proximo versu manifesto vera est Brubachii lectio οἶσθα. Lenissima est Reiskii et Marklandi emendatio pro ἄκουε legentium ἀκοῇ, quam recepimus: *Dicam primum hæc, quæ ex Electra audivi.* Musgravius monendus est, novam hinc ordiri colloquii partem. Quæ Hermanni sententia sit, dictum est ad v. 783. *Seidl.*

ας
πρῶτον Ἠλέκτρα τάδε, MS. Victor. *Seidl.*

813. Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν.] Quum οἶδα in Aldina Editione et οιδας in Basil. scriptum erat, ex utrisque οἶσθα feci, quod pro οἶδασθα, paragogice pro οἶδας, ponitur; ut legitur duobus abhinc versibus. Cujus rei necessitatem Scaliger vidit; et licet Stiblinus versuum rationum imperitus erat, sensum certe attigit, quicquid Portus oggauniat. Interrogandi tamen nota non est necessaria. *Barnes.*

οἶσθα] Quod Barn. ait a se Poëtæ redditum fuisse, exstat jam in ed. Brub. sed rectum est οἶδα ab Ald. editum, atque sic distingui legique locus debet: ἀκοῇ πρῶτον, Ἠλέκτρας πάρα, Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶδα γενομένην ἔριν, *novi, fama doctus, litem*, etc. *Reisk.*

ἴσως· οἶδας, Victor. Conjectura. *Goeller.*

814. χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ' ἦν πέρι.] Forte, ἣν εἶχον πέρι. exempla locutionis petere potes ex Iphig. Aul. 183. Herodot. VI. 129. et Strabone, Lib. VIII. p. 562. A. ἔριν εἶχον περὶ πρωτείων. Aliis forte placuerit, ἢ 'νείκουν πέρι. Ego prius mallem. Omitti potuit περί. *Markl.*

Ἤκουσα, χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ' ἦν πέρι.] Forsan, ἥτις ἦν. *Por.*

ἡνίκ' ἦν] Barnesius οὕνεκ' ἦν. Potuit melius ἣν εἶχον. *Musg.*

Reisk. scribit: ἀρνὸς ἥ νιν ἦν πέρι, *litem, quæ ipsis erat de ovi aurea. Beck.*

ἡνίκ' ἦν] Barnesius non male οὕνεκ' ἦν. Sed genuina vulgata, quæ idem fere dicit. Vid. quæ notavimus ad Troad. v. 70. Male Musgravius et Marklandus ἣν εἶχον. *Seidl.*

Ἤκουσα, χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ' ἦν πέρι.] Pro ἡνίκ' procul dubio ponendum ἥτις. *Faehse.*

815. ταύτην ὑφήνασα emendat Reisk. *Beck.*

815. In hoc versu subaudiendum ὑφήνασ' οἶσθ', [Εἰκώ τ' ἐν ἱστοῖς ὑφήνασ' οἶσθ'] nisi legendum, quod potius suspicor:

Εἰκώ τ' ἐνιστᾶσ', ἡλίου —

Plato: ἐνιστάναι εἰς τύπους, p. 616. Ed. Ficin. iterumque ἐνίσταται, p. 1060. C. *Musg.*

817. ἡλίου μετάστασιν;] *Solis regressum;* quem fecisse fabulantur ob Atrei facinus; hinc Thyestææ dapes. *Barnes.*

Reisk. legit ἔπειτ' ἐν ἱστοῖς. *Beck.*

819. Καὶ λοῦτρ'] De lavatione nuptiali conferri possunt Phœniss. v. 358. Herc. Fur. v. 480. Mihi nihilominus mentio ejus hoc in loco incommoda et aliena videtur. Nam si Græcorum consuetudo fuit, (fuisse autem videtur) ut sponsa ante nuptias a matribus lavaretur, falsus Orestes, æque ac verus, hoc argumento uti potuisset. Si de peplo adhuc loquitur, quod puto, sic emendare poteris:

Κάλλος τ' ἐς Αὖλιν μητρὸς ἀνεδέξω πάρα.

Ad Aulidem vero proficiscens vestimenti loco a matre accepisti. κάλλος de nitida veste habet, Æsch. Agam. v. 934.

ΙΦ. Ὕφηνα καὶ τόδ' εἶδος εὐμίτοις πλοκαῖς.
ΟΡ. Καὶ λούτρ' ἐς Αὖλιν μητρὸς ἀνεδέξω πάρα;
ΙΦ. Οἶδ'· οὐ γὰρ ὁ γάμος ἐσθλὸς ὤν μ' ἀφείλετο.
ΟΡ. Τί γὰρ κόμας σὰς μητρὶ δοῦσα σῇ φέρειν;
ΙΦ. Μνημεῖά γ' ἀντὶ σώματος τοὐμοῦ τάφῳ.

Iph. Texui hanc etiam imaginem subtilibus filis.
Ore. Et accepisti a matre ad Aulidem ornatum.
Iph. Novi: nam nuptiæ abstulerunt me non-bonæ.
Ore. Quid vero? an te dedisse comam tuam perferendam tuæ matri?
Iph. Monumentum pro meo corpore altrici.

ἐν ποικίλοις δὲ θνητὸν ὄντα κάλλεσιν.

ad quem locum respiciens Suidas *τὰ κάλλη* interpretatur *πορφυρᾶ ἱμάτια*, minus recte, ut vel epithetum *ποικίλοις* docet. Eupolis etiam *pictam* vestem, non *purpuream*, intelligere videtur: Etymol. M. citat. a Piersono ad Mœridem, v. *κάλλαια*·

βάπτειν τὰ κάλλη τὰ περίσεμνα τῇ Θεῷ.

Confer Polluc. VII. sect. 63. *Musg.*

Καὶ λοῦτρ' ἐς, &c.] Hi quatuor sequentes versus ab hoc loco ad *σώματος τοὐμοῦ τάφῳ*. Scaliger extra rem putat, et cancellis includit. Sed bene, ut mihi videtur, possunt admitti: Certe loco movere non audeo. *Barnes.*

Moris erat, ut iis, qui nuptias facerent, *λοῦτρα* mitterentur, aut ipsi illi ferenda sibi cucarent. Vid. Hesych. v. *λουτροφόρα ἄγγη* et *λουτροφόρος*, coll. Suida, v. *λουτροφόρος* atque ad eum Kustero, Polluce Lib. III. 43. Etym. M. p. 568. 57. sqq. Videtur autem hoc insolens fuisse, quod etiam absenti filiæ Aulidem usque Clytæmnestra lavacra ista miserat. Nam ita demum Iphigeniæ responsio explicari potest. *Seidl.*

820. *οὐ γὰρ ὁ γ.* &c.] Vertunt: *nam nuptiæ me abstulerunt non bonæ.* In quo offendit maxime insolentior collocatio negationis. Equidem interrogationis signum in fine versus addidi: nonne enim nuptiæ illæ, quæ satis felices erant, illi me abstulerant? Præsens igitur lavacra a matre accipere non poteram, sed illa, nobilissimum virum Achillem ducturum me sperans, munus illud Aulidem mihi misit. Verbo *ἀφαιρεῖσθαι* eodem modo sæpius Noster utitur, ut Androm. 611.

πολλούς τ' ἀφείλου πατέρας εὐγενῆ τέκνα,
ὧν εἷς ἐγὼ δύστηνος,

Confer supra, v. 25.

μητρὸς παρεῖλοντ' ἐπὶ γάμοις Ἀχιλλέως.
Seidl.

Particula negativa nullum hic sensum efficit. Vix dubito, quin sit legendum *οὗ, ubi. Heath.*

ἀφείλετο,] Τοῦτο τὸ μὴ εἰδέναι. *Scholiast.*

821. *μητρὶ δοῦσα σῇ φέρειν;*] Ante *δοῦσα* intelligitur, opinor, *ἦς* vel *ἦσθα*, schemate Χαλκιδιακῷ, *eras dans* pro *dabas.* nihilominus qui Euripidi assueti sunt, hærebunt in voce *δοῦσα.* Si legatur *μήτρ' ἕδως τῇ σῇ φέρειν*, nulla erit difficultas. *Markl.*

Leg. *κόμας σᾶς*, in genit. sing. In *τί γὰρ* subint. *οἶσθα*, ut hoc sibi velit: an nosti, te eo tempore (quo eras deducenda in Achillis thalamum) partem tuarum comarum resectam dedisse matri, quo illam ea aut ipsa ferret mortua in suum tumulum, loco tui, si tu absens non posses matri exsequias ducere, aut viva adhuc haberet, et inferret in tumulum tuum vacuum, si tibi contingeret, matre adhuc superstite mori, loco tui corporis, saltem monumentum futurum ipsi. *Reisk.*

Τί γὰρ;] Interrogationis signum apposuit Schaefer. ut jam Reiskius voluerat.

Non hærebunt hic ulli, si ad *δοῦσα* intelligant *οἶσθα* ex prægresso *οἶδα.* Errat Marklandus, quum putat, nullam fore difficultatem, si legatur *μήτρ' ἕδως τῇ σῇ φέρειν.* Nam ι dativi non eliditur. *Seidl.*

822. Vox *τάφῳ* quid hic faciat non assequor. Legendum, ni fallor, *τροφῷ, nutrici;* quo nomine hic matrem intelligit. Sic enim Soph. Ajac. v. 865. Lycophr. v. 1284. Nec aliter Medea *πλόκαμον θαλάμῳ μνημήϊα μητρὶ Κάλλιπε παρ-*

ΟΡ. Ἃ δ' εἶδον αὐτὸς, τάδε φράσω τεκμήρια·
Πέλοπος παλαιὰν ἐν δόμοις λόγχην πατρὸς,
Ἣν χερσὶ πάλλων, παρθένον Πισάτιδα
Ἐκτήσαθ' Ἱπποδάμειαν, Οἰνόμαον κτανὼν,

Ore. Hæc vero, quæ ipse vidi, dicam signa certa.
Pelopis antiquam hastam in ædibus patris,
Quam vibrans manibus puellam Pisatidem
Adeptus est Hippodamiam occiso Œnomao,

θενίης. Apoll. Rhod. Lib. IV. Confer etiam Æschyl. Sept. c. Theb. v. 49. Statius Thebaid. IX. 901. *hunc toto capies pro corpore crinem.* *Musg.*

τάφῳ.] Moritura in Aulide Iphigenia de cenotaphio videtur cogitasse Argis a matre sibi exstruendo. In quo tumulo quum ipsi sui cineres, utpote in Aulide sepeliendi, condi non possent, aliquod certe corporis sui monumentum ibi matrem habere voluit. Tale cenotaphium Orestes quoque supra a Pylade Argos reverso sibi exstrui cupit, v. 703.

τύμβον τε χῶσον κἀπίθες μνημεῖά μοι,
καὶ δάκρυ' ἀδελφὴ, καὶ κόμας δότω τάφῳ.

Quamquam hic quidem non de Orestis, sed de Electræ capillis sermo est. *Seidl.*

825. s. Ἣν χερσὶ πάλλων, παρθένον Πισάτιδα (Ald. πισσάτιδα) | ἐκτήσαθ' Ἱπποδάμειαν, Οἰνόμαον κτανὼν,] Noster Med. 385. κράτιστα τὴν εὐθεῖαν, ᾗ πεφύκαμεν | σοφαὶ μάλιστα, φαρμάκοις αὐτοὺς κτανεῖν. Sic Aldus et omnes deinceps ante Brunckium, qui e Lascari revocavit ἑλεῖν pro κτανεῖν, genuinam lectionem pro interpretatione. Nostro loco legendum videtur Οἰνόμαον ἑλὼν, tum propter Pindari verba Olymp. I. 142. Ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν, παρθένον τε σύνευνον, quæ fortasse respexit Euripides; tum propter anapæstum, cui paucissimi similes apud tragicos occurrunt. De hac re audiendus Porsonus Præfat. ad Hec. p. clxviii. *Euripides etiam in* Νεοπτόλεμος, Ἱππόλυτος, Ταυροπόλος, *tres ultimas syllabas anapæstum fecit, quod tamen in genitivis et dativis meliori jure fecisse videtur, quam in nominativis et accusativis.* Nominativus Ἱππόλυτος sexies, accusativus Ἱππόλυτον quater in cognomine fabula occurrit, uterque semper ante vocalem, ut videtur scilicet anapæstus. Sic etiam Ταλθύβιος, Hec. 501. 715. Or. 879. Iph. A. 1562. Tro. 240. 627. Ταλθύβιον, Iph. A. 95. et similia passim. Νεοπτόλεμος ante consonam bis legitur. Or. 1671. γῆμαι πέπρωταί σ' Ἑρμιόνην. ὃς δ' οἴεται | Νεοπτόλεμος γαμεῖν νιν, οὐ γαμεῖ ποτε. Tro. 1116. αὐτὸς δ' ἀνῆκται Νεοπτόλεμος, καινάς τινας | Πηλέως ἀκούσας ξυμφορὰς, &c. Prior locus tum propter anapæstum suspiciosus est, tum quia Νεοπτόλεμος sine crasi duarum primarum syllabarum alibi apud tragicos non occurrit. Altero reponendum videtur δεσπότης, quemadmodum in Med. 58. δεσποίνης pro Μηδείας e Lascari revocavit Porsonus. Loquitur enim Neoptolemi famulus, cujus ῥῆσις male vulgo Talthybio tribuitur. De Ταυροπόλον vide suo loco ad v. 1458. Addere poterat Porsonus Ἐριχθόνιος. Ion. 267. ΙΩ. Ἐκ γῆς πατρὸς σοῦ πρόγονος ἔβλαστεν πατήρ; ΚΡ. Ἐριχθόνιός γε. τὸ δὲ γένος μ' οὐκ ὠφελεῖ. Conjecturam meam de hoc loco in Censura Edinburgensi XIX. p. 70. propositam, Ἐριχθονίου γε subaudito ἔκγονός εἰμι, non magni facio. Postea in mentem venit Ἐρεχθέως γε. Sed ne hoc quidem magnopere placet. Huc refer etiam Ἰλιάδι, El. 4. ubi sine dubio legendum, κτείνας δὲ τὸν κρατοῦντ' ἐν Ἰδαίᾳ χθονὶ, &c. Ita Sophocles Aj. 434. ὅτου πατὴρ μὲν τῆσδ' ἀπ' Ἰδαίας χθονὸς, &c. * Plura hu-

* Euripides Hel. 27. τοὐμὸν δὲ κάλλος, εἰ καλὸν τὸ δυστυχὲς, | Κύπρις προτείνασ' ὡς Ἀλέξανδρος γαμεῖ, | νικᾷ. λιπὼν δὲ βούσταθμ' Ἰδαῖος Πάρις, | Σπάρτην ἀφίκεθ', ὡς ἐμὸν σχήσων λέχος. Quis non reponeret Ἰδαῖα, si per metrum liceret? Scripsit poëta, ni fallor, βούσταθμ' Ἰδαίας χθονός. Nomen proprium Πάρις e margine in textum irrepsit, ut Ἰφιγένειαν apud Æschylum Ag. 1535. Ὀρέστου apud Euripidem Or. 1015. Καπανεὺς, Phœn. 185. Φοῖβον, Iph. T. 1258. Τροία, Tro. 824. τοῦ Πενθέως, Bacch. 1144. Ἥρα, Hel. 222. 679. et alia. Cum versus jam septem pedibus incederet, Ἰδαῖος Πάρις pro Ἰδαίας χθονὸς Πάρις non male reposuit aliquis rei metricæ peritus. Ἰδαῖος appellatur Paris apud Euripidem Or. 1359. Andr. 704. Iph. A. 1289.

Ἐν παρθενῶσι τοῖσι σοῖς κεκρυμμένην.
ΙΦ. Ὦ φίλτατ', οὐδὲν ἄλλο, φίλτατος γὰρ εἶ,
Ἔχω σ', Ὀρέστα, τηλύγετον
Χθονὸς ἀπὸ πατρίδος,

In ipsis tuis virgineis conclavibus absconditam.
Iph. O charissime, nihil aliud: es enim charissimus:
Teneo te, Orestes, unice desideratum
Solo ex patrio,

jus licentiæ exempla apud Euripidem non occurrunt, quem solum e tragicis eam usurpare innuunt Porsoni verba supra allata. Legitur quidem apud Æschylum Prom. 838. χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς, | σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κεκλήσεται. Sed Ἰόνιος primam syllabam in hoc metro corripere videtur. Producit quidem in metro dactylico, sed ex necessitate, propterea quod hoc metrum tres breves syllabas deinceps positas non admittit. Idem obtinere in ἰσόθεος, Ἰταλία, Διογενὴς, aliisque multis hujus formæ vocibus, nemo nescit. *Elmsl.*

Πίσα] Πόλις καὶ κρήνη τῆς Ὀλυμπίας· ἔστι καὶ χωρίον, ἐν ᾧ ὁ τοῦ Διὸς ναὸς ἵδρυται, καὶ ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν τελεῖται. Τὸ ἐθνικὸν Πισᾶται, τὸ θηλυκὸν Πισᾶτις· (ita corrigo) λέγεται καὶ Πεισαιεύς· τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον τῆς Πίσης μακρά ἐστι. Steph. περὶ πόλεων. Vid. quoque Eustathium in voce Πίσα. Scribo ego simplici σ, ut veteres omnes; licet aliter olim apud Euripidem, tum in hoc loco, tum in primo fabulæ hujus versu. *Barnes.*

Πισάτιδα.] Aldus Πισσάτιδα. Vid. supra ad v. 1. *Seidl.*

827. τοῖσι σοῖς κεκρυμμένην.] Ita Codd. A. B. et Aldina. in multis editt. deest τοῖσι. Pro κεκρυμμένην legendum opinor κρεμωμένην, *suspensam.* hujusmodi enim κειμήλια non *abscondebantur*, sed *suspendebantur*, omnibus videnda; ut etiam hodie fit, parietibus adfixa et applicata. *Markl.*

Lego: ἐν παρθενῶσ' αὐτοῖσι σοῖς, *in ipso tuo cubiculo;* non igitur omnibus videndam, sed κεκρυμμένην. *Musg.*

Ἐν παρθενῶσι τοῖσι σοῖς] Ita recte Aldina editio, referenda sunt ad v. 823. εἶδον et φράσω. Quare nec ipsius Scaligeri hic est admittenda conjectura; qui legit παρθενῶσιν οἶδα, nequaquam inepte; sed, ut videtur, nulla necessitate. *Barnes.*

Versus hic commodius staret post v.

823. Pendent hi accusativi a φράσω. *Reisk*

828. οὐδὲν ἄλλο, φίλτατος γὰρ εἶ, *nihil enim dicam* (vel, *es*) *aliud: es enim charissimus.* Ita legitur, et vertitur. mihi perspicuum magis fuisset, iisdem literis, ὦ φίλτατ' (οὐδὲν ἄλλ', ὁ φίλτατος γὰρ εἶ) Ἔχω σ', Ὀρέστα, &c. *O carissime (es enim iste carissimus, non alius) Teneo te, Oresta,* &c. Agnoscit eum ut verum et *ipsum Orestem*, non impostorem aliquem, sed fratrem suum. Neutrum οὐδὲν ἄλλο, pro masculino vel feminino, sæpe in Euripide. *Markl.*

828. ss. Antistrophicam hujus carminis rationem aperuimus de Verss. Dochm. a p. 215. Colloquium inter Orestem et Iphigeniam pertinet usque ad v. 868. δαίμονος τύχᾳ τινός, continetque duo stropharum systemata, alterum longius, brevius alterum. Prioris systematis schema hoc est:

ά β' ά μεσ. γ β γ

Posterius ab hoc non differt, nisi quod caret mesodo. In toto carmine eadem eidem ubique persona respondet, præterquam in initio stropharum α' et, quæ in systematis ordine his ex adverso positæ sunt, stropharum γ', ubi hic Iphigenia, illic Orestes senarium initialem habet Colloquio finito omnis oratio Iphigeniæ est, atque in hac quidem suam quæque stropham antistropha proxime sequitur.

828. Ὦ φίλτατ', οὐδὲν ἄλλο, sc. ἢ τοῦτο.] Sensus: O carissime, nullo alio nomine mihi compellande, es enim vere carissimus. Nescio quid in hac formula hæreat Marklandus, quam etiam in Sophocle memini me legere. *Seidl.*

829. s. Ἔχω σ' Ὀρέσταν (Ald. Ὀρέστα) τηλύγετον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος, | Ἀργόθεν,

Ἀργόθεν, ὦ φίλος.
ΟΡ. Κἀγώ σε τὴν θανοῦσαν, ὡς δοξάζεται.
Κατὰ δὲ δάκρυ' ἀδάκρυα, κατὰ δὲ γόος ἅμα χαρᾷ,
Τὸ σὸν νοτίζει βλέφαρον, ὡσαύτως δ' ἐμόν.
ΙΦ. Τόδ' ἔτι βρέφος ἔλιπον ἀγκάλαις

Ex Argis, O charissime.
Ore. Et ego te mortuam, ut putatur.
Lachrymæ autem non lachrymosæ, et luctus cum gaudio
Tuos oculos æque ac meos humectant.
Iph. Hunc *tum* adhuc reliqui infantem in brachiis

ὦ φίλος.] Malim, ἔχω σ', Ὀρέστα, τηλόθεν | χ. ἁ. τ. Animo scribæ obversabantur Agamemnonis verba Il. I. 142. τίσω δέ ἑ ἶσον Ὀρέστῃ, | ὅς μοι τηλύγετος τρέφεται θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ. Adjectivum τηλύγετος hoc uno loco, si bene memini, apud Atticos poëtas occurrit. *Elmsl.*

829. Vulgo Ὀρέστα. Emendationem metrum poscit. Sunt tres dochmii, quos antecedit iambus. Qui in antistropha iambo oppositus est spondeus, is eandem excusationem habet, quam in Soph. Œd. Reg. v. 1337. τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν ἦ, quibus respondent hæc, οὐκοῦν πατρός γ' ἂν φονεύς. *Seidl.*

832. Θανοῦσαν, ὡς δοξάζεται] Vid. supra ad v. 176. et v. 785. Sic v. 921. Οὐκ ἦν τόδ' οὗτος, ὅτε πατὴρ ἔκτεινέ με. *Id est*, quantum in illo erat, *occidit*; plane enim occidisset, ni Diana me leto eripuisset. *Barnes.*

833. Κατὰ δὲ δάκρυα δάκρυα,] In A. B. κατα δε δακρυ' κατα δε γοος: unde ingeniose et vere Cl. Musgravius, collator harum fabularum, Κατὰ δὲ δάκρυ' ἀδάκρυα, κατὰ δὲ, &c. δάκρυα ἀδάκρυα sunt Statii *mixtæ risu* (vel *gaudio*) *lacrymæ*. sic δῶρα ἄδωρα, γάμος ἄγαμος, et centena talia. Iambus est octodecim syllabarum: Marius Victorinus Art. Grammat. Lib. II. p. 2529. v. 835. pro τὸ δέ τι βρέφος, recte Barnesius Τὸ δ' ἔτι, ut 232. 1251. Codd. A. B. hic legunt αγκαλαισι pro ἀγκάλαις. Κατὰ v. 833. jungendum est cum νοτίζει, tmesi usitata. *Markl.*

δάκρυ' ἀδάκρυα.] Ita legendum suadent, quæ sequuntur. Vulgo δάκρυα, δάκρυα. *Musg.*

833. s. γόος ἅμα χαρᾷ Τὸ σὸν νοτίζει βλέφαρον,] De lacrymis præ gaudio obortis, et quod frigidæ videntur, cum lacrymæ ex dolore manantes sint *calidæ*, et quare, videsis in notis nostris ad Estheræ v. 1160. *Barnes.*

δάκρυ' ἀδάκρυα,] Antistr. docet, hunc versum esse senarium, neque omnino Orestes in toto hoc carmine nisi senarios habet, utpote virili ille atque sedatiori animo. Versus anapæsticum habet initium, nisi forte alterum δὲ delendum est. Vulgo legitur κατὰ δάκρυα, δάκρυα. Marklandus recte explicat *mixtæ gaudio lacrimæ*. *Seidl.*

835. Τόδ' ἔτι] Ita recte Barnesius in margine. Vulgo τόδε τί. *Musg.*

Τὸ δ' ἔτι βρέφος] Ita lego pro τὸ δέ τι, quod nullo sensu prius aderat. *Barnes.*

Aldus τό δέ τι βρέφος ἔλιπον, ex quo Barnesius faciebat τόδ' ἔτι. Legendum videtur vel τότε δὲ τόδ' ἔτι βρέφος ἔλιπον, vel, ut olim proposui, τότε δ' ἔτι βρέφος σ' ἔλιπον, ut ultima in ἔτι producatur, vid. supra ad v. 177. coll. de Verss. Dochm. p. 21. not. *Seidl.*

ἔλιπον ἀγκάλαι: σι, MS. Victor. i. e. σι ad sequentem versum pertinet. *Goeller.*

836. Τροφοῦ] Hanc Orestæ nutricem Pindarus vocat Arsinoën, quam tamen Laodamian appellat Pherecydes. Hujus vero ipsius filium Ægysthus occidit, nancisci putans Orestem, vel iratus, quod ejus mater illum subduxerat. Hic obiter notandus est error insignis Doctissimi Benedicti, Latini Pindari Interpretis, qui Orestem trimum vocat, cum morti eriperetur; oblitus, illum ante bellum Trojanum natum, ut liquet ex Hom. Iliad. ι'. v. 142. nec nisi post decennale illud bellum Agamemnonem occubuisse. *Barnes.*

838. s. εὐτυχῶν ἐμοῦ Ψυχὰ, &c.] Diversis modis hæc legi et intelligi possunt, sive

Νεαρὸν τροφοῦ,
Νεαρὸν ἐν δόμοις.
Ὦ κρεῖσσον, ἢ λόγοισιν, εὐτυχῶν ἐμοῦ
Ψυχὰ, τί φῶ;
Θαυμάτων πέρα,

Recentem nutricis
Recentem in ædibus.
O plus, quam verbis dici queat, felix, mi
Anime, quid dicam?
Ultra miraculum,

εὐτυχοῦσ' ἐμὰ ψυχὰ, ut ἐμὰ ψυχὰ sit *ego*: sive ἐντυχὼν ἐμᾷ ψυχᾷ, *qui occurristi mihi*. Reiskius, εὐτύχουν. ἐμὰ ψυχὰ, &c. *felicitate verbis potiore potita sum. O mea anima, quid dicam?* Aldina distinguit plene post ἐμοῦ. *Markl.*

838. ss. ΟΡ. Ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν ἐμοῦ. | ΙΦ. Ψυχὰ, τί φῶ; Θαυμάτων πέρα καὶ λόγου | πρόσω τάδ' ἀπέβα (Ald. ἐπέβα).] Hæc omnia vulgo Iphigeniæ tribuuntur. Plerique etiam distinctionem post ἐμοῦ, quam exhibet Aldina, non agnoscunt. Si verbis ἐμοῦ ψυχὰ Orestem compellat Iphigenia, quæ quidem omnium fere interpretum sententia est, masculinum εὐτυχῶν defendi potest ex Æschylo Cho. 893. Οἲ 'γὼ, τέθνηκας, φίλτατ' Αἰγίσθου βία. Non opus igitur Bothii conjectura εὐτυχοῦσ' ἐμὰ ψυχὰ, quam adoptavit Zimmermannus. Sed locus corruptus est, itaque, ni fallor, sanandus: Ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν τύχαι. | τί φῶ; &c. Plurale τύχαι potius quam singulare τύχα repræsentandum arbitror, quia coll. Victor. et Musgravii liber Put. ψυχᾷ exhibent. Εὐτυχῶν non est nominativus singularis, sed genitivus pluralis, cujus interpretatio ἐμοῦ, ut fieri solet, in textum irrepsit. Ex hac interpretatione colligo vulgatam scripturam ψυχὰ etiam in exemplari fuisse quo usus est interpres. Alioqui ἡμῶν potius quam ἐμοῦ super εὐτυχῶν scripsisset. Sæpissime permutantur ψυχὴ et τύχη, monente præter alios Schaefero Meletem. Crit. p. 117. Alterum exemplum apud Euripidem occurrit Suppl. 632. Quod in eadem fabula, v. 854. legitur, κρείσσον' ἢ λέξαι λόγῳ, cum verbis κρείσσον ἢ λόγοισιν comparant Musgravius aliique. *Elmsl.*

838. κρεῖσσον, ἢ λόγοισιν,] Videtur Ellipsis esse pro κρεῖσσον, ἢ λόγοισιν εἰπεῖν. Sic Supplic. v. 854. κρεῖσσον, ἢ λέξαι λόγῳ. Nisi legere malis κρεῖσσον, ἢ λέγοιτ' ἄν.

838. εὐτυχῶν] Masculinum pro fœminino. Sic Nicander φολόεντος ἐχίδνης et καταψυχθέντος ἀκάνθης. Theriac. v. 129. et v. 329. Suam animam alloquitur Iphigenia, ut recte Heathius, non Orestem. *Musg.*

Ὦ κρεῖσσον, ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν ἐμοῦ ψυχά.] Orestem alloquitur, et vocat animam suam; aliter enim εὐτυχῶν non recte cum ψυχὰ jungeretur, nisi per appositionem. Vel διὰ τὸ Πρὸς τὸ σημαινόμενον. *Barnes.*

De sua ipsius felicitate loquitur Iphigenia, non Orestem animam suam appellat. Heath. Reiskius conjiciebat: εὐτύχουν. ἐμὰ ψυχὰ—*felicitate verbis majore potitus sum. O mea anima, quid dicam?*

εὐτυχῶν.] Ad h. l. Prev. scripsit: "Pourquoi exalte-t-elle le bonheur d'Oreste? C'est ce qu'il est difficile de dire. Je pense qu'il faut traduire: O mon ame, tu es plus heureuse que je ne puis l'exprimer. A la vérité, *heureuse* est au masculin en Grec: mais dans le dialecte Attique, cette syntaxe avoit lieu quelque fois." Vellem ipsum attulisse exempla, ubi participium masc. ita poneretur. *Beck.*

Masculinum participii genus hunc versum neque cum sequentibus conjungi, neque omnino Iphigeniæ, cui vulgo assignatur, tribui patitur. Si Oresti tribuimus, quod cum systematis ordine convenit, mutandi necessitatem evitamus. Nudum ὦ εὐτυχῶν pro ὦ εὐτυχῶν ἐγὼ eodem modo dictum puto, quemadmodum Hippol. v. 570.

ὦ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων.

cf. Med. 1024. Hec. 736. Ita sæpe ὦ τάλας, ὦ τλήμων et similia dicuntur pro ὦ ἐγὼ τάλας, ὦ ἐγὼ τλήμων. Accedit,

Καὶ λόγου πρόσω, τάδ' ἐπέβα.
ΟΡ. Τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖμεν ἀλλήλων μέτα.
ΙΦ. Ἄτοπον ἡδονὰν ἔλαβον, ὦ φίλαι·
Δέδοικα δ', ἐκ χερῶν με μὴ πρὸς αἰθέρα
Ἀμπτάμενος φύγῃ. ὦ Κυκλωπίδες ἑστίαι,
Ὦ πατρὶς Μυκήνα φίλα,
Χάριν ἔχω ζῶας,
Χάριν ἔχω τροφᾶς,
Ὅτι μοι ξυνομαίμονα τόνδε δόμοις
Ἐξεθρέψω φάος.

Et ultra quam dici potest, hæc acciderunt.
Ore. In postremum una degentes simus felices.
Iph. Insperatam voluptatem cepi, O amicæ:
Metuo autem, ne ex manibus mihi in aërem
Avolans elabatur! O Cyclopei lares,
O chara patria Mycenæ!
Gratiam habeo *tibi* vitæ *causâ*,
Gratiam habeo educationis *causâ*,
Quia mihi fratrem istum domui
Educâsti lumen.

quod Aldus post ἐμοῦ plene interpungit. Sensus est: O magis me felicem, quam in verbis meis, i. e. quam verbis declarare possum. *Seidl.*

839. Ψυχὰ,] Exc. Put. ψυχᾷ. *Musg.*

ψυχὰ, τί φῶ;] Suam ipsius animam alloquitur Iphigenia ex noto Tragicorum more. Sic infra v. 883. Med. 1237. ἀλλ' εἶ' ὁπλίζου, καρδία.

Ψυχᾷ, τί φῶ; MS. Victor. *Seidl.*

841. Scripsi cum Reiskio ἀπέβα. Vulgo ἐπέβα. Nota est formula Nostri τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα. *Seidl.*

843. Mesodum insignem reddit senarius utrimque a dochmiis inclusus. *Seidl.*

845. Ἀμπτάμενος] B. αμπταμενον. Forte, ἀμπτομένα (ἀναπτομένα, *avolans*, ab (ἵπταμαι) sc. ἡδονή. V. 853. εγω δὲ μελεος A. *Markl.*

Ἀμπτάμενος] Ἀναπτάμενος, ἀναπεπταμένος. Κυκλωπίδες Ἑστίαι] O Argos, et Mycenæ, Cyclopum opus. Vid. quæ ad Iphig. Aul. v. 152. et v. 1500. *Barnes.*

Hunc v. in duo dividit Heath.

Ἀμπτάμενος φυγῇ dochmaicus.
Ω κυκλωπίδες ἑστίαι periodus.
Beck.

Ἀμπτάμενος] Quidni ἀμπταμένα? Androm. 1222. ἀμπτάμενα πάντα φροῦδα κεῖται. Sed adjectum ἐκ χερῶν quodammodo indicat, de ipso Oreste, quem amplexa tenebat, Iphigeniam loqui. *Seidl.*

846. ἰὼ Κυκλωπίδες ἑστίαι, ἰὼ πατρὶς,] Vulgo utrobique ὦ. Versus trimeter est iambicus. Anapæstum excusat nomen proprium, hiatum exclamatio. Cf. Æsch. Æsch. Ag. 1248.

ὀτοτοῖ Λυκεῖ' Ἄπολλον, οἲ ἐγὼ ἐγώ.

Aristoph. Ran. 37.

ἔδει τραπέσθαι, παιδίον, παῖ, ἠμὶ, παῖ.

coll. Nub. 1145. *Seidl.*

847. ζωᾶς,] Prætulerim ζόας, quod restituit Porsonus, Hec. 1090. Med. 974. *Maltb.*

849. συνομαίμονα] Τὸν ἀδελφόν. *Barnes.*

δόμοισιν] Vulgo δόμοις. *Seidl.*

853. Ἐγὼ δ' ἁ μέλεος (Ald. ἐγὼ μέλεος) οἶδ' ὅτε φάσγανον | δέρᾳ (Ald. δέρα) θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ.] Jacobsio placet δέρᾳ θῆγέ μοι. Equidem malim δέρᾳ 'φῆκέ μοι. Noster Hec. 1110. μέθες μ' ἐφεῖναι τῇδε μαργῶσαν χέρα. Med. 632 μήποτ', ὦ δέσποιν', ἐπ' ἐμοὶ χρυσέων | τόξων

ΟΡ. Γένει μὲν εὐτυχοῦμεν· εἰς δὲ συμφορὰς,
῏Ω ξύγγον', ἡμῶν δυστυχὴς ἔφυ βίος.
ΙΦ. 'Εγὼ μέλεος οἶδ' ὅτε φάσγανον
Δέρᾳ θῆκέ μοι
Μελεόφρων πατήρ.
ΟΡ. Οἴμοι, δοκῶ γὰρ οὐ παρὼν σ' ὁρᾷν ἐκεῖ.
ΙΦ. 'Ανυμέναιος, ξύγγον', 'Αχιλλέως
Εἰς κλισίαν λέκτρων
Δολίαν ὅτ' ἀγόμαν.
Παρὰ δὲ βωμὸν ἦν

Ore. Genere quidem beati sumus, sed quod ad calamitates *spectat*,
O soror, nostra infelix vita fuit.
Iph. Ego misera hoc experta sum, quando ensem
Ad cervicem posuit mihi
Miser pater.
Ore. Hei mihi: videor enim non præsens te videre ibi.
Iph. Sine Hymenæo, frater, Achillis;
Ad preces nuptiales
Fraudulentas quum ducebar:
Et circa aram erant

ἐφεὶης, | ἱμέρῳ χρίσασ', ἄφυκτον οἰστόν. *Elmsl.*

'Εγὼ δ' ἁ μέλεος] Cod. A. ἐγὼ δὲ μέλεος, ex quo illud feci. Vulgo ἐγὼ μέλεος. Οἶδα hic fere idem est quod μέμνημαι, in memoriam mihi revoco illud, quum, &c. Vid. supra ad v. 814. *Seidl.*

856. Poëta semper tribuit Oresti animum, quorumvis sensuum capacissimum, et phantasiam, quæ omnia, tanquam præsentia, fingere, atque adeo vehementer agitari possit. *Prev.*

857. Ad vocativum σύγγον' adjiciendum fuit ὦ, quod vulgo deest. *Seidl.*

858. κλισίαν λύκων] Quænam sit hæc κλισία ignoro: et pro λύκων Codd. A. B. C. habent λεκτρων. Lego, 'Ανυμέναιος, σύγγον', 'Αχιλλέως, Εἰς θυσίαν, λέκτρων, Δολίαν ὅτ' ἀγόμαν· quæ explicatione non indigent, si λέκτρων 'Αχιλλέως (vel 'Αχιλέως) conjungatur cum ἀνυμέναιος. Δολιαν A. B. et edit. Brubach. *Markl.*

λύκων] Uterque MS. et P. λέκτρων. Satis commodum esset εἰς εὐλογίαν λέκτρων, modo literarum vestigia paullo magis faverent. Preces utique ad aram factæ, quibus fausta omnia sponso et sponsæ petebant, non inepte εὐλογία λέκτρων vocari possent. Efficitur autem non invenustum pathos, ex eo, quod apud aram, ubi læta omnia audire speraverat, subita ei calamitas gemitus lacrymasque expressit.

Locus minori, quam putaram, molimine explicari poterat. Lege:

Εἰς κλισίαν λέκτρων
Δολίων ὅτ' ἀγόμαν.

Λέκτρων δολίων, ut λέκτρα δόλια supra v. 539. Κλισία hic est *lectulus, cubile,* ut in exemplis citatis ad Alcest. 1014. λέκτρα, ut passim, *conjugium* valet. Epithetum, meo saltem judicio, venustius cum λέκτρων, quam cum κλισία connectitur. *Musg.*

λέκτρων] Ita Codd. Pariss. omnes. Aldus λύκων. Construi possit ὅτε ἀνυμέναιος λέκτρων 'Αχιλλέως ἀπαγόμαν εἰς δολίαν κλισίαν, in qua scil. mactata est Iphigenia. Sed præstat conjungere quæ poeta conjunxit, ἀνυμέναιος 'Αχιλλέως, *nullis Achilli nuptiis juncta,* et κλισία λέκτρων δολία, *tabernaculum nuptiale fraudulentum,* i. e. tabernaculum nuptiale, ut per fraudem dictum mihi erat. Minus poeticum est Musgravii κλισία λέκτρων δολίων, quam-

Δάκρυα, καὶ γόοι.
Φεῦ, φεῦ χερνίβων ἐκεῖ.
ΟΡ. Ὤιμωξα κἀγὼ τόλμαν, ἣν ἔτλη πατήρ.
ΙΦ. Ἀπάτορ', ἀπάτορα
Πότμον ἔλαχον.
ΟΡ. Ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων κυρεῖ·
Εἰ σόν γ' ἀδελφὸν, ὦ τάλαιν', ἀπώλεσας
Δαίμονος τύχᾳ τινός.
Ὦ μελέα δεινᾶς τόλμας.
ΙΦ. Δείν' ἔτλαν, δείν' ἔτλαν,

Lachrymæ, et luctus.
Heu, heu! lavacra, *quæ* ibi *erant.*
Ore. Deploravi et ego audaciam quam pater ausus est.
Iph. Indignum patre, indignum patre
Fatum nacta sum.
Ore. Alia vero ex aliis sequuntur:
Si tuum fratrem, O misera, *cædens* perdidisses
Numinis alicujus fato,
O miseram *tunc te futuram* diri facinoris *ream.*
Iph. Atrocia ausa sum, atrocia ausa sum,

vis supra v. 539. sq. habuerimus λέκτρα δόλια. Recentiorum editionum lectio δολίην auctoritate caret. Aldus habet δολίαν. *Seidl.*

εἰς κλισίαν λέκτρων, MS. Victor. *Seidl.*

859. δολίαν] Edd. recent. δολίην, ex errore, ut videtur, typographico. *Musg.*

ὅτ' ἀπαγόμαν.] Vulgo ἀγόμαν. Possis etiam ὁπότ' ἀγόμαν. *Seidl.*

Recte edd. vett. δολίαν. *Reisk.*

860. Optime Tyrwhittus sequentia personis confusa esse judicat; quas et sic restituit:

παρὰ δὲ βωμὸν ἦν
δάκρυα καὶ γόοι.
φεῦ, φεῦ χερνίβων ἐκεῖ.
'ΟΡΕ. ᾤμωξα κἀγὼ τόλμαν, ἣν ἔτλη πατήρ.
'ΙΦΙ. ἀπάτορ' ἀπάτορα
Πότμον ἔλαχον. *Musg.*

862. Φεῦ, φεῦ, χερνίβων ἐκεῖ.] Quasi dixisset, *Heu! qualis erat aqua illa lustralis!* Exspectasses Τῶν χερνίβων. et præcipue, quia Orestes per totam hanc monostrophen in iambicis loquitur. Φεῦ, φεῦ, extra versum ponenda sunt. *Markl.*

Φεῦ χερνίβων] Ἤγουν ἕνεκα τῆς ἀνθρωποθυσίας. *Barnes.*

862—865. Hanc personarum distributionem, quam antistropharum ratio poscit, dudum sensu duce restituerat Tyrwhittus. Vulgo versus 862. Oresti tribuitur et 863. Iphigeniæ. Ante ἐκεῖ versu 862. adjecimus articulum τῶν, quem abesse nec lingua patitur nec metrum. *Seidl.*

863. τόλμαν, ἣν ἔτλη] Τόλμαν τλῆμι: hujus syntaxeωs instantias vide Iphig. Aul. v. 1182. *Barnes.*

866. Hic versus una cum proximis vulgo Oresti tribuitur usque ad verba δεινᾶς τόλμας. Sed, ut monitum est, Orestes nonnisi senarios habet. *Seidl.*

867. Εἰ σόν γ' ἀδελφὸν ὦ τάλαιν', ἀπώλεσας] Ἀπώλεσας verte *occidisses.* Seidler. Recte. Subauditur enim δι' ὀδύνας ἂν ἔβας, aut tale quid. Noster Ion. 961. Εἰ παῖδά γ' εἶδες χεῖρας ἐκτείνοντά μοι. Phœn. 1366. Εἰ καὶ τὰ πρὸς τούτοισιν εἰδείης κακά. Ubi supplet schol. τί ἐρεῖς; ἢ τριτάλας γένοιο, δηλονότι. *Elmsl.*

ἀπώλεσας verte *occidisses.* *Seidl.*

868. Interruperat Iphigeniæ orationem

Ὦ μοι ξύγγονε.
Παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυγες
Ὄλεθρον ἀνόσιον, ἐξ ἐμᾶν
Δαϊχθεὶς χειρῶν. ἁ
Δ' ἐπ' αὐτοῖσι τίς τελευτά;
Τίς τύχα μοι ξυγχωρήσει;
Τίνα σοι πόρον εὑρομένα,
Πάλιν ἀπὸ πόλεως,
Ἀπὸ φόνου πέμψω
Πατρίδ' ἐς Ἀργείαν,

O mi frater;
Quam vix effugisti
Injustam et impiam necem, meis
Interfectus manibus?
Post hæc vero quis *malorum* finis *erit?*
Quæ fortuna mihi *quod cupio* concedet?
Quam tibi *salutarem* rationem inveniens,
Rursum ab *hac* regione,
Et ab nece, remittam
Patriam in Argivam,

Orestes, quam illa jam continuat. Similiter Eur. Electr. 971.

ΟΡ. ὦ Φοῖβε, πολλήν γ' ἀμαθίαν ἐθέσπισας —
ΗΛ. ὅπου δ' Ἀπόλλων σκαιὸς ᾖ, τίνες σοφοί;
ΟΡ. ὅστις μ' ἔχρησας μητέρ', ἥν οὐ χρῆν, κτανεῖν.

Seidl.

869. Ὦ μελέα δεινᾶς τόλμας.] Ἕνεκα τῆς τόλμας, περὶ ξενοκτονίας καὶ ἀδελφοκτονίας δηλονότι. *Barnes.*

871. Ὤ μοι σύγγονε.] Hic μοὶ pro μοῦ. Vid. quæ nos ad Iphig. Aul. v. 613. Et infra ad v. 923. *Barnes.*

872. ἀμφέφυγες habet Ed. Ald. Editi recentiores, nescio, qua auctoritate, ἀμπέφυγες. Verum videtur ἀπέφυγες. *Musg.*

ἀμπέφυγες] Ἀναπέφυγας. In omnibus exemplaribus scribitur ἀμπέφυγες, non regulariter; est enim ἔφυγες: sed πέφυγας: Nisi πέφυγον etiam dicatur pro ἔφυγον per prosthesin poëticam, ut ῥίψε ποδὸς τεταγὼν, pro ταγὼν, Hom. Iliad. α'. v. 591. *Barnes.*

ἀπέφυγες] Ita jam Brubach. Ante π passim a librariis additum est μ. Vid. Salmas. ad dedicat. statuæ Regillæ, p. 87. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 35. ubi Schaef. addit Dorvill. ad Charit. p. 656. Ἀμπέφυγες miror defendi ab Henr. Steph. Thes. IV. p. 131. *Seidl.*

875. s. Hæc sibi respondere me prior vidit Hermannus, qui recte etiam αὐτοῖς et συγκυρήσει pro vulgatis αὐτοῖσι et συγχωρήσει correxit. Noster Ion. 1447. πόθεν μοι συνέκυρσ' ἀδόκητος ἡδονά; *Seidl.*

876. συγχωρήσει;] Sublata interrog. post hanc vocem, bene legi posset Τινὰ, εὑρομένα, et πέμψαι. *Markl.*

μοι συγχωρήσεται idem est, atque συμβήσεταί μοι, *quis hujus rei eventus, quæ fortuna, continget mihi?* conveniet in me? *Reisk.*

878. ἀπὸ πόλεως, Ἀπὸ φόνου] Vox πόλεως defendi forte potest ex v. 38. 596. et tamen suspecta haberi. Putarem ἀπ' ἀπωλείας. si vox alibi quam in S. S. inveniatur. *Markl.*

ἀπὸ πόλεως,] Defendi potest, inquit Marklandus, ex v. 38. 596. et tamen — putarem ἀπ' ἀπωλείας, si vox alibi, quam in S. S. inveniatur. Malim ego quidem interpretari *a terra.* vid. ad Cyclop. 99.

Non erat, cur Markl. vocem ἀπώλεια

Πρὶν ἐπὶ ξίφος
Αἵματι σῷ παλάξαι;
Τόδε, τόδε σὸν, ὦ μελέα ψυχὰ,
Χρέος ἀνευρίσκειν,
Πότερον κατὰ χέρσον, οὐχὶ ναΐ,
Ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾷ,

Priusquam ensem in
Sanguine tuo maculem.
Hoc, hoc tuum *est*, O misera anima,
Negotium invenire,
Utrum terra, non navi,
Sed pedum impetu,

Ecclesiasticis tantum scriptoribus adhibitam putaret. Plutarchus in Dione: ἐν καιρῷ ῥοπῆς ὀλίγης δεομένῳ πρὸς ἀπώλειαν, p. 1780. vid. et Ælian. Var. Hist. I. 19. *Musg.*

πόλεως,] Reiskius conjicit πελέκεως. Sed probum est illud. Verte, *ab hac urbe.* *Seidl.*

882. Αἵματι σῷ παλάξαι;] In Codd. A. B. C. πελασαι. Oxon. πάλασαι. vulgo, παλαῖσαι. Vera videtur Scaligeri conjectura, παλάξαι, propter Homericum istud Odyss. Ν'. 395. Αἵματί τ' ἐγκεφάλῳ τε παλαξέμεν ἄσπετον οὖδας. Hesychius: Παλάξαι. βρέξαι. *Markl.*

παλάξαι;] Ita cum Scaligero legimus, revocato, quod prius obtinebat, παλαῖσαι in marginem: παλαίω enim est *luctor*, quod nihil hic habet, παλάσσω autem est *inquino;* hinc Hom. Iliad. ε'. v. 100. παλάσσετο δ' αἵματι θώρηξ. Item Iliad. λ'. v. 169. λύθρῳ δ' ἐπαλάσσετο χεῖρας ἀάπτους. *Barnes.*

Retineri potest, quod plerique libri habent, πελάσαι, si metra cum Hermanno ita constituas, ut jam fecimus. In stropha πόλεως disyllabum est. Verbi πελάζειν insolentior etiam usus est in Nostri Hel. 536.

αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκὸς ἅμιλλαν.
Seidl.

Satis placeret παλάξαι, emendatio Scalig. si ἐπὶ versu præc. abesset. Eo relicto, tolerabilior esset vetus lectio παλαῖσαι, atque sic construenda verba: πρὶν ξίφος παλαῖσαι ἐπὶ αἵματι σῷ, priusquam ensis certamen subiret, et velut specimen dexteritatis suæ ederet in tuo sanguine. Nullus tamen dubito, pro παλαῖσαι leg. esse παῖσαι, *antequam ensis in tuum sanguinem irrueret.* πρὶν ἐπιπαῖσαι τῷ σῷ αἵματι τὸ ξίφος. *Reisk.*

883. τόδε σὸν,] Libri vocem τόδε duplicant. *Seidl.*

885. ss. Πότερον κατὰ χέρσον, οὐχὶ ναΐ, | ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾷ | θανάτῳ πελάσεις ἄρα, βάρβαρα φῦλα | καὶ δι' ὁδοὺς (Ald. διόδους) ἀνόδους στείχων·] Marklandus conjicit ἀνὰ (βάρβαρα φῦλα), quod olim mihi placebat. Sed in vulgata nulla est offensio. Seidler. Zimmermannus παρὰ βάρβαρα φῦλα. Equidem Marklando assentior. Ceterum metrum hujus versus et sequentis iterum occurrit apud nostrum Herc. 1011. Ὁ φόνος ἦν, ὃν Ἀργολὶς ἔχει πάτρα, | τότε μὲν περισαμότατος καὶ ἄριστος | Ἑλλάδι, τῶν Δανάου (ita Hermannus pro τῶν τοῦ Δ.) παίδων. Sic etiam, modo duæ syllabæ suppleantur, Hel. 691. Ὦ πᾶν κατ' ἄκρας δῶμ' ἐμὸν πέρσας Πάρις, | τάδε καὶ σὲ διώλεσε, μυριάδας τε | χαλκεόπλων Δαναῶν (πολλάς). * *Elmsl.*

Hos versus sic refingunt Reiskius et Tyrwhittus:

Πότερον κατὰ χέρσον, οὐχὶ ναΐ,

* Paullo ante v. 670. legendum, Ὁ Διὸς, ὁ Διὸς, ὦ πόσι, Μαίας τε παῖς | ἐπέλασεν Νείλῳ. Vulgo desunt duo verba Μαίας τε, quæ non minus sententiæ quam metro necessaria sunt. Altero loco non male legeretur, μυριάδας τε | χαλκεόπλων Δαναῶν ψυχάς. Μυριάδας ψυχὰς, ut μυριάδας πόλεις apud incertum Rhes. 916. Vide an scripserit Euripides Bacch. 734. μυριάσι χερσὶν (vulgo χειρῶν) ἀγόμενοι νεανίδων.

Θανάτῳ πελάσεις ἀνὰ
Βάρβαρα φῦλα,
Καὶ δι' ὅδους ἀνόδους στείχων.
Διὰ Κυανέας
Μὴν στεινοπόρου
Πέτρας, μακρὰ κέλευθα

Morti sis appropinquaturus,
Per barbaras gentes,
Et *per* transitus invios vadens.
Per Cyaneos
Sane, angusto-meatu-præditos
Scopulos, *est* longum iter

ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾷ,
θανάτῳ πελάσεις, παρὰ
βάρβαρα φῦλα
καὶ δι' ὁδοὺς ἀνόδους στείχων.

θανάτῳ πελάσεις, *mortem obibis*, non, quod ad literam sonat locutio, *morti appropinquabis*. Sic Apollon. Lib. IV. ἄτῃ ἀεικελίῃ πέλασαν. *Musg.*

Totum locum ita distinguendum reddendumque censet Heath.

Πότερον κατὰ χέρσον, οὐχὶ ναΐ,
Ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾷ;
Θανάτῳ πελάσεις ἄρα
Βάρβαρα φῦλα,
Καὶ διόδους ἀνόδους στείχων.
Διὰ Κυανέας
Μῶν στενοπόρους·
Πέτρας; μακρὰ κέλευθα,
Ναΐοις δρασμοῖς.

Utrum per terram, non navi, sed pedum impetu, ita scilicet habebis? Morti, id faciens, propinquus certe eris, per barbaras gentes, transitusque invios, tendens. An per Cyaneos angustum transitum habentes scopulos? At longum est iter navali fugæ. Beck.

887. πελάσεις ἄρα] Scalig. legit κάρα. Conjeceram ἀνὰ, cum hac distinctione, Θανάτῳ πελάσεις, ἀνὰ Βάρβαρα φῦλα, στείχων. Reiskius παρὰ βάρβαρα: et δι' ὁδοὺς idem pro διόδους, v. 889. *Markl.*

Pind. Olymp. I. Antistroph. 3. κράτει δὲ πέλασον: ubi πέλασον haud dubie est: *Fac, ut attingam:* non: *Fac, ut prope accedam. Musg.*

ἄρα] Marklandus conjicit ἀνὰ, quod olim mihi placebat. Sed in vulgata nulla est offensio. Scaligeri κάρα metrum non fert. *Seidl.*

πελάσεις παρὰ βάρβαρα] Et ita quoque video Italum conjecisse; qui tamen in eo falsus fuit, quod παρὰ cum θανάτῳ jungit, nam πελάζειν παρὰ θάνατον, non παρὰ θανάτῳ, dicitur. Cohæret igitur παρὰ cum βάρβαρα φῦλα. *Reisk.*

889. Στείχων] Vel εἰς, vel ἀνὰ, subaud. Vel certe legendum δι' ὁδοὺς disjunctim. *Barnes.*

δι' ὁδοὺς] Vulgo διόδους. Ad ὁδοὺς accommodatius est epitheton ἀνόδους, quam ad διόδους, cui melius conveniret ἀδιόδους. Præterea δίοδοι ἄνοδοι exercitibus quidem, sed non pediti difficiliores sunt quam ὁδοὶ ἄνοδοι. Construendum autem est διὰ βάρβαρα φῦλα καὶ δι' ὁδοὺς ἀνόδους στείχων. Vid. supra ad v. 406. *Seidl.*

Καὶ δι' ὁδοὺς, *per vias.* Sæpe jungit Euripides διὰ cum accusativo quando *per* debet significare, ut versu proximo. Quod neque Barnesium fugit. *Reisk.*

891. Μὴν στενοπόρους] Miltonus conjicit Μῶν, *Num.* Non intelligo. Quærere debebat Iphigenia, uti videtur, *quo modo* Orestes effugere posset ex ista regione, *utrum* pedibus et terra, *an* navi et mari. Pro στενοπόρους B. στενοπορου, quemadmodum conjecerat Pierson. Verisimil. I, 2. Cod. A. στεινοπορου. Legi potest conjunctim, Διὰ Κυανέας μὲν στεινοπόρου | Πέτρας, &c. Ut sit anapæstus. nam Μὴν initio versus, qui possit subsistere, non video. *Markl.*

στεινοπόρου] Ita MS. uterque, ut legi voluit Piersonus. Vulgo στινοπόρους. *Musg.*

Ναΐοισι δρασμοῖς.
Τάλαινα, τάλαινα.
Τίς ἂν οὖν τάδ' ἄν,
Ἢ θεὸς, ἢ βροτὸς, ἢ
Τὶ τῶν ἀδοκήτων,
Πόρον ἄπορον ἐξανύσας,

Navali fugæ.
Misera, misera *sum ego!*
Quis igitur in his
Aut deus, aut mortalis, aut
Casus aliquis insperatus
Viam impeditam expediens,

Μὴν] Joh. Miltonus in margine notavit, quasi ex conjectura, *f.* μῶν, male; nulla est enim hic interrogatio, cum difficultas istius viæ satis omnibus esset nota vel ex Argonautica expeditione. *Barnes.*

Μὴν] Reisk. accipit pro μέντοι. *Beck.*

στενοπόρου] Ita Aldus coll. supra, v. 242, 747. Androm. v. 787.—Vulgo στενοπόρους, quod primum habent Brub. et Hervag. Paulo post μὴν tentandum non puto. Sensus est: An hortabor, ut terra iter faciens per barbaras gentes et locorum invia mortis periculum obeas? Per angustias rupis Cyaneæ certe quidem difficillimum est navi effugere propter transitum longissimum. Dicit igitur Iphigenia, utramque viam, qua reverti Orestes possit, æque esse difficilem et periculosam, seque plane non habere, quo consilii se vertat. *Seidl.*

893. Ναΐοισιν] Aldus ναΐοισι. Vulgo ναΐοις. *Seidl.*

894. Hic excidisse nonnulla, metris antistrophicis docemur. Priscum codicem, ex quo ceteri descripti sunt, hoc loco lacerum fuisse, etiam proximi versus demonstrant, quorum syllabæ finales perierunt. Quo autem lacunæ loco voces τάλαινα, τάλαινα antiquitus collocatæ fuerint, incertum est. *Seidl.*

895. Τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν—φανεῖ.] Observandum ἂν geminatum cum futuro indicativi, si recte habeat hæc scriptura, neque pro φανεῖ legendum φανοῖ, vel αὖ ultimo loco pro ἄν. simplex ἂν cum futuro Aristoph. Ὀρν. 1314. et Herodot. I. 93. non obstante Thoma, qui (in V. Ἵνα) dicit ἂν cum futuro esse πάνυ ἀμαθές. Legi quoque potest, Τίς ἄρ' οὖν—ut alibi ἂν pro ἄρ' scribitur. *Markl.*

Τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν] De duplici ἂν vid. supra ad v. 98. *Barnes.*

Non apparet, quo pertineat τάδε. Constructio non tolerat. Forsan leg. τίς ἂν οὖν, τίς ἄν, ἢ θεός. *Reisk.*

897. Τί quid sibi velit, nemo dixerit. Nam verba τῶν ἀδοκήτων conjungenda esse cum πόρον, non dubitabit, qui meminerit Euripidei illius τῶν ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός. Equidem pro τί scribendum arbitror τύχα. Noster Fragm. Inc. CLXXXVII. εἴτε τύχα εἴτε δαίμων. Hanc emendationem altera, quam metrum postulat, per se sequitur, ἐξανύσασα pro vulgato ἐξανύσας. Τάδε et ἄπορον πόρον posita sunt ἐκ παραλλήλου. Nam *hanc rem expedire* erat ἐξανύειν τῶν ἀδοκήτων ἄπορον πόρον. Participium ἐξανύσασα ita poëta posuit, ut proximum πόρον magis respiceret, quam remotius τάδε. *Seidl.*

898. Leg. ἀπόρων ἐξανύσας, i. e. πόρον ἐκ τῶν ἀπόρων ἀνύσας, *efficiens meatum e viis immeabilibus.* *Reisk.*

Vulgo πόρον ἄπορον contra metrum. *Seidl.*

899. Δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν] Scivit Iphigenia sororem suam Electram superstitem esse, v. 563. Unde conjeceram ex scripturæ vestigiis, Δυσδαιμόνοιν Ἀτρείδαιν, *duobus infelicibus Atridis.* Ob eandem rationem Piersonus Verisimil. p. 24. Δυοῖν τοῖν γόνοιν Ἀτρείδα. Sed eadem difficultas occurrit, et in hac ipsa voce μόνος in aliis tragicorum locis: ut suspicari liceat μόνος non semper significare *solus,* sed interdum *præcipuus, eximius.* Mul-

Δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν
Φανεῖ κακῶν ἔκλυσιν;
ΧΟ. Ἐν τοῖσι θαυμαστοῖσι, καὶ μύθων πέρα,
Τάδ' εἶδον αὐτὴ, καὶ κλύουσ' ἀπαγγελῶ.
Τὸ μὲν φίλους ἐλθόντας εἰς ὄψιν φίλων,
Ὀρέστα, χειρῶν περιβολὰς εἰκὸς λαβεῖν·

Nobis duobus solis Atridis
Ostendet finem malorum?
Cho. Inter mirabilia, et ultra fabulas fictas,
Hæc ipsa vidi, et audiens nunciabo.
Amicos utique qui venerunt in conspectum amicorum,
O Orestes, æquum *est* se manibus mutuo complecti:

ta sunt quæ me ad hanc suspicionem adigunt. *Markl.*

τοῖν μόνοιν] Notat Piersonus, Orestem et Iphigeniam non recte τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν posse dici, cum præter hos in vivis adhuc esset Electra. Itaque reponit τοῖν γόνοιν Ἀτρείδα, quod mihi cum Reiskio displicet. Legebam:

δυοῖν στεινομένοιν Ἀτρείδαιν.

στεινομένοιν, *ad angustias redactis:* cui probe mox respondet oppositum κακῶν ἔκλυσιν. Quanquam, ne emendare festinemus, monet simile peccatum a Sophocle admissum, Antigon. 953. *Musg.*

τοῖν μόνοιν corruptum esse Prev. censet, quia Electram adhuc vivere constabat. At forte, an tum adhuc viveret, incertus dubitare potuit Orestes. *Beck.*

Δυοῖν τοῖν μόνοιν,] Hærent in adjectis τοῖν μόνοιν. Neque injuria. Superstitem enim Electram supra, v. 563. ipse Orestes docuerat. Hinc Piersonus Veris. p. 24. suspicatur, legendum esse τοῖν γόνοιν Ἀτρείδα. Marklandus opinatur, μόνος hic significare non *solus*, sed *præcipuus, eximius.* Sed ut hunc significatum habere possit, cur Electræ Iphigenia se præferat, parum intelligas. Equidem rem non ad unguem resecandam esse puto. In tanta familiæ suæ clade jam sola sibi Iphigenia cum fratre videtur esse superstes. Eandem video esse Brunckii sententiam ad Soph. Antig. 941. quem contulisse operæ pretium est.

Reprehendit Piersonus, p. 124. Iphigeniam et Orestam hic μόνους Ἀτρείδας appellari, quum tamen in superioribus, v. 563. Electram dixisset superesse. propterea pro μόνοιν substituit γόνοιν. sed non meminerat, primum, solœcum esse γόνοιν Ἀτρείδαιν pro γόνοιν Ἀτρείδου. deinde non uno hoc in loco, sed per totam fabulam et sui, et decoris probabilitatisque oblitum fuisse poëtam, sibique sæpius contradixisse. *Reisk.*

900. Φανεῖ] Ἂν cum futuro indicativi poni posse, certum est. Hic etiam minor est offensio, quod ἂν referri potest ad participium ἐξανύσασα. *Seidl.*

901. Frustra hæc ad v. 909. Choro tribuuntur. Pyladi unice conveniunt Orestis et Iphigeniæ mollitiem castiganti. Similes sunt Pædagogi apud Sophoclem partes, Electr. v. 1340. Marklandus pro τὸ μὲν non male reponit Εἶεν, conferens Electr. v. 596. *Musg.*

Heath. vertit: *Inter ea, quæ admiranda sunt, et omnem sermonem superant.* *Beck.*

901—909. Hæc a Pylade dici cum Musgr. censet Prev. *Beck.*

Sensus est: Ex iis, quæ mirabilia sunt, et ultra quam ut dici possint, jam ipsa hæc vidi atque aurita testis referre possum. Verba μύθων πέρα Marklandus male reddit *ultra fabulas fictas.* Nihil amplius significant quam quod alias, ut paulo ante, v. 841. Noster dicit λόγου πέρα, ultra, quam ut narrari cum fide queant. *Seidl.*

903. Mirum et insolitum erat videre Chorum loquentem per novem iambos continuos: et servas, arroganter suggerentes Dominæ suæ et Oresti officium eorum, et modum per quem ipsæ (Chorus) effugerent ex ista terra. Hæ absurditates jam vitantur in versione, restitu-

Λήξαντα δ' οἴκτων, κἀπ' ἐκεῖν' ἐλθεῖν χρεὼν,
Ὅπως τὸ κλεινὸν ὄνομα τῆς σωτηρίας
Λαβόντες, ἐκ γῆς βησόμεσθα βαρβάρου.
Σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν ταῦτα, μὴ 'κβάντας τύχης,
Καιρὸν λαβόντας, ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν.

Oportet vero *nunc* omisso luctu, ad illud venire,
Quomodo inclytum salutis flatum
Adepti, ex *hoc* agro barbaro discedamus,
Sapientum enim virorum hæc *sunt*, fortunæ
Occasionem nactos, non evagantes alias voluptatem capere.

endo distichon suum Choro, et præponendo personam Iphigeniæ versui tertio, et pro inepto isto Τὸ μὲν legendo Εἶεν. (et φίλους δ' ἐλθόντας) ut innumeris in locis fit, et præcipue in loco plane gemino, Electr. 596. Εἶεν· φίλας μὲν ἡδονὰς ἀσπασμάτων Ἔχω, &c. Εἶεν *est clausula præcedentis sermonis, et connexio cum sequenti:* Suidas. *Markl.*

903—909. Hæc omnia Pyladi tribuenda. Si Choro tribuantur, abrupta evadit oratio. si Chorus tam aperte declarasset, se Oresti favere, non postea tantopere erat orandus, ut ipsorum consilia tegeret. *Heath.*

Hos septem trimetros omnes libri continuant Choro, cui quam parum conveniant, in aperto est. Marklandus Iphigeniæ tribuit, sed ne huic quidem aptos esse, sentiet, qui totius loci nexum consuluerit. Recte Musgravius et ante eum Heathius Pyladi tribuit, Orestis et Iphigeniæ mollitiem castiganti. Apte etiam Musgravius confert orationem pædagogi in Soph. Electr. v. 1326. sqq.

τὸ μὲν ineptum judicat Marklandus, conjicitque εἶεν, coll. Nostri Electr. v. 596. non repugnante Musgravio. At sanissimum est τὸ μὲν, cui ex vulgari syntaxi respondere debebat, v. 905. τὸ δὲ λήξαντα, pro quo simplex δὲ posuit, quasi nudum μὲν præcessisset. Neque hæc loquendi formula est in rarissimis. Inversa etiam ratione Sophocl. Electr. v. 219. dixit τὰ δὲ, licet non præcesserit τὰ μέν. Plura exempla ex hoc genere suppeditat Hermannus ad Viger. p. 701. Sensus est: Ab altera parte æquum quidem est, amicos sibi invicem redditos amplexos sese tenere, sed ab altera oportet etiam, ut omisso luctu ad illa venias, de eo deliberes, quomodo ex hac terra possimus evadere. *Seidl.*

905. Λήξαντα δ' οἴκτων,] Scribendum, opinor, Λήξαντε, dualiter: quia *omittere lamentationes* ad *utrumque* æque (Λήξαντε) pertinebat, non ad Orestem *solum*, λήξαντα. unde λαβόντες dicit, et βησόμεσθα. Sic προσφέροντε, v. 112. Legi quoque potest Λῆξαι δέ τ' οἴκτων, κἀπ', &c. sed propius est Λήξαντε. *Markl.*

Λήξαντα] Malit Marklandus λήξαντε. *Musg.*

Marklandus scribendum censet λήξαντε, *nos ambos.* Sed Pylades harum lamentationum non fuerat particeps. Ceterum quod hic οἶκτον dicit, supra v. 833. dixerat δάκρυα ἀδάκρυα. *Seidl.*

906. ὄνομα] MS. E. ὄμμα. Sed ὄνομα non ab ὄμμα corruptum puto, verum a πνεῦμα. πνεῦμα σωτηρίας, ut πνεῦμα συμφορᾶς infra, v. 1319.

ὄνομα τῆς σωτηρίας] Si verum est, ponitur pro σωτηρίαν. Plutarch. in Nicia, p. 966. βέβαιον οὕτω τὸ τῆς εὐτυχίας ὄνομα πρὸς τὸν αὖθις χρόνον ποιοῖτο. Confer citata ad Hecub. 623. *Musg.*

ὄνομα τῆς σωτηρίας] MS. E. ὄμμα, quæ perpetua confusio est. Vera est Musgravii explicatio. Sic noster Medea 125. τῶν μετρίων—τοὔνομα pro τὰ μέτρια. Hec. 381. τῆς εὐγενείας ὄνομα. Orest. 1081. ὦ ποθεινὸν ὄνομ' ὁμιλίας ἐμῆς, ubi bene Schol. ὦ ποθεινὴ ὁμιλία ἐμοὶ, τουτέστι σὺ, ᾧ ποθεινῶς ὡμίλουν ἐγώ. Ad eundem modum explicandum σὸν ὄνομα, Hec. 435. et alibi, ut nihil amplius significet quam σέ. Nam ita etiam in Nostri Fragm. Aug. VII. 3. τοὐλεύθερον ὄνομα positum est pro simplici ἐλευθερία. *Seidl.*

907. ἐκ γῆς βησόμεσθα βαρβάρου.] Absurde hæc Choro attribuuntur. Illæ enim ne minimam quidem spem habebant *adhuc* (vid. v. 1133. 1496.) excedendi ex terra Taurica. Idcirco præposui personam

ΟΡ. Καλῶς ἔλεξας. τῇ τύχῃ δ' οἶμαι μέλειν
Τοῦδε ξὺν ἡμῖν. ἢν δέ τις πρόθυμος ᾖ,
Σθένειν τὸ θεῖον μᾶλλον εἰκότως ἔχει.
ΙΦ. Οὐδέν μ' ἐπίσχει γ', οὐδ' ἀποστήσει λόγου,
Πρῶτον πυθέσθαι, τινά ποτ' Ἠλέκτρα πότμον

Ore. Recte dixisti. Fortunæ vero puto curæ esse
Hoc nobiscum: si enim gnarus sit aliquis,
Consentaneum est numen divinum fore efficacius.
Iph. Nihil me *jam* cohibet, nec avertet a sermone,
Quominus primum quæram, quodnam Electra fatum

Iphigeniæ huic sententiæ, quæ incipit v. 903. *Markl.*

908. ἐκβάντας τύχης, *deserentes fortunam.* Sic Plato: ἐὰν σμικρὰ ἐκβῶσι τῆς τεταγμένης διαίτης, p. 621. A. Ed. Ficin. *Musg.*

Lectio vulgata si retineatur, sic exponenda: μὴ ἐκβάντας, scil. aut τύχης, aut ἑαυτῶν, (non evagantes aut extra fortunam præsentem, aut extra rectum mentis statum) fortunæ secundæ oblata specie, non frui voluptatibus alienis a re præsente. aut possit pro μὴ ἐκβάντας legi μὴ ταχείας τύχης καιρὸν λαβόντας. *Reisk.*

Si cum Scal. legas ἄλλως, quod verisimile, ita locus distinguendus, atque vertendus:

μὴ 'κβάντας τύχης
Καιρὸν, λαβόντας ἡδονὰς, ἄλλως λαβεῖν.

Non prætergressos fortunæ opportunitatem, voluptates capientes, frustra eas capere. Heath.

909. ἄλλας] Scaliger non male ἄλλως. *Musg.*

Scaliger non male ἄλλως pro ἄλλας, *temere, alieno loco se voluptatibus tradere.* Conjunxit enim haud dubie μὴ cum λαβεῖν, non cum ἐκβάντας. Vereor tamen, ne vulgatæ idem sensus esse possit, si ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν explicueris ἡδονὰς λαβεῖν, καὶ οὕτως ἄλλο τι ποιῆσαι, ut ἄλλας fere idem sit quod ἀλλοτρίας. Etiam Reiskius ἄλλας reddit alienas a re præsente. Ἐκβαίνειν τύχης est deesse fortunæ, decedere de via, quam fortuna monstrat. Καιρὸν λαβόντας ad antecedentia pertinet, *fortunam, opportunitate oblata, deserentes.* Cf. Herc. Fur. 202. *Seidl.*

911. s. ἢν δέ τι πρόθυμος ᾖ, Σθένειν, &c.] Forte τις, ut sit gnome: et Σθένειν accipio quasi esset Σθενεῖν, in futuro, ut μέλειν paullo ante pro μελήσειν sumi potest. *Markl.*

τις] Aldus τι. Sed illud jam Brubachius. Idem placuit Reiskio et Marklando. Σθένειν neutiquam hic futuri significationem habet. *Seidl.*

913. Οὐδέν μ' ἐπίσχει γ', οὐδ' ἀποστήσει] Ald. ἀπιστήσει. Codd. A. B. C. επισχη γ, et αποστηση. *Markl.*

913. ss. Οὐδέν μ' ἐπίσχει γ', οὐδ' ἀποστήσει (Ald. ἀπιστήσει) λόγου, | πρῶτον πυθέσθαι, τίνα (Ald. τιθέσθαι τίνα) ποτ' Ἠλέκτρα πότμον | εἴληχε βιότου. φίλα γὰρ ἔσται πάντ' ἐμοί.] Codd. Pariss. omnes ἐπίσχῃ et ἀποστήσῃ, quod satis inconsiderate Markl. recepit. Seidler. Coll. Victoriana ἐπίσχῃ et ἀποστήσει. Latet hic aliquid, quod indagare nondum potui. Non male legeretur, Οὐ μή μ' ἐπίσχῃ γ', οὐδ' ἀποστήσει λόγου. In priore membro haud raro legitur οὐ μὴ cum subjunctivo, in posteriore οὐ cum futuro. Ita Sophocles Œd. C. 450. ἀλλ' οὔτε μὴ λάχωσι τοῦδε συμμάχου, | οὔτε σφιν ἀρχῆς τῆσδε Καδμείας* ποτὲ | ὄνησις ἥξει. El. 42. οὐ γάρ σε μὴ γήρᾳ τε καὶ χρόνῳ μακρῷ | γνῶσ', οὐδ' ὑποπτεύσουσιν ὧδ' ἠνθισμένον. Ubi Turnebi scriptura οὐδ' ὑποπτεύσωσιν non minus solœcam reddit orationem, quam si metro permittente μηδ' ὑποπτεύσουσιν reposuisset. Οὐ μὴ cum οὐδὲν confusum alibi non reperi. Cum οὐκ ἂν apud nostrum Suppl. 1079. Ὅμοιον. οὐ γὰρ ἂν κίχῃς μ' ἑλὼν χερί. Ita solœce Aldus. Facillima emendatio est κίχοις. Sed codd. Pariss. οὐ γὰρ μὴ præbent, quod in contextum recepit Marklandus. Idem

* Malim ἀρχῆς τῆσδε Καδμείοις, *imperii hujusce in Thebanos.* Homerus Od. Α'. 70. ἀντίθεον Πολύφημον, ὅου κράτος ἐστὶ μέγιστον | πᾶσι Κυκλώπεσσι.

Εἴληχε βιότου· φίλα γὰρ ἔσται πάντ᾽ ἐμοί.
ΟΡ. Τῷδε ξυνοικεῖ, βίον ἔχουσ᾽ εὐδαίμονα.
ΙΦ. Οὗτος δὲ ποδαπὸς, καὶ τίνος πέφυκε παῖς;
ΟΡ. Στρόφιος ὁ Φωκεὺς τοῦδε κλήζεται πατήρ.
ΙΦ. Ὅδ᾽ ἔστι γ᾽ Ἀτρέως θυγατρὸς, ὁμογενὴς ἐμός;
ΟΡ. Ἀνεψιός γε, μόνος ἐμοὶ σαφὴς φίλος. 926
ΙΦ. Οὐκ ἦν τόθ᾽ οὗτος, ὅτε πατήρ ἔκτεινέ με.
ΟΡ. Οὐκ ἦν· χρόνον γὰρ Στρόφιος ἦν ἄπαις τινά.
ΙΦ. Χαῖρ᾽, ὦ πόσις μοι τῆς ἐμῆς ὁμοσπόρου.

Sortita sit vitæ: grata enim facere studuit mihi omnia.
Ore. Cum hoc *nupta* habitat, vitam habens beatam.
Iph. Hic vero cujas, et quo patre natus est?
Ore. Strophius Phocensis hujus vocatur pater.
Iph. Hic ex Atrei filia est, mihi cognatus?
Ore. Consobrinus certe, solus mihi certus amicus.
Iph. Nondum erat iste natus, quando pater me mactavit?
Ore. Non erat: aliquandiu enim Strophius fuit sine liberis.
Iph. Salve, mihi marite meæ sororis.

non male conjecit nostro loco φίλα γάρ ἐστι ταῦτ᾽ ἐμοὶ, *cupio enim hoc scire. Elmsl.*

913. MS. uterque et P. ἐπίσχῃ et ἀποστήσῃ. Ed. Ald. ἀπιστήσει, unde recte Edd. recent. ἀποστήσει. *Musg.*

ἐπισχήσ᾽ pro ἐπισχήσει conjicit Reisk. *Beck.*

ἐπίσχει—ἀποστήσει] Codd. Pariss. omnes ἐπίσχῃ et ἀποστήσῃ, quod satis inconsiderate Marklandus recepit. Aldus ἐπίσχει et ἀπιστήσει. Ἀποστήσει jam emendaverat Brodæus.

Οὐδέν μ᾽ ἐπίσχῃ, et proxime ἀποστήσει λογίου, MS. Victor. *Seidl.*

914. τίνα ποτ᾽ Ἠλέκτρα πότμον] Vid. supra ad v. 812. *Barnes.*

πυθέσθαι,] Ita ex Brodæi correctione primum in margine Stiblinus. In Aldina excusum video τιθέσθαι. τίθεσθαι explicari quodammodo possit. In Brub. et Hervag. πιθέσθαι. Sed MSS. de quorum lectione tacent, videntur habuisse πυθέσθαι.

Πρῶτον πυθέσθαι, MS. Victor. Confirmat hoc meam de Musgravii Mstorum lectione suspicionem. *Seidl.*

915. φίλα γὰρ ἔσται πάντ᾽ ἐμοί.] Non πάντ᾽, sed ταῦτ᾽ putarem, et ἐστι pro ἔσται: *cupio enim hoc scire.* φίλα ταῦτα pro φίλον τοῦτο. Absurdum videtur πάντ᾽. *Markl.*

φίλα γὰρ ἔσται] Legendum censeo: φίλα γὰρ ἤσκει πάντ᾽ ἐμοί. *Illa enim,* i. e. Electra, *omnia mihi grata studiose egit. Musg.*

φίλα γὰρ ἔσται πάντ᾽ ἐμοί.] Si sana hæc sunt, verte: accepta mihi erunt omnia, i. e. quidquid dixeris, certe cognovisse mihi jucundum erit. Sed graviorem sententiam exspectaveris. Mihi in mentem venerat φίλα γὰρ ἐστὶ πάντ᾽ ἐμά. Ἐστὶ certe numerorum causa prætulisse censendus est Porsonus, non item Hermannus, qui prægressæ interpunctioni vim aliquam tribuit ad numerorum duritiem molliendam. Musgravius non bene ἤσκει πάντ᾽. *Seidl.*

917. ss. ΙΦ. Οὗτος δὲ ποδαπὸς, καὶ τίνος πέφυκε παῖς; | ΟΡ. Στρόφιος ὁ Φωκεὺς τοῦδε κλήζεται πατήρ. | ΙΦ. Ὅδ᾽ ἐστί γ᾽ Ἀτρέως θυγατρὸς, ὁμογενὴς ἐμός (Ald. ἐμοί); | ΟΡ. Ἀνεψιός γε, μόνος ἐμοὶ σαφὴς φίλος.] Lego, Εἰ δ᾽ ἐστὶ γ᾽ Ἀτρέως θυγατρὸς (vel παιδὸς), ὁμογενὴς ἐμός (vel ἐμοί). *Imo vero, si ex Atrei filia natus est, consanguineus meus est.* Mox dicit, v. 921. Οὐκ ἦν τόθ᾽ οὗτος, ὅτε πατὴρ ἔκτεινέ με. Idem supra dixerat, v. 60. Στροφίῳ γὰρ οὐκ ἦν παῖς, ὅτ᾽ ὠλλύ-

ΟΡ. Κἀμός γε σωτὴρ, οὐχὶ συγγενὴς μόνον.
ΙΦ. Τὰ δεινὰ δ' ἔργα πῶς ἔτλης μητρὸς πέρι;
ΟΡ. Σιγῶμεν αὐτά· πατρὶ τιμωρῶν ἐμῷ.
ΙΦ. Ἡ δ' αἰτία τίς ἀνθ' ὅτου κτείνει πόσιν;
ΟΡ. Ἔα τὰ μητρός· οὐδέ σοι κλύειν καλόν.
ΙΦ. Σιγῶ. τὸ δ' Ἄργος πρὸς σὲ νῦν ἀποβλέπει;
ΟΡ. Μενέλαος ἄρχει· φυγάδες ἐσμὲν ἐκ πάτρας.
ΙΦ. Ἦπου νοσοῦντας θεῖος ὕβρισεν δόμους;
ΟΡ. Οὐκ· ἀλλ' Ἐριννύων δεῖμά μ' ἐκβάλλει χθονός.

Ore. Et meus servator *est*, non tantum cognatus.
Iph. Quomodo vero sustinuisti ista atrocia facta in matrem?
Ore. Taceamus de illis: ulsciscens necem mei patris.
Iph. Quæ vero *fuit* causa, quod occidit maritum?
Ore. Sinas hæc matris *facinora;* non enim tibi *est* honestum audire.
Iph. Taceo. Nunc igitur Argos in te respicit?
Ore. Menelaus tenet imperium: *nos* exules sumus ex patria.
Iph. An igitur patruus injuriâ-affecit familiam *jam* afflictam?
Ore. Non: sed terror Erinnyum exturbat me ex terrâ.

μην ἐγώ. Fieri igitur potuit, ut post ejus e Græcia discessum, non ex Agamemnonis sorore, sed ea mortua aut repudiata, ex alia uxore Pyladem genuerit Strophius' Recte igitur illum ea conditione consanguineum appellat, si ex amita sua natus est. *Elmsl.*

919. ὁμογενὴς ἐμοί;] Omnes Gallici, ἐμός. Bene. quamquam vulgata non male. D. Lucas VII. 12. *Markl.*

ἐμοὶ;] MS. uterque et P. ἐμὸς. *Musg.*

Ἀτρέως θυγατρὸς,] Euripidis Scholiast. ad Orest.—Στρόφιος Ἀναξιβίαν ἔγημε, τὴν Ἀγαμέμνονος ἀδελφὴν, ἐξ ἧς ἐγένετο Πυλάδης· Ἢ ἐπεὶ ὁ Στροφίου πατὴρ, Κρίσος, Ἀτρέως θυγατέρα ἐγάμει, τὴν Κυδραγόραν. Joh. Brodæus notavit, sed loco non ostenso: nec tale quid invenio. Ipsa enim Scholiastæ verba sunt hæc ad v. 755. Στρόφιος Ἀναξιβίαν, τὴν Ἀγαμέμνονος ἀδελφὴν, ἔγημεν, ἐξ ἧς ἔφυσε τὸν Πυλάδην· ὅθεν Ὀρέστης καὶ Πυλάδης ἀνεψιοί. *Barnes.*

Locus Schol. ad Orest. a Brodæo laudatus, quem Barn. invenire non potuit, est ad v. 1232. *Heath.*

ἐμὸς;] Vulgo ἐμοί, quod minus exquisitum est. Vid. Schaef. ad Apoll. Rhod. Schol. p. 168. De genealogia vid. Schol. ad Orest. 5. 33. 755. 1232.

ὁμογενὴς ἐμὸς, MS. Victor. *Seidl.*

920. Ἀνεψιός γε, μόνος ἐμοί] Recte, si cum Codicibus, Ἀνεψιός σοι, μόνος ἐμοὶ σαφὴς φίλος. Versu præcedenti deleri potest interrog. post ἐμὸς: subsequenti, certissime debet post ἔκτεινέ με. *Markl.*

Ἀνεψιός γε,] Marklandus malit ἀνεψιός σοι. Sed suo loco positum hic est γε, *et consobrinus quidem* scil. *tuus,* quod latet in prægresso ἐμός. *Seidl.*

921. ὅτε πατὴρ ἔκτεινέ με.] Occidit, quantum in illo erat, et ut vulgo putabatur: quia nusquam postea visa est, ante hoc tempus, a cognatis et Græcis. Vid. supra ad v. 176. et v. 785. et infra v. 993. *Barnes.*

Recte in fine hujus versus Marklandus interrogandi signum delet. *Seidl.*

923. Χαῖρ' ὦ πόσις μοι τῆς ἐμῆς ὁμοσπόρου,] Hic revera τὸ μοι redundat: nec enim pro μοῦ stat, ut alias, sed regitur a χαῖρε, ut χαῖρέ μοι: de quo vide Eustath. Il. ξ'. fol. 999. lin. 36. et quæ nos ad Iphig. Aul. v. 613. *Barnes.*

929. Ἄργος πρὸς σὲ νῦν ἀποβλέπει;] Interrogative hoc legendum esse certissimum est; quia affirmatio hic falsum affirmaret. *Markl.*

931. Ἦ που νοσοῦντας θεῖος ὕβρισεν δόμους;] Νοσοῦντας δόμους, ni fallor, accusativus absolutus est, de quo Hermannus ad Vi-

ΙΦ. Ταῦτ' ἄρ' ἐπ' ἀκταῖς; κἀνθάδ' ἠγγέλης μανείς.
ΟΡ. Ὤφθημεν οὐ νῦν πρῶτον ὄντες ἄθλιοι.
ΙΦ. Ἔγνωκα, μητρὸς οὕνεκ' ἠλάστρουν θεαί.
ΟΡ. Ὥσθ' αἱματηρὰ στόμι' ἐπεμβαλεῖν ἐμοί.
ΙΦ. Τί γάρ ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπόρθμευσας πόδα;

Iph. Inde ergo in litore, etiam hic, dictus es insaniisse.
Ore. Sumus conspecti non nunc primum miseri.
Iph. Intelligo, propter matrem agitaverunt *te* deæ,
Ore. Adeo ut cruenta fræna injecerint mihi.
Iph. Cur vero in hanc terram intulisti pedem?

gerum n. 328. Matthiæ Gramm. Gr. §. 562. 3. aliique, præter mea ad Heracl. 693. Allegat Matthiæ Sophoclem Œd. C. 1119. Ὦ ξεῖνε, μὴ θαύμαζε, πρὸς τὸ λιπαρὲς | τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκυνῶ λόγον. Addo Euripidem Or. 688. ὅταν γὰρ ἡβᾷ δῆμος εἰς ὀργὴν πεσὼν, | ὅμοιον, ὥστε πῦρ κατασβέσαι λάβρον· | εἰ δ' ἡσύχως τις αὐτὸν ἐντείνοντα μὲν | χαλῶν ὑπείκοι, καιρὸν εὐλαβούμενος, | ἴσως ἂν ἐκπνεύσει'. ὅταν δ' ἀνῇ πνοὰς, | τύχοις ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως, ὅσον θέλοις. Aldus αὐτῷ ἐντείνοντι habet, nonnulli MSS. αὐτὸς ἐντείνοντι, Stobæus αὐτὸν ἐντείνοντι. Hanc scripturam una litera mutata adoptare debebat Porsonus, potius quam Brunckii conjecturam αὐτῷ τις pro τις αὐτῷ. Alterum ejusdem constructionis exemplum præbet eadem tragœdia paullo post, v. 793. ποῦ γὰρ ὢν δείξω φίλος, | εἴ σε μὴ 'ν δειναῖσιν ὄντα συμφοραῖς ἐπαρκέσω; Sic etiam noster Suppl. 337. ὡς οὔτε ταρβῶ ξὺν δίκῃ σ' ὁρμώμενον. Aristophanes Eq. 783. ἐπὶ ταῖσι πέτραις οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως. Ita passim Attici, quibus præivit Homerus Il. ψ'. 144. Σπερχεῖ', ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεὺς, | κεῖσέ με νοστήσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν | σοί τε κόμην κερέειν, ῥέξειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην. Quæ verba ita Latine reddita video: *Sperchie, frustra tibi utique pater vovit Peleus, illuc me reversum dilectam in patriam terram, tibique comam abscissurum, mactaturumque sacram hecatomben.* Imo, *illuc me reverso*, &c. *tibique* meam *comam* se *abscissurum*, &c. Hanc enim interpretationem postulat futurum activum κερέειν. Accusativus με νοστήσαντα pendet a subaudito ὁρῶν. Idem nostro loco obtinet, et in ceteris hujus constructionis exemplis. Ita etiam Sophocleum locum σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω, Aj. 136. similesque explicant viri docti, quos laudat Matthiæ Gramm. Gr. §. 551. p. 799. *Elmsl.*

Ἦ που νοσοῦντας θεῖος] Ὁ πρὸς πατρὸς θεῖος, i. e. Menelaus, avunculus, patris eorum frater; et ponitur hic absolute, cum sit etiam ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος. Sic Xenophon Cyrop. Lib. I. Ὁ θεῖος αὐτῷ ἐλοιδορεῖτο. Idem apud Plutarchum περὶ Φιλαδελφίας et alios invenies. *Barnes.*

In margine (ed. Ald.) ait Victor., ἤπου | οὔπω. *Goeller.*

932. s. ΟΡ. Οὐκ, ἀλλ' Ἐριννύων δεῖμά μ' ἐκβάλλει χθονός. | ΙΦ. Ταῦτ' ἄρ' ἐπ' ἀκταῖς κἀνθάδ' ἠγγέλης μανείς. (*Ald.* μανείς;)] Legendum ἠγγέλθης auctore Porsono ad Hec. 666. ubi libri nonnulli ἀπηγγέλη pro ἀπηγγέλθη. Frustra autem Bothius ἐνθάδ' sine καὶ, quod etiam si nihil significaret, post ταῦτα pro διὰ ταῦτα usurpatum retineri posset. Noster Ion. 346. Οὐκ οἶδεν οὐδείς. ταῦτα καὶ μαντεύομαι. Sed ἐπ' ἀκταῖς κἀνθάδ' valet *hic etiam in littore.* Copula ad superiorem versum respicit. *Elmsl.*

Ἐριννύων trisyllabum hic est et infra v. 971. De Eur. tamen Phœniss. 1327. fallitur Porsonus. Heathius ejici jubebat alterum ν. *Seidl.*

Leg. Ἐρινύων, et similiter v. 971. *Heath.*

933. Rursus nota interrog. poni potest, Ταῦτ' ἄρ' ἐπ' ἀκταῖς; *hoccine igitur est quod in litore tibi accidit?* Orestis responso nihil prudentius aut pudentius esse potest. νῦν ibi de tempore præterito, ut alibi. *Markl.*

Post ἀκταῖς Aldus comma ponit, Marklandus notam interrogationis. Recte tamen Schaeferus omnem interpunctionem sustulit. Ταῦτ' ἄρα valet διὰ ταῦτα ἄρα. *Seidl.*

935. μητρὸς οὕνεκ'] Pronomen videtur

ΟΡ. Φοίβου κελευσθεὶς θεσφάτοις, ἀφικόμην.
ΙΦ. Τί χρῆμα δράσειν; ῥητὸν, ἢ σιγώμενον;
ΟΡ. Λέγοιμ' ἄν· ἀρχαὶ δ' αἵδε μοι πολλῶν πόνων.
Ἐπεὶ τὰ μητρὸς ταῦθ', ἃ σιγῶμεν, κακὰ,
Εἰς χεῖρας ἦλθε, μεταδρομαῖς Ἐριννύων

Ore. Veni jussus oraculo Phœbi.
Iph. Quam rem facturus? dicendam, an tacendam?
Ore. Dicam. Initium autem hoc mihi multorum sermonum *est:*
Postquam hæc mala matris, quæ tacemus,
Manibus nostris patrata fuerunt, Erinnyum incursibus

periisse. μητρός σ' οὕνεκ' ἠλάστρουν Θεαὶ, ut 972. ἠλάστρουν μ' ἀεί. *Markl.*

935. s. ΙΦ. Ἔγνωκα. μητρός σ' (*Ald.* μητρὸς) οὕνεκ' ἠλάστρουν θεαί. | ΟΡ. Ὥσθ' αἱματηρὰ στόμι' ἐπεμβαλεῖν ἐμοί.] Si scripti codices στόμι' ἐμβαλεῖν præberent, libentius στόμιά γ' ἐμβαλεῖν reponerem quam στόμι' ἐπεμβαλεῖν. Nam convenientius videtur ἐμβαλεῖν quam ἐπεμβαλεῖν. Noster infra v. 1424. οὐκ εἶα, πώλοις ἐμβαλόντες ἡνίας, | παράκτιοι δραμεῖσθε; Alc. 508. Οὐκ εὐμαρὲς χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις. Deinde particula γε minime otiosa est. Æschylus Aj. 550. Ὥστ' ἐνδακρύειν γ' ὄμμασιν χαρᾶς ὕπο. Euripides Hec. 246. Ὥστ' ἐνθανεῖν γε σοῖς πέπλοισι χεῖρ' ἐμήν. Or. 1121. Ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ' ἔνδοθεν κεχαρμένην. Phœn. 1363. Ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανεν. Cycl. 216. Ὥστ' ἐκπιεῖν γέ σ', ἢν θέλῃς, ὅλον πίθον. Hel. 108. Ὥστ' οὐδ' ἴχνος γε τειχέων εἶναι σαφές. El. 273. Ὥστε στέγειν γε ταμὰ καὶ σ' ἔπη καλῶς. Ibid. 667. Ὥστ' αὐτά γ' (vulgo Ὡς ταῦτά γ') ἐκ σοῦ στόματος εἰρῆσθαι δοκεῖν. Nec tamen desunt exempla in quibus omittatur γε. Sophocles Trach. 629. Ὥστ' ἐκπλαγῆναι τοὐμὸν ἡδονῇ κέαρ. Euripides Alc. 1103. Ὥστ' ἄνδρα τόνδε μηκέθ' ἥδεσθαι βίῳ. Non addo Æschylum Pers. 244. Euripidem Heracl. 675. Hel. 1269. Abest quidem ab his γε, sed recte abest, propter particulas quibus respondetur πῶς et πόσον. *Elmsl.*

μητρὸς οὕνεκ'.] Marklandus, pronomine addito, legit μητρός σ' οὕνεκ', ut v. 972. *Musg.*

ἠλάτρουν] Hes. ἠλάστρεον· περιεφέροντο. *Beck.*

Post μητρὸς bene Marklandus inserit σ'. *Seidl.*

936. Mallem στόμια per *rictus* interpretari, *cruento rictu* vel *ore me impetentes.* Hesychius στόμια, χάσματα. *Reisk.*

937. τί γάρ ποτ'.] Frequens est usus hujus particulæ γὰρ pro δὲ (ut δὲ pro γὰρ nonnunquam) in quæstionibus subitis, vel quando res aliqua nova et admiratione digna, vel cujus caussa ignoratur, occurrit. Vide Med. v. 687. Alcest. v. 1162. Heraclid. 656. Supplic. 134. Herc. Fur. 1192. hac Fab. 534. Et ita D. Joan. ix. 30. *Markl.*

Fallitur Marklandus, γὰρ etiam hic est interrogativum. *Seidl.*

938. s. ΟΡ. Φοίβου κελευσθεὶς θεσφάτοις ἀφικόμην. | ΙΦ. Τί χρῆμα δράσειν; ῥητὸν, ἢ σιγώμενον;] Græce non dicitur κελευσθεὶς δράσειν. Stare posset δράσων, ἀφικόμην scilicet. Sed proculdubio legendum δρᾶσαι. Noster Ion. 1347. ΠΥ. Ἐνθύμιόν μοι τόδε τίθησι Λοξίας, | ΙΩ. Τί χρῆμα δράσειν; λέγε, πέραινε σοὺς λόγους. *Malim* δράσαι, inquit Musgravius, *ut mox* σῶσαι. *Elmsl.*

940. ἀρχαὶ δ' αἵδε μοι πολλῶν πόνων.] Non male hic scriptum fuisset λόγων pro πόνων. vide Helen. 630. infra hac Fab. 1061. et Hen. Steph. ad Sophocl. Ajac. 1285. *Markl.*

πόνων.] Omnino legendum cum Marklando λόγων. *Musg.*

ἀρχαὶ δ' αἵδε μοι πολλῶν πόνων.] Musgravius: "Omnino legendum cum Marklando λόγων." Minime. Αἵδε spectat ad Φοίβου θέσφατα, v. 938. Explica: in hac re (scil. Apollinis oraculis) positum mihi est initium multorum laborum. *Seidl.*

941. ss. Ἐπεὶ τὰ μητρὸς ταῦθ', ἃ σιγῶμεν, κακὰ | εἰς χεῖρας ἦλθε, μεταδρομαῖς Ἐριννύων | ἠλαυνόμεσθα φυγάδες, ἔνθεν μοι πόδα | εἰς τὰς Ἀθήνας δή γ' ἔπεμψε Λοξίας, | δίκην παρασχεῖν ταῖς ἀνωνύμοις θεαῖς.] Aut mediam aut plenam distinctionem post

Ἠλαυνόμεσθα φυγάδες. ἔνθεν μοι πόδα
Εἰς τὰς Ἀθήνας δή γ' ἔπεμψε Λοξίας,
Δίκην παρασχεῖν ταῖς ἀνωνύμοις θεαῖς·
Ἔστιν γὰρ ὁσία ψῆφος, ἣν Ἄρει ποτὲ
Ζεὺς εἵσατ', ἔκ του δὴ χερῶν μιάσματος.
Ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε, πρῶτα μέν μ' οὐδεὶς ξένων

Pulsi sumus exules, unde meum pedem
Athenas utique misit Phœbus,
Ut satisfacerem non nominandis deabus.
Est enim *ibi* sanctum judicium, quod olim Marti
Jupiter constituit ob quandam contaminationem manuum.
Profectum autem illuc, primum quidem nullus hospitum

φυγάδες habent pleræque editiones. Recte minimam Barnesiana. Ἔνθεν hic valet ἐκεῖσε (εἰς Δελφοὺς scilicet) ἔνθεν. Ita noster Herc. 260. ἀπέῤῥων δ', ἔνθεν ἦλθες ἐνθάδε, | ὕβριζ'. El. 635. Στείχων, ὅθεν σε βουθυτῶν ἐσόψεται. Legendum autem ἔνθεν μου πόδα. Sic enim loquuntur tragici. Noster Med. 144. διά μου κεφαλᾶς φλὸξ οὐρανία | βαίη. Hipp. 1033. καὶ μήτε πόντος μήτε γῆ δέξαιτό μου | σάρκας θανόντος, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ. Ibid. 1348. διά μου κεφαλᾶς ᾄσσουσ' ὀδύναι. Ibid. 1456. κρύψον δέ μου πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις. Alc. 899. Ἔμνησας ὅ μου φρένας ἥλκωσεν. Heracl. 734. Οὐκ οὖν ὁρᾷς μου κῶλον ὡς ἐπείγεται; Herc. 1222. Τί δῆτά μου κρᾶτ' ἀνεκάλυψας ἡλίῳ; El. 184. σκέψαι μου πιναρὰν κόμαν. Deinde δῆτ' pro δή γ' Scaliger, improbante Seidlero. Recte quidem δῆτα pro δή γε repositum est apud Euripidem Iph. A. 1207. Herc. 1137. Sed nostro loco neutrum horum magnopere mihi arridet. Multo minus placet Reiskii conjectura, εἰς τὰν Ἀθηνᾶς πόλιν ἔπεμψε Λοξίας. Legendum videtur aut δὴ 'ξέπεμψε, aut ἐξέπεμψε omisso δὴ, quod sæpe librariorum culpa in tragicorum scriptis apparet. Ἐξέπεμψε pro simplici ἔπεμψε usurpat noster El. 1280. Ζεὺς δ', ὡς ἔρις γένοιτο καὶ φόνος βροτῶν | εἴδωλον Ἑλένης ἐξέπεμψ' εἰς Ἴλιον. Sed nostro loco significat ἔπεμψεν ἐκ τοῦ ναοῦ, ut apud Sophoclem Œd. T. 787. λάθρᾳ δὲ μητρὸς καὶ πατρὸς πορεύομαι | Πυθώδε. καί μ' ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην | ἄτιμον ἐξέπεμψεν, &c. *Elmsl.*

ἐπεὶ τὰ μητρὸς, etc. postquam matris illa quæ tacemus flagitia ad manus venissent, i. e. manu vindicata essent. *Seidl.*

943. μοὶ πόδα, i. q. ἐμὲ, integra locutio valet, ἐκέλευσεν ἐμὲ στείχειν. *Reisk.*

944. δή γ'.] Scaliger δῆτ'. *Musg.*

Reisk. conjicere videtur: εἰς τὰν Ἀθηνᾶς πόλιν ἔπεμψε. *Beck.*

δή γ'.] Male Scaliger δῆτ'. Vid. Herm. ad Herc. Fur. 1137. *Seidl.*

945. Δίκην παρασχεῖν] Duportus ὑποσχεῖν. Non opus. Hippol. 49. Phœniss. 1668. Andromach. 1096. Hesiod. Op. et Dier. 712. Plutarch. Anton. 931. B. Plato, Lib. IX. Νόμων. init. Pro δή γ' Scalig. δῆτ', v. 944. *Markl.*

Δίκην παρασχεῖν] Duportus mavult ὑποσχεῖν, probabiliter: usitatior enim ista phrasis. Ἀνωνύμοις] Εὐφημισμοῦ χάριν Ἐρίννυας aliquando nominare subterfugerunt veteres, aliquando Εὐμενίδας auspicatiori nomine vocarunt, aliquando et σεμνὰς θεάς. *Barnes.*

Δίκην παρασχεῖν] Multis locis hanc locutionem vindicat Marklandus contra Duportum, qui voluerat ὑποσχεῖν.

ἀνωνύμοις θεαῖς] Soph. Œd. Col. 128. ἃς τρέμομεν λέγειν. *Seidl.*

946. s. Vid. Barnes. ad h. l. et ad Nostri Electr. 1249. — Aldus εἵσατ', quod emendavit Portus. *Seidl.*

947. ἔκ του δὴ χερῶν μιάσματος.] Pausanias in Atticis, fol. 26. l. 43. Ἔστι δὲ Ἄρειος Πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη· καί μοι καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, (videl. ibid. fol. 19. l. 19.) ὡς Ἁλιῤῥόθιον ἀνέλοι, καὶ ἐφ' ὅτῳ κτείνειε. Κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. *Brodæus.*

948. Ἐλθόντα δ' ἐκεῖσε,] Anapæstus in secundo loco. unde nonnullis placebit,

Ἑκὼν ἐδέξαθ', ὡς θεοῖς στυγούμενον·
Οἳ δ' ἔσχον αἰδῶ, ξένια μονοτράπεζά μοι
Παρέσχον οἴκων, ὄντες ἐν ταὐτῷ στέγει,
Σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ' ἀπόφθεγκτόν μ', ὅπως
Δαιτὸς γενοίμην, πώματός τ' αὐτῶν δίχα·
Εἰς δ' ἄγγος ἴδιον ἴσον ἅπασι Βακχίου

Ultro *me* recepit, ut diis invisum:
Qui vero reveriti sunt, mensam hospitalem solitariam
Præbuerunt, manentes sub eodem tecto ædium.
Silentio autem machinabantur ut me omnis colloquii expertem
Cibo potuque exhilararent sine piaculo.
In vas vero proprium æqualem omnibus Bacchici *liquoris*

'Ελθόντ' ἐκεῖσε· probabile puto 'Ελθὼν δ' ἐκεῖσε, ut sit ἀνακόλουθον quale supra notavi, v. 696. in Σωθείς. vide et Casaubon. ad Strabon. Lib. IX. p. 659. In Cod. C. est ἐλθ$^{όντα}_{ών}$ quod meæ conjecturæ aliquatenus favet. Barnesius, recte opinor, inseruit μ' post μέν. Legi posset ξένον pro ξένων: quod indignationem auget, ut non reciperent ξένον. Alcest. 559. *Markl.*

'Ελθόντα δ' ἐκεῖσε,] Exc. Put. ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε, quod videtur verum esse. Confer Hippol. v. 23. Phœn. v. 293. Mox Barnesius recte inseruit μ'. *Musg.*

Ob anapæstum in secunda sede Heath. emendat vel ἐλθόντ' ἐκεῖσε δὲ, vel ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε, ut ἐλθὼν ponatur pro ἐλθόντος.

Lectionem vulgatam 'Ελθόντα — librarii imperitæ curæ deberi, et unice verum esse: 'Ελθὼν δ' ἐκεῖσε — absolutum nominativum pro genitivis consequentiæ, censet Br. ad Soph. El. 480. *Beck.*

'Ελθὼν δ' ἐκεῖσε,] Ita legi jusserunt interpretes plerique omnes, et Brunck. ad Soph. Electr. 480. quem vid. coll. Matthiæ Gramm. Gr. §. 562. p. 819. Post μὲν Barnesius inseruit μ', quod abesse non potest. Pro ξένων Marklandus mavult ξένον. Sed si illi ejus ξένοι erant, ipse quoque illorum erat ξένος.

'Ελθόντα δ' ἐκεῖσε, MS. Victor. superscripto ἐλθών. *Seidl.*

950. Aldus οἵδε. *Seidl.*

951. ἐν ταυτῷ στέγει,] A. B. τεγει. parum refert: nisi quod στέγει est asperius. vid. supra ad v. 771. *Markl.*

Male vulgo post οἴκων comma poni, recte monet Reiskius. Conjungenda enim sunt ἐν ταὐτῷ στέγει οἴκων, ut jam conjunxit Brodæus.

ἐν ταυτῷ τέγει, MS. Victor. *Seidl.*

952. Σιγὴ δ' ἐτεκτήνατ' ἀπόφθεγκτόν μ'.] Codd. A. B. ετεκτηναντ'. unde sequitur Σιγῇ quoque legendum. et ita ediderat Barnesius. hæc quinque verba in parenthesi includi debent. In præcedentibus iambis forte distingui potest melius post παρέσχον, ut conjungantur στέγει οἴκων, non ξένια οἴκων. sic μελάθρων τῶνδε (non τήνδε) στέγην, Alcest. 23. et 255. στέγας δόμων, Cyclop. 118. *Markl.*

ἐτεκτήναντ'] Ita ambo MSS. ut recte jam editum est. Ed. Ald. ἐτεκτήνατ'. Pro σιγῇ male Editi σιγὴ nominativo. *Musg.*

Σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ' ἀπόφθεγκτόν με] De hoc loco vid. Andr. Schotti Observ. Human. Lib. V. c. 29. et Athenæi Deipnosoph. Lib. X. fol. 437, etc. Unde apparet, Orestem, dum adhuc materno sanguine laborabat, ab hospitibus silentio semper exceptum; ne quis forte ejus alloquio contaminaretur. 'Απόφθεγκτον] προσφωνηθῆναι ἀνάξιον. Sic Sophocles in Philoctete — Γενήσομαι προσφθεγκτός. Id est ἀξίως προσφωνηθῆναι. Brodæus.

Σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ'] Ita jam Brubach. Aldus σιγὴ δ' ἐτεκτήνατ', sed ἐτεκτήναντ' recte Codd. A. B. — 'Απόφθεγκτον. "silentes autem effecerunt, ut indignus viderer, quocum quis sermonem haberet." Brodæus. Mihi præplacet ἀπόφθεγκτον explicari per ἄφθεγκτον, *silentio suo hoc efficiebant, ut mihi quoque tacendum esset.* Recte autem hæc pro parenthesi habet Marklandus.

Σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ', MS. Victor. *Seidl.*

953. πώματός τ' αὐτοῦ δίχα·] T' αὐτῶν

Μέτρημα πληρώσαντες, εἶχον ἡδονήν.
Κἀγὼ 'ξελέγξαι μὲν ξένους οὐκ ἠξίουν·
Ἤλγουν δὲ σιγῇ, κἀδόκουν οὐκ εἰδέναι,
Μέγα στενάζων, οὕνεκ' ἦν μητρὸς φονεύς.
Κλύω δ' Ἀθηναίοισι τἀμὰ δυστυχῆ

Mensuram plenam infundentes, fruebantur voluptate.
Ego vero reprehendere quidem hospites non audebam,
Dolebam vero tacite, et simulabam *me hæc* nescire,
Valde ingemiscens, quod eram matris interfector.
Audio autem Atheniensibus meas calamitates

Pro τ' αὐτοῦ est conjectura Scaligeri. Recte, opinor. [*Heathius, Quid, obsecro, est γίνεσθαι δαιτὸς καὶ πώματος. Proculdubio reponendum est γευοίμην.* Hic enim rei metricæ peritus, pro iambo spondeum admisit in secundam senarii sedem, aut diphthongum ευ statuit ab Attico posse poëta corripi, ut οι nonnunquam corripitur; neutrum doctis ille suis popularibus aut auribus Batavis adprobabit. Scripserat Euripides, ut vulgatur: ὅπως Δαιτὸς γενοίμην πώματός τ' αὐτῶν δίχα· *ut ab ipsorum convivio separatus essem.* Δίχα γενέσθαι, ut Euripidis, phrasis est Thucydidea I. p. 42. 12. p. 78. 81. VI. p. 442. 70. Thucydides autem Atticismi regula. Xenophontis Cyrus K. Π. VIII. p. 140, 10. ἡ ψυχὴ ἐπειδὰν τοῦ—σώματος δίχα γένηται, *mens cum a corpore fuerit separata.* Matris cæde contaminato quid Athenis evenerit Oresti, narrant Athenæus ex Atthide Phanodemi X. p. 437. C. et Plutarch. T. II. p. 613. B. emendatus A. Schotto Obs. Hum. V. c. 29. Conf. J. Meursius de Reg. Athen. III. c. 8. Stanlei. in Æschyli Choëph. 289.] Valckenærius Diatr. Eurip. p. 246. *Markl.*

Interpretes hunc versum sic construxisse videntur: ὅπως γενοίμην δίχα δαιτὸς πώματός τ' αὐτοῦ, vel, ut Scaliger elegantius legit, πώματός τ' αὐτῶν. Heathius contra, sive hoc minus perspecto, sive aliis rationibus motus, δίχα cum αὐτῶν conjungit, et γευοίμην pro γενοίμην legit, hac, ut videtur, constructione: ὅπως γευοίμην δαιτὸς πώματός τε, δίχα αὐτῶν. Nullum exemplum attulit diphthongi ευ correpti, neque ullum, credo, suppeditant Græcorum monumenta. Quamobrem, nisi mendum altius insidet, sic potius corrigendum erat:

ὅπως
δαιτὸς γανοίμην πώματός τ', αὐτῶν δίχα.

Verum, ne quid dissimulem, aliud est, quod mendi gravioris suspicionem facit. Etenim ἀπόφθεγκτον nec propter sententiam commode ab ἐτεκτήναντο regi, nec, vulgata manente, alio referri potest. Videndum igitur, an sic emendari possit:

σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ', ἀπόφθεγκτόν μ' ὅπως
δαιτὸς γάνοιεν πώματός τ', ἄτης δίχα.

γάνοιεν δαιτὸς, ut γάνυμαι δαιτὸς, Cyclop. v. 503. οὐδὲ γάνυσθαι Εἴα ἀπειρεσίοισιν ὀνείασιν, Apollon. Rhod. Lib. II. γεγανωμένος Λυαίῳ, Anacreon Od. VIII. δονέει μέθῃ γανώσας, Id. Od. XXXIX. ἀπὸ δείπνου ἥκοντα γεγανωμένον, Plut. Op. Mor. p. 1163. τί ἂν φαγὼν, ἢ τί πιὼν γανωθείης, apud Philon. Jud. de mercede Scorti, &c. Genitivo subjecto legitur apud Philonem Jud. de Agricultura, p. 142. Ed. Turneb. ubi μεθύσματος ἀκράτου γανωθῇ. Pro αὐτοῦ δίχα legi quoque potest non absurde οἴτου δίχα, *sine pernicie.* *Musg.*

αὐτῶν δίχα] Ita cum Scaligero pro αὐτοῦ, quod prius aderat. Αὐτοῦ autem inter Var. Lect. repono. *Barnes.*

Reisk. veterem lectionem αὐτοῦ præfert emendationi Scal. αὐτῶν. *Beck.*

De facilitate emendationis Scaligeri, cf. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 774. Possis etiam legere αὐτοῖς. *Seidl.*

954. Βακχίου] Βάκχου, οἴνου. Βάκχος varie effertur, Βακχεὺς, Orph. et Eurip. Bacch. v. 145. Βάκχιος, ut hic; Βακχεῖος et Βακχηΐος, Orph. Ἴακχος et Ὀρίβακχος, Oppian. Κυνηγ. α'. &c. *Barnes.*

ἄγγος] Male Aldus et antiquæ editt. ἄγκος hic et infra v. 961. ubi Codd. Pa-

Τελετὴν γενέσθαι, κἄτι τὸν νόμον μένειν,
Χοῆρες ἄγγος Παλλάδος τιμᾷν λεών.
Ὡς δ' εἰς Ἄρειον ὄχθον ἧκον, ἐς δίκην
Τ' ἔστην, ἐγὼ μὲν θάτερον λαϐὼν βάθρον,
Τὸ δ' ἄλλο πρέσϐειρ' ἥπερ ἦν Ἐριννύων,

Festum factum esse, et adhuc morem hunc manere,
Congiarium Vas ut Palladis populus honoret.
Postquam autem veni in tumulum Martis, et in judicio
Steti, ego quidem occupans alteram sedem,
Alteram vero natu maxima Erinnyum,

riss. ἄγγος habent. Sensus est: convivabantur, vina bibentes ex vase proprio quisque, quæ vasa omnia ejusdem erant magnitudinis et mensuræ. Vid. citata ad v. 960. Post εἰς ἄγγος exspectes χέαντες, pro quo πληρώσαντες dicit plane ut nos: *in den Becher Wein füllen.* Βακχίου enim recte explicant οἴνου.

εἰς δ' ἄγγος, MS. Victor. *Seidl.*

956. Κᾀγώ γ' ἐλέγξαι] Vetus scriptura est, Κἄγωγ' ἐξελέγξαι. Hoc erat primitus, opinor, Κᾀγὼ 'ξελέγξαι, i. e. ἐξελέγξαι: Sic. Bacch. 718. Κᾀγὼ ξυνεπήδησ', &c. Lego, Κᾀγὼ 'ξεπήδησ', ὡς, &c. Alcest. 724. Λέγ', ὡς ἐμοῦ λέξαντος· scribo, ὥς σ' ἐμοῦ 'λέγξαντος, i. e. σε ἐλέγξαντος. Scholiastes: ὡς ἐμοῦ κακῶς (l. κακόν σε) ἐλέγξαντος, δι' ὧν οὐκ ἠθέλησας ὑπ' (l. ὑπὲρ) ἐμοῦ ἀποθανεῖν. *Markl.*

Καγὼ 'ξελέγξαι] Sequor Marklandum. Ed. Ald. κἄγωγ' ἐξελέγξαι, unde Barnesius κἄγωγ' ἐλέγξαι. *Musg.*

Κᾀγὼ 'ξελέγξαι] Ita Marklandus. Vulgo κἄγωγ' ἐξελέγξαι, quod Barnesius mutabat in κἄγωγ' ἐλέγξαι. *Seidl.*

960. s. Τελετὴν γενέσθαι,—Χοῆρες ἄγγος Παλλάδος τιμᾷν λεών.] Hunc locum explicat Aristoph. Scholiastes in Equitibus, f. 196. Χοῦς μέτρον Ἀττικὸν, χωροῦν κοτύλας η'. ἔστι δὲ καὶ Ἑορτὴ Ἀθήνησι· κέκληται δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας· Ὀρέστης διὰ τῆς μητρὸς ἀναίρεσιν ἧκεν εἰς Ἀθήνας παρὰ τὸν Πανδίονα συγγενῆ καθεστηκότα, ὃς ἔτυχε τότε βασιλεύων τῶν Ἀθηναίων, καὶ αὐτὸν κατέλαϐεν εὐωχίαν τινὰ δημοτελῆ ποιοῦντα. Ὁ τοίνυν Πανδίων παραπέμψασθαι τὸν Ὀρέστην αἰδούμενος, κοινωνῆσαι δὲ ποτοῦ καὶ τραπέζης ἀσεβὲς ἡγησάμενος, μὴ καθαρθέντος αὐτοῦ τῶν φόνων, ὡς ἂν μὴ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος πίνοιεν, ἑκάστῳ τῶν κεκλημένων παρέθηκε Χοῦν. Consule eundem Aristophanis Interpretem in Acharnensibus, f. 300. et 303. Edit. Basil. Froben. 1547. Hujus rei meminit Plutarch. Symposiac. Lib. II. §. ult. Hæc Joh. Brodæus annotavit. Est vero hic magnus in hoc Scholiaste Ἀναχρονισμὸς, Πανδίων, Ἐρεχθεὺς, Αἰγεὺς, Θησεὺς, Δημοφῶν, ad cujus tempora rectius alii ponunt Orestæ ad Athenas adventum. Vid. Joh. Meursii Græc. Fer. Lib. I. in Ἀνθεστήρια. *Barnes*

Τελετὴν γενέσθαι, "cerimoniæ originem dedisse." Heathius. Malim *festo.* Citant Interpretes Aristoph. Schol. Equit. f. 196. (v. 95. Kust.) Acharn. f. 300. et 303. (v. 1001. 1075.) Festum illud vocabatur Χόες. Χοῆρες ἄγγος poetice dixit pro simplici χοᾶ, i. e. ἄγγος, quod continet octo cotylas. *Seidl.*

961. Χοῆρες ἄγκος] A. B. αγγος, quemadmodum edidit Barnesius hic, et v. 954. Χοῆρες, *quod aptum est* χοεῖ, seu quod continet Χοᾶ, vel octo cotylas, vide Suidam. *Markl.*

ἄγγος] Ita ambo MSS. et P. ut recte jam Barnesius. Ed. Ald. ἄγκος. De re videndi Athenæus, Lib. X. c. 10. Suidas, v. Χόες. Plut. Sympos. Lib. II. c. 10. *Musg.*

962. Rara locutio, ἐς δίκην ἱστάναι, restituenda Aristophani apud Athenæum IV. p. 154. E. Εἰς Οἰδίπου δὲ παῖδε, διπτύχω κόρω, Ἄρης κατέσκηψ', ἔστε μονομάχου πάλης Ἀγῶνα νῦν ἑστᾶσιν. Priora felicissime correxit Adr. Heringa apud Valckenærium ad Euripidis Phœniss. 1370. In versu secundo edebatur κατέσκηψέ τε μ. Archias Antholog. III. 8. 3. Φοίϐῳ γὰρ ἀνάρσιον εἰς ἔριν ἔστης. Julian. Cæs. p. 319. B. Ἴτ' ἐς ἀντίπαλον

Εἰπὼν, ἀκούσας θ' αἵματος μητρὸς πέρι,
Φοῖβός μ' ἔσωσε μαρτυρῶν· ἴσας δέ μοι
Ψήφους διηρίθμησε Παλλὰς ὠλένῃ,
Νικῶν δ' ἀπῆρα φόνια πειρατήρια.
Ὅσαι μὲν οὖν ἕζοντο πεισθεῖσαι δίκῃ,
Ψῆφον παρ' αὐτὴν ἱερὸν ὡρίσαντ' ἔχειν·
Ὅσαι δ' Ἐρινύων οὐκ ἐπείσθησαν νόμῳ,

Perorans autem audiensque causam parricidii,
Phœbus testificans servavit me: paria vero mihi
Suffragia numeravit Pallas manu:
Atque victor abii ex judicio parricidii.
Quæcunque igitur *Furiarum* sedebant, acquiescentes judicio,
Curiam prope ipsam sacellum statuerunt habere.
Quæcunque vero Furiarum *huic* sententiæ non acquiescebant,

ἵστασθε χερσίν. Ita enim legendum pro ἵστατε, quod typorum errore, ut videtur, habet Spanhemii editio. στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν, Herod. III. 80. *Por.*

Ἄρειον ὄχθον] i. e. Ἄρειον πάγον. *Barnes.*

Versum hunc apud Seidlerum ita scriptum invenimus:

Ὡς δ' εἰς Ἄρειον ὄχθον ἧκον, ἐς δίκην τ'

T', quod vulgo initio sequentis versus ponitur, in hujus finem retraxi cum Valckenær. ad Phœniss. 891. Ceterum conf. Porson. ad Euripid. Phœniss. 1381. *Seidl.*

963. Τ' ἔστην, ἐγὼ] Τὸ ante ἔστην in Edit. Barn. est, opinor, mendum typographicum, ab illo in erratis omissum. Τ' initialem hujus versus ad finem præcedentis rejicit Cl. Valckenærius ad Phœniss. 891. quem vide: et supra ad v. 194. hujus Fab. *Markl.*

Hæc βάθρα Pausanias satis obscuro nomine ἀργυρέους λίθους vocat. vide, citante Barnesio, p. 27. l. 2. Ed. Sylburg. *Musg.*

θάτερον λαβὼν βάθρον] Duæ sedes, quas ἀργυροῦς λίθους vocant, ὕβρεως et ἀναιδείας dictæ: ex hac reus, ex illa accusator agebant. De qua re videsis Pausan. in Atticis, f. 27. l. 2. (Ed. Sylb.) Et Cæl. Rhodig. Lib. XII. c. 19. et Aloysii Schedias. Lib. I. c. 18. §. 94. *Barnes.*

964. πρέσβειρ' ἥπερ ἦν Ἐρινύων,] Voces ἥπερ ἦν parvi videntur esse usus. an, ἣ παρῆν, *quæ aderat*, scil. in isto judicio. *Markl.*

πρέσβειρα Ἐρινύων,] i. e. Τισιφόνη, ἡ φόνον τίνουσα. Earum autem nomina ex ordine sunt hæc—Τισιφόνη τε, καὶ Ἀληκτὼ, καὶ δῖα Μέγαιρα. Hinc Virg. *Furiarum maximam* vocat Tisiphonen, Æn. Lib. VI. v. 605. et. 570. *Continuo sontes Ultrix accincta Flagello* Tisiphone *quatit insultans; torvosque sinistra Intentans angues, vocat agmina sæva sororum.* Vide Servium in loca. *Barnes.*

ἥπερ ἦν Ἐρινύων, MS. Victor. Aldus enim ἥπερ. *Seidl.*

965. Εἰπὼν, ἀκούσας θ'.] Legi potest, εἴπομεν· ἀκούσας θ' αἵματος, &c. *caussam diximus.* Processum negotii habes apud Æschyl. in Eumenidibus. Sed vulgata defendi potest, ex eodem Dramate. *Markl.*

Εἰπὼν ἀκούσας θ', &c.] Nihil mutandum. Apollo ipse et adversarios audiens et iis respondens Orestem defendebat. Ad totum hunc locum intelligendum faciunt Æschyli Eumenides. *Seidl.*

966. s. ἴσας δέ μοι Ψήφους διηρίθμησε Παλλὰς, &c.] Ubi æquales erant calculi nigri et candidi, concedebatur candidus unus pro Minerva, Ἀκροπόλεως præside, quia dii misericordes: Et hinc æqualia suffragia absolvebant. Vid. infra ad v. 1471. *Barnes.*

967. διηρίθμησε] Ita diserte P. et Edd. recent. non dissentientibus MSS. Ed. Ald. διηρίθμηξε. *Musg.*

Δρόμοις ἀνιδρύτοισιν ἠλάστρουν μ' ἀεὶ,
Ἕως ἐς ἁγνὸν ἦλθον αὖ Φοίβου πέδον·
Καὶ πρόσθεν ἀδύτων ἐκταθεὶς, νῆστις βορᾶς,
Ἐπώμοσ' αὐτοῦ βίον ἀποῤῥήξειν θανὼν,
Εἰ μή με σώσει Φοῖβος, ὅς μ' ἀπώλεσεν.
Ἐντεῦθεν αὐδὴν τρίποδος ἐκ χρυσοῦ λακὼν
Φοῖβός μ' ἔπεμψε δεῦρο, διοπετὲς λαβεῖν

Cursibus irrequietis me semper agitaverunt,
Donec rursus redii ad Phœbi sanctum solum,
Et ante adyta jacens extensus, jejunus a cibo,
Juravi me illic abrupturum esse mihi vitam moriendo,
Nisi me servaret Phœbus, qui me perdiderat.
Ibi ex aureo tripode vocem emittens,
Phœbus misit me huc, ut delapsam cœlo auferrem

διηρίθμησε Prev. monet reddi posse: *diremit manu.* "Pallas levant la main, décida en ma faveur des suffrages d'ailleurs égaux." *Beck.*

διηρίθμησε] Aldus διηρίθμηζε, typothetæ, opinor, vitio, quod jam Brub. et Hervag. correxerunt. Musgravii quoque libri verum habent.

διηρίθμησε Παλλὰς, MS. Victor. *Seidl.*

968. φόνια πειρατήρια.] Πειρατήριον, *sedes piratarum.* Hic certe est vocis hujusce sensus apud prosæ scriptores. Ex Hipp. etiam Steph. (Tom. III. c. 160. D.) exponit, *tentamentum, experimentum.* Ista significatio ad usum ejus in hoc loco propius accedit, licet haud prorsus attingat. Usurpatur nimirum πειρατήριον sensu juridico, uti apud nos Anglos *trial*, q. d. *I came off victorious in the bloody trial*, or, *the trial for murder.* De v. Ἀπαίρω. vid. Steph. Thes. Tom. I. c. 210. E. *Maltb.*

φόνια πειρατήρια.] Judicium, ubi quis de capite periclitatur. *Seidl.*

969. s. Horum verborum sensum hunc edit Prev.: "Celles des Euménides qui acquiescèrent à ma sentence, se fixèrent près du lieu où l'on avoit recueilli les suffrages, et voulurent y avoir un temple." *Beck.*

970. ὡρίσαντ' ἔχειν·] Mallem ὥρισάν γ' ἔχειν, quia verbo ὁρίζομαι, in voce media, non alibi quod scio, utitur Euripides; ὁρίζω sæpe. Cetera hujus loci erudite explicavit Piersonus ad Mœrin. Atticist. V. σήσαμα. *Markl.*

Ψῆφον παρ' αὐτὴν, i. e. *Juxta ipsum locum, ubi suffragia lata sunt*, ut recte explicat Piersonus ad Mœrid. p. 351. vid. et v. 946.

ἱερὸν ὡρίσαντ' ἔχειν, *templum habere pactæ sunt.* Totam rem enarrat Æschylus Eumenid. *Musg.*

ἱερὸν ὡρ. ἔχειν·] *Templum* seu *sacellum habere constituerunt.* v. Electr. 1270. Æschyl. Eum. Pausan. Att. p. 68. Meurs. de Areop. c. 2.—Ex Piers. *Beck.*

Ψῆφον παρ' αὐτήν.] Piersonus ad Mœr. p. 351. recte interpretatur *juxta ipsum locum, ubi suffragia lata sunt.*

ὡρίσαντ', i. e. *sibi pactæ sunt templum habere.* Quare neutiquam cum Marklando scribendum ὥρισαν γ'. Medium hic propriam suam habet vim. *Seidl.*

974. νῆστις· ἄσιτος, νηστεύων. *Hes.*

975. βίον ἀποῤῥήξειν] *Abrumpere vitam* dixit Virgilius, Æn. VIII. 579. *Maltb.*

977. αὐδὴν—λαβὼν] Conjeceram (quod et Scalig. et Reiskius) λακὼν, ex Orest. 324. et Aristoph. Plut. 39. Nisi λαβὼν ponatur pro λαβόντος μου (vid. ad 948.) cui obstare videtur quod versus proxime sequens finiatur voce λαβεῖν. *Markl.*

λαβὼν] Canterus βαλὼν, cui favet Ion. v. 959. Præstat tamen Scaligeri λακών. Aristophan. Pluti initio [v. 39.]

τί δῆθ' ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων.

Musg.

λαβὼν] Canterus βαλὼν legit, acutius

Ἄγαλμ', Ἀθηνῶν τ' ἐγκαθιδρῦσαι χθονί.
Ἀλλ' ἥνπερ ἡμῖν ὥρισεν σωτηρίαν,
Ξύμπραξον. ἂν γὰρ θεᾶς κατάσχωμεν βρέτας,
Μανιῶν τε λήξω, καί σε πολυκώπῳ σκάφει
Στείλας, Μυκήναις ἐγκαταστήσω πάλιν.
Ἀλλ', ὦ φιληθεῖσ', ὦ κασίγνητον κάρα,
Σῶσον πατρῷον οἶκον, ἔκσωσον δέ με,
Ὡς τἄμ' ὄλωλε πάντα, καὶ τὰ Πελοπιδῶν,

Statuam, et collocarem in terra Atheniensi.
Quare quam *Deus* constituit salutem nobis, *hanc*
Nobiscum para. Si enim Deæ potiamur statua,
Insaniaque liberabor, et te in multiremi scapha
Avectam, Mycenis iterum collocabo.
Quamobrem, O chara tu, O sororium caput,
Serva paternam domum, meque conserva;
Quia mea simul omnia perierunt, et totum genus Pelopidarum,

Scaliger λακὼν: sin minus, referenda sunt ad ἀλλόκοτον Σύνταξιν, de qua vid. quæ nos supra ad v. 696. *Barnes.*

λαβὼν] Noli hoc mutare. Eadem syntaxis est, de qua paulo ante ad v. 948. Scaliger conjicit λακὼν, in quo hoc quidem loco nescio quid displiceat, Canterus βαλὼν, cui parum præsidii est in Ion. v. 959. οἰκτρὰ πολλὰ στόματος ἐκβαλοῦσ' ἔπη. Minime autem omnium, quæ Marklandi opinio est, vulgatæ obstat proxime sequens λαβεῖν. Supra v. 909. legimus καιρὸν λαβόντας ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν, quamquam proxime ante, v. 907. præcessisset λαβόντες, et v. 904. λαβεῖν.

Ad marginem ed. Ald. Victor. γρ. βαλών. Nota, eas lectiones, quibus appictum est γρ. ab alia manu videri profectas esse. *Goeller.*

981. ἦν] Vulgo ἄν. *Seidl.*

984. Ἀλλ' ὦ φίλη γ'.] Lectio MSS. est, Ἀλλ', ὦ φιληθεῖσ', ὦ κασίγνητον κάρα· de qua dubitari non potest. V. 987. ληψόμεθα Cod. B. non ληψόμεσθα. parum interest. V. 989. pro ἀεὶ Scal. et Cant. restituerunt ἄγει. *Markl.*

φίλη γ'.] MS. uterque et P. φιληθεῖσ'. Malim tamen cum Tyrwhitto φίλη σύ γ'. *Musg.*

ὦ φίλη γ', ὦ κασίγνητον κάρα,] Hic versus aperte claudicat, una syllaba deficiens, quod miror a Cantero inobservatum præteriri; Duportus legit φίλη 'μὴ, frigidiuscule; Scaliger melius φιλητὸν, ut κασίγνητον, sed nec sibi satis in hoc placet; licet φιλητὸς apud Aristotelem occurrat, et φιλήτωρ apud Æschylum. Fateor tamen, nusquam alibi apud Euripidem inveniri. *Barnes.*

Heath. observat, vulgatæ metrum claudicare, atque adeo conjicit: Ἀλλ' Ἰφιγένειά γ'. *Beck.*

ὦ φιληθεῖσ'.] Ita opportune MSS. Par. omnes. Ald. ὦ φίλη γ'.

Ἀλλ', ὦ φιληθεῖσ', MS. Victor. *Seidl.*

Cecinerat Oraculum Apollinis, Orestem, Dianæ statua ex Tauris avecta, furore liberatum iri. Quod cum ille sorori narrasset suæ, hæc addit:

ἀλλ', ὦ φίλη γ', ὦ κασίγνητον κάρα
σῶσον πατρῷον οἶκον, ἔκσωσον δέ με.

Sic legitur magno versus detrimento. Corrigendum, ni fallor:

ἀλλ' ὠφέλησον, ὦ κασίγνητον κάρα. *Jacobs.*

985. δ' ἐμέ.] Aldus male δέ με. *Seidl.*

986. Ὡς τἄμ'] Pro τὰ ἐμά. Canterus in hoc quoque deceptus erat, ob nimiam forte festinationem: legebat enim Ὡς θ' ἅμ', adeo ut versus a trochæo inciperet; quod tolerandum non est. Aldi Editio habet τἄμ' pro τὰ 'μὰ, quod longum est ob contractum. Sic Eurip. Ion. v. 615. Ἢ τὰ 'μὰ τιμῶν, &c. Item Hercul. Fur. v. 1358. ψυχὴν βιάζου τὰ 'μὰ συμφέρειν κακά. Sic Theogn. v. 346. Ἀνδρῶν, οἳ τὰ 'μὰ χρήματ' ἔχουσι βίῃ. *Barnes.*

Οὐράνιον εἰ μὴ ληψόμεσθα θεᾶς βρέτας.
ΧΟ. Δεινή τις ὀργὴ δαιμόνων ἐπέζεσεν
Τὸ Ταντάλειον σπέρμα, διὰ πόνων τ' ἄγει.
ΙΦ. Τὸ μὲν πρόθυμον, πρίν σε δεῦρ' ἐλθεῖν, ἔχω,
Ἄργει γενέσθαι, καὶ σέ, σύγγον', εἰσιδεῖν.
Θέλω δ' ἅπερ σὺ, σέ τε μεταστῆσαι πόνων,
Νοσοῦντά τ' οἶκον, οὐχὶ τῷ κτανόντι με
Θυμουμένη, πατρῷον ὀρθῶσαι θέλω.

Cœlestem nisi captam abstulerimus deæ statuam.
Cho. Gravis quædam deorum ira efferbuit
Adversus semen Tantali, et per ærumnas ducit.
Iph. Hanc quidem voluntatem habui, priusquam huc venires,
Ut essem Argis, et tuo conspectu fruerer, O frater.
Misericordia vero *nunc* eadem, quæ tu, teque laboribus *his cupio* liberare,
Laborantemque domum, interfectori meo non
Infensa, paternam erigere volo.

Ὡς τἄμ', MS. Victor. Vid. notam ad v. 987. *Seidl.*

987. ληψόμεσθα.] Ita Ed. Ald. MS. — et P. ληψόμεθα. *Musg.*

ληψόμεσθα.] "Ληψόμεθα, Cod. B. non ληψόμεσθα. Parum interest." Markland. Numeros vulgatum multo præbet elegantiores. Versu præcedente Barnesius reprehendit Canterum, quod legat θ' ἅμ', quum verum Aldus habeat τἄμ'. Immo in edit. certe Canteri non aliter impressum video, quam in Aldina et ceteris antiquis, nempe τ' ἅμ'. θ' ἅμ' in una invenio edit. Pauli Stephani.

ληψόμεθα θεᾶς, MS. Victor. *Seidl.*

988. ἐπέζεσεν] Sic Herodot. VII. 13. ἐμοὶ ἡ νεότης ἐπέζεσε. ubi Wess. *Beck.*

ἐπέζεξε, MS. Victor. *Seidl.*

989. ἀεὶ.] Recte, ut videtur, Canterus ἄγει. *Musg.*

διὰ πόνων τ' ἄγει,] Quod prius obtinuit ἀεὶ, rejicio; et cum Cantero Scaligeroque ἄγει restituo. *Barnes.*

991. Ἄργει γενέσθαι,] Id est, ἐν Ἄργει: nisi scrib. Ἄργει 'γγενέσθαι, i. e. γενέσθαι ἐν Ἄργει, ut ἐγκαταστήσω Μυκήναις, paullo ante. Γενομένου ἐν Βηθανίᾳ, Matt. xxvi. 6. γενόμενα ἐν τῇ Καπερναοὺμ, Lucas iv. 23. qui in Actis Apost. sæpe ita scribit. Scio tamen Atticos sæpe omittere præpositionem ἐν. *Markl.*

σύγγον' ἐσιδεῖν, MS. Victor. *Seidl.*

992. ss. Θέλω δ' ἅπερ σύ· σέ (Ald. σοί) τε μεταστῆσαι πόνων (Ald. πόνον), | νοσοῦντά τ' οἶκον, οὐχὶ τῷ κτανόντι (Ald. κτανοῦντί) με | θυμουμένη, πατρῷον ὀρθῶσαι θέλω.] Heathio et Marklando debetur κτανόντι. Rectius esset κτείνοντι, ut ἐκαινόμην, v. 27. ἔσφαζον, v. 361. Legitur quidem ἔσφαξεν v. 8. sed quod sequitur, ὡς δοκεῖ, efficit ut aoristus imperfecti significationem accipiat. Veruntamen nescio an recte se habeat futuri participium. Verba τῷ κτενοῦντί με *illi qui me interfecturus erat* reddi possunt. Mox Marklandi conjectura ὀρθῶσαι πάλιν valde speciosa est. *Elmsl.*

Θέλω δ'] Legendum, ut vitetur repetitio, quin et sensu postulante, ἄλλως δ', *et alioqui*, nisi malis ἐλέῳ δ', *et præ miseratione.*

σέ τε μεταστῆσαι πόνων,] Ita primum editum est in Edit. Canteri ann. 1571. quo auctore nescio. Ed. Ald. σοί τε μεταστῆσαι πόνον, minus recte. *Musg.*

σέ τε μεταστῆσαι πόνων,] "Ita primum editum est in Edit. Canteri anni 1571. quo auctore, nescio." Musgrav. Verum illud est de voce σέ, sed πόνων jam legitur in Edd. Hervag. et Stibl. Comparat Marklandus supra v. 776. infra 1156. Hel. 878. Soph. Philoct. 466. Ceterum post σὺ vulgo comma ponitur, quod mutavi in colon, ne offendamur duplici θέλω, damnato illo a Marklando et Musgravio. *Seidl.*

993. κτανοῦντί με] Forte pro κτανόντι.

Σφαγῆς τε γὰρ σῆς χεῖρ' ἀπαλλάξαιμεν ἂν,
Σώσαιμι δ' οἴκους. τὴν θεὸν δ' ὅπως λάθω,
Δέδοικα, καὶ τύραννον, ἡνίκ' ἂν κενὰς
Κρηπῖδας εὕρῃ λαΐνας ἀγάλματος.
Πῶς δ' οὐ θανοῦμαι; τίς δ' ἔνεστί μοι λόγος;
'Αλλ' εἰ μὲν ἕν τι τοῦθ' ὁμοῦ γενήσεται,
Ἄγαλμά τ' οἴσεις, κἄμ' ἐπ' εὐπρύμνου νεὼς
Ἄξεις, τὸ κινδύνευμα γίγνεται καλόν.
Τούτου δὲ χωρισθεῖσ', ἐγὼ μὲν ὄλλυμαι,

A cæde enim tua manum abstinebimus,
Servaboque domum: deam vero quomodo latere *possim*
Metuo, et regem, quando vacuam
Sedem saxeam statuæ invenerit.
Quomodo enim *tunc* non moriar? quænam erit mihi excusatio?
Verum si simul hæc omnia unum quoddam fient,
Et statuam auferas, et me in firmam-puppim-habente navi
Abducas, hæc periclitatio erit præclara.
Verum ego quidem ab hac sejuncta peribo,

Hic versus omittitur in A. In præcedenti, pro σέ τε μεταστῆσαι πόνων, Aldina habet σοι et πόνον. A. B. quoque σοι et πον$^{ον.}_{ων.}$ Aliter solet Euripides. vid. 776. 1176. Helen. 856. et Sophocl. Philoct. 466. D. Lucas xvi. 4. Et metro objici potest, si legatur σοι. *Markl.*

τῷ κτανοῦντί με] Patri, qui, quantum in illo erat, morti illam resignabat. Sed de hoc nos supra v. 921. *Barnes.*

Heath. legere mavult κτανόντι, quia de re præterita sermo. *Beck.*

Vulgo κτανοῦντί με. Sed recte Heathius et Markland. κτανόντι. *Seidl.*

994. ὀρθῶσαι θέλω.] Verbum θέλω minime necessarium videtur, cum initio hujus sententiæ positum fuerit. An πάλιν scripsit? ὀρθῶσαι πάλιν esset ἀνορθῶσαι Sophoclis, Œd. Tyr. 46, 51. Scriptum forte, $^{θελω}_{ὀρθῶσαι}$ πάλιν. Antig. 169. ὤρθωσαν πάλιν. *Markl.*

996. Σώσαιμι δ' οἴκους.] Mallem, Σώσαιμί Τ' οἴκους· quia præcessit, Σφαγῆς TE γὰρ σῆς. *Markl.*

Mavult Markland. σώσαιμί τ' οἴκους. Non opus. *Seidl.*

999. Pro τίς γ' ἔνεστί Aldina τίς δ' ἔνεστί. melius. et ita B. Ἔνεστι sensu idem quod ἐνέσται. Demosth. in Midiana, p. 101. οὐκ ἐνέσται αὐτῷ λόγος οὐδὲ εἷς. Versu sequenti pro τοῦθ' mallem ταῦθ', quia de duabus rebus loquitur. sic v. 1017. *Markl.*

τίς γ'] MS. G. τίς δ'. *Musg.*

τίς δ' ἔνεστί μοι λόγος;] Ita Aldus et Cod. B. Vulgata τίς γ' ἔν. μ. λ. originem traxit ex Brub. Hervag. Stibl. Sensus est: quænam reliqua mihi est excusatio, quid prætexere potero? *Seidl.*

1000 τοῦθ'] Marklando melius videtur ταῦθ', quoniam de duabus rebus loquatur. Nimis argute. Eodem jure pro ἓν conjicere poterat δύο. Ipsum illud ἓν indicat, poëtam duas istas res jam animo in unam conjunxisse. Diversa ratio est ver. 1017. quem in exemplum affert. *Seidl.*

1002. Vulgo γίνεται.

γίγνεται καλὸν, MS. Victor. ut edidimus. *Seidl.*

1004. σὺ δ' αὖ τὸ σαυτοῦ. *Reisk.*

1006. Σώσασά σ', οὐ γάρ. 'Αλλ' ἀνήρ] Distingui potest, Σώσασά σ'· οὐ γὰρ ἀλλ' ἀνὴρ, &c. etenim vir, &c. et ita Reiskius. οὐ γὰρ ἀλλὰ est *etenim*, satis nota locutio, ex multis nostri et aliorum locis; sed et vulgata defendi potest. Pro γυναικὸς, MSS. Gall. γυναικων. τὰ γυναικῶν, id est, γυναῖκες, ut τὰ Θεῶν *Dii*, Iph. Aul. 33. *Markl.*

Σὺ δ' ἂν, τὸ σαυτοῦ θέμενος εὖ, νόστου τύχοις.
Οὐ μήν τι φεύγω γ', οὐδέ μ' εἰ θανεῖν χρεὼν,
Σώσασά σ'· οὐ γὰρ ἀλλ' ἀνὴρ μὲν ἐκ δόμων
Θανὼν, ποθεινός· τὰ δὲ γυναικὸς, ἀσθενῆ.
ΟΡ. Οὐκ ἂν γενοίμην σοῦ τε καὶ μητρὸς φονεύς·
Ἅλις τὸ κείνης αἷμα. κοινόφρων δέ σοι
Καὶ ζῆν θέλοιμ' ἂν, καὶ θανὼν λαχεῖν ἴσον.
Ἄξω δέ σ', ἤνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω,
Πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.

Tu vero tua re constituta redibis *domum*.
Ego tamen non fugio ullum *periculum*, neque si mihi moriendum sit,
Modo te servem, non profecto: vir enim in familia
Mortuus, *est* desiderabilis, mulieres vero parvi pretii sunt.
Ore. Nunquam fiam et tuus et matris interfector:
Satis est illius cædes: eadem vero sentiens, quæ tu,
Et vivens volo et mortuus parem *sortem* nancisci.
Abducam enim te, si res hic bene ceciderint,
Domum, vel tecum mortuus *hic* manebo.

Aldus distinguit: σώσασά σ'. οὐ γάρ. 'Αλλ.' Melior distinctio debetur Reiskio. *Seidl.*

οὐ γὰρ ἀλλὰ non debebant dirimi. nam est una phrasis. Subintell. γυνὴ ποθεινὴ, ἀλλ' ἀνήρ. *Reisk.*

1007. γυναικῶν] Habent ambo MSS. et P. quod vulgatæ γυναικὸς cum Marklando antepono. *Musg.*

γυναικός,] Ita Aldus. Marklandus ex Codd. Pariss. reposuit γυναικῶν, non sine versus detrimento. Vid. Pors. Præf. ad Hec. p. clxxvi.

τὰ δὲ γυναικῶν ἀσθενῆ, MS. Victor. *Seidl.*

1009. κοινόφρων σοὶ ζῆν] An significare possit *communiter tecum vivere*, quæ Marklandi interpretatio est, valde dubito. κοινόφρων enim, si originem vocis spectes, debet esse *paria sentiens*, *pariter affectus*. Et sic forte interpretandum Ion. 577. Mihi post σοὶ minima distinctio ponenda videtur, sequenti autem versu legendum:

Καὶ ζῶν θέλοιμ' ἂν, καὶ θανὼν λαχεῖν ἴσον.

Musg.

Comp. h. l. Por. ad Orest. v. 1038.

κοινόφρων] Hæret in hac voce Musgravius. Explicari possit: et tibi et mihi communia esse cupiens. Sed in compositis cum φρων sæpe illud φρων parum urgendum est, ut in Æschyl. Eum. 836. ἐμὲ παλαιόφρονα nonnulli non male explicant ἐμὲ παλαιάν. *Seidl.*

1011. Ἄξω δέ γ', ἢν μὴ καὐτὸς, &c.] Vetus scriptura est, Ἥξω δέ γ' ἥνπερ (vel ἤνπερ) καὐτός. Canterus restituit, Ἄξω δέ σ'. Barnesius pro ἤνπερ edidit ἢν μή. Propior erat emendatio, Ἄξω δέ σ', ἤνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, *Abducam vero te, nisi ipse hic occubuero.* Μὴ αὐτὸς dissyllabum est, ut apud Aristophanem Ecclesiaz. 639. Μὴ αὐτὸν ἐκεῖνον τύπτῃ δεδιὼς, τοῖς δρῶσιν τοῦτο μαχεῖται. Male ibi Faber, Μὴ τὸν ἑαυτοῦ τύπτῃ, &c. nihil mutandum erat. sæpe scribitur μ' αὐτὸς pro μὴ αὐτός: sed vera elisio est μὴ 'υτός. Ita Andromach. 800. μὴ ἀντὶ τῶν δεδραμένων, vera enuntiatio est, μὴ 'ντὶ τῶν δεδραμένων: et sic erat in præstantissima Vet. Editione, literis uncialibus Florentiæ impressa, cujus varietates mecum communicavit vir doctissimus Joannes Fosterus, S. T. P. Ita μὴ 'δικεῖν pro μὴ ἀδικεῖν plus semel imprimitur in Æschyli Eumenidibus, et nostri Hippol. 1001. et Μάλ' pro Μὴ, 'λλ', i. e. Μὴ, ἀλλὰ, nunc legitur in Aristoph. Βατραχ. v. 624. et Μὴ, ἀλλὰ pro Μὴ, 'λλὰ ap. eund. Ὀρν. 109. et alibi. Ne igitur

Γνώμης δ' ἄκουσον· εἰ πρόσαντες ἦν τόδε
'Αρτέμιδι, πῶς ἂν Λοξίας ἐθέσπισεν
Κομίσαι μ' ἄγαλμα θεᾶς πόλισμ' εἰς Παλλάδος,

Audi autem sententiam *meam:* si molestum hoc esset
Dianæ, quomodo Phœbus jussisset
Me deferre statuam deæ in urbem Palladis,

turberis quando legis apud summum virum Animadvers. in Athenæum II. 14. Μὴ ὤραισι, &c. "primæ duæ syllabæ vocis ὤραισι coalescunt in spondæum cum præcedente Μὴ," &c. Nunquam enim ita fit; et locus est adhuc mendosus, facilis tamen emendatu. *Markl.*

"Αξω (Ald. ἥξω) δέ γ', ἥνπερ καὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, | πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ (Ald. εἴ σου) κατθανὼν μενῶ μέτα.] Locum a multis sollicitatum ita in notis refingit Seidlerus: ἄξω δέ σ', ἥνπερ (supplet ἂν ὁδὸν) καὐτὸς ἐντεῦθεν περῶ | πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κ. μ. μ. Matthiæ ex emendatione Marklandi, ἄξω δέ σ', ἥνπερ μὴ 'υτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, | πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κ. μ. μ. Olim emendabam ἥνπερ μὴ αὐτὸς ἔμπροσθεν πέσω. Sed ἔμπροσθεν apud Euripidem non legitur. Recte ἐντεῦθεν Seidlerus, cujus verba sunt: *'Εντεῦθεν et ἐνταῦθα quam facile confundantur, discere licet ex Gregor. Corinth. p. 807. Schaef. Nostro loco pro ἐνταῦθα metrum invexerat ἐνταυθοῖ**. Addere poterat, Attice non dici ἐνταυθοῖ, sed ἐνταυθὶ, ut ἐνθαδὶ, ἐντευθενὶ, δευρὶ, et similia. Quæ omnia a tragico sermone aliena esse satis notum est. Vide an legendum, ἄξω δέ σ', ἥνπερ καὐτὸς ἐντεῦθεν φύγω, | πρὸς οἶκον, ἢ σου κ. μ. μ. *Elmsl.*

Mendum esse in hoc et sequenti versu neminem interpretum fefellit. Ed. Ald. ita exhibet:

ἥξω δέ γ', ἥνπερ [vel ἥνπερ, auct. Markl.]
κ' αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω
πρὸς οἶκον, εἰ σοῦ —

Emendat Canterus ἄξω δέ σ', et in sequenti versu ἢ σοῦ: utrumque recte, nisi simul reliquisset ἥνπερ καὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, quod hanc sententiam efficit: *Domum te deducam, etiam si hic prius periero.* Marklandus, haud paullo felicior, pro ἥνπερ καὐτὸς reponit ἥνπερ μὴ 'υτὸς. i. e. μὴ αὐτὸς. in qua lectione nihil sane reprehendas, nisi quod in posteriori commate, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα, idem plane sensus sit. Legendum arbitror:

ἄξω δέ σ', ἥνπερ εὖ τό γ' ἐνταυθοῖ πέσῃ,
πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.

ἥνπερ εὖ τό γ' ἐνταυθοῖ πέσῃ, *si res recte hic ceciderit.* Sic τὸ πίπτον pro τὸ συμβαῖνον, Electr. 639. vid. et hujus Fabulæ v. 1229. ἢ σοῦ pro εἰ σοῦ confirmant MS. E.[c] et Lib. P. *Musg.*

"Αξω δέ γ', ἣν μὴ καὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, Πρὸς οἶκον, ἢ σου κατθανὼν μενῶ μέτα] Ita audacter restituo pro ἥξω δέ γ', ἥνπερ, vel ἥνπερ, et εἴ σου, ex quibus qui sensum elicere potest, is mihi hanc emendationem exprobret. Duporti autem correctio "Εξω pro ἥξω, et προσῆκον pro πρὸς οἶκον, meræ sunt nugæ. "Αξω vero et ἢ σου Canterus corrigendo legebat, omisit ἥνπερ, quod æque laborabat; Nos itaque ἣν μὴ scripsimus. *Barnes.*

Aldus, Brubach. Hervag.:

ἥξω δέ γ', ἥνπερ καὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω,
πρὸς οἶκον, εἰ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.

ἥνπερ, quam dicunt Aldi lectionem esse, ex antiquis editionibus in una invenio ed. Stiblini. Plurimæ in hunc locum exstant virorum doctorum conjecturæ. Canterus ἄξω δέ σ', ἥνπερ—ἢ σοῦ. Optime quidem ἄξω, (cf. paulo ante v. 1001. κἄμ' — ἄξεις,) sed quid illud ἥνπερ sibi velit, vix dixeris. Portus, quæ omiserat Canterus, ita legit, εἰ μὴ καὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, Barnesius, ἣν μὴ καὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω; in eundem modum Marklandus, ἥνπερ μὴ αὐτὸς ἐντ. π. Quibus conjecturis recte Musgravius ob-

* Antiphani tribuuntur sex senarii apud Stobæum LXXIV. p. 437=317. qui Euripidis esse videntur: 'Ίσασθε τήνδε. καὶ γὰρ ἐντεῦθεν νοσεῖ | τὰ τῶν γυναικῶν. οἱ μὲν ἢ παίδων πέρι, | ἢ ξυγγενείας οὕνεκ' οὐκ ἀπώλεσαν | κακὴν λαβόντες. εἶτα δ' ὧδε τἄδικον | πολλαῖς ὑπερρύηκε, καὶ χωρεῖ πρόσω, | ὥστ' ἐξίτηλος ἀρετὴ καθίσταται. Hic etiam vulgo legitur ἐνταυθοῖ, et mox, εἶτα δ' οὐ τότ' ἄδικον——ὡς ἐξίτηλος ἡ ἀρετὴ καθίσταται.

Καὶ σὸν πρόσωπον εἰσιδεῖν; ἅπαντα γὰρ
Ξυνθεὶς τάδ' εἰς ἓν, νόστον ἐλπίζω λαβεῖν.
ΙΦ. Πῶς οὖν γένοιτ' ἂν, ὥστε μήθ' ἡμᾶς θανεῖν,

Et tuam intueri faciem duxisset? omnia enim
Hæc in unum collecta perpendens spero nos reditus fore compotes.
Iph. Quomodo potest ergo fieri, ita ut neque nos pereamus,

stare monet proxima ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα, quæ parum accuratam oppositionem faciunt: nisi hic occubuero, ducam te domum, aut (i. e. si occubuero) manebo tecumque moriar. Sane quidem manebit, si occubuerit. Musgravius igitur proponit:

ἄξω δέ σ', ἤνπερ εὖ τό γ' ἐνταυθοί πέσῃ,

si res recte hic ceciderit. Ingeniose, sed justo audacius. Loci nexus hanc sententiam exigit: aut ducam te mecum, aut manebo tecum. Corrigo igitur:

ἄξω δέ σ', ἥνπερ καὐτὸς ἐντεῦθεν περῶ
πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.

Ducam autem te mecum eadem via, qua et ipse hinc in patriam contendam, aut manebo tecumque moriar, i. e. aut eadem ratione, qua ipse servabor, etiam tu servabere, aut ipse servari nolo. Retinebimus igitur Aldi ἥνπερ. Sic Noster Electr. v. 1046. ἐτρέφθην, ἥνπερ ἦν πορεύσιμον. Non absonum quidem est ἥνπερ, sed illud gravius, quo simul indicat Orestes, se spem salutis neutiquam dum deposuisse. Ἐντεῦθεν et ἐνταῦθα quam facile confundantur, discere licet ex Gregor. Corinth. p. 807. Schaef. Nostro loco pro ἐνταῦθα metrum invexerat ἐνταυθοῖ. Addito autem illo ἐντεῦθεν (quod eadem propria significatione occurrit in Nostri Bacch. 456. Aristoph. Av. 10. et 11.) difficultatem indicat, qua quis *hinc* elabi possit. Quod attinet ad mutatum πέσω in περῶ, περῶν et πέρσων confusa sunt in Villois. Epist. Vinar. p. 78. b. Est autem περῶ conjunctivus suppresso ἂν; vid. Matthiæ Gramm. Græc. p. 752. not. 2. infra v. 1034. Cf. etiam Soph. Ajac. v. 460.

πότερα πρὸς οἴκους, ναυλόχους λιπὼν ἕδρας
μόνους τ' Ἀτρείδας, πέλαγος Αἰγαῖον περῶ;

Nostri Bacch. v. 208.

Πενθεὺς πρὸς οἴκους ὅδε διὰ σπουδῆς περᾷ.

Ceterum ἢ σοῦ pro εἰ σοῦ habent Musgravii libri E. et P.

ἥξω δέ γ', ἥνπερ, MS. Victor. *Seidl.*

1012. Πρὸς οἶκον εἴ, MS. Victor. superscripto ἤ. *Seidl.*

1013. s. εἰ πρόσαντες ἦν τόδε Ἀρτέμιδι,] *Si molestum hoc esset* Dianæ. Προσάντης in hoc loco *metaphorice* ponitur pro οὐκ εὐεπίφορον. Ita Xenoph. in Apol. Socrat. Οὐκ ἦν πρὸς τἄλλα τἀγαθὰ προσάντης. Hinc Hesychius: Προσάντης, σκληρὸς, ἐναντίος, δυσχερὴς, ἐχθρὸς, ἀηδής. *Barnes.*

1014. Λοξίας] Παρὰ τὸ λοξὸν εἶναι ἐν τοῖς χρησμοῖς, καὶ ὅτι λοξὰ καὶ διπλῶς νοούμενα ἐμαντεύετο. Ridiculum enim illud, quod Eustathius, fol. 794. l. 54. memorat, λοξίας quasi ἀπὸ λοξῆς, τῆς ἴας, (ne dicam, quod sentio, verendum esse, ne Hes. et Suidas, aliique decepti sint, dum putarint, ἴα idem esse, ac φωνὴ, ex illo Homeri: οὐδ' ἴα γῆρυς, i. e. φωνή.) Tale illud ambiguum oraculum apud Herodot. Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην δύναμιν καταλύσει, de quo Scholiast. ad Orest. v. 165. item Cicero, aliique. Huic affine illud: *Aio, te, Æacida, Romanos vincere posse. Barnes.*

1016. Καὶ σὸν πρόσωπον εἰσιδεῖν;] Pendet ab ἐθέσπισε. Verum an Apollo Orestæ vaticinatus erat, ipsum in Taurica sororem Iphigeniam visurum? At hoc ei ne per somnium quidem in mentem venisse tota fabulæ œconomia declarat. An legendum: καὶ σὸν πρόσωπον ἦγ' ἰδεῖν, *et adduxisset ad tuam faciem intuendam.* *Musg.*

Supra v. 86. de Apolline Orestes:

Σὺ δ' εἶπας ἐλθεῖν Ταυρικῆς μ' ὅρους χθονὸς,
Ἔνθ' Ἄρτεμις, σὴ σύγγονος, βωμοὺς ἔχει.

Non de nihilo hic adjecta sunt verba σὴ σύγγονος. In oraculo dictum videtur nude ἔνθα σύγγονος βωμοὺς ἔχει. Hæc tum quidem Orestes interpretabatur de Diana, sed jam videt, etiam alio sensu accipi potuisse, de sua ipsius sorore. Hac eadem amphibolia in cognomine fabula usus est Goethius nostras. *Seidl.*

Λαβεῖν θ' ἃ βουλόμεσθα; τῇδε γὰρ νοσεῖ
Νόστος πρὸς οἴκους· ἥδε βούλευσις πάρα.
ΟΡ. Ἆρ' ἂν τύραννον διολέσαι δυναίμεθ' ἄν;
ΙΦ. Δεινὸν τόδ' εἶπας, ξενοφονεῖν ἐπήλυδας.
ΟΡ. Ἀλλ' εἴ σε σώσει, κἀμὲ, κινδυνευτέον.
ΙΦ. Οὐκ ἂν δυναίμην· τὸ δὲ πρόθυμον ᾔνεσα.
ΟΡ. Τί δ' εἴ με ναῷ τῷδε κρύψειας λάθρα;

Et *tamen* auferamus ea, quæ volumus? sic enim cogita:
Reditus ad domus. Voluntas quidem mea non deficit.
Ore. An tyrannum interficere possemus?
Iph. Periculosum *est* hoc, *quod* dixisti, hospites ab advenis interimi.
Ore. Verum si hoc fuerit saluti mihi et tibi, periclitandum.
Iph. Non possem ego, promptitudinem vero tuam laudo.
Ore. Quid vero si occultes me clam in hoc templo?

1018. θανεῖν,] Ed. Ald. κτανεῖν: sed cum recentioribus facit P. nec dissentiunt MSS. *Musg.*

θανεῖν,] Ald. Brub. Hervag. κτανεῖν. Θανεῖν primus in margine Stiblinus, recepit Canterus, et ita habet Musgravii Lib. P. nec dissentiunt MSS. Cf. supra ad v. 485.

μήθ' ἡμᾶς θανεῖν, MS. Victor. *Seidl.*

1019. s. τῇδε γὰρ νόει Νόστον πρὸς οἴκους· ἡ δὲ βούλησις πάρα.] Pro Νόστον omnes Codd. Gallici exhibent Νοστος: quod innuit depravatam esse vocem νόει. Lego, τῇδε γὰρ νοσεῖ Νόστος πρὸς οἴκους. ἥδε βούλευσις πάρα. Sic Iph. Aul. 965. νόστος πρὸς Ἴλιον κάμνει (i. e. νοσεῖ) ἐν τῷδε. Tragicis νοσεῖν dicitur quodcumque *non recte* procedit. Βούλευσις pro βούλησις certum puto. πάρα pro πάρεστι: *hæc est res de qua nunc consultare debemus.* ἥδε βούλευσις non ἡ δὲ βούλησις. *Markl.*

τῇδε γὰρ νόει] Parenthesis est, quare uncinis inclusi. Marklandus tamen non male conjicit νοσεῖ, *laborat*, sc. νόστος. *Musg.*

νοσεῖ Νόστος] Aldus: τῇδε γὰρ νόει Νόστον πρὸς οἴκους. Codd. tamen Gallici omnes νόστος pro νόστον. Hinc Marklandus præclare corrigit τῇδε γὰρ νοσεῖ νόστος πρὸς οἴκους, *hac parte laborat reditus ad domum*, collato Iph. Aul. 965. νόστος πρὸς Ἴλιον ἔκαμνε ἐν τῷδε. Aldi quidem lectio explicari possit: nam sic quidem reditum nostrum meditare, i. e. reputa tecum, quomodo hac ratione reditus noster fieri possit. Sed offendit, quod fratrem hoc meditari hortatur, quod ipsi etiam magis erat deliberandum, ut quæ τὰ ἐνθάδε nosset. *Seidl.*

1020. Νόστος] Ita ambo MSS. et P. Vulgo νόστον. *Musg.*

ἥδε βούλευσις πάρα.] Ita certissime Marklandus. Πάρα est πάρεστι. Aldus ἡ δὲ βούλησις πάρα, quæ infirma sententia est.

Νόστος πρὸς οἴκους, MS. Victor. *Seidl.*

1021. Pro ἂν scribi potuit οὖν, ante τύραννον. Quæstio Oresti maxime est consentanea: et responsum, Iphigeniæ. *Markl.*

Ἆρ' ἂν] Marklandus mavult ἆρ' οὖν. Sed nihil mutandum. *Seidl.*

1022. Δεινόν] Dubitat Prev., utrum Iphigenia hoc vocabulo magnitudinem periculi in nece hospitum subeundi, an crimen aversetur. *Beck.*

1023. σώσει scil. τόδε. *Seidl.*

1024. Οὐκ ἂν δυναίμην· τὸ δὲ πρόθυμον ᾔνεσα.] Credo ego, scribi debere: Οὐκ αἰνεσαίμην. Certe generosæ puellæ convenit, ut, licet *Fratris magnanimitatem laudet, improbet tamen ejus de rege opprimendo consilium;* apud quem præsertim ipsa tam diu esset hospitata. At hæc lectoris judicio relinquo. *Barnes.*

Barnesii ad h. l. conjectura non necessaria. Cum enim dicit Iphigenia, se hoc non posse, non necessario intelligendum est, id in sua potestate non esse situm, sed reverentia erga hospitem, vel

ΙΦ. Ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν;
ΟΡ. Κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, τῆσδ' ἀληθείας τὸ φῶς.
ΙΦ. Εἴσ' ἔνδον ἱεροὶ φύλακες, οὓς οὐ λήσομεν.
ΟΡ. Οἴ μοι, διεφθάρμεσθα. πῶς σωθεῖμεν ἄν;
ΙΦ. Ἔχειν δοκῶ μοι καινὸν ἐξεύρημά τι.
ΟΡ. Ποῖον τί; δόξης μετάδος, ὡς κἀγὼ μάθω.
ΙΦ. Ταῖς σαῖς ἀνίαις χρήσομαι σοφίσμασιν.

Iph. Ut *nimirum* tenebras nacti evadamus incolumes.
Ore. Furum enim *est* nox, veritatis vero lux.
Iph. Sunt intus sacri custodes, quos non fallemus.
Ore. Hei mihi, periimus! Quomodo *igitur* servabimur?
Iph. Videor mihi habere quoddam novum inventum.
Ore. Quodnam? *mihi tuam* opinionem communices, ut et ego sciam.
Iph. Utar tuo infortunio ad fallendum.

quavis alia de causa impeditam, id facere non posse. *Heath.*

Οὐκ ἂν δυναίμην·] i. e. *a me impetrare non potero.* Barnesii οὐκ αἰνεσαίμην esse saltem debuerat οὐκ αἰνέσαιμ' ἄν. *Seidl.*

1026. Ponenda est not. interrog. post ἐκσωθεῖμεν ἄν, uti recte emendatum a Brodæo, pro ἐξωθεῖμεν ἄν. *Markl.*

ἐκσωθεῖμεν] Ita recte, Brodæo auctore, Edd. recent. nec dissentiunt MSS. Ed. Ald. ἐξωθεῖμεν. *Musg.*

ἐκσωθεῖμεν] Cum Brodæo, Cantero et Scaligero rejicimus ἐξωθεῖμεν, et literam ξ tantum in originem separatam cum κσ scribimus; ita sensus integer. Quod si hæc nec eorum hominum auctoritas probet, nec sensus ipsius ratio, quæ plurimum in hujusmodi rebus valere solet ac debet, omnino tamen persuaderet, quod tribus abhinc versibus sequitur, πῶς σωθεῖμεν ἄν. *Barnes.*

ἐκσωθεῖμεν ἄν;] Ita Brodæus. Aldus ἐξωθεῖμεν ἄν sine interrogationis nota. Simile vitium Aldinæ correctum est Troad. 706. ἐκ σοῦ pro ἐξ οὗ. Ceterum in fine versus poni potest interrogationis nota.

λαβόντες ἐξωθεῖμεν, MS. Victor. *Seidl.*

1027. Κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς.] Hic versus, huic loco et personæ Orestis parum accommodus, ex Novo Testamento conflatus videtur. Hoc, et præcedente iambo omissis, multo melius connexioni consultum foret. *Markl.*

Κλεπτῶν γὰρ ἡ Νὺξ, τῆς δ' Ἀληθείας τὸ φῶς.] Ita Homer. Iliad. γ'. v. 10. — κατέχευεν ὀμίχλην, Ποιμένι οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε Νυκτὸς ἀμείνω. Et Hom. major et Solomone, Deus O. M. D. Joh. c. iii. v. 19. Καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ πονηρὰ αὐτῶν τὰ ἔργα. *Barnes.*

Non intellexit vir doctissimus (Marklandus) loci nexum. Quærit Orestes: Nonne me poteris in templo condere? *Iphig.* Nimirum, ut caligine juvante evadamus? *Orest.* Ita. Nam furem me esse voluit Apollo, igitur etiam, quod furis est, agam per tenebras. Cf. infr. v. 1400. Comparat Barnes. Hom. Iliad. γ'. v. 10. *Seidl.*

1028. Nihil muto: quæro solum an ἱεροφύλακες scribendum pro ἱεροὶ φύλακες, qui ναοφύλακες vocantur 1285. *Markl.*

ἱεροὶ φύλακες,] Legendum, ni fallor, ἱεροφύλακες, ut emendat nimis dubitanter Marklandus. *Musg.*

ἱεροὶ φύλακες,] Dubitanter conjicit Marklandus, ἱεροφύλακες, cui confert v. 1285. ναοφύλακες. Sed ἱεροὶ φύλακες ita defendi potest, ut quidquid ad templum pertineat, id sanctum haberi dicas. Atque habet hæc lectio præsidium in v. 1228.

εἴ τις ἢ ναῶν πυλωρὸς χεῖρας ἁγνεύει θεοῖς.

Seidl.

1032. Ταῖς σαῖς ἀνοίαις] Cod. A. B. C. ανιαις. Recte. ἀνοίαις falsum diceret. *Markl.*

ἀνίαις] Ita uterque MS. et P. Vulgo ἀνοίαις. *Musg.*

ἀνίαις] Ita libri Pariss. omnes. Aldus ἀνοίαις.

ΟΡ. Δειναὶ γάρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας.
ΙΦ. Φονέα σε φήσω μητρὸς ἐξ Ἄργους μολεῖν.
ΟΡ. Χρῆσαι κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς, εἰ κερδανεῖς.
ΙΦ. Ὡς οὐ θέμις γε λέξομεν θύειν θεᾷ —
ΟΡ. Τίν' αἰτίαν ἔχουσ'; ὑποπτεύω τὶ γάρ.

Ore. Mulieres certe *sunt* ingeniosæ ad excogitandas technas.
Iph. Dicam te venisse matricidam ex Argo.
Ore. Utere meis malis, si lucrifactura es.
Iph. Quod non fas sit sacrificare deæ, dicam ——
Ore. Quam causam prætendens? suspicor enim aliquid.

σοφίσμασιν.] Vertunt: *ad fallendum.* Ταῖς σαῖς ἀνίαις, MS. Victor. *Seidl.*

1033. Δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας.] Ita fere Androm. Πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς· Γυνὴ γὰρ εἶ. Et rursus — Ἄκουσον· ἤν τι καὶ γυνὴ λέξῃ σοφόν. Vid. Estheram nostram v. 900. *Barnes.*

Stob. Flor. p. 309. legit δειναὶ μέν. *Seidl.*

1036. Ὡς οὐ θέμις γε λέξομεν] Opinor, σε λέξομεν. "Reiskius: Χ' ὡς οὐ θέμις σε λέξομεν." post Θεᾷ posui notam abruptionis — quia versus abhinc alter, ab hoc pendet. *Markl.*

Reisk. conjicit: χ' ὡς οὐ θέμις σε λέξομεν. *Beck.*

θέμις σε] Sic scripsi cum Reiskio et Marklando, quod pronomen propter proxima non potest abesse. Libri θέμις γε. In fine versus recte Marklandus abruptionis notam posuit. *Seidl.*

1037. Τίν' αἰτίαν ἔχουσ', ὑποπτεύω τι γάρ.] Omnino contra, *non suspicor:* et idcirco quærit, *quam causam prætendens?* Lego, Τίν' αἰτίαν σχοῦσ'; οὐχ ὑποπτεύω τι γάρ. Sic Helen. 469. Τίν' αἰτίαν σχὼν, &c. οὐχ amittebatur in præcedente σχοῦσ'. *Markl.*

ὑποπτεύω τὶ γάρ.] Marklando placet: τίν' αἰτίαν σχοῦσ'; οὐχ ὑποπτεύω τι γάρ. At Orestes, credo, Iphigeniam monere voluit, hoc, nisi causam probabilem adjiceret, barbarorum suspicionibus obnoxium esse. Qui sensus ut efficiatur, legendum:

τίν' αἰτίαν ἔχουσ'; ὑπόπτευτόν τι γάρ.

Nisi malis: ὑποπτεύοιτο γάρ. *Musg.*

Hic versus inutilis est ob præcedentia; et sequens pariter quoque. Nam qui aliquem φονέα μητρὸς appellavit, eo ipso judicavit, non tantum, eum non esse purum, sed multo plus adhuc. Forte igitur constituendi erunt in hunc ordinem: 1031, 1033, 1032, 1035, 36, 37, 38. 34. 39. ibid. nolim ἔχουσα improbare: præferrem tamen ἔχοντα. *Reisk.*

1037. Τίν' αἰτίαν ἔχ. ὑποπτεύω τι γάρ.] "Omnino contra *non suspicor:* et idcirco quærit, *quam causam prætendens?* Lego, τίν' αἰτίαν σχοῦσ'; οὐχ ὑποπτεύω τι γάρ. Sic Hel. 469. Τίν' αἰτίαν σχὼν, &c. οὐχ amittebatur in præcedente σχοῦσ'." Markland. Igitur si quid suspicor, de hoc, ut rem certo sciam, quærere non licebit? Locus, si quis alius, sanus. *Seidl.*

1038. τὸν δ' ὅσιον δώσω φόνῳ.] A. B. pro τὸν δ' ὅσιον habent το δ' οσιον, servantes sensum et metrum sine anapæsto. *quod vero purum est dabo neci:* id est, *rem puram*, te purificatum. Pro δώσω non male legi posset δώσειν, sc. λέξομεν, *dicam.* sed idem significat δώσω, nempe, *dicam me daturam*, ut mox βουλήσομαι, est, *dicam me velle.* *Markl.*

MSS. ambo τόδ' ὅσιον, et mox φόβῳ: quibus in ultima voce consentit P. Legendum puto:

οὐ καθαρὸν ὄντα, τόδε σ' ὀνειδίσω, φόνῳ.

Impurum existentem, (hoc tibi exprobrabo) cæde. Confer Iph. in Aul. v. 1148. ὀνειδίζω cum duplici accusativo vid. Œd. Col. v. 996. Tyrwhitto placet:

οὐ καθαρὸν ὄντα σ', ἀνόσιον δὲ, σῷ φόνῳ.

Musg.

Et metrum (nam anapæstus in quarta sede) et sensus repugnat vulgatæ. Nam non dici poterat alter amicorum purus et ideo leto dandus. Pendere etiam hæc a verbo λέξομεν debent, atque adeo Infini-

ΙΦ. Οὐ καθαρὸν ὄντα· τὸ δ' ὅσιον δώσω φόνῳ.
ΟΡ. Τί δῆτα μᾶλλον θεᾶς ἄγαλμ' ἁλίσκεται;
ΙΦ. Πόντου σε πηγαῖς ἁγνίσαι βουλήσομαι.
ΟΡ. Ἔστ' ἐν δόμοισι βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν.
ΙΦ. Κἀκεῖνο νίψαι, σοῦ θιγόντος, ὡς ἐρῶ.

Iph. Non purum *te dicam*, purum vero *factum* dabo cædi.
Ore. Quomodo vero *sic* deæ statua magis capietur?
Iph. Maris te fontibus lustrare volo.
Ore. Adhuc intus est statua, propter quam huc venimus.
Iph. Illud etiam lavare te contrectante, ut dicam.

tivus restitui. Legendum igitur: Οὐ καθαρὸν ὄντα· χῴσιον δώσειν φόνῳ. *Heath.*

τὸ δ' ὅσιον δώσω φόνῳ.] Ita optime Codd. A. B. — Aldus τὸν δ' ὅσιον. In δώσω recte Markland. latere ait *dicam me daturam*, ut statim βουλήσομαι *dicam me velle.* Tyrwhittus sine causa:

οὐ καθαρὸν ὄντα σ', ἀνόσιον δὲ, σῷ φόνῳ.

Seidl.

1041. Ἔστ' ἐν δόμοισι—πεπλεύκαμεν.] C. ἐτ' εν, &c. pro Ἔστ' ἐν. Optime monet Heathius notam interrog. ad finem versus tollendam esse. Illa dixerat, Mari te abluam et purgabo. Ille respondet, Quid hoc ad rem? Statua, quam peto, non ibi est, sed in templo. *Markl.*

Ἔτ' ἐν] Ita MS. E. et P. Vulgo ἔστ' ἐν.

Neutra lectio vera est; vero tamen propior vulgata. Legendum:

Ξεστὸν δ' ἅμ' οἴσῃ βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν.

Sed an simul afferes simulacrum politum, cujus causa huc navigavimus? ξεστὸν βρέτας, ut ξεστὸν ἄγαλμα, v. 111. *Musg.*

Hæc non interrogative accipit Prev. sed ita: Manebit tamen adhuc statua, cujus auferendæ caussa huc navigavimus, in templo, ubi posita est; scilicet ipsum ostendere sorori, posse quidem isto, quod suaserit, artificio, servari ipsos, sed non omne consilium profectionis ita teneri.

Beck.

Ἔτ' ἐν δόμοισι] Ita bene MSS. E. et P. Aldus ἔστ' ἐν δ. Quæsierat Orestes de statua deæ, Iphigenia vero ad hoc non responderat, sed dixerat tantum, se mari ipsum esse lustraturam. Jam igitur iterum Orestes: Sed adhuc in templo est deæ statua, ob quam huc veni, i. e. sed nondum viam monstrasti, qua ista e templo possit auferri. Recte Heathius interrogandi notam in fine versus delet. Neque tamen male conjecerat Reiskius τὸ δ' ἐν δόμοισι, &c.

Ἔτ' ἐν δόμοισι, MS. Victor. *Seidl.*

Ἔστ' ἐν δόμοισι βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν. Verissima mihi videtur Reiskii conjectura, in quam et ipse olim incideram: τόδ' ἐν δόμοισι. *Quid autem Dianæ signo fiet, cujus causa huc profecti sumus?* Mox v. 1045.

σοὶ δὴ τίς ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας;

miror nemini hanc lectionem suspectam fuisse, quæ mihi sic corrigenda videtur:

σὺ δ', ἢ τίς ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας;

Tune an alius quidam signum deæ feret? Quibus aptissime respondet Iphigenia:

Ἐγώ· θιγεῖν γὰρ ὅσιον ἔστ' ἐμοὶ μόνῃ.

Jacobs.

1042. ὡς ἐρᾷ.] Lego, ὡς ἐρῶ. *quod cupio, me cupere*: θέλω νίψαι, infra 1142. Suidas: Ἐρᾷ, ἐπιθυμεῖ. Confirmant ἐρῶ omnes Codd. Paris. et Reiskius. *Markl.*

ἐρῶ.] Ita ambo MSS. et P. Vulgo ἐρᾷ. ὡς ἐρῶ, *ut dicam*, sc. te tetigisse. [Sic Reisk.] Marklando placet ἐρῶ, *cupio.*

Musg.

Heath. ἐρᾷ refert ad statuam, *quasi id a te contrectata cupiat.* *Beck.*

Marklandus ὡς ἐρῶ explicat *quod cupio*, Reiskius et Musgravius *ut dicam.* Falluntur omnes. Distinctio ponenda est post ὡς, ut fecimus, non post θιγόντος, ut vulgo. Conjungenda ὡς σοῦ θιγόντος, *tanquam a te tactam.* Addit ὡς, quod res ficta est. Σοῦ vulgo accentu caret. Aldus distinctionem nullam habet, legit autem ἐρᾷ, sed meliorem lectionem ἐρῶ præbent Codd. Pariss. omnes.

θίγοντος ὡς ἐρῶ, MS. Victor. *Seidl.*

ΟΡ. Ποῖ δῆτα; πόντου νοτερὸν εἶπας ἔκϐολον;
ΙΦ. Οὗ ναῦς χαλινοῖς λινοδέτοις ὁρμεῖ σέθεν.
ΟΡ. Σοὶ δὴ τίς ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας;
ΙΦ. Ἐγώ· θιγεῖν γὰρ ὅσιον ἔστ' ἐμοὶ μόνῃ.

Ore. Ubinam? marisne ubi humidum fragmentum?
Iph. *Ibi* ubi navis tua stat ligata lineis vinculis.
Ore. An vero tecum aliquis alius manibus gestabit statuam?
Iph. Ego, quia mihi soli licet attingere.

1043. Ποῖ δῆτα; πόντου νοτερὸν εἶ ἐπ' ἔκβολον;] Ald. εἶπεν. Port. et Steph. editt. εἶπ. unde obvium erat et certum, Ποῖ δῆτα, πόντου νοτερὸν εἶπας, &c. Ποῖ; *quonam?* quia *ad* locum. εἶπας, *dicis, vis dicere,* ut Alcest. 536. Supplic. 612. et alibi passim. Confirmant omnes Codices. Pro ἔκϐολον scribendum ἐκϐολήν. νοτερὸν ἐκϐολήν, *humidum* (non *australem,* quod esset νότιον) *effluxum maris.* Quando navigabant ad templum Dianæ, symplegas illis erat εἰσϐολή: quando redibant, ἐκϐολή. Barnesius quoque ἐκϐολὴν mavult. *Markl.*

1043. s. ΟΡ. Ποῖ δῆτα πόντου; νοτερὸν εἶπας (Ald. πόντου νοτερὸν εἶπεν) ἔκβολον; | ΙΦ. Οὗ ναῦς χαλινοῖς λινοδέτοις ὁρμεῖ σέθεν;] Ποῖ dixit pro ποῦ, quod hæc res motum continet ad locum. Seidler. Legendum, Ποῦ δῆτα πόντου νοτερὸν εἶπας ἔκϐολον; *Elmsl.*

εἶπας] Ita ambo MSS. et P. Ed. Ald. εἶπεν. Legendum: εἰ παρ' ἔκβολον, *ad illapsum maris, ibis:* nisi malis: ἢ παρ' ἔκβολον, *num ad illapsum?*

Pro ἔκβολον emendat Marklandus ἐκβολὴν, et πόντου ἐκβολὴν interpretatur *effluxum maris* per Symplegadas. Verum, cum templum Dianæ in ipso maris Euxini fundo situm esset, longissimeque adeo ab ostio distaret, nonne ineptus fuisset Orestes, ab Iphigenia quærens, an simulacrum Dianæ lavandi causa ad Symplegadas usque portatura esset? Mihi, ut in notis jam indicavi, nullum hic locum habere videtur εἶπας, sed reponendum εἶ παρ'. Totum versum, distinctione post δῆτα sublata, sic demum legerim:

Ποῖ δῆτα Πόντου νοτερὸν εἶ παρ' ἐκβολήν;

Πόντου hic interpretor non *maris,* sed Ponti, sive Euxini. vid. ad Hippol. 3. ἐκβολὴ non est *ostium maris,* per quod in Propontidem exit, nec per quod navigantes ex eo redibant; universa Maris Euxini, quam late patet, aqua, ἐκβολὴ hic a poëta dici videtur, tanquam scaturigo quædam e terra proveniens. ἐκβολὴ enim est *fons, scaturigo:* vid. Helen. 1336. Auctor de Mundo: πηγῶν ἀναβλύσεις, καὶ ποταμῶν ἐκβολαὶ, καὶ δένδρων ἐκφύσεις, p. 12. Pausanias: πρὸς δὲ ταῖς Ἐρασίνου ταῖς κατὰ τὸ ὄρος ἐκβολαῖς, p. 67. Ed. Sylb. Non hic loquitur de Erasini in mare exitu, sed de loco, ubi e terra ἐκβάλλει. Adde Platon. Phædon. sect. 61. Sed ut ἐκβολὴ ποταμοῦ recte dicatur, num ad mare Euxinum hanc phrasin transferre licet? Veteribus certe licebat; quorum ævo fuere, qui contenderent, mare universum ex fontibus subter terram sitis scaturire. Contra hanc opinionem disputat Aristoteles Meteorolog. II. c. 1. Est igitur ἐκβολὴ Πόντου idem, quod paullo ante Πόντου πηγαῖς. *Musg.*

Ποῖ δῆτα; Πόντου νοτερὸν εἶ ἐπ' ἔκβολον;] Prius scriptum erat εἶπ' nullo sensu, nec versu impleto, quare verbum divisimus. Τὸ εἰ autem pro *an* ponitur; ut sæpe alias, et infra v. 1082. Θυσίαν ἐλέγχων, εἰ κατείργασται, ξένων. Sic Lucian. πειρᾶ μου, εἰ μέμηνα. Sic Xenoph. ἐπηρώτα, εἰ ἔλεξε. Potest etiam εἶ legi, i. e. *vadis,* sed ἐπ' omnino scribendum. Canterus defectum aliquem vidit, sed conjectura rem assequi nequivit, nec Duportus, nec Scaliger; adeo aliquando res *minutilæ* doctos latent, et etiam *magnæ* parvis aperiuntur. Brodæus εἶπεν legisse videtur; ita Aldus: Nec vero satis placet ἔκβολον: vel ἐκβολὴν lege; vel certe ἔκβολον idem erit. Vid. Budæi Comment. Gr. Ling. *Barnes.*

νοτερὸν Prev. reddidit: *humide,* additque hæc: On voit par la scène II. de l'acte V. que la mer baignoit les murs du temple. Il est probable, qu'elle occupoit une partie de sa décoration. Il crois qu' Oreste montre d'un geste cette partie du rivage, et demande à Iphigénie si c'est là,

ΟΡ. Πυλάδης δ' ὅδ' ἡμῖν ποῦ τετάξεται φόνου;
ΙΦ. Ταυτὸν χεροῖν σοι λέξεται μίασμ' ἔχων.
ΟΡ. Λάθρα δ' ἄνακτος, ἢ εἰδότος, δράσεις τάδε;
ΙΦ. Πείσασα μύθοις· οὐ γὰρ ἂν λάθοιμί γε.

Ore. Pylades vero in quo loco hujus doli a nobis ponetur?
Iph. Dicetur eodem, quo tu, manuum piaculo pollutus esse.
Ore. Faciesne hæc clam, an sciente rege?
Iph. Persuaso verbis; non enim possem eum latere.

sur ce promontoire baigné des flots, qu'elle se propose de feindre de purifier les victimes. Iphigenie répond, que ce sera au lieu même où est le vaisseau d'Oreste. *Beck.*

εἶπας ἔκβολον;] Aldus εἶπεν. Brub. εἶεν. Hervag. εἶπ'. Sed in εἶπας consentiunt Codd. Pariss. Recte. Νοτερὸν ἔκβολον Marklandus explicat *humidum effluxum maris*, additque: "quando navigabant ad templum Dianæ, Symplegas illis erat εἰσβολή, quando redibant, ἐκβολή." Dubito, poetam hoc voluisse. Manifesto autem fallitur Musgravius, qui πόντου ἐκβολὴν hic nihil amplius esse censet, quam quod paulo ante πόντου πηγάς. Hoc ipsum, quod in universum Iphigenia dixerat, πόντου πηγάς, accuratius sibi vult Orestes definiri. Quærit itaque: ubinam igitur in mari? an dicebas humectatum illum ἔκβολον? Hinc interrogandi notam posui post πόντου, quæ vulgo ponitur post δῆτα. Si ponis post δῆτα, certe intelligendum est πόντου. Aldus neutro loco interpunctionem habet. Ποῖ dixit pro ποῦ, quod hæc res motum continet ad locum. Vid. supra ad v. 113. Redeo ad vocem ἔκβολον. Locum istum, ubi navis Argiva appulerat, in quo lustrationem Iphigenia erat factura, solitarium fuisse, discimus infra ex v. 1198. ἐρημίας δεῖ, coll. v. 1329. Proclive igitur est, ἔκβολον explicari de rupe in mare prominente, sub qua navis in ancoris erat. Neque dubitandum, quin Eustathius huc respexerit, p. 1405. l. 47. (Rom.) quum dicit, Euripidem voce ἔκβολος usum esse ἐπὶ ὀξέος ἀκρωτηρίου. Videmus simul, quid statuendum sit de interpretum opinione, qui omnes corrigunt ἐκβολήν.

εἶπας ἔκβολον, MS. Victor. *Seidl.*

Delendum signum interrog. post ποῖ δῆτα, et scrib. εἶ, vel εἶς, *is, vadis. qua igitur via tendis ad uvidum maris littus?* resp. *ea tendam plaga, qua vestra jacet navis alligata rudentibus.* ἐκβολὴ est *maris intra terram excessus. Reisk.*

1045. s. ΟΡ. Σὺ δ' ἤ τις ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας; | ΙΦ. Ἐγώ. θιγεῖν γὰρ ὅσιον ἔστ' ἐμοὶ μόνῃ (Ald. μόνη).] Optime Jacobsius Exercitt. in Eur. p. 84. σὺ δ' ἤ τις ἄλλος. Vulgo σοὶ δὴ τίς ἄλλος. Seidler. Hæc conjectura si falsa est, nihil in his literis certum est. Vulgatam, quod miror, retinuit Matthiæ. *Elmsl.*

Optime Jacobsius Exercitt. in Eur. p. 84. σὺ δ' ἤ τις ἄλλος. Vulgo σοὶ δὴ τίς ἄλλος. Videtur hæc quærere Orestes, in animo habens, ut Pyladi hoc munus tribuatur. *Seidl.*

1047. ποῦ τετάξεται φόνου;] Ποῦ φόνου; *in qua parte cædis?* nempe, istius cædis quam dices me perpetrasse. Non opus videtur πόνου. vide versum proxime sequentem. *Markl.*

φόνου;] Brodæus πόνου. Sed legendum haud dubie δόλου. *Musg.*

φόνου;] Canterus et Scaliger πόνου legunt laudabiliter; potest tamen et φόνου legi; Orestes enim, cum se liberatum iri videt, interrogat, ubinam ergo amicus Pylades loci ordinabitur, an ad cædem illius vice? Ob hanc rationem ex textu non removi. *Barnes.*

Etiam Hardion. Hist. Ac. P. T. III. p. 206. s. defendit φόνου. *Beck.*

πόνου;] Ita conjecit Brodæus explicans: negotii hujus. Aldus φόνου, de quo sic Marklandus: "ποῦ φόνου; *in qua parte cædis*, nempe, istius cædis, quam dices me perpetrasse. Non opus videtur πόνου. Vide versum proxime sequentem." Hæc explicatio admodum displicet. Facillima Brodæi emendatio hoc dicit: quasnam vero in hoc opere Pyladi partes tribuemus? Musgravius proponit δόλου. *Seidl.*

1049. ἢ εἰδότος,] Hæ duæ voces hoc loco sunt *trium* tantum syllabarum, neque

ΟΡ. Καὶ μὴν νεώς γε πίτυλος εὐήρης πάρα.
ΙΦ. Σοὶ δὴ μέλειν χρὴ τἄλλ', ὅπως ἕξει καλῶς.
ΟΡ. Ἑνὸς μόνου δεῖ, τάσδε συγκρύψαι τάδε.
Ἀλλ' ἀντίαζε, καὶ λόγους πειστηρίους
Εὕρισκ'. Ἔχει τοι δύναμιν εἰς οἶκτον γυνή.
Τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς.
ΙΦ. Ὦ φίλταται γυναῖκες, ὡς ὑμᾶς βλέπω,
Καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν, ἢ καλῶς ἔχειν,
Ἢ μηδὲν εἶναι, καὶ στερηθῆναι πάτρας,
Φίλης τ' ἀδελφῆς, φιλτάτου τε συγγόνου.

Ore. Atqui bene instructum remigium, navis adest.
Iph. Reliqua vero tu curabis ut recte fiant.
Ore. Una re adhuc opus est, ut istæ hæc occultent.
Quamobrem obsecra eas, et sermones persuadentes
Excogita: habet enim vim ad commiserationem mulier.
Reliqua vero, ut spero, bene succedent.
Iph. O charissimæ mulieres, ad vos respicio:
Meæ enim res penes vos sitæ sunt; ut vel bene se habeant,
Vel nihil sint, et priver patria,
Et sorore chara, et fratre charissimo.

tamen diphthongus εἰ elidi potest, neque ἤ. opinor ι solum in εἰδότος elidi, et ι concedere in præcedentem voculam, ita, ἢ 'δότος, quemadmodum ἤθεος scribitur pro ἠΐθεος, παρῆδος pro παρηΐδος, et multa talia. *Markl.*

Λάθρα δ' ἄνακτος, ἢ εἰδότος,] Λάθρα pro λάθρη et vice versa, ac proinde producit ultimam. ἢ εἰδότος] τὸ ἢ vel eliditur Latinorum more, vel corripitur. Vid. ad Orest. v. 590. *Barnes.*

1050. λάθοιμί σφε.] Omnes MSS. γε. quod recepi, metro quoque cogente. Cyclop. 194. οὔπερ ἂν λάθοιτέ γε. nam μι in λάθοιμι longa foret ante σφ, ut v. 771. Ἢ 'ν Αὐλίδι σφαγεῖσ'. *Markl.*

γε.] Ita uterque MS. et P. Ed. Ald. σὲ, unde Barnesius σφὲ. *Musg.*

σφὲ.] Vid. supra, v. 743. *Barnes.*

γε.] Ita omnes Libri MSS. ut voluerat Reiskius. — Aldus σε, ex quo contra metrum conjecerant σφε. *Seidl.*

λάθοιμί γε, MS. Victor. *Seidl.*

1051. νεὼς πίτυλος εὐήρης πάρα.] Πίτυλος εὐήρης, Ordo remigum aptus. De voce πίτυλος vid. supra ad v. 308. Cui addantur hæc ex Schol. Æschyl. ad Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, v. 862. Ἔστι κυρίως ὁ ἀπὸ τῶν ἐρεσσομένων κωπίων γινόμενος θόρυβος. Εὐήρης autem ab ἐρέσσω, *remigo*; hinc Hom. εὐῆρες ἐρετμόν. *Barnes.*

1052. Aldus τἄλλ'. *Seidl.*

Aut μοι leg. pro σοι, aut, hoc retento, persona Iphigeniæ delenda. *Reisk.*

1055. εἰς οἶκτον] Ad excitandam misericordiam. *Stiblinus.*

1056. ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς.] Cogitari forte posset de ἂν πάντα pro ἅπαντα, ut ἂν cum potentiali συμβαίη, idem sit quod futurum συμβήσεται, *evenient*, ut sæpe. *Markl.*

Τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς.] Marklandus corrigendum suspicatur ἂν πάντα. At ipsum ἴσως locum tenet particulæ ἄν. Sic Æschyl. Agam. 1057. ἐκτὸς δ' ἂν οὖσα μορσίμων ἀγρευμάτων, | πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι'. ἀπειθοίης δ' ἴσως. Seidler. Idem Suppl. 745. ἴσως γὰρ ἢ κῆρυξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι, | ἄγειν θέλοντες, ῥυσίων ἐφάπτορες. *Elmsl.*

ἅπαντα] Marklandus corrigendum suspicatur ἂν πάντα. At ipsum ἴσως locum tenet particulæ ἄν. Sic Æschyl. Agam. 1057.

Καὶ πρῶτα μέν μοι τοῦ λόγου τάδ' ἀρχέτω·
Γυναῖκές ἐσμεν, φιλόφρον ἀλλήλων γένος,
Σώζειν τε κοινὰ πράγματ' ἀσφαλέσταται.
Σιγήσαθ' ἡμῖν, καὶ ξυνεκπονήσατε
Φυγάς. Καλόν τι γλῶσσ', ὅτῳ πίστις παρῇ.
Ὁρᾶτε δ', ὡς τρεῖς μία τύχη τοὺς φιλτάτους,
Ἢ γῆς πατρῴας νόστος, ἢ θανεῖν ἔχει.
Σωθεῖσα δ', ὡς ἂν καὶ σὺ κοινωνῇς τύχης,
Σώσω σ' ἐς Ἑλλάδ'. ἀλλὰ πρὸς σὲ δεξιᾶς,
Σὲ, καί σ' ἱκνοῦμαι, σὲ δὲ φίλης παρῄδος,

Atqui hoc quidem primum initium sermonis.
Nos mulieres sumus, genus addictum amori mutuo,
Et ad communes res servandas fidissimæ.
Tacete nobiscum, et adjuvate nostram
Hanc fugam: egregia res est lingua, cui fides adest.
Videte autem quomodo tres charissimos una fortuna,
Aut reditus in patriam, aut mors complectitur.
Ego enim servata, ut tu quoque particeps sis *nostræ* fortunæ,
Salvam te reducam in Græciam. Quare te per dextram,
Et te, et te precor, te vero per charas genas,

πείθοι' ἂν, εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως.

Seidl.

1057. ὡς ὑμᾶς βλέπω,] Pro εἰς, vel πρὸς ὑμᾶς. Vid. supra v. 336. *Barnes.*

1058. Cod. A. υμιν. nonnullæ editt. ἡμῖν. male. Τάμα hoc versu est ἐγὼ: vide sequentia; et Iph. Aul. 483. Andromach. 234. *Markl.*

ὑμῖν] Ita Aldus, Brub. Hervag. et Cod. A.—Typothetæ vitio nonnullæ editiones ἡμῖν. *Seidl.*

1060. Φίλου τ' ἀδελφοῦ,] Scribendum proculdubio, Φίλης τ' ἀδελφῆς, sc. Electra. nam quod sequitur, φιλτάτου τε συγγόνου, Oresten exprimit. *Markl.*

Φίλης τ' ἀδελφῆς,] Ita optime Marklandus. Vulgo φίλου τ' ἀδελφοῦ. *Musg.*

Aldus:

φίλου τ' ἀδελφοῦ, φιλτάτου τε συγγόνου.

Marklandus φίλης τ' ἀδελφῆς, quod etiam Musgrav. recepit. Minori mutatione opus erat. Supra v. 86. σὴ σύγγονος. *Seidl.*

1062. Pro ἀλλήλων B. ἀλλήλοις. V. 1065. pro καλόν τι A. καλον τοι. Bene, utpote in gnome, ubi τοι sæpissime locum habet. *Markl.*

1065. τοι] Vulgatam τι recte posthabuit Marklandus. *Seidl.*

1066. τρεῖς] Orestem, Pyladen, Iphigeniam. Sed hic loci syntaxis est implicata, μία τύχη τρεῖς ἔχει, ἢ νόστον γῆς, ἢ θανεῖν. Œdipo opus est. *Barnes.*

Nulla salus huic corruptissimo loco, nisi legatur τρισὶ pro τρεῖς et τοῖς φιλτάτοις. *una fortuna tribus amicissimis secum fert reditum in patriam,* aut τὸ θανεῖν, i. e. τὸν θάνατον, *moriendi necessitatem;* unde patet, mera somnia esse Grammaticorum præcepta de prosodia. *Reisk.*

1067. Ἢ γῆς πατρῴας νόστον,] Id est, κατὰ νόστον. Constructio est, μία τύχη ἔχει τρεῖς, ἢ [κατὰ] νόστον γῆς πατρῴας, ἢ [κατὰ τὸ] θανεῖν· *eadem fortuna tres habet, quod attinet vel ad reditum in patriam, vel mortem.* Νόστος γῆς πατρῴας, i. e. εἰς γῆν, ut ἄστεως ὁδὸς, εἰς ἄστυ, Phœniss. 856. Nulla difficultas hoc loco videtur, sive scribatur νόστον, vel νόστος.

Markl.

νόστον,] Legendum haud dubie νόστος.

Musg.

Γονάτων τε, καὶ τῶν ἐν δόμοισι φιλτάτων,
Μητρὸς, πατρός τε, καὶ τέκνων, ὅτῳ κυρεῖ.
Τί φατέ; τίς ὑμῶν φησίν; ἢ τίς οὐ θέλει;
Φθέγξασθε ταυτά· μὴ γὰρ αἰνουσῶν λόγους,
Ὄλωλα κἀγὼ, καὶ κασίγνητος τάλας.
ΧΟ. Θάρσει, φίλη δέσποινα, καὶ σώζου μόνον,
Ὡς ἔκ γ' ἐμοῦ σοι πάντα σιγηθήσεται,

Et genua, et per ea quæ charissima *domi sunt*,
Per matrem, et patrem, et liberos, si quibus sunt.
Quid dicitis? quæ vestrum affirmat, aut quæ, non velle?
Eloquimini hæc: non approbantibus enim vobis ea, quæ dixi,
Perii et ego et miser frater.
Cho. Sis bono animo, chara domina, et cura tantum ut serveris,
Quantum enim ad nos pertinet, omnia tacebimus,

νόστος etiam Heath. et Valck. ad Hipp. 1401. *Beck.*

νόστος,] Sic legendum cum plurimis interpretibus. Aldus νόστον. Miro modo hoc explicat Marklandus per præpositionem κατά. *Seidl.*

1069. Σώσω σ' εἰς Ἑλλάδ'. ἀλλὰ πρὸς σὲ δεξιᾶς,] Omnia recte habent. sed observatu dignus est (varietatis et oblectationis gratia) sigmatismus, cujus sibilo adeo delectatus, vel ei certe adeo εὐεπίφορος erat Noster, ut idcirco ab antiquis quoque notatus fuerit. unde istud Eubuli [Platonis] comici, ἔσωσας (vel ἔσωσά σ') ἐκ τῶν Σιγμάτων Εὐριπίδου. Celebris est ob hanc rem versus Medeæ 476. quem respicit Eubulus, Ἔ-ΣωΣά Σ', ὡΣ ἴΣαΣιν Ἑλλήνων ὅΣοι, &c. ubi vide Barnesium. Hippolyt. 1162. Ἀραί τε τοῦ Σοῦ ΣτόματοΣ, ἅΣ Σὺ Σῷ πατρὶ, &c. Ion. 386. Σύ γ' οὐκ ἔΣωΣας τὸν Σὸν, ὅν ΣῶΣαί Σ' ἐχρῆν. Andromed. apud Suidam V. Εἴση, ubi Perseus Andromedam alloquitur, Ὦ παρθέν', εἰ ΣώΣαιμί Σ', εἴΣῃ μοι χάριν; Ita citatur quoque a Diog. Laërtio, Lib. IV. 29. in Arcesilao. in Fragm. Barnesii est, εἴη μοι χάρις; vide Schol. ad locum Medeæ, ubi corruptissime legitur. Iph. Aul. 1221. Πρώτη δὲ γούναΣι ΣοῖΣι Σῶμα δοῦΣ' ἐμόν. Quin et (quamquam rarius) Sophocles, Œdip. Tyran. 433. Ὅ Σ' ἐξιΣώΣει Σοί τε καί τοιΣ ΣοῖΣ τέκνοιΣ. i. e. Ὅσα, *quæ*, non Ἅ σ' (i. e. Ἅ σε) ἐξισώσει, ut nunc legitur. Dionys. Halicarnass. περὶ Συνθέσ. Sect. xiv. ἄχαρι δὲ καὶ ἀηδὲς τὸ Σ, καὶ, εἰ πλεονάσειε, σφόδρα λυπεῖ· *ingrata autem est et insuavis litera* S, *et, crebro repetita, valde molesta.* *Markl.*

Ad versum Platonis (non Eubuli) Comici, Marklandus corrigebat Ἔσωσά σ', *pro* Ἔσωσας. Illud ΕΣΩΣΑΣ omnino retinendum fateberis, si consulas Eustathium ad Homer. Iliad. Κ'. p. 813. (Vid. ad Med. 476.) *Por.*

1069. ss. ἀλλὰ πρὸς σὲ δεξιᾶς, | σὲ, καὶ σ'. (Ald. καί σ') ἱκνοῦμαι, σὲ δὲ φίλης παρηΐδος, | γονάτων τε, καὶ τῶν ἐν δόμοισι φιλτάτων, | μητρὸς, πατρός τε, καὶ τέκνων, ὅτῳ κυρεῖ.] Bothius, ἀλλὰ πρὸς σὲ δεξιᾶς | σῆς, καί σ' ἱκνοῦμαι. Non male legeretur, ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς | τῆς σῆς ἱκνοῦμαι. Euripides Hipp. 601. Ναὶ πρός σε τῆς σῆς δεξιᾶς γ' εὐωλένου. Sed longe melius, mea quidem sententia, ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς | ἱκέτις ἱκνοῦμαι, literis ΣΕΚΑΙΣ in ΙΚΕΤΙΣ mutatis. Sophocles Phil. 468. Πρός νυν σε πατρὸς, πρός τε μητρὸς, ὦ τέκνον, | πρός τ' εἴ τι σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλὲς, | ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον, &c. Plane gemelli sunt hi loci. *Elmsl.*

πρός σε δεξιᾶς,] Τίνος ἕνεκα ταῦτα ἐποίουν, θεώρει. *Scholiast.*

1070. Σὲ καί σ'.] Jason apud Apollon. Rhod. Lib. II.

— ἀμφὶ δὲ τοῖο
καὶ τοῦ ὁμοῦ καὶ σεῖο καὶ ἄλλων δείδι' ἑταίρων.

Reisk. mavult Σεμνῆς ἱκνοῦμαι. *Musg.* Observat Prev. in his dicendis actorem,

Ἴστω μέγας Ζεὺς, ὧν ἐπισκήπτεις πέρι.
ΙΦ. Ὄναισθε μύθων, καὶ γένοισθ' εὐδαίμονες.
Σὸν ἔργον ἤδη, καὶ σὸν, εἰσβαίνειν δόμους,
Ὡς αὐτίκ' ἥξει τῆσδε κοίρανος χθονὸς,
Θυσίαν ἐλέγχων, εἰ κατείργασται, ξένων.
Ὦ πότνι', ἧπερ μ' Αὐλίδος κατὰ πτύχας
Δεινῆς ἔσωσας ἐκ πατροκτόνου χερὸς,

Sciat magnus Jupiter, omnia de quibus mandâsti.
Iph. Bene sit vobis propter hunc sermonem, et felices sitis:
Tuum jam erit munus, ac tuum, ingredi in domum,
Quia statim rex hujus terræ veniet,
Sacrificium exploraturus, an factum sit, hospitum.
O veneranda, quæ me in Aulidis sinu
Sæva liberâsti a patris interfectrice manu,

qui Iphigeniæ personam sustinuit, se convertisse ad singulos de Choro. *Beck.*

1072. ὅτῳ] Vel ὅτεῳ, hoc in loco pro ᾗτινι: ὅτις enim pro ὅστις retinet suum ὁ per omnes fere *casus* et genera. Vid. quæ nos ad Supplic. v. 857. *Barnes.*

1073. Legendum puto:

τί φατέ; τίς ὑμῶν φησὶν, ἢ τίς οὐ θέλειν,
φθέγξασθε, ταῦτα; —

Musg.

Τί φατέ; τίς ὑμῶν φησίν; ἢ τίς οὐ θέλει;] Ad θέλει intellige φάναι: *quid dicitis? quænam vestrûm annuit, aut quænam* (annuere) *non vult? Seidl.*

1074. Pro ταῦτα Heath. ταυτὰ. *Beck.*

μὴ γὰρ αἰνουσῶν λόγους,] i. e. εἰ μὴ αἰνεῖτε λόγους ἐμούς. Aldus ἢ τὶς οὐ θέλει φθέγξασθαι ταῦτα. Ultimam vocem quidam mutaverunt in ταὐτὰ. *Seidl.*

1075. κἀγὼ καὶ κασίγνητος] Vel χὠ κασίγνητος, sic enim solet. Bacch. 1279. Σύ νιν κατέκτας, χ' αἱ κασίγνηται σέθεν. sic scribendum puto, pro καὶ κασιγνήτη, contra veritatem historiæ. vid. Iph. Aul. 886. *Markl.*

1077. Restitui σοι ex Aldina: ὡς ἔκ γ' ἐμοῦ σοι. A. εμοι σοι. B. εμου σοι. *Markl.*

Ὡς ἐξ ἐμοῦ γε] Ita Duportus rotunde. Alii—ὡς ἔκ γ' ἐμοῦ τὰ πάντα. Aldi autem editio habet—ὡς ἔκ γ' ἐμοῦ σοι. *Barnes.*

ἔκ γ' ἐμοῦ σοι] Ita optime Aldus et Brub.—Hervag. Stibl. Canter. omittunt σοι. Hinc inseruerant τά. *Seidl.*

1079. Ὄναισθε μύθων,] Ἕνεκα τούτων τῶν μύθων. *Barnes.*

1080. Σὸν ἔργον καὶ σὸν,] i. e. ὑμέτερον πασῶν. *Barnes.*

1081. s. Ὡς αὐτίχ' ἥξει τῆσδε κοίρανος (Ald. τύραννος) χθονὸς, | θυσίαν ἐλέγχων, εἰ κατείργασται (Ald. κατείργασθαι), ξένων.] Male fecit Seidlerus, quod Marklandi conjecturam ἐλέγξων silentio præteriit. Vitium est ἐλέγχων ejusdem generis ac ἔχειν apud Æschylum Eum. 895. ἐπεύχωνται apud Sophoclem Œd. C. 1024. *Elmsl.*

κοίρανος] Ita ambo MSS. et P. ut recte Canterus. Ed. Ald. τύραννος. *Musg.*

κοίρανος] Verbum Homericum; recte itaque Canterus τύραννος hinc ejecit, quod per versum stare nequibat, et hoc verbum loco ejus posuit, vel potius suo loco male dejectum jure restituit. *Barnes.*

κοίρανος χθονός, MS. Victor. *Seidl.*

1082. Θυσίαν ἐλέγχων,] Vel, Ἥξει—Θυσίαν ἐλέγξων: ut v. 238. ἥκω σημανῶν. Herc. Fur. 601. ἥξει ἕλξων, φονεύσων, ἐπισφάξων. interdum tamen utrovis tempore. Versu 1081. omnes Parisiens. κοίρανος pro τύραννος. *Markl.*

Aldus κατείργασθαι. *Seidl.*

1083. s. Ὦ πότνι', ἧπερ μ' Αὐλίδος κατὰ πτύχας | δεινῆς ἔσωσας ἐκ πατροκτόνου χερὸς,] Latinus interpres: *a patris interfectrice manu.* Nota hunc adjectivi illius usum. Seidler. Quemadmodum hic παιδοκτόνον πατρὸς χεῖρα per abusionem πατροκτόνον χεῖρα appellavit poëta, ita in Hipp. 68. εὐπατέρειαν αὐλὰν dixit pro εὐδαίμονα πατρὸς αὐλάν. Hoc moneo, ut vulgatam ejus loci scripturam haud prorsus absurdam esse ostendam. *Elmsl.*

Σῶσόν με καὶ νῦν, τούσδε τ', ἢ τὸ Λοξίου
Οὐκέτι βροτοῖσι διά σ' ἐτήτυμον στόμα.
Ἀλλ' εὐμενὴς ἔκβηθι βαρβάρου χθονὸς
Εἰς τὰς Ἀθήνας. καὶ γὰρ ἐνθάδ' οὐ πρέπει
Ναίειν, παρόν σοι πόλιν ἔχειν εὐδαίμονα.
ΧΟ. Ὄρνις, ἃ παρὰ τὰς πετρίνας *στροφὴ α'.*
Πόντου δειράδας, ἀλκυών,
Ἔλεγον οἰκτρὸν ἀείδεις,

Serva me nunc etiam, et istos: aut Apollinis
Non amplius hominibus propter te *erit* verum os.
Verum propitia execas hac barbara terra
Ad Athenas: non enim decet te hic
Habitare, cum liceat tibi urbem incolere beatam.
Cho. O Avis, quæ circa saxeos
Ponti scopulos, Halcyon,
Næniam lugubrem canis

1084. A. πατροφονου: male. Pro Δεινῆς mallem Κλεινῆς, sc. Αὐλίδος: potius quam ἐκ δεινῆς πατροκτόνου χερὸς, cum duobus epithetis. vid. ad v. 9. *Markl.*

ἐκ πατροκτόνου χερὸς,] Latinus interpres: *a patris interfectrice manu.* Nota hunc adjectivi illius usum. Cod. A. πατροφονου. Pro δεινῆς Marklandus male proponit κλεινῆς referendum illud ad Αὐλίδος. *Seidl.*

1089. παρόν σοι] Pro παρόντος absolute: sic ἐξὸν, ὂν, ἐνὸν, παρὸν, προσῆκον. Vid. supra ad v. 689. de quibus videsis Gulielmum Budæum et alios: frequenter apud Poëtas et Πεζικοὺς reperias. *Barnes.*

1092. Ἔλεγον οἶτον] Lego: ἔλεγον οἶον, *solos elegos.* Confer v. 1087.

Ἔλεγον οἶτον] Ne tamen emendare festinemus, monent exempla citata ad Hecub. 487. Hel. 3. *Musg.*

Ἔλεγον οἶτον] Vel lege οἰκτρὸν, vel ἔλεγος *substantivum* pro ἐλεγιακὸς *adjectivo* sumendum. *Barnes.*

Ἔλεγον οἶτον ἀείδεις,] Conjecerat Musgravius ἔλεγον οἶον ἀείδεις, sed postea vulgatam defendit, provocans ad animadversiones, quibus illustraverit, Hec. v. 487. et Hel. v. 3. Verùm quæ ad utrumque locum afferuntur, horum pleraque diversissimi sunt generis. Barnesius vel οἰκτρὸν legendum monet vel ἔλεγον accipiendum pro adjectivo. Prius persuasit Brunckio ad Aristoph. Ran. v. 1309. ubi nonnulla ex nostro carmine traducuntur, alterum approbavit Schneidero, qui ut adjectivam vocabuli istius vim confirmet, citat Nostri Hel. 184. et Iph. Taur. 145. locos alienos. Male etiam Marklandus vertit: *lugubre fatum canis.* Sana quidem est vulgata, sed explicanda illa eum in modum, ut explicat Porsonus Phœnissarum, v. 300. Nostro loco similes sunt Æschyl. Agam. 1203.

ὑμνοῦσι δ' ὕμνον δώμασιν προσήμεναι
πρώταρχον ἄτην.

Sophocl. Trachinn. v. 49.

πολλὰ μέν σ' ἐγὼ
κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα
τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην.

Nec multum abhorrent Eur. Troad. v. 336. βοάσατε Ὑμέναιον νύμφαν, ad quem locum vid. quæ annotavimus. *Seidl.*

1093. $\overset{\varepsilon\upsilon}{\alpha}$ξυνετον B. *Markl.*

Non admodum cohærere hæc videntur: Εὐξύνετον—ὅτι πόσιν κελαδεῖς. Cur enim magis εὐξύνετον, quia maritum, quam si, ad exemplum Philomelæ, filium lugeret. Suspicor, auctorem dedisse Εὐγένετον, *generosum,* quæ vox licet nunc, quod sciam, non exstet, recte saltem formatur ab εὖ et γενετή. εὐγενέταις habet Noster Androm. 767. Ion. 1060. *Musg.*

Εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοὰν,
Ὅτι πόσιν κελαδεῖς ἀεὶ μολπαῖς·
Ἐγώ σοι παραβάλλομαι
Θρήνους, ἄπτερος ὄρνις,
Ποθοῦσ' Ἑλλάνων ἀγόρους,
Ποθοῦσ' Ἄρτεμιν λοχείαν,
Ἃ παρὰ Κύνθιον ὄχθον οἰκεῖ,
Φοίνικά θ' ἁβροκόμαν,

Bene intelligibilem apud prudentes vocem,
Quia maritum semper resonantibus luges cantibus:
Ego tibi admisceo
Luctus, ales sine alis;
Desiderans Græcorum cœtus,
Desiderans Dianam Lucinam,
Quæ habitat ad Cynthium tumulum,
Juxta palmam habentem comas delicatas,

ἀξύνετον, MS. Victor. superscripto εὐξύνετον. Merus librarii error hanc varietatem produxit. *Seidl.*

1094. πόσιν] Κήϋκα. Vid. Fabulam de Ceyce et Halcyone, Ovid. Metamorph. Lib. XI. Fab. 10. *Barnes.*

Ὅτι πόσιν κελαδεῖς] Verte: te videlicet maritum lugere. Nam ὅτι, quod male reddunt *quia*, pendet ab εὐξύνετον. *Seidl.*

1095. Ἐγώ σοι παραβ. etc.] Explica: ἐγὼ παραβάλλομαι θρήνους ἐμοὺς σοὶ, i. e. τοῖς σοῖς θρήνοις. Nisi quis malit cum Reiskio legere θρηνοῦσ'. *Seidl.*

1096. Θρήνους, i. e. κατὰ Θρήνους. Steph. edit. Θρήνοις, nisi sit typograph. mendum. Reiskius, Θρηνοῦσ'. *Markl.*

Θρήνους] Κατὰ τοὺς θρήνους. *Barnes.*

Θρήνους, i. e. κατὰ θρήνους. Reisk. conjicit θρηνοῦσ', i. e. θρηνοῦσα. *Beck.*

1097. Ποθοῦσ' Ἑλλάνων ἀγόρους,] In antistroph. Ἔνθα τᾶς ἐλαφοκτόνου: neque variant exemplaria. metro conveniret ἀγροὺς, vel χοροὺς, v. 1143. V. 1099. B. C. Δηλιον. / Κυνθιον. *Markl.*

Lego ob metrum Ἑλλάδος ἀγύρεις. ἄγυρις forte primam producit, ut πανήγυρις. vid. Iph. Aul. 753.

Est et alia ratio, qua versibus ἀντιστοίχοις accommodari possunt: legendo sc.

8. Ἑλλάνων ἀγόρους ποθῶν
9. Ποθῶν Ἄρτεμιν λοχίαν.

Antistrophe.

8. Ἔνθα τᾶς ἐλαφοκτόνου
9. Θεᾶς κούραν ἀμφίπολον.

Chorus Hippolyti, ex fœminis pariter constans, πεύθων de se habet, et λεύσσων, v. 1107 et 1108. *Musg.*

Ἑλλάνων ἀγόρους] Verbum raro usurpatum ἄγορος pro ἄγυρις. Et tamen Hesychius —Ἄγορος, ἄθροισμα, στρατὸς, ἢ καὶ Δημηγόρος. *Barnes.*

Versus est glyconius πολυσχημάτιστος ex epitrito primo et choriambo, cui in antistr. opponitur periodus. *Heath.*

1098. λοχείαν,] Lege ob metrum λοχίαν. *Musg.*

λοχίαν pro vulgato λοχείαν legendum esse, recte ab aliis monitum est. Sed quod paulo ante Marklandus metri causa pro ἀγόρους scribendum censet ἀγροὺς vel χοροὺς, hoc quidem probatum Hermanno de Metr. p. 233. nequit admitti. Cf. de Verss. Dochm. p. 353. seq. De voce ἄγορος vid. Abresch. in Miscell. Obs. V. Tom. I. p. 83. *Seidl.*

1099. παρὰ Δήλιον ὄχθον, MS. Victor. subscripto tamen Κύνθιον. *Seidl.*

Κύνθιον] Δήλιον. *Scholiast.*

1100. s. Φοίνικά θ' ἁβροκόμαν, Δάφναν τ' εὐερνέα] De hac palma et lauro Latonæ sacris vid. Scholiasten et notas nostras ad Hecub. v. 457. *Barnes.*

Super ἁβροκόμαν (in ed. Ald. Victor.)

Δάφναν τ' εὐερνέα, καὶ
Γλαυκᾶς θάλλον ἱρὸν ἐλαίας,
Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν,

Et laurum ramosam, et
Sacrum germen cæruleæ oleæ,
Latonæ partum dilectum,

hoc signum positum (.·.), cui respondet idem in margine scriptum, subter ipsum vocabulum lineola ducta minio, qua verbum omissum esse significari solet. *Goeller.*

1101. Δάφναν τ' εὐερνέα, καὶ] De adjectivo εὐερνὴς disputant interpp. ad Hesych. sub v. Est autem hic versus non anapæsticus, sed habet hanc mensuram:

⏓ –́ ⏓ –́ ⏑ ⏑ –

Exemplis, quæ proposui de Verss. Dochm. p. 261. adde Phœniss. 212.

Φοίβῳ δούλα μελάθρων,

ant. v. 224.

κλεινῶν Ἀγηνοριδᾶν.

Qui numeri in glyconicis carminibus frequentissimi sunt. Nostro loco, quod ex antistropha liquet, cum sequenti glyconeo arctissime cohærent. Ex eodem genere esse videntur Iphig. Aul. v. 554.

εἴη δέ μοι μετρία
μὲν χάρις, πόθοι δ' ὅσιοι.

ant. 569.

γυναιξὶ μὲν κατὰ Κύ-
πριν κρυπτὰν, ἐν ἀνδράσι δ' αὖ.

ibid. v. 757.

τὰν Κασσάνδραν ἵν' ἀκου-
ω ῥίπτειν ξανθοὺς πλοκάμους.

ant. 768.

τὰν τῶν ἐν αἰθέρι δισ-
σῶν Διοσκούρων Ἑλέναν.

(ubi male Barnesius edidit εἰν αἰθέρι,) nostræ Fabulæ supra v. 432. seq. 437. seq. Nam si aliter velis distinguere, verborum terminos pressius sequens, nihil facies lucri, ut patet ex ejusmodi locis, qualis est ipse noster, quem tractamus. Inversos numeros habemus Nostri, Ion. 455.

Προμηθεῖ Τιτᾶνι λοχευ-
θεῖσαν κατ' ἀκροτάτας.

ant. 475.

τέκνων οἷς ἂν καρποτρόφοι
λάμπωσιν ἐν θαλάμοις. *Seidl.*

1102. θαλλὸν ἱερὸν ἐλαίας,] Pronunciandum vel scribendum ἱρὸν: vide antistrophen. Pro ὠδῖνα (v. 1103.) Portus legit ὠδῖνι. Sed tunc legi quoque oportet vel φίλον, sc. θαλλὸν, vel φίλας, nempe ἐλαίας: non φίλαν. vide Hecub. 459. Cod. A. ιρον· B. θαλλος: quasi neutrius esset generis, τὸ θάλλος, æque ac τὸ θάλος. eadem diversitas alibi conspicitur. *Markl.*

Olivæ hujus Deliæ meminit Callimachus Hymn. in Delum, v. 262. et Catullus Carm. 32. v. 8. et Callimachus quidem γενέθλιον ἔρνος vocans indicat, tum primum e solo editam esse olivam illam: quod de lauro testatur palmaque Eurip. Hecub. v. 457. Hinc lego κλείτους ὠδῖνα, *collis* vel *clivi partum*. κλείτεα Παλλήναια habet Apollonius, Lib. I. γαίας ὠδῖνας, Callimach. in Jov. v. 29. *Musg.*

Etiam ab Aldo excusum video θάλλος. Brubach. tamen et Hervag. θάλλον.

ἱρὸν] Vulgo ἱερόν. Cf. Troad. v. 1058. *Seidl.*

1103. Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν,] Si eo modo legamus, fit per appositionem. Æmil. Portus Ὠδῖνι legit, nec male. *Barnes.*

ὠδῖνι φίλαν,] Legebatur ὠδῖνα φίλαν. Marklandus: "Pro ὠδῖνα Portus legit ὠδῖνι. Sed tunc legi quoque oportet vel φίλον, scil. θαλλὸν, vel φίλας, nempe ἐλαίας, non φίλαν. Vid. Hec. v. 459." Hoc non necessarium est. Φίλαν potest referri ad ἐλαίαν, quod latet in θαλλὸν ἐλαίας. Plane sic Æschylus, Agam. 120. seq. λαγίναν ἐρικύμονα φέρματι γένναν, βλαβέντα λοισθίων δρόμων, ubi βλαβέντα dixit, quasi præcessisset λαγωόν. *Seidl.*

Hic v. retrahendus est post v. 1098. hoc modo: ποθοῦσ' Ἄρτεμιν λοχείαν Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν, ἃ παρὰ. *Reisk.*

Λίμναν θ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ
Κύκνειον, ἔνθα κύκνος μελῳδὸς
Μούσας θεραπεύει.

Et lacum volventem aquam
Cygneam, ubi canorus Cygnus
Colit Musas.

Oliva vocatur puerperium Latonæ, quia hæc illi innixa peperit Dianam. Hæc autem omnia, mons Cynthius, Cygnea palus, ad Delum insulam pertinent, ut et palma, laurus, et oliva. *Heath.*

1104. s. Λίμναν — Κύκνειον,] Vox ultima omittitur in A. De hoc Deli lacu, qui Τροχοειδὴς appellabatur, vide Barnes. et Spanhemium ad Callim. Hymn. in Del. v. 261. Ceterum ex mentione hujus lacus, et montis Cynthi, et aliis circumstantiis, licet probabiliter colligere, hunc Chorum ex mulieribus Deliacis Euripidem constare voluisse. Quæri potest a curiosis, utrum vestigium ullum, in antiqua historia, supersit hujus cladis Delo illatæ circa hæc tempora; an hoc sit merum poëtæ figmentum. *Markl.*

Λίμναν] Vid. Barnesio citatum Herodot. II. c. 170. Theognid. v. 7. Callimach. in Del. v. 261. *Musg.*

Λίμναν θ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ Κύκνειον, ἔνθα Κύκνος μελῳδὸς Μούσας θεραπεύει] Hanc paludem in Delo Trochoeidea nominatam ait Herodotus. Locus in Euterpe — Λίμνη τέ ἐστιν ἐχομένη, λιθίνῃ κρηπῖδι κεκοσμημένη, καὶ εἰργασμένη ἐν κύκλῳ, καὶ μέγεθος, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε, ὅσηπερ ἡ ἐν Δήλῳ, ἡ Τροχοειδὴς καλεομένη. Hinc Theognis, v. 7. natum ait Apollinem — Ἀθανάτων κάλλιστον ἐπὶ Τροχοειδέϊ λίμνῃ, Πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίη Ὀδμῆς Ἀμβροσίης. Recte itaque Ortelius: Trochoeides, Τροχοειδὴς, lacus in Delo. Quare vero illius aqua dicatur hic ὕδωρ Κύκνειον, explicabitur ex hoc Callimachi loco, Hymn. in Delum, v. 49. etc.

— Κύκνοι δὲ Θεοῦ μέλποντες ἀοιδοὶ
Μηόνιον Πακτωλὸν ἐκυκλώσαντο λιπόντες
Ἑβδομάκις περὶ Δῆλον· ἐπήεισαν δὲ λοχείῃ
Μουσάων Ὄρνιθες, ἀοιδότατοι πετεηνῶν.
Ἔνθεν ὁ Παῖς τοσσάσδε λύρῃ ἐνεδήσατο Χορδὰς
Ὕστερον, ὁσσάκι Κύκνοι ἐπ' ὠδίνεσσιν ἄεισαν·
Ὄγδοον οὐκ ἔτ' ἄεισαν, ὁδ' ἔκθορεν.—

Barnes.

1105. s. Hæc metra ita constitui vult Heath.

Κύκνειον, ἔνθα κύκνος iambicus dimeter brachycatalectus.

Μελῳδὸς Μούσας θεραπεύει. antispasticus πολυσχημάτιστος dimeter hypercatalectus.

atque in antistropha:

Τὸ γὰρ μετ' εὐτυχίας
Κακοῦσθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών.

Κύκνειον in Cod. A. deest. — Reisk. scribit κυάνεον, ἔνθα. *Beck.*

Κύκλιον] Ita emendavimus vulgatum κύκνειον. Mirum enim, lacum illum Deli insulæ a ceteris ita distingui, ut dicatur volvere aquam cygneam. Lacum vocatum esse Τροχοειδῆ patet ex locis, quos Barnesius citat. Adde Callim. Hymn. in Apoll. v. 59. ubi λίμνη περιηγὴς, et Hymn. in Del. v. 260. ubi τροχόεσσα dicitur. Herodoti locus hic est: λίμνη τέ ἐστιν ἐχομένη λιθίνῃ κρηπῖδι κεκοσμημένη καὶ ἐργασμένη εὖ κύκλῳ, καὶ μέγαθος, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε, ὅσηπερ ἡ ἐν Δήλῳ ἡ Τροχοειδὴς καλεομένη. Apparet emendationem istam, qua numeri simul ad usitatam formam glyconeam revocantur, satis esse in propinquo. Conf. præterea Iphigen. Aul. 1055. εἱλισσόμεναι κύκλια, Orest. v. 352. κύκλῳ εἱληθεῖσαν, coll. ibid. v. 438. Hercul. Fur. v. 921. Corruptelæ occasionem dedit vicina vox κύκνος. Ad totum hunc locum Marklandus hæc monet: "Ex mentione hujus lacus et montis Cynthi, et aliis circumstantiis, licet probabiliter colligere, hunc Chorum ex mulieribus Deliacis Euripidem constare voluisse. Quæri potest a curiosis, utrum vestigium ullum in antiqua historia supersit hujus cladis Delo illatæ circa hæc tempora; an hoc sit merum poëtæ figmentum." Mihi potius totum hoc videtur figmentum Marklandi. Græcæ hæ mulieres Lucinæ Delique insulæ mentione nihil amplius significant, quam se malle mitiorem Græcorum Dianam, quæ vitæ hominum prospiciat, in sede sua, insula Delo, colere, quam barbaram hanc

ἀντιστροφὴ α΄.

Ὦ πολλαὶ δακρύων λιβάδες,
Αἳ παρηΐδας εἰς ἐμὰς
Ἔπεσον, ἁνίκα πύργων
Οὐλομένων ἐνὶ ναυσὶν ἔβαν,
Πολεμίων ἐρετμοῖσι, καὶ λόγχαις.
Ζαχρύσου δὲ δι' ἐμπολᾶς
Νόστον βάρβαρον ἦλθον,

O lachrymarum stillæ multæ,
Quæ genas in meas
Ceciderunt, quando, turribus
Eversis, inscendi naves,
Remigio hostium, et hastis.
Et per venditionem magno auri precio factam
Veni in hanc terram barbaram,

hominum cæde gaudentem Tauricæ insulæ præsidem. *Seidl.*

1107. De brevi syllaba in hujus versus fine dixi de Verss. Dochm. p. 83. Erunt tamen fortasse, qui in stropha articulum τὰς delere malint, ut hic ultima glyconei soluta sit, quemadmodum in Ion. v. 463.

παραχορευομένῳ τρίποδι
μαντεύματα κραίνει.

ant. 483.

δορί τε γᾷ πατρίᾳ φέρει
σωτήριον ἀλκάν.

Cf. de Verss. Dochm. p. 260. *Seidl.*

1108. Αἳ παρηΐδας] Lego, Αἵ τε, *quæ:* ut noster sæpe. et alii. *Markl.*

Αἵ τε, *quæ*, scribit Reisk. *Beck.*

Marklandus, ut metrum, cui sine causa timebat, sanaret, ex conjectura edidit αἵ τε παρηΐδας. *Seidl.*

1109. s. ἁνίκα πύργων | οὐλομένων ἐνὶ ναυσὶν ἔβαν,] Malim ἐπὶ ναυσὶν, ut Hel. 1134. τέρας, οὐ τέρας ἀλλ' ἔριν | Δαναῶν, νεφέλας ἐπὶ ναυσὶν ἄγων. Legitur ἐνὶ etiam apud nostrum Heracl. 893. ubi malim ἐπὶ δαιτὶ, ut suo loco monui. *Elmsl.*

1113. Νόστον — ἦλθον,] Intelligo ἦλθον νόστον, *iter profecta sum*, quod est ἐλθεῖν πόρον, v. 116. ἰὼν νόστον, Iph. Aul. 1187. vide Suidam V. περινοστοῦντας. *Markl.*

Νόστον βάρβαρον] Legendum, ni fallor, νόμον βάρβαρον. Sic νόμον τὸν Ἑλλάδος, Rhes. v. 475. νόμον ἀμφιθάλασσον, Pind. Olymp. 7. Epod. 2. νόμον Βερεκύνθιον, Callimach. Hymn. in Dian. v. 246. *Musg.*

1114. Ἔνθα τᾶς ἐλαφοκτόνου, &c.] Hic locus, per octo versus difficillimus, levi mutatione intelligi potest, et forte restitui: Ἔνθα βᾶσ' ἐλαφοκτόνου Θεᾶς ἀμφίπολον κούραν Παῖδ' Ἀγαμεμνονίαν, λατρεύω Βωμούς γε μηλοθύτας Ζηλούσᾳ, τᾷ διαπαν- τὸς δυσδαίμον'. ἐν γὰρ ἀνάγκαις Οὐ κάμνει σύντροφος ὤν, Μεταβάλλει δ' εὐδαιμονία. Constructio est, βᾶσα — παῖδα Ἀγαμεμνονίαν, λατρεύω ζηλούσῃ βωμοὺς μηλοθύτας, τῇ διαπαντὸς δυσδαίμονι. Sine præpositione, βᾶσα παῖδα, utpote post participium *motus:* vid. v. 403. 1139. et passim. Per vocem βᾶσα innuit Chorus translationem a dominio Thoantis, prioris heri, ad istud Iphigeniæ: de qua re adi v. 63, 64. Θεᾶς est monosyllabon. Λατρεύω nunquam, opinor, ponitur cum accusativo. Pro τε, quod nihili est, scribo γε. Pro Ζητοῦσ', Codd. A. B. C. Ζήλουσ', Oxon. Ζηλοῦσα. ex Ζηλουσ' αταν feci, detracta litera, Ζηλούσᾳ, τᾷ: quæ vox ultima vertebatur in αταν, quia δυσδαίμον' male putabatur esse δυσδαίμονα. Idem Oxon. habet κάμνει: et sic mecum conjecerant Miltonus et Reiskius. Sensus, et ratio quæ sequitur, probant legendum esse δ' εὐδαιμονία, non δυσδαιμονία. Sententiam parem invenias, Herc. Fur. 1282. Troas. 641. Helen. 419: mutationem vocum similem Æschyl. Agamemn. 344. ubi vide Stanleium. Sensus ultimorum, Μεταβάλλει δ' εὐδαιμονία est,

Ἔνθα τᾶς ἐλαφοκτόνου
Θεᾶς ἀμφίπολον κούραν,
Παῖδ' Ἀγαμεμνονίαν λατρεύω,
Βωμούς τε μηλοθύτας
Ζητοῦσ', ἄταν διαπαν-
τὸς δυσδαίμον'. ἐν γὰρ ἀνάγκαις
Οὐ κάμνει σύντροφος ὤν·

Ubi cervorum-interfectricis
Deæ *Dianæ*, ministræ virgini,
Agamemnonis filiæ, servio,
Arisque oves mactantibus,
Præoptans ærumnam perpetuo
Miseram. In necessitate enim
Non laborat, qui cum ea nutritus est.

" Aliter vero se res habet in iis qui felices fuerunt, et postea in calamitates inciderunt: ii enim fortunæ mutationem gravius ferunt." *Markl.*

1115. Metrum postulare videtur: θεᾶς κούραν ἀμφίπολον. *Musg.*

De his numeris vid. ad Nostri Electr. v. 122. *Seidl.*

1116. Suidas: λατρεύω, τὸ τιμῶ· αἰτιατικῇ. vid. et Electr. v. 132. Vita Gregor. Nazianz. τρίαδα λατρεύων ἀνθ' Ἡρακλέους. Theognis, v. 918.

πτωχεύει δὲ φίλως πάντας, ὅπου τιν' ἴδῃ.

Musg.

Παῖδ' Ἀγ. λατρεύω,] Conf. quæ disputavimus ad Electr. v. 131.

Παῖδ' Ἀγαμεμνονείαν, MS. Victor. *Seidl.*

1117. Βωμούς τε μηλοθύτας] Minime convenit aræ, ubi homines duntaxat immolari mos erat. In propinquo tamen emendatio. Quidni enim legamus:

βωμούς τ' οὐ μηλοθύτας:

Et aras, ubi non immolantur pecudes. In stropha, ne metrum discrepet, legi potest: φοίνιξ' ἀμφ' ἁβροκόμαν. *Musg.*

Ad finem versus periodi notam poni vult Heath. *Beck.*

Βωμούς τε μηλοθύτας] Musgravius corrigit βωμούς τ' οὐ μηλοθύτας. Verum non credibile est, solos homines in aris illis esse immolatos. Quamobrem sine libris vulgatam mutandam non puto. *Seidl.*

1118. Ζηλοῦσ' ἄταν] Ita uterque MS. et P. Vulgo ζητοῦσ' ἄταν, unde Scaliger ζητοῦσα τὰν. *Musg.*

1118. ss. Heath. cum quodam V. D. emendat:

Ζητοῦσ' ἄταν διαπαν-
τὸς δυσδαίμον' (ἐν γὰρ ἀνάγκαις
Οὐ κάμνεις σύντροφος ὤν) [Heath. legit potius κάμνει
Μεταβάλλειν δυσδαιμονία.

Reisk. pro ζητοῦσα desiderat verbum, quod significet περιέπουσα: nam λατρεύω non posse ad ἀμφίπολον κούραν referri, sed stare per se. *Beck.*

Ζηλοῦσ',] Sic optime tres Marklandi libri, Oxon. plene ζηλοῦσα. Vulgo ζητοῦσ'. Dicit Chorus, se sua conditione feliciorem prædicare sortem perpetuo miseram, i. e. sortem eorum, qui a principio statim miseri fuerint, nec felicitatis dulcedinem unquam gustaverint. Huic sententiæ apposite subjicitur proxima ἐν γὰρ ἀνάγκαις οὐ κάμνει σύντροφος ὤν.

Ζηλοῦσ' ἄταν, MS. Victor. *Seidl.*

1120. κάμνεις] Ita Ed. Ald. Sed legendum κάμνει, et interpungendum:

— ἐν γὰρ ἀνάγκαις,
Οὐ κάμνει σύντροφος, ὤν.

i. e. ἐν γὰρ ἀνάγκαις ὤν, ὁ σύντροφος οὐ κάμνει. *Musg.*

Etiam Reisk. κάμνει. Sed ad μεταβάλλει idem supplet εἰ δὲ. *quodsi vero succedit calamitas. Beck.*

κάμνει] Etiam mihi probatur hæc lectio Cod. Oxon. in quam jam ante viri docti

Μεταβάλλει δυσδαιμονία.
Τὸ γὰρ μετ' εὐτυχίας κακοῦσθαι,
Θνατοῖς βαρὺς αἰών.
Καὶ σὲ μὲν, πότνι', Ἀργεία — στροφὴ β'.
Πεντηκόντορος οἶκον ἄξει·
Συρίζων δ' ὁ κηροδέτας

Mutationem autem fieri, felicitas.
Post enim res secundas infortunium
Vitam duram facit hominibus.
Te vero, O domina, Argiva
Navis quinquaginta-remis-acta vehet domum.
Modulans vero cera-compacta

inciderant, quamquam vulgatum κάμνεις defendi potest, vid. Brunck. ad Soph. Trach. v. 2. Fraudem librariis fecit littera proxime sequens, quam bis scripserunt. Marklandi in hunc locum emendationes non maximi sunt pretii. *Seidl.*

1121. Legendum: μεταβάλλειν δ', εὐδαιμονία. *Musg.*

Μεταβάλλει δυσδαιμονία.] Explicare fortasse possis: *mutatur* (μεταβάλλει pro μεταβάλλεται, ut sæpe apud Euripidem,) *infortunium* scil. his, qui semper infelices fuerunt, i. e. his infortunium non est infortunium, propterea quod meliorem aliam sortem non norunt. Sed nimis abrupta oratio est. Quare legendum suspicor:

ἐν γὰρ ἀνάγ-
καις οὐ κάμνει σύντροφος ὢν
μεταβάλλειν δυσδαιμονίαν,

ut infinitivus pendeat a κάμνει. Sensus erit: qui semper infelix fuit, is fortunam suam quamvis iniquam mutare non laborat, sed fert patienter, quoniam felicitatis, quam non expertus est, desiderio nullo agitur. Κάμνειν simili modo occurrit Iphig. Aul. v. 1143. μὴ κάμνης λέγων. Fragm. Incert. B. v. 41.

μὴ κάμνε πατρίδα σὴν λαβεῖν πειρώμενος.

Quod κάμνειν fere cum participio jungitur, ea re parum moveor, quandoquidem alia quoque verba, quæ cum participio poni amant, veluti οἰκτείρεσθαι, ἄχθεσθαι, αἰσχύνεσθαι, παύειν, alia haud raro infinitivum comitem habent. *Seidl.*

1122. μετ' εὐτυχίας] Scaligeri εὐτυχίαν ambiguitatem tollit. βαρὺς αἰὼν, ut βραχὺς αἰὼν, Bacch. 391. *Markl.*

μετ' εὐτυχίας] Scaliger μετ' εὐτυχίαν recte, nisi εὐτυχίας etiam in accusativo plurali legeretur. *Barnes.*

Vulgo τὸ γὰρ μετ' εὐτ. Sed illud γὰρ profectum arbitror ab interpolatore metrico, qui numeros strophicis æquare vellet, ubi legisset κύκνειον. Non magis metro quam nexui favet particula δέ. Εὐτυχίας recte Barnesius accipit pro plurali, cf. Ion. v. 480. et 1505. Quo melius autem totus hic locus intelligatur, conferri possunt, citante Marklando, Hercul. Fur. v. 1282. Troad. v. 641. Hel. v. 417. Addo, quod magis etiam appositum est, Fragm. Belleroph. XVI. *Seidl.*

1124. s. σὲ μὲν, πότνι' Ἀργεία, Πεντηκόντορος] Distinguendum, Καὶ σὲ μὲν, πότνι', Ἀργεία Πεντηκόντορος οἶκον ἄξει· nempe, navis illa quæ Oresten et Pyladen advexerat, quam πεντηκόντορον fuisse scimus ex v. 1348. πότνι' est, *O domina*, Iphigenia: Troad. 292. Helen. 225. et alibi. Huic σὲ μὲν, mox respondet ἐμὲ δέ. *Markl.*

Distinguendum:

Καί σε μὲν, Πότνι', Ἀργεία
πεντηκόντορος —

Et te quidem, Domina, navis Argiva quinquaginta remis instructa. Musg.

Καὶ σὲ μὲν, πότνι', Ἀργ. Πεντ.] Recte sic interpungunt Marklandus et Musgravius, conjungentes Ἀργεία πεντηκόντορος, scil. ναῦς, coll. v. 1348. Vulgo copulant πότνι' Ἀργεία. In antiquissimis editt. hic versus interpunctione omni caret. *Seidl.*

1125. Πεντηκόντορος] Subaudi ναῦς: Proprie longa navis quinquaginta remorum, et absolute; de eadem enim infra v. 1348. in illa πεντήκοντα ναύτας fuisse

Κάλαμος οὐρείου Πανὸς,
  Κώπαις ἐπιθωΰξει·
Ὁ Φοῖβός θ᾽ ὁ μάντις, ἔχων
Ἑπτατόνου κέλαδον λύρας,
  Ἀείδων, ἄξει λιπαρὰν
Εἰς Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν·

Fistula montani Panis
  Adhortabitur sono remos.
Et Phœbus vates, ciens
strepitum septem-fidibus-canoræ lyræ,
  Canens, ducet *te* locupletem
Atheniensium usque in terram.

dicit, alludens ad ἔτυμον et confirmans. Dicitur παρὰ τὸ πεντήκοντα ἐρετμοῖς ἐρέσσεσθαι. Navis Argo autem putabatur prima πεντηκόντορος fuisse apud Græcos, quam tamen Theocritus in Hyla τριακοντάζυγον, i. e. ἑξηκόντορον, vocat. Antea parvis naviculis et acatiis utebantur. Phœnices primi has longas naves excogitarunt, quarum prima, Græcis nempe cognita, Danai fuit; de qua Apollodorus Biblioth. Lib. II. §. 4. Quam et Euripides in Helena πεντηκόντορον Σιδωνίαν vocat. *Barnes.*

1126. Συρίζων, etc.] Κέλευσμα ναυτικὸν quodammodo innuit. Κηροδέτας, idem, quod κηρόδετος, ἤγουν, κηρῷ δεδεμένος, ἡρμοσμένος. *Barnes.*

1128. ἐπιθωΰξει·] Vid. Abresch. Miscell. Obs. VI. 2. p. 405. *Seidl.*

1129. Forte, ὁ Φοῖβός θ᾽ ὅγε μάντις, &c.] Vulg. ὁ μάντις. vid. antistroph. *Markl.*

1129.ss. Ὁ Φοῖβός θ᾽ ὁ μάντις, ἔχων | κέλαδον ἑπτατόνου λύρας, | ἀείδων ἄξει λιπαρὰν | εὖ σ᾽ (Ald. εἰς) Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν·] Male εὖ σ᾽ pro εἰς Bothius, Zimmermannus, Seidlerus, Matthiæ. Legendum ὡς, auctore Marklando, cujus verba sunt: *Dubito an Græci scribant* εἰς ἐπὶ. *Frequenter occurrit* ὡς ἐπὶ. Exempla collegerunt Wetstenius ad Lucæ verba ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, Act. Apost. xvii. 14. Hoogeveenius et Zeunius ad Vigerum, p. 567. Sturzius Lexico Xenophonteo v. Ὡς, pp. 607. 616. aliique. Ceterum paullo ante v. 1126. pro συρίζων δ᾽ repone συρίζων θ᾽. *Elmsl.*

θ᾽ ὁ μάντις,] Marklandus syllabis inhærens proponit θ᾽ ὅγε μάντις, quo metrum potius corrumpitur. Non magis audiendus est, proximo versu voces transponens ἑπτατόνου κέλαδον λύρας. Vid. de Verss. Dochm. p. 349. seq. Iphig. Aul. 753.

ἄγυρις Ἑλλάνων στρατιᾶς
ἀνά τε ναυσὶν καὶ σὺν ὅπλοις,

ant. v. 764.

Τρῶες ὅταν χάλκασπις Ἄρης
πόντιος εὐπρῴροισι πλάταις. *Seidl.*

1130. κέλαδον ἑπτατόνου, &c.] Muta sedes vocum, Ἑπτατόνου κέλαδον λύρας. *Markl.*

κέλαδον ἑπτατόνου] Transponit has voces Marklandus met. gr. *Musg.*

1132. Εἰς Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν·] Dubito an Græci scribant εἰς ἐπί. frequenter occurrit ὡς ἐπί. *Markl.*

Legendum videtur: ἔς τ᾽ Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν, *usque ad Atheniensium terram.* Sic ἔς τ᾽ ἐπὶ Ῥηβαίου προχοὰς, Apoll. Rhod. II. *Musg.*

Εἰς Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν·] Insignis pleonasmus εἰς et ἐπὶ, sic ἐπιπρὸ, Apollon. Argon. sic προπροκυλινδόμενος, etc. *Barnes.*

Reisk. εἰς Ἀθηναίων ἀκτὰν, aut potius ἐς Ἀθηναίων ἐρινήρη γᾶν. — Heath. pro ἐπὶ legit ἔτι. *Beck.*

Vulgo εἰς Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν· Ut talis pleonasmus tolerari possit, tamen si leni emendatione vitari queat, equidem vitandum puto. Nostro loco poëtam ita scripsisse, ut emendavimus, nemo facile erit, qui neget. Neque jam repugnat Hermannus, qui hoc pleonasmi genus tangit in Dissert. de Ellipsi et Pleon. p. 201. seq. Similiter Noster Hec. v. 1273. εὖ δ᾽ ἐς πάτραν πλεύσαιμεν. *Seidl.*

Ἐμὲ δ' αὐτοῦ λιποῦσα,
Βήσει ῥοθίοις πλάταις.
Ἀέρι δ' ἱστία, καὶ πρότονοι κατὰ
Πρῷραν, ὑπὲρ στόλον,

Me vero hic relicta,
Fereris impetuosis remis.
Ventis autem fausta rudentes ad
Puppim et super rostrum

1133. Hic et sequens versus antistrophicis suis non respondent. Atque antistrophici quidem apertis vitiis laborant, tamen nec nostros ab omni parte sanos putem. Quare, quum mendorum sedes incerta sit, ab emendatione eorum abstinere malui. Vid. ad antistr. *Seidl.*

1134. ῥοθίαις πλάταις.] A. B. ῥοθίοις. Recte et Attice. V. 1135. Legendum, Ἀέρι δ' ἱστία καὶ πρότονοι, &c. vulgo deest καί. et in antistrophe, v. 1151. scrib. Ἔς τ' ἔριν pro Ἐς ἔριν. *Markl.*

πλάταις.] Legendum metri causa ἐλάταις, quod et magis poëticum est.

ῥοθίῳ κώπῃ habet Aristides, Tom. III. 716. *Musg.*

Vulgo ῥοθίαις, quod hic fortasse non spernendum. *Seidl.*

1135. Reisk. scribit: ἀέρι δ' ἱστία προτενεῖς. *Beck.*

Etiam hic versus a metro laborat, ab sensu totus locus. Marklandus, quo versum expleret, post ἱστία inseruit καί, quod prorsus absonum est. Nam πρότονοι, i. e. *funes*, non possunt explicare *pedem* navis, qui ipse erat funis. Imo ne vela quidem recte dicuntur *explicare* pedem navis, quem potius *extendunt*. Pedes e contrario explicant velum. Sed videamus de singulis. Πρότονοι proprie sunt duo majores illi funes, quibus malus proram et puppim versus illigatur. Scholiastes ad Eur. Hec. v. 111. πρότονος, τὸ σχοινίον, δι' οὗ δεσμοῦσι τὸν ἱστόν. Apollon. Rhod. I. 563.

δὴ ῥα τότε μέγαν ἱστὸν ἐνεστήσαντο μεσόδμῃ,
δῆσάν τε προτόνοισι, τανυσσάμενοι ἑκάτερθε.

ubi Scholiastes: προτόνους δὲ τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ ἱστοῦ ἐπὶ τὴν πρῷραν καὶ τὴν πρύμναν ἐκτεινόμενα σχοινία, coll. v. 1204. Hesychius: πρότονοι, οἱ ἑκατέρωθεν τοῦ ἱστοῦ σχοῖνοι ἐκτεταμένοι εἰς τὴν πρῷραν καὶ πρύμναν ἔμπροσθεν. cf. statim sub v. προτόνοισι. Hæc propria vocis significatio est. Translate deinde usurpatur de quovis fune nautico. vid. Etym. M. p. 804. 49. Zonaras sub v. coll. Nostri Hec. 111. Nostro loco propria potius quam translata significatione accipiendum esse persuadet stoli et pedis simul illata mentio. Quid στόλος fuerit, explicat Apollonii Scholiastes ad Lib. I. v. 1089. στόλος λέγεται τὸ ἐξέχον ἀπὸ τῆς πτυχῆς καὶ διῆκον ἄχρι τῆς πρῴρας ξύλον. Pollux I. 86. τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ ἐμβόλου καὶ τῆς προεμβολίδος ὁ στόλος ἐστὶν ὑπὲρ τὴν στεῖραν, ὃς καὶ περικεφαλαία καλεῖται. Minus accurate Hesychius: στόλος — καὶ ὁ τῆς νεὼς ἔμβολος λέγεται, τὸ εἰς ὀξὺ συνεστραμμένον. Navis autem πόδες erant duo funes, qui ab utraque inferiore veli parte, sive ab angulis veli, exeuntes in navi puppim versus alligabantur. Schol. ad Eur. Orest. v. 698. λέγεται δὲ οὕτω (πούς) σχοινίον, τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου. Clarius Schol. Aristoph. ad Eq. 436. πόδας δὲ καλοῦσιν οἱ ναῦται τοὺς παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη κάλως ἐκδεδεμένους τῆς ὀθόνης. Unde intelligitur, cur utroque pede intento ventus majori vi velum impleverit, quam alterutro sive utroque relaxato. Locus classicus de funibus nauticis exstat apud Apollon. Rhodii Schol. ad Lib. I. v. 567. κάλωας δὲ τὰ σχοινία, νῦν μὲν οἷς ὁ ἱστὸς ἰσχυρὸς ποιεῖται ἀφ' ἑκατέρου τοῦ πλευροῦ τῆς νεώς· καὶ καθόλου δὲ πᾶν σχοινίον κάλως λέγεται. Διὸ καὶ διαιροῦντες αὐτούς, οἷς μὲν κατάγεται τὸ ἱστίον, μεσουρίας λέγουσιν· οἷς δὲ ἰσχυροποιεῖται ὁ ἱστὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους ἐπὶ τὴν πρῷραν, (insere καὶ τὴν πρύμναν), προτόνους· τοὺς δὲ κατὰ τὰς γωνίας, (i. e. veli *angulos*. Mire explicat Schneiderus in Lexico v. πούς de angulis venti.) πόδας. ἐφεξῆς δὲ τούτων πρόποδας· μεθ' οὓς εἰσὶν οἱ καλούμενοι τέρθριοι· εἶτα οὓς λέγουσι μέσους. His ita explanatis, explanavi autem, non quod nova docere putarem, sed quod multos de his rebus aut

Ἐκπετάσουσι πόδα
Ναὸς ὠκυπόμπου.
Λαμπρὸν ἱππόδρομον βαίην, ἀντιστροφὴ β'.
Ἔνθ' εὐάλιον ἔρχεται πῦρ·

Extendent carbasa
Navis celeriter-euntis.
Utinam venirem *in* splendidum circum,
Quâ solis ardens ignis iter facit.

errantes aut ambigentes video, neque adeo a Scheffero, qui singularem de militia veterum navali librum scripsit, cuncta satis explicata aut confirmata sunt, his, inquam, explanatis nostrum locum sic corrigo:

ἀέρι δ' ἱστία πρὸ προτόνου κατὰ
πρῷραν ὑπὲρ στόλον ἐκπετάσουσι πόδες
ναὸς ὠκυπόμπου.

Vento vela ante mali funem a prora super stolum explicabunt pedes navis celeriter euntis. Quæ omnia fieri necesse erat, quando pleno velo secundoque vento navigabatur. Noster Hel. 1459. κατὰ μὲν ἱστία πετάσατ' αὔραις λιπόντες ἐναλίαις, Homer. Odyss. ε'. v. 269. οὔρῳ πέτασσ' ἱστία, Apollon. Rhod. II. v. 902. ἐκ δ' ἔχεαν πίσυνοι ἀνέμῳ λίνα. Præpositio πρὸ, quam ob syllabam sequentem librarius omiserat, vocalem producit ante mutam cum liquida, ut moris est in dactylicis numeris. Facile est, quod πόδα in πόδες mutavi, vid. Schæf. Mel. Crit. p. 29. qui citat Porson. ad Eur. Hec. p. 50. Vulgatum πόδα etiam hanc offensionem habet, quod dactylos secus atque in antistropha in brevem syllabam exire facit. Ceterum cum Ald. dedi πρῷραν pro vulg. πρώραν. *Seidl.*

1136. στόλος hic est rostrum navis. Hesychius: στόλος, ὁ τῆς νεὼς ἔμβολος, τὸ εἰς ὀξὺ συνεστραμμένον. Scholiastes in Lib. I. Apollon. Rhod. στόλος δὲ λέγεται τὸ ἐξέχον ἀπὸ τῆς πτυχῆς, καὶ διῆκον ἄχρι τῆς πρώρας ξύλον. vid. et Polluc. Lib. I. sect. 86. Hinc si πρώραν retinetur, tautologia erit, adeoque legendum κατὰ πρύμναν, ὑπὲρ στόλον τ', i. e. *tam in puppi, quam in prora.* Favet vox προτόνοι, quam sic Apollonii interpres exponit: προτόνους δὲ τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ ἱστοῦ ἐπὶ τὴν πρώραν καὶ τὴν πρύμναν ἐκτεινόμενα σχοινία. in Lib. I.

ὑπὲρ στόλον non est *super classicum apparatum*, sed *super antennam:* nam στόλος est *omne lignum teres.* v. Hes. h. v. *Reisk.*

Constructio loci ita instituenda: Πρότονοι δὲ κατὰ πρῷραν ἐκπετάσουσι ἱστία ἀέρι ὑπὲρ στόλον, ἱστία δηλονότι ὄντα πόδα ναὸς ὠκυπόμπου. ὑπὲρ στόλον vertendum *supra rostrum.* v. Poll. On. 1. 86. Hes. V. Στόλος. Vossius ad Catull. p. 12. negat, pedem veli ad proram, ubi erat στόλος, religatum dici posse, cum pedes revera sint funes, quibus interiores veli anguli puppim versus adducuntur. Unde censet, στόλον h. l. potius esse clavum gubernaculi prope quem pes veli adstringebatur. At quæritur, fueritne hæc primaria voc. στόλος significatio. Deinde Eurip. non dicit, pedem veli ad proram fuisse religatum, sed vela expansa supra *navis rostrum* prominuisse, quod evenire, secundante vento, necesse erat, si velum navis maximum ante malum proram versus appendebatur, non pone malum versus puppim. Quid, quod de funibus, qui pedes appellantur, nullus hic sermo. Nam πόδα ναὸς per appositionem subjungitur τῷ ἱστία, ut intelligatur, vela navibus idem officii præstare, quod animalibus pedes. Alias πρότονοι ipsi funes, funem etiam πόδα explicare dicentur, quod nemo finxit. Verte: *Funes vero ad proram explicabunt aëri supra rostrum navis vela, pedem* scilicet *navis celeriter progredientis. Heath.*

1137. πόδας navis qui vela dixerit, neminem novi. Non displiceret πτερὰ, ut Hesiod. Op. et Dieb. v. 628. si per metrum liceret. Forte ita constituendus locus:

ἀέρι δ' αἴσια πρότονοι
κατὰ πρύμναν, ὑπὲρ στόλον τ'
ἐκπετάσουσιν ὅπλα —

αἴσια ὅπλα, *fortunata vela.* ὅπλων nomen

Οἰκείων δ' ὑπὲρ θαλάμων
Πτέρυγας ἐν νώτοις ἁμοῖς
Λήξαιμι θοάζουσα·
Χοροῖς δὲ σταίην, ὅθι καὶ
Παρθένος εὐδοκίμων γάμων,

Super autem domesticos thalamos
Alas in meis humeris
Desinerem agitare.
Et starem *in* choris, ubi etiam
Virgo laudatis in nuptiis,

etiam *vela* complecti docebit collatus Oppian. Cyneget. I. v. 121. IV. v. 61. *Musg.*

Ἐκπετάσουσι πόδα] Scaliger legit πόδε, dualiter, mallem πόδας pluraliter. Quod vero πόδες ναὸς sint σχοινία τινὰ, καὶ αἱ κῶπαι, adeundus Eustathius in Homerum fol. 1515. l. 28. et fol. 1534. l. 23. Πόδα autem recte hic stabit, et ποῦς proprie dicitur σχοινίον τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου, ut Schol. in Orest. *Barnes.*

Reisk. emendat ἐκπετάσασα, *protendes*, i. e. *protensa permittes vela aëri, in prora super antennam expansum habens funem inferiorem navis celeriter meantis. Beck.*

1139. Λαμπρὸν ἱππόδρομον, &c.] Mens Chori in his quinque versibus est, Utinam possem volare per aëra ad domum meam et thalamum in Græcia, atque ibi deponere remigium alarum, et ducere choreas quemadmodum solebam! *Markl.*

ἱππόδρομον] Recte interpretatur Barnesius; Cœli amplum spatium, in quo Sol equis suis invectus, et Aurora Stellæque quasi suis cursibus exercentur, ut in magno quodam circo. *Musg.*

Λαμπρὸν ἱππόδρομον βαίην] Cœli amplum spatium, in quo Sol equis suis invectus, et Aurora, Stellæque quasi suis cursibus exercentur; ut in magno quodam circo. De Hippodromis autem Olympico et Eleorum vid. Pausaniam; de Constantinopolitano, qui fuit longus 550 passus, 120 latus, vid. Jac. Sponii Itiner. Par. 1. p. 231, &c. *Barnes*

1140. εὐάλιον] In vet. ed. est εὐάλεον. non de solo igni hic sermo est, sed de sacro quodam in pervigiliis, e. c. Cereris, aut Bacchi, usitato; num igitur ἔνθ' ἐννύχιον. *Reisk.*

1142. ἐν νώτοις ἁμοῖς] Avis an recte dicatur alas in tergo agitare, valde dubito. Legendum, ni fallor, ἐν γνωτοῖς, *inter familiares et amicos.* deinde pro ἁμοῖς, ἀμφὶς, quod cum θοάζουσα connectendum. ἀμφὶς θοάζουσα, *utrinque agitans. Musg.*

ἐν νώτοις ἁμοῖς] Valde dubitat Musgravius, an avis recte dicatur alas in tergo agitare. At homini saltem si tribuentur alæ, ubinam eas habebit nisi a tergo? *Seidl.*

1143. λήξαιμι est, i. q. τύχοιμι. *utinam contingeret mihi, ut quaterem alas meas super ædibus paternis.* id est, ut possem domum in patriam evolare. *Reisk.*

1145. Παρθένος εὐδοκίμων γάμων,] Quæro an εὐδόκιμος γάμων, i. e. ἕνεκα γάμων, *quod ad nuptias attinet, virgo bonæ existimationis:* et quæ proinde sperare potui honesti alicujus mariti nuptias: ζῆλον οὐ σμικρὸν γάμου ἔχουσα, Hecub. 352. licet ibi sensu forte diverso. *Filiam egregiæ spei* hoc modo interpretatur Acidalius ad Tacit. vit. Agric. c. 9. Sed nescio an intelligam hunc locum. *Markl.*

1145. ss. Παρθένος εὐδοκίμων γάμων,] Intricatissimus sane locus, quem vide, Lector, an satis commode expediverim. Lego:

— — ὅθι καὶ
Παρθένος ηὐδοκίμουν, γάμῳ
Παρὰ πόδ' εἱλίσσουσα φίλας
Ματρὸς ἡλίκων θιάσους,
Ἐς ἁμίλλας χαρίτων
Χλιδᾶς ἁβροπλούτοιο
Ἐς ἔριν ὀρμένα, πολυποίκιλα
Φάρεα καὶ πλοκά-
μου περιβαλλομένα
Γένυσιν εὐσκίαστον.

γάμῳ, *in festo nuptiali.*

παρὰ ποδὶ φίλας ματρὸς, *juxta pedem caræ matris.* Sic construenda esse hæc ostendit versus Q. Calabri ex Lib. V.

Παρὰ πόδ' εἱλίσσουσα φίλας
Ματρὸς ἡλίκων θιάσους,
Ἐς ἁμίλλας χαρίτων,
Χαίτας ἁβροπλούτοιο
Ἐς ἔριν ὀρνυμένα, πολυποίκιλα

Ad pedem charæ
Matris, æqualium thiasos flectens
Ad certamen gratiarum,
Comæ mollis ac opulentæ
Ad certamen incitata, variegatas

Ἐν δὲ χοροὶ ἵσταντο νέων, παρὰ ποσσὶ γυναικῶν.

Χλιδᾶς pro χαίτας Marklandi emendatio est, probabilis quidem, sed ut vulgata tamen non spernenda sit. Confer Ovid. Epist. Cydip. ad Acontium, 88, 89.

ὀρμένα metri causa pro ὀρνυμένα. Exstat Soph. Œd. Tyr. 187.

πλοκάμους sine epitheto positum, v. 1151. exile et frigidum videbatur, in loco utique, ubi ornatus virginis, qualis festis diebus solebat esse, depingendus erat. Denique, si ἐσκίαζον retinetur, commemorabitur obumbratio genarum, tanquam res cognitu per se digna: si εὐσκίαστον reponas, commemorabitur quidem, sed ut rei alius accessio. Vox εὐσκίαστος exstat Soph. Œd. Col. 1779.

Si major in metris ἀκρίβεια desideratur, legi potest παραὶ πόδ', v. 1146. et in stropha ἀοιδιᾶν a verbo ἀοιδιάω.

Malim nunc γάμων retinere, ut constructio sit: σταίην δὲ [ἐν] χοροῖς γάμων, ὅθι καὶ παρθένος ηὐδοκίμουν. Quæ sequuntur, descriptio sunt temporis præteriti; ejus sc. in quo ηὐδοκίμει. *Musg.*

Heath. ad εὐδοκίμων γάμων supplet ἀξία, vel simile quid. *Beck.*

εὐδοκίμων γάμων,] Perperam quidam construunt χοροῖς εὐδοκίμων γάμων; nam particula ὅθι pertinet ad verbum ἐσκίαζον, v. 1152. Neque bene conjungi possunt παρθένος εὐδοκίμων γάμων, quod dictum sit pro νύμφη εὐδοκίμου νυμφίου. Marklandus proponit εὐδόκιμος γάμων, i. e. ἕνεκα γάμων, quod displicet. Vulgatæ lectionis unam explicationem relictam video, ut genitivus εὐδοκ. γάμων pendere putetur a θιάσους v. 1147. cui constructioni certe non obest alter genitivus ἡλίκων, qui cum θιάσους quasi unam notionem efficit. *Seidl.*

1146. Παρὰ πόδα significat *coram*. *Seidl.*

1147. ἡλίκων θιάσους,] Quid sit thiasus, et unde dicatur, videsis Eustathium in Homer. in titulis Θίασος et Θιασώτης, præsertim quæ nos diximus ad Phœniss. v. 808. *Barnes.*

1148. Metri causa Heath. legit: ἐς χαρίτων ἁμίλλας. Versum enim esse antispasticum dimetrum brachycatalectum, ex epitrito quarto pentasyllabo et spondeo. *Beck.*

1148. s. Difficilis et incerta horum versuum emendatio est, ut jam monuimus ad stropham. Videtur aliquid deesse, sed quo loco, non ausim definire. Copulam aliquam jam alii desiderarunt. Numeros, quos alter versus refert:

χαίτας ἁβροπλούτοιο,

paulo ante habuimus, v. 1143.

λήξαιμι θοάζουσα.

Pro χαίτας non male Marklandus conjicit χλιδᾶς. Sed comæ etiam delicate et copiose ornabantur. Noster Med. 1157.

χρυσοῦν τε θεῖσα στέφανον ἀμφὶ βοστρύχοις
λαμπρῷ κατόπτρῳ σχηματίζεται κόμην.

Andromach. 147.

κόσμον μὲν ἀμφὶ κρατὶ χρυσίας χλιδῆς.

coll. Nostri Electr. 870. Reliquas interpretum conjecturas omitto. *Seidl.*

1149. Χαίτας ἁβροπλούτοιο.] Scribo χλιδᾶς ἁβροπλούτοιο Ἔς τ' ἔριν ὀρνυμένα, &c. ortus error ex frequenti commutatione literarum Α et Λ, et pronunciatione Δ et Τ. Χλίδημα hoc est Iph. Aul. 74. significat

Φάρεα, καὶ πλοκά-
μους περιβαλλομένα,
Γένυσιν ἐσκίαζον.

Stolas et cincinnos
Circumfundens,
Genas adumbrabam.

ARGUMENTUM ACTUS QUINTI.

Thoas, rex Tauricæ regionis, de humanis victimis quæsiturus supervenit: Iphigenia illi palpum obtrudit, dicens, illos prius ad mare deducendos, ablutionis gratia, utpote parricidio impiatos, ipsumque simul simulacrum, ab iis utique contaminatum. Servo præterea exponit, nemini civium fas esse, huic negotio interesse, paucos tantum stipatores a rege poscit, quos sciat Græcis apud navem opperientibus inferiores facile futuros. Chorus, ne otiosa esset scena, laudes Apollinis canit, natalitia ejus nempe, et victoriam, de Pythone serpente reportatam, quodque oraculum Delphicum, pulsa Themide, occuparit. Nuntius regi Thoanti fugam Iphigeniæ et Orestis cum Dianæ simulacro refert: ille navales copias paraturus ad simulacrum repetendum, a Minerva inhibetur; quæ deorum consilium exponit, et harum omnium rerum ab iis ordinatarum necessitatem.

ΘΟΑΣ.

Ποῦ 'σθ' ἡ πυλωρὸς τῶνδε δωμάτων γυνὴ

THOAS.

Ubinam est custos harum ædium mulier

cultum et elegantiam in vestibus. Vide Andromach. 147. Rhes. 957. *Markl.*

1150. Εἰς] Vulgo ἐς, Marklandus ἔς τ', sed copulam in antecedentibus potius desideraverim. *Seidl.*

1151. s. Recte Heathius comma post περιβαλλομένα delet et ponit post γένυσιν. Possis quidem ad ἐσκίαζον intelligere αὐτὰς, scil. γένυας, coll. Hippol. 133. κεφαλὰν σκιάζειν, Androm. 1104. δάφνῃ σκιασθεὶς, Phœniss. 1499. οὐ προκαλυπτομένα ἁβρὰ παρηΐδος, Bacch. 447. πλόκαμος γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος; sed præstat ἐσκίαζον accipere pro ἐσκιαζόμην. Noster Bacch. 1040.

ἣν δ' ἄγκος ἀμφίκρημνον ὕδασι διάβροχον
πεύκαισι συσκιάζον,

ubi vid. Brunck. coll. Matthiæ Gramm. Græc. §. 496. p. 688. seq. Musgrav. ad Soph. Œd. Reg. 987. et Eur. Phœniss. 1152. Lobeck. ad Ajac. p. 247. fin. Quod Canterus proponit, γένυ συνεσκίαζον, non potest ferri, quod, utpote femininum, accusativum semper format γένυν. In Ion. 1427. γένυ dativus est, scribendumque γένυι, et in Androm. v. 1170. legendum est γόνυ, coll. Nostr. Suppl. 289. Herc. Fur. 1200. Itaque Marklando non obtemperandum, qui hanc vocem lexicis inferri jubet. *Seidl.*

1152. Γένυσιν ἐσκίαζον.] Canterus, Γένυ συνεσκίαζον. Si quid mutandum, mallem vel, Γένυσ' ἐνεσκίαζον, vel, Γένυας ἐσκίαζον, ut κεφαλὰν σκιάζειν, Hippol. 133. nam γένυν συσκιάζειν dicitur (Supplic. 1229.) de viris, quibus prima barba genas vestit vel obumbrat. σκιάζεται γένυς, de re eadem Phœniss. 63. Γένυ occurrit in Ion. 1427. et Androm. 1170. Lexicis abest. *Markl.*

Ἑλληνίς; ἢ δὴ τῶν ξένων κατήρξατο;
Ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς σῶμα λάμπονται πυρί;
ΧΟ. Ἥδ' ἐστιν, ἥ σοι πάντ', ἄναξ, ἐρεῖ σαφῶς.
ΘΟ. Ἔα· τί τόδε μεταίρεις ἐξ ἀκινήτων βάθρων,
Ἀγαμέμνονος παῖ, θεᾶς ἄγαλμ' ἐν ὠλέναις;
ΙΦ. Ἄναξ, ἔχ' αὐτοῦ πόδα σὸν ἐν παραστάσιν.

Græca? an jam hospitum cædem auspicata est?
Num in castis adytis corpora ardent igni?
Cho. Hæc est, quæ tibi, rex, cuncta clare dicet.
Tho. Age, cur hanc transfers ex non movendis sedibus,
Agamemnonis filia, deæ statuam brachiis?
Iph. O rex, ibi siste tuum pedem in porticu.

Canter. legit *γένυ συνεσκίαζον*, sed nulla opus mutatione, *γένυσιν* jungi debet cum *περιβαλλομένα*, et comma post *γένυσιν* poni. *Heath.*

1154. ss. Ποῦ 'σθ' ἡ πυλωρὸς τῶνδε δωμάτων γυνὴ | Ἑλληνίς; ἤδη (Ald. ἑλληνὶς, ἢ δὴ) τῶν ξένων κατήρξατο; | ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς σῶμα λάμπονται πυρί;] Aliæ edd. ἢ δὴ et ἦ δὴ. Reiskio et Valckenario ad Phœn. 576. debetur ἤδη. Legendum, ἆρα τῶν ξένων (vel τοῖν ξένοιν ut vv. 1179. 1189.) κατήρξατο, | ἀδύτοις τ' ἐν ἁγνοῖς σῶμα λάμπονται πυρί; Aristophanes Ach. 393. Ὥρα 'στὶν ἤδη καρτέραν ψυχὴν λαβεῖν. Cod. Rav. ἄρα μοι pro ἤδη. Fortasse legendum Ὥρα 'στὶν ἆρα κ. ψ. λ. Idem liber recte ἀεὶ pro ἤδη, v. 608. * Mox recte Bothius ἀδύτοις τ' ἐν ἁγνοῖς. Idem pessime σώματ' ἀναλάμπει πυρί. Vulgatam non improbo. Mallem tamen, si consentirent libri, σῶμα δαίονται πυρὶ, ut in Heracl. 913. πυρὸς δεινᾷ φλογὶ σῶμα δαισθείς. Tro. 824. ἁ δέ σε γειναμένα πυρὶ δαίεται. Jacobsio placet σῶμα δάπτονται πυρί. *Elmsl.*

1154. Hic initium tertii actus constituit Prev. *Beck.*

Ποῦ 'σθ' ἡ πυλωρὸς τῶνδε δωμάτων γυνὴ
Ἑλληνίς; ἢ δὴ τῶν ξένων κατήρξατο;
ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς σῶμα ΛΑΜΠΟΝΤΑΙ πυρί;

Hæc non intelligo; omnes tamen hunc locum sicco pede transierunt. Scripseratne forsitan Euripides:

ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς σῶμα ΔΑΠΤΟΝΤΑΙ πυρί;

Ignis enim devorare et comedere dicitur. V. N. Heinsium in Consolat. ad Liviam. 134.

Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.

Virgil. Georg. III. 566. *contactos artus sacer ignis edebat.* Æschylus Prometh. 368. Ποταμοὶ πυρὸς ΔΑΠΤΟΝΤΕΣ ἀγρίοις γνάθοις Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευρὰς γύας. Choëphor. 322. φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει Πυρὸς ἁ μαλερὰ γνάθος. Hæc olim. Nunc tamen, ut ingenue fatear, hæc emendatio se mihi minus probat. Mendum fortasse in *σῶμα* hæret. Acutiores videant. *Jacobs.*

1155. ἤδη legi vult Reisk. *Beck.*

ἤδη] Aldus ἢ δὴ, quod ducit ad ἢ δὴ, ut habent Brubach. et Hervag. Vulgo ἦ δὴ. Quod edidimus, Thoantis festinationi videtur accommodatissimum. *Seidl.*

1156. *σῶμα* est accusativus. *Seidl.*

1159. ἐν ὠλένῃ;] Omnes Gall. εν ωλεναις. recte: *in brachiis.* ἀγκάλαις, v. 290. *Markl.*

ὠλέναις habent ambo MSS. et P. cui vulgata ὠλένῃ locum facere debuit. *Musg.*

ὠλέναις;] Aldus ὠλένῃ.

ἄγαλμ' ἐν ὠλέναις, MS. Victor. *Seidl.*

1160. ἐν παραστάσει.] Barnes. ἐν παραστάσι; quod confirmatur omnibus MSS. Parisiensibus, παραστασιν. Dicit Iphigenia, *Rex, siste gradum in introitu templi, ibi ubi nunc es;* ne ultra procedas, neve propius ad me accedas, ne me polluas. De παραστάσιν vid. Valckenær. ad Phœ-

* In Ion. 151. legendum, εἶθ' οὕτως ἀεὶ (Ald. ἀρὰ, alii ἄρα) Φοίβῳ | λατρεύων μὴ παυσαίμαν. Ἀεὶ cum λατρεύων conjungendum est.

ΘΟ. Τί δ' ἐστιν, Ἰφιγένεια, καινὸν ἐν δόμοις;
ΙΦ. Ἀπέπτυσ'· ὁσία γὰρ δίδωμ' ἔπος τόδε.
ΘΟ. Τί φροιμιάζει νεοχμόν; ἐξαύδα σαφῶς.
ΙΦ. Οὐ καθαρά μοι τὰ θύματ' ἠγρεύσασθ', ἄναξ.
ΘΟ. Τί τοὐκδιδάξαν τοῦτό σ'; ἢ δόξαν λέγεις;
ΙΦ. Βρέτας τὸ τῆς θεοῦ πάλιν ἕδρας ἀπεστράφη.
ΘΟ. Αὐτόματον; ἤ νιν σεισμὸς ἔστρεψε χθονός;
ΙΦ. Αὐτόματον· ὄψιν δ' ὀμμάτων ξυνήρμοσεν.

Tho. Quid vero novi est, Iphigenia, in domo?
Iph. Abominor: religiose enim vocem hanc edo.
Tho. Quid dicis insolentis prooemii? eloquere clare.
Iph. Non mundas has hostias, rex, mihi venati estis.
Tho. Quid te hoc docuit? aut opinionem dicis?
Iph. Statua deæ a sua sede retro se vertit.
Tho. Ultrone, an vertit eam terræ motus?
Iph. Ultro, et clausit oculorum aspectum.

niss. 417. V. 1161. in multis editt. est δόκοις pro δόμοις: miro errore. *Markl.*

παραστάσιν.] Ita ambo MSS. et P. Vulgo παραστάσει. *Musg.*

ἐν παραστάσει.] Brodæus mavult παραστάδι, recte, ni παραστάσι rectius, certe propius ad scripturam accedit. *Barnes.*

παραστάσιν.] Aldus male παραστάσει. Παραστάσιν est a παραστάδες.

ἐν παραστάσιν, MS. Victor. *Seidl.*

1161. ἐν δόμοις;] In Canteri, Porti et Stiblini, Paulique Stephani et Hervagii editionibus δόκοις legitur, misero errore et monstroso: Scaliger emendat δόμοις, et recte; ita enim, quam unam omnibus reliquis antepono, editio Aldina, omnium antiquissima, et paucis exceptis verissima. Quin supra v. 1154. Templum illud per δώματα expressit, πυλωρὸς τῶνδε δωμάτων. *Barnes.*

1161. δόμοις;] Sic Aldus. Vitiosum δόκοις jam exstat in Brub. et Hervag. *Seidl.*

1162. ἰσία γὰρ δίδωμ' ἔπος τόδε.] Cod. C. hoc loco pro ὁσία legit οσιᾳ, casu tertio: et hoc postulat secundam personam δίδως: quod omnino verum puto: ὁσίᾳ γὰρ δίδως ἔπος τόδε· *puræ enim hoc loqueris*, i. e. *purificatæ*, et *in casto*, utpote rem sacram facturæ: quo tempore δυσφημία, et verba male ominata, maxime metuebantur; quale erat καινὸν, quod Iphigenia idcirco ἀπέπτυσε. *Markl.*

Ἀπέπτυσ'] Parum mihi credibile videtur, quod perhibet Marklandus, vocem καινὸν pro infausta habitam esse, idque esse, quod hic Iphigenia detestatur. An legendum:

Ἄποπτος (ὅσια γὰρ) δίδωμ' ἔπος τόδε.

E longinquo (sic enim religio est) sermonem hunc habeo. Hesychius: ἄποπτον, πόῤῥωθεν ὁρώμενον. Exstatque eo sensu apud Plutarchum vit. Camill. in fine.

Placet etiamnum conjectura in notis proposita, nisi quod pro δίδωμ', *do*, malim διδῶν, *dans*, a verbo antiquo διδόω, et utramque vocem, ἄποπτος sc. et διδῶν, ad Thoantem retulerim: ἔχε πόδα σὸν—ἄποπτος—διδῶν ἔπος—τόδε. *siste pedem tuum—longe a me remotus—sermonem hunc edens. Musg.*

ὁσίᾳ] Recepi lectionem Cod. C. Sensus: Religioni enim hoc a me verbum datur, i. e. religioni hoc a me tribuendum est, ut tali verbo utar, scil. verbo ἀπέπτυσα. Marklandus legi vult ὁσίᾳ γὰρ δίδως ἔπος τόδε, *puræ enim hoc loqueris*, i. e. *purificatæ*, et in *casto*, utpote rem sacram facturæ. Putat enim, Iphigeniam respicere ad vocem καινὸν, quæ male ominata sit. Cui explicationi jure obloquitur Musgravius, ipse tamen vanas e longinquo conjecturas petit. Vulgo legitur ἰσία, quod Brodæus explicat per ὁσίως.

ὁσίᾳ γὰρ δίδωμ' ἔπος, MS. Victor. *Seidl.*

1163. φροιμιάζῃ] Attice pro προοιμιάζῃ. *Barnes.*

ΘΟ. Ἡ δ' αἰτία τίς; ἦ τὸ τῶν ξένων μύσος;
ΙΦ. Ἥδ', οὐδὲν ἄλλο· δεινὰ γὰρ δεδράκατον.
ΘΟ. Ἀλλ' ἦ τιν' ἔκανον βαρβάρων ἀκτῆς ἔπι;
ΙΦ. Οἰκεῖον ἦλθον τὸν φόνον κεκτημένοι.
ΘΟ. Τίν'; εἰς ἔρον γὰρ τοῦ μαθεῖν πεπτώκαμεν.
ΙΦ. Μητέρα κατειργάσαντο κοινωνῷ ξίφει.
ΘΟ. Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις ἔτλη τις ἄν.
ΙΦ. Πάσης διωγμοῖς ἠλάθησαν Ἑλλάδος.

Tho. Quæ vero est causa? an pollutio hospitum?
Iph. Hæc est *causa?* et nulla alia: atrocia enim fecerunt.
Tho. Num aliquem barbarum interfecerunt in littore?
Iph. Venerunt *huc* domestica cæde polluti.
Tho. Qua? In desiderium enim sciendi incidimus.
Iph. Interfecerunt matrem communi ense.
Tho. O Apollo. Ne inter barbaros quidem quisquam hoc ausus fuisset.
Iph. Pulsi sunt ex Græcia omnibus persequentibus eos.

1166. πάλιν ἕδρας ἀπεστράφη.] Paria prodigia vide Ovid. Metam. X. 696. Senecæ Thyest. 264. quin serio relata Jul. Cæsar. de Bello Civili III. 86. ἀποστροφὰς καὶ καταμύσεις ξοάνων memorat Plutarch. in Camillo. vid. et Lycophron. 988. Q. Calabr. Lib. XIII. *Musg.*

πάλιν ἕδρας ἀπεστράφη.] Πάλιν ἀπὸ τῆς ἕδρας. Ubi πάλιν pro ὀπίσω, ut Hom. Iliad. γ'. ὄσσε πάλιν κλίνασα. Vide infra, v. 1180. *Barnes.*

πάλιν] Recte Barnesius explicat ὀπίσω. *Seidl.*

1168. ὄψιν δ' ὀμμ. ξυνήρμ. i. e. *oculos clausit.* *Seidl.*

1169. μύσος;] Hic loci acuenda est dictio, alias circumflectenda: διφορεῖται enim, ut ἴσος et καλὸς, et similia, et στύλος quoque, ut supra, v. 50. *Barnes.*

ἦ] Ita Aldus. Edd. quædam ἢ, qua emendatione scilicet nihil frequentius.

ἦ τὸ τῶν ξένων, MS. Victor. *Seidl.*

1171. βαρβάρων hic capiendum Græco sensu, de Scythis, Thoanti parentibus. *Prev.*

1172. ἦλθον τὸν φόνον κεκτημένοι.] Scio ab antiquis notatum, Atticos in accusativo solo articulum sine necessitate ponere. Hic tamen verum puto, Οἰκεῖον ἠλθέτην φόνον, &c. dualiter, *hi duo venerunt*, ut δεδράκατον, paullo ante. Sonus quoque hoc suadet. Κεκτημένοι φόνον, *habentes cædem*, i. e. *reatum* cædis. sic ἔχειν αἷμα, pro eadem re, Orest. 507. et alibi. Sed αἷμα κεκτημένοι, Supplic. 275. longe aliud est. *Markl.*

ἦλθον τὸν φόνον] Superfluum articulum toliit Marklandus legendo ἠλθέτην φόνον. Mihi hoc invenustam cæsuram efficere videtur. An verum fuerit: ἦλθόν τινα φόνον. *Musg.*

ἦλθον τὸν φόνον] Marklandus, qui articulum supervacaneum putat, proponit ἠλθέτην φόνον, Musgravius ἦλθον τίνα φόνον. At minime articulus abundat. Intellige sic: cædes ista, (i. e. quam innuo) qua polluti huc venerunt, domestica est. *Seidl.*

1174. s. ΙΦ. Μητέρα κατειργάσαντο κοινωνῷ ξίφει. | ΘΟ. Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις ἔτλη τις ἄν.] Vulgo τόδ' ἔτλη τις ἄν. Explicationem τόδ', quæ metrum corrumpit, ejecimus. Facile enim ex prægressis intelligitur μητέρα κατεργάσασθαι. Seidler. Vereor ut abesse possit τόδ', quod ante Seidlerum ejecerat Gaisfordius. Noster Med. 1336. οὐκ ἔστιν ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλληνὶς γυνὴ | ἔτλη ποθ'. Hel. 96. Οἰκεῖον αὐτὸν ὤλεσ' ἅλμ' ἐπὶ ξίφος. ΕΛ. Μανέντ'; ἐπεὶ τις σωφρονῶν τλαίη τάδ' ἄν; Frustra hunc locum tentavi in Censura Trimestri. Hodie placet, Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἤλπισ' ἄν. Subauditur γενήσεσθαι. Ita noster Hipp. 96. Ἦ κἂν θεοῖσι ταυτὸν ἐλπίζεις τόδε; Ubi εἶναι supplent interpretes. Hel. 656. Τί φῶ; τίς ἂν τάδ' ἤλπι-

ΘΟ. Ἦ τῶνδ' ἕκατι δῆτ' ἄγαλμ' ἔξω φέρεις;
ΙΦ. Σεμνόν γ' ὑπ' αἰθέρ', ὡς μεταστήσω φόνου.
ΘΟ. Μίασμα δ' ἔγνως τοῖν ξένοιν ποίῳ τρόπῳ;
ΙΦ. Ἤλεγχον, ὡς θεᾶς βρέτας ἀπεστράφη πάλιν.
ΘΟ. Σοφήν σ' ἔθρεψεν Ἑλλὰς, ὡς ᾔσθου καλῶς.
ΙΦ. Καὶ νῦν καθεῖσαν δέλεαρ ἡδύ μοι φρενῶν.
ΘΟ. Τῶν Ἀργόθεν τί φίλτρον ἀγγέλλοντέ σοι;
ΙΦ. Τὸν μόνον Ὀρέστην ἐμὸν ἀδελφὸν εὐτυχεῖν.
ΘΟ. Ὡς δή σφε σώσαις ἡδοναῖς ἀγγελμάτων;

Tho. An igitur propterea portas statuam foras?
Iph. Sub sanctum ætherem, ut amoveam a contagione cædis.
Tho. Quomodo vero deprehendisti piaculum hospitum?
Iph. Deprehendi; postquam deæ statua retroversa est.
Tho. Sapientem te nutrivit Græcia, quod *rem tam* bene senseris.
Iph. Et nunc animum meum deliniverunt illecebra suavi.
Tho. Nunciantes aliquid suave ex Argis?
Iph. Orestem meum fratrem unicum bene valere.
Tho. Videlicet ut eos servares propter voluntatem grati nuncii?

σεν βροτῶν ποτε; Emendationi meæ optime convenit Iphigeniæ responsum, Πάσης διωγμοῖς ἠλάθησαν Ἑλλάδος. *Elmsl.*

Prior syllaba in ἔτλη communis est, adeo ut τόδ' ἔτλη sit anapæstus. Vid. ad Phœniss. v. 19. *Barnes.*

Vulgo τόδ' ἔτλη τις ἄν. Explicationem τόδ', quæ metrum corrumpit, ejecimus. Facile enim ex prægressis intelligitur μητέρα κατεργάσασθαι. *Seidl.*

1176. ἠλάθησαν] Hanc formam tuetur atque illustrat Piers. ad Moer. p. 14. *Beck.*

1178. ὡς μεταστήσω φόνου.] Recte vertunt: *ut amoveam a contagione cædis. Seidl.*

1182. Καὶ νῦν καθεῖσαν δέλεαρ ἡδύ μοι φρενῶν.] Malim μου φρενῶν. De qua varietate vide ad v. 943. *Elmsl.*

καθεῖσαν] Attice pro καθίεσαν. *Barnes.*

1183. τί] Ita Aldus, qui tamen paulo post male ἀγγέλλοντί σοι.

φίλτρον ἀγγέλλοντέ σοι, MS. Victor. *Seidl.*

1185. σώσαις ἡδοναῖς] Mallem, σώσῃς, ex sono. vid. Iph. Aul. 150. *Markl.*

1187. ἐξένευσας] Ab ἐκνέω, *enato*, plerumque autem *metaphorice* occurrit pro *evado, exeo, effugio*, etc. Vid. quæ nos ad Hippolyt. v. 472. *Barnes.*

ἐξένευσεν verte *propendebas;* nam est ab ἐκνεύω. *Heath.*

ἐξένευσας] Male Barnesius derivat ab ἐκνέω. Thema est ἐκνεύω, quod jam vidit Brodæus. *Seidl.*

1189. τοῖς ξένοις] Barnesius τοῖν ξένοιν, secundi casus dualis, recte: ut v. 1179. et ita B. C. *Markl.*

τοῖν ξένοιν habent MS. G. et P. ut recte Barnesius. Ed. Ald. τοῖς ξένοις, quod hic repetitum nollem. *Musg.*

Τοῖν ξένοιν] Ita pro τοῖς ξένοις lego, ut supra, v. 1179. τὸ πέρι enim aliter quomodo stet, nescio. *Barnes.*

τοῖν ξένοιν πέρι, MS. Victor. *Seidl.*

1191. Οὐκοῦν ἐν ἔργῳ χέρνιβες,] Scribendum Οὔκουν, *nonne igitur?* et ita, v. 1197. Οὐκοῦν est *igitur:* Οὔκουν, *nonne igitur?* vel, *non igitur*, affirmative. quarum vocum distinctio accentualis centies confunditur. Ἐν ἔργῳ, ut Bacch. 616. et alibi. *in opere esse* vertit Seneca De Tranquil. Anim. c. 3. Sensus est: *Cur igitur cessas aqua lustrali eos aspergere?*

χέρνιβες, ξίφος τε σόν;] Multis non satisfaciet hoc ξίφος ΣΟΝ. et supra, v. 622. hoc mirans Orestes quærit, *Femina occidis*

ΙΦ. Καὶ πατέρα γε ζῆν, καὶ καλῶς πράσσειν, ἐμόν.
ΘΟ. Σὺ δ' εἰς τὸ τῆς θεοῦ γ' ἐξένευσας εἰκότως.
ΙΦ. Πᾶσάν γε μισοῦσ' Ἑλλάδ', ἥ μ' ἀπώλεσεν.
ΘΟ. Τί δῆτα δρῶμεν, φράζε, τοῖν ξένοιν πέρι;
ΙΦ. Τὸν νόμον ἀνάγκη τὸν προκείμενον σέβειν.
ΘΟ. Οὔκουν ἐν ἔργῳ χέρνιβες, ξίφος τε σόν;
ΙΦ. Ἁγνοῖς καθαρμοῖς πρῶτά νιν νίψαι θέλω.
ΘΟ. Πηγαῖσιν ὑδάτων, ἢ θαλασσίᾳ δρόσῳ;
ΙΦ. Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.

Iph. Et patrem meum vivere, et bene valere.
Tho. Tu vero ad deæ cultum merito inclinasti.
Iph. Ut quæ oderim universam Græciam, quæ me perdidit.
Tho. Quid igitur faciemus de duobus hospitibus? dic.
Iph. Oportet nos colere legem propositam.
Tho. Nonne ergo sunt in opere lavacra et ensis tuus?
Iph. Prius volo eos lavare purificatione religiosa.
Tho. Utrum aquis fontanis, an marino rore?
Iph. Mare abluit omnium hominum mala.

Viros? Αὐτὴ ΞΙΦΕΙ θύουσα, θῆλυς ἄρσενας; cui illa respondet negando, Οὐκ. Nihil enim erat Iphigeniæ cum *gladio:* aliorum erat victimas has humanas *cædere:* Illa solum spargebat eorum capita *aqua lustrali;* quod erat sacri hujus παρασκευή. vid. v. 40. 623. 625. unde Thoas paullo ante (v. 1155.) recte quæsivit, ἦ δὴ (ἤδη Reiskius) τῶν ξένων κατήρξατο; *num sacrificium hospitum auspicata est?* et Euripidis constantiæ melius consuluit Armentarius, v. 245. ubi Iphigeniæ suggerit χέρνιβας et κατάργματα: sed nulla *gladii* ejus mentio ibi facta est; neque hic, uti videtur, oportuit dici ξίφος ΣΟΝ: et improprie Chorus loqui videtur, v. 445, 446. et illa, v. 875. cum Oresti dicit, ἐξ ἐμῶν δαϊχθεὶς χερῶν· nisi quatenus illius *aspersionem* sequebatur ἡ σφαγή: quæ tamen non ab *illa*, sed ab *aliis*, perpetrabatur, v. 625. Nescio quomodo Thoantis sive Euripidis ξίφος ΣΟΝ in hac parte *ex toto* excusari possit. Quæro, an *levior* futura sit objectio, si, mutata una litera, legatur, Οὔκουν ἐν ἔργῳ χέρνιβες, ξίφος τε, σοί; *Nonne igitur tibi in opere est aqua lustralis, et gladius?* ita ut *gladius* non ex *necessitate* ad Iphigeniam referatur. sed *ex consequentia,* ad eos ad quos pertinebat: quæ necessitas vix eludi potest, si stet ξίφος ΣΟΝ. *Markl.*

Negaverat supra Iphigenia, v. 40. et 623. sui officii esse hospites propria manu jugulare. Hinc dubitat Marklandus, an verum sit ξίφος τε σὸν, corrigitque adeo ξίφος τε ΣΟΙ, non tamen fidenter ob similem inconstantiam, v. 445. et 881. *Musg.*

1191. Οὐκοῦν] Marklandus scribendum putat οὔκουν, vertitque: *cur igitur cessas aqua lustrali eos adspergere?* Quidni, servato οὐκοῦν, *igitur in eo es, ut aqua lustrali eos adspergas?* Pro ξίφος τε σὸν idem mavult ξίφος τε σοί, quod non propria manu Iphigenia hospites jugulaverit. Sed ξίφος σὸν est *gladius, cujus usus a te pendet,* i. e. quo cæduntur ii, quos tu jusseris. Magis offendi poterat, v. 873. ἐξ ἐμῶν δαϊχθεὶς χερῶν. *Seidl.*

1194. Citat Eustathius ad Homer. Iliad. Α'. p. 108. Etymologus, p. 127, 15. *Por.*

Θάλασσα κλύζει] Veterum hanc, non unius Euripidis, opinionem fuisse ex Apollon. Rhod. colligas, apud quem Circe, somniis nocturnis perterrefacta, caput et vestes primo mane aqua marina humectat. Confer etiam Soph. Ajac. v.

ΘΟ. Ὁσιώτερον γοῦν τῇ θεῷ πέσοιεν ἄν.
ΙΦ. Καὶ τἀμά γ' οὕτω μᾶλλον ἂν καλῶς ἔχοι.
ΘΟ. Οὔκουν πρὸς αὐτὸν ναὸν ἐκπίπτει κλύδων;
ΙΦ. Ἐρημίας δεῖ· καὶ γὰρ ἄλλα δράσομεν.
ΘΟ. Ἄγ' ἔνθα χρῄζεις· οὐ φιλῶ τἄῤῥηθ' ὁρᾷν.
ΙΦ. Ἁγνιστέον μοι καὶ τὸ τῆς θεοῦ βρέτας.

Tho. Sanctius certe deæ cadent.
Iph. Et res meæ sic rectius habebunt.
Tho. Nonne ergo ad ipsum templum fluctus alliditur?
Iph. Est opus solitudine; nam et alia faciemus.
Tho. Ducito quo vis. Haud *enim* cupio arcana videre.
Iph. Purificanda est mihi et deæ statua.

663. Hinc etiam Telemachus Odyss. β'. v. 261.

χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλὸς εὔχετ' Ἀθήνῃ.

Musg.

Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.] Fama est, Euripidem aliquando cum Platone in Ægyptum profectum, ibique ægrotantem marina a sacerdotibus Ægyptiis curatione sanatum; unde hæc post cecinit. Et ex hoc versu, quem citat in vita Platonis Laërtius, aquam marinam ad purgationes expiationesque adhiberi solitam, probant Grammatici; unde Aristophanes in Pluto — *Πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν.* Hinc Catullus — *Quantum non ultima Tethys, nec genitor Nympharum* (alias Lympharum) *abluit Oceanus.* Ex J. Brodæi notis. Ante omnes Apuleius audiendus, qui hos ritus optime callebat, is, in principio fere ultimi Metamorphoseωn libri, hæc ait: *Confestimque discussa pigra quiete, alacer exsurgo; Meque protinus purificandi studio marino lavacro trado.* De maris autem puritate, undarumque marinarum in purgationibus usu, abunde satis Jacobus Durantius Casellius Variar. Lib. I. c. 3. *Barnes.*

Θάλασσα κλύζει] Etymol. M. p. 127. 13. *φύσει δὲ τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καθάρσιόν ἐστι καὶ τὰ περιττώματα εἰς τὸν ἀπέριττον θάλασσαν βάλλεται. ὡς Εὐριπίδης, θάλασσα κλύζει πάντα ἀνθρώπων κακά.* Cf. Eustath. p. 108. Habet etiam Stobæus hunc versum Floril. p. 28. et, ut Brodæus monet, Laërtius in Vita Platonis. De voce *κλύζειν purgandi* significatione vid. Abresch. Miscell. Obs. Nov. I. p. 81. *Seidl.*

1197. *Οὔκουν πρ. — κλύδων.*] Recte in fine hujus versus Aldus signum interrogationis omittit, quod vulgo addentes vertunt: nonne ad ipsum templum fluctus alliditur? quod alienum est. Dicit Thoas: Facile igitur res perfici poterit, ad ipsum enim templum fluctus alliditur. *Seidl.*

1201. *κηλὶς ἔβαλέ νιν*] Barnes. notat in marg. al. *ἔλαβε.* non male, si cum libris. nam ita sæpe scribitur. sed sine iis nihil hic mutandum. Herc. Fur. 1210. *μὴ μύσος βάλῃ με.* Electr. 902. *μὴ μέ τις φθόνῳ βάλῃ,* vel *φθόνος.* Æschyl. Agam. 954. *μή τις φθόνος Θεῶν βάλοι.* *Markl.*

ἔβαλε] Alii, teste Brodæo, *ἔλαβε.* Sed bene Marklandus vulgatam defendit ex Herc. Fur. v. 1210. *Musg.*

ἔβαλέ νιν] Ita Aldus et omnes edd. veteres. Brodæus: alii: *ἔλαβε.* Isti qui fuerint, nescio. *Seidl.*

1202. *Οὐ γάρ ποτε νιν ἀνηράμην.*] A. B. *ου γαρ ποτ' αν νιν,* &c. Recte. Hecub. 1251. *οὐ γάρ ποτ' ἂν σύ μ' εἷλες.* Herc. Fur. 274. *Οὐ γάρ ποτ' ἄν σε δεσπότην ἐκτήσατο.* vid. v. 668. hujus dram. Sophocl. Œd. Tyr. 1469. *οὐ γὰρ ἄν ποτε Θνήσκειν ἐσώθην,* &c. ita leg. non *Θνήσκων.* *Ἐσώθην θνήσκειν,* est, *ἀπὸ τοῦ θνήσκειν, a moriendo,* seu a *morte.* Prætulissem, *Θνήσκειν γ' ἐσώθην.* *Markl.*

MSS. *ποτ' ἄν νιν,* quod verum videtur, ut simul legatur *ἠράμην.* *Musg.*

Οὐ γάρ ποτ' ἄν νιν ἠράμην] Vulgo, ut Aldus habet, *οὐ γάρ ποτέ νιν ἀνηράμην.* Sed Codd. A. B. *ου γαρ ποτ' αν νιν.* Marklandus: *οὐ γάρ ποτ' ἄν νιν ἀνηράμην.* Immo variæ lectiones ducunt ad id, quod de-

ΘΟ. Εἴπερ γε κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος.
ΙΦ. Οὐ γάρ ποτ' ἄν νιν ἠράμην βάθρων ἄπο.
ΘΟ. Δίκαιος ἡὐσέβεια, καὶ προμηθία.
ΙΦ. Οἶσθα νῦν ἅ μοι γενέσθω. ΘΟ. Σὸν τὸ σημαίνειν τόδε.
ΙΦ. Δεσμὰ τοῖς ξένοισι πρόσθες. ΘΟ. Ποῖ δέ σ' ἐκφύγοιεν ἄν;

Tho. Siquidem macula matricidarum polluit eam.
Iph. Nunquam enim *alias* eam sustulissem ex sua sede.
Tho. Laudabilis est pietas, et diligentia illa tua.
Iph. Scis quæ mihi nunc fieri debent? *Tho.* Tuum *est* hoc significare.
Iph. Addas vincula hospitibus. *Tho.* Quonam tibi effugiant?

dimus, ut etiam Musgravius sensit. *Seidl.*

1203. Δίκαιος ἡ 'υσέβεια, καὶ προμηθία.] Non dubito quin Euripides scripserit, Δίκαιος ἡ σὴ 'υσεβία, &c. ita ut σηυ- sint unius tantum syllabæ. Mallem quoque, χ' ἡ προμηθία. A. B. προμυθια. post quam vocem, ut monui infra ad v. 1215. bene inseri potuit iste iambus qui nunc inter trochaicos legitur, mutato Ὡς in Ὧν. Δίκαιος ἡ σὴ 'υσεβία, χ' ἡ προμηθία, Ὧν εἰκότως σε (vel σ' ἡ) πᾶσα θαυμάζει πόλις. Ὧν foret ἕνεκα ὧν. Sed hoc incertum est. *Markl.*

Δίκαιος ἡ'υσέβεια, καὶ προμηθία.] Frustra hæc solicitat Marklandus. Præterea hinc defendes ἀμοιβὴ δίκαιος apud Alciphron. III. 23. de quo dubitare non debuit Berglerus. *Por.*

Δίκαιος ἡὐσέβεια καὶ προμηθία.] Noster Heracl. 901. Ἔχεις ὁδόν τιν', ὦ πόλις, | δίκαιον. οὐ χρή ποτε δ' (sic cod. E.) ἀφελέσθαι | τιμᾶν θεούς. * Suspiciosum est femininum δίκαιος, sed hæc duo loca mutuo se defendere videntur. *Elmsl.*

ἡὐσέβεια] Marklandus: "Non dubito, quin Euripides scripserit:

δίκαιος ἡ σὴ 'υσεβία, &c.

ita ut σηυ—sint unius tantum syllabæ. Mallem quoque χ' ἡ προμηθία." Horum nihil verum. Ipse articulus ἡ significat, de nulla alia quam de Iphigeniæ pietate sermonem esse, deinde contractionem istam σὴ ὑσεβία exemplis firmare debebat, quam, quod sciam, nonnisi articulus facere solet et particulæ ἡ (ἤ) et μή. Nam recte Brunckius in Aristoph. Eccles. v. 115. edidit ἡ μὴ 'μπειρία pro ἡ 'μὴ 'μπειρία. De inserendo autem illo articulo χἡ, vid. ad Electr. v. 431.—Codd. A. B. προμυθία. Illud autem bene Marklandus monet, post hunc versum inserendum videri iambum, qui infra post v. 1212. inter medios trochaicos legitur:

ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις,

neque opus est, ut ὡς in ὧν mutetur. Omissum librarius videtur in paginæ fine apposuisse, quem locum deinde servavit. *Seidl.*

1204. Οἶσθα νῦν ἅ μοι γενέσθω.] Parum Græce. Lego, γενέσθαι—cum nota abrupti sermonis. Iphigenia videtur additura fuisse δεῖ vel χρή, nisi interpellasset Thoas, Σὸν τὸ σημαίνειν τόδε. *Markl.*

Markl. Οἶσθα νῦν ἅ μοι γενέσθαι.] Pessime vir doctissimus. γενέσθω omnino retinendum. Constructio est, *Let there be done you know what. Por.*

γενέσθω.] Parum caute Marklandus reposuit γενέσθαι. Vid. Matth. Gramm. Græc. §. 511. p. 717. *Seidl.*

Οἶσθα νῦν ἅ μοι γενέσθω. ΘΟ. Σὸν τὸ σημαίνειν τόδε.] Quid scribere vetat?

Οἶσθα νῦν ἃ ΔΕΙ γενέσθαι; ΘΟ. Σὸν τὸ σημαίνειν τόδε.

Proximi quoque versus non uno ulcere laborant. Iphigenia captivos ad maris litus ducendos, ibique a piaculo lustrandos esse simulans, a Thoante precibus contendit, ut

* Deinde recte Matthiæ, ὁ δὲ μή σε φάσκων, | ἐγγὺς μανιῶν ἐλαύνει. Σε, quod vulgo deest, legitur etiam in cod. G.

ΙΦ. Πιστὸν Ἑλλὰς οἶδεν οὐδέν. ΘΟ. Ἴτ' ἐπὶ δεσμὰ, πρόσπολοι.
ΙΦ. Κἀκκομιζόντων δὲ δεῦρο τοὺς ξένους. ΘΟ. Ἔσται τάδε.
ΙΦ. Κρᾶτα κρύψαντες πέπλοισιν. ΘΟ. Ἡλίου πρόσθεν φλογός;

Iph. Fidem Græcia nullam novit. *Tho.* Ite ad vincula petenda, ministri.
Iph. Educant autem huc hospites. *Tho.* Fiet hoc.
Iph. Tegentes caput eorum a solis flamma.

præconem mittat, qui, ne quis pompæ obviam veniat, per totam urbem edicat. Tum Thoas præconem prope adstantem, advocans:

στεῖχε, inquit, καὶ σήμαινε σὺ
μηδὲν εἰς ὄψιν πελάζειν. ΙΦ. Εὖγε κηδεύεις πόλιν.
καὶ φίλων ΔΟΥ ΔΕΙΣ μάλιστα. ΘΟ. ΤΟΥΤ'
"ΕΛΕΞΑΣ ΕΙ'Σ 'ΕΜΕ.
ΙΦ. Ὡς εἰκότως σὲ πᾶσα θαυμάζει πόλις.

Salebrosus sane locus unde haud facile est pedem inoffensum referre. Corruptela tamen satis manifesta est. Videsis an probabiliter conjecerimus scribendum esse:

ΙΦ. Εὖγε κηδεύεις πόλιν.
καὶ φιλεῖν ΔΟΚΕΙΣ μάλιστα. ΘΟ. Τ'ΑΠ' 'ΕΜ'
"ΕΞΕΙΣ ΕΥ'ΣΕΒΗ
ΙΦ. Ὡς γὰρ εἰκότως σε ταῦτα πᾶσα θαυμάζει πόλις.

Iphig. *Nemo profecto te majorem urbis curam habere possit, illamque maxime amare videris.* Thoas. *Quod ad me attinet, nihil certe eorum, quæ ad pietatem spectant, non promtum aut paratum habebis.* Iphig. *Merito te igitur tuo tota hæc civitas veneratur et suspicit.* Primum quod reposui, φιλεῖν δοκεῖς Musgravii sagacitas mihi præripuit. In sequentibus paulo audacior conjectura videri potest, primo certe adspectu; propius vero examinata, habet quo se defendat. Pro τ'απ' ἐμ' ἕξεις εὐσεβῆ scribas quoque licet: πάντ' ἐμ' ἕξεις εὐσεβῆ. In ejusmodi enim locis multa tentari possunt, pauca expediri. In εὐσεβῆ pro εἰς ἐμὲ animadverte permutationem literarum μ et β quæ frequentissima est in Codicibus; cujusque plura exempla passim in hoc libello damus. Sequentem versum librariorum oscitantia et levitas iambicum pro trochaico reddidit; cujus lectionem cum defenderet Barnesius, se, quem scriptorem tractaret, ignorare fassus est. Quæ nos, ut versus numeris suis iterum adstringeretur, reposuimus, non tam arrogantes aut pertinaces sumus, ut pro vera Euripidis manu haberi velimus. ταῦτα est pro διὰ ταῦτα. v. Gisb. Koen ad Gregor. p. 11. *Jacobs.*

Hic actio magis viva redditur, unde trochæi iamborum locum occupant. *Prev.*

1207. ΙΦ. Κἀκκομιζόντων δὲ δεῦρο τοὺς ξένους. ΘΟ. Ἔσται τάδε.] Legendum Κἀκκομιζόντων γε, si verum est quod statuit Porsonus ad Or. 615. conjunctiones καὶ et δὲ in eodem sententiæ membro haud occurrere apud istius ævi scriptores, nisi per librariorum errores, quales ipse indicat ad Hec. 1261. Phœn. 428. Simili errore paullo post v. 1214. καὶ φίλων δ' ex Hervagiana prima in omnes deinceps editiones manavit, donec tandem καὶ φίλων γ' ex Aldina revocavit Seidlerus. *Elmsl.*

1208. Κατακρύψαντες πέπλοισιν ἡλίου πρόσθεν φλογός.] Conjeceram, Κᾆτα κρυψάντων (i. e. κρυψάτωσαν) πέπλοισιν, ut Hippol. ad finem, Κρύψον μου πρόσωπον πέπλοις. Κᾆτα (i. e. Καὶ εἶτα) postea a Barnesio editum inveni. Verius tamen puto Κατακαλύψαντες πέπλοισιν, *Postquam obtexerint* vultus eorum *velaminibus*: quamquam κρύψαντες defendi potest, si legatur κᾆτα, ut Aristoph. Vesp. 1156. κᾆτα βαίν': ubi nunc legitur κατάβαιν'. Sed grave mendum adhuc restat. nam in singulis hisce trochaicis Iphigenia exsequitur priorem versus partem: deinde, sermonem ejus excipit Thoas, plerumque ad finem quarti pedis, interdum alibi. ita et hic fieri oportuit, hoc modo: ΙΦ. Κατακαλύψαντες πέπλοισιν. ΘΟ. Ἡλίου

ΙΦ. Σῶν τε μοι ξύμπεμπ᾽ ὀπαδῶν. ΘΟ. Οἵδ᾽ ὁμαρτήσουσί σοι.
ΙΦ. Καὶ πόλει πέμψον τιν᾽, ὅστις σημανεῖ. ΘΟ. Ποίας τύχας;
ΙΦ. Ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας. ΘΟ. Μὴ ξυναντῷεν φόνῳ;

Adde etiam mihi comites de tuis satellitibus. *Tho.* Hi te comitabuntur.
Iph. Et mitte civitati aliquos qui illi significent. *Tho.* Quasnam res?
Iph. Ut omnes maneant domi. *Tho.* Ne occurrant homicidio?

πρόσθεν φλογός; deinde Iphigenia iterum, ΙΦ. Σῶν τέ μοι σύμπεμπ᾽ ὀπαδῶν. ΘΟ. Οἵδ᾽ ὁμαρτήσουσί σοι. In editt. Ald. et Barnesii male omittitur persona ΙΦ. in hoc ultimo trochaico. Verba, ἡλίου πρόσθεν φλογὸς, Thoantis sunt, *num oppositis velaminibus solis flammæ?* ne scilicet lucem ejus (qua indigni sunt parricidæ) intueantur, et radios ejus contaminent? Hoc vult ille. et notandum est, quæstionem Thoantis hic, et ter infra (nempe, v. 1211. 1213. 1219.) ita a poëta institutam esse, ut sit supplementum verborum præcedentium Iphigeniæ, et quærendo dicat istud quod jubendo ipsa dixisset, nisi ille eam interpellasset. *Markl.*

Κατακρύψαντες πέπλοισιν.] Omnino recte Musgravius, Κρᾶτα κρύψαντες. Sic pro κρᾶτ᾽ ἔρεψον quod recte legitur Sophocl. Œd. Col. 465. Suidas v. χοάς. exhibet κατέρεψον. *Por.*

Κατακρύψαντες] Barnesius κᾆτα κρύψαντες. Lege κρᾶτα κρύψαντες, *capita obnubentes*. vid. Herc. Fur. v. 1217. *Musg.*

Libri κατακρύψαντες, syllaba deficiente. Sed bene Musgravius κρᾶτα κρύψαντες. Cf. v. 1219. Barnesius tacite rescripserat κᾆτα κρύψαντες. Male.

Ἡλίου πρόσθεν φλογός;] Vulgo omnia usque ad vocem ὀπαδῶν versu seq. continuantur Iphigeniæ. Sed bene Marklandus: "In singulis," &c. (Vid. ejus notam.) Post φλογὸς interrogationis nota non opus. Iphigeniæ orationem simpliciter supplet, quasi dicat: intelligo, tu dicis contra solis flammam. *Seidl.*

Leg. κατὰ δὲ κρυψάντων, per tmesin, pro κατακρυψάντων, h. e. κατακρυψάτωσαν, *occultent*, ut præcedens ἐκκομιζόντων pro ἐκκομιζέτωσαν. *Reisk.*

Lectio Ald. ed. et aliarum ante Barn. κατακρύψαντες repugnat metro. Repone κατά γε κρύψαντες; nam τὸ κᾆτα, quod interpolavit Barn. sententiam et constructionem corrumpit. *Heath.*

1210. s. ΙΦ. Καὶ πόλει πέμψον τίν᾽, ὅστις σημανεῖ. ΘΟ. Ποίας τύχας; | ΙΦ. Ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας. ΘΟ. Μὴ συναντῷεν (Ald. συναντῶεν) φόνῳ;] Non video quid hic significet τύχας, quod recte legitur, v. 1411. σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας. Nec magis placet δίκας, quod cum eo permutare solent librarii *. Postulat sententia Ποίους λόγους aut tale quid. Deinde legendum Μὴ ξυναντῶσιν φόνῳ; Frustra vulgata utitur Seidlerus ad defendendum μόλοις, v. 1217. ubi recte Schaeferus μόλῃς. *Elmsl.*

1213. Μηδέν᾽ εἰς ὄψιν πελάζειν. ΙΦ. Εὖ γε κηδεύεις πόλιν, Καὶ φίλων δ᾽ οὐδεὶς, &c.] Hic sedem suam deseruit Iphigenia, et in Thoantis locum migravit. Ita restituendæ sunt personæ: ΘΟ. Στεῖχε καὶ σήμαινε σὺ, ΙΦ. Μηδέν᾽ εἰς ὄψιν πελάζειν. ΘΟ. Εὖ γε κηδεύεις πόλιν. ΙΦ. Καὶ φίλων δ᾽

* Vide ad Heracl. 461. ubi uterque cod. Par. καὶ δίκης. Solum G. indicavit Musgravius. Vide etiam ad v. 933. ubi quod conjeceram, μείζω τῆς δίκης φρονῶν πολὺ, postea in cod. E. scriptum reperi. Loquendi modum illustrat Æschylus Ag. 384. πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως. Sed vulgatam μείζω τῆς τύχης confirmat comicus senarius, ὀφρύν τε μείζω τῆς τύχης ἐπηρκότα, quem Euripidi (Fragm. Inc. XXVI.) tribuit Musgravius. Sapientis officium esse ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν, καὶ μὴ μείζονα φρονεῖν τῆς δυνάμεως, monet Isocrates Archidamo, p. 32. ed. Auger. Apud nostrum Suppl. 538. τύχη pro δίκη inconsulto, ut videtur, dedit Hermannus.

ΙΦ. Μυσαρὰ γὰρ τὰ τοιάδ' ἐστί. ΘΟ. Στεῖχε, καὶ σήμαινε σὺ,
ΙΦ. Μηδὲν εἰς ὄψιν πελάζειν. ΘΟ. Εὖ γε κηδεύεις πόλιν.
ΙΦ. Καὶ φίλων δ' οὐδεὶς μάλιστα. ΘΟ. Τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμέ.
[Ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.]
* * * * * * * * * * *

Iph. Hæc enim sunt abominanda. *Tho.* Vade tu, et edicito,
Ne quis in conspectum accedat. *Iph.* Recte curas urbem,
Et summopere diligere videris. *Tho.* Tu de me hoc dicis
Scite: adeo optimo jure te tota civitas miratur.
* * * * * * * * * * *

οὐδεὶς μάλιστα. ΘΟ. Τοῦτ', &c. Vulgo omittitur ΙΦ. initio versus utriusque, et in medio secundi ponitur, ubi nunc ΘΟ. collocavi. Thoantis verba hic intercipit et supplet Iphigenia, quemadmodum ille verba Iphigeniæ paullo ante. Cum ille dicit, σήμαινε σὺ, aliquem ex satellitibus alloquitur. Οὐδεὶς scil. πελαζέτω. Πελάζειν est a Scalig. et Cantero. ante erat ἐλάζειν. πελάζειν confirmatur a B. qui pro δ' (v. 1214.) habet γ'. *Markl.*

πελάζειν quoque Stephanus et Clericus ad Hesychium II. p. 1160. et sic planissime ed. Ald. *Por.*

ἐλάζειν.] Legendum cum Cantero πελάζειν. *Musg.*

πελάζειν.] Ita recte Scaliger pro ἐλάζειν corrupto, Duportus legit ἐλάσειν, nulla versus ratione habita, nec sensus; quare ἀποστιγματιστέον istud vocabuli. *Barnes.*

πελάζειν.] Ita Aldus et Cod. B. Ex Brub. et Hervag. ubi typothetæ, opinor, vitio excusum est ἐλάζειν, in alias editiones vitium manavit, quod ex conjectura emendabat Canterus. Est autem hic iterum in libris confusio personarum, quas sic distribuunt:

ΘΟ. στεῖχε καὶ σήμαινε σὺ
μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν.
ΙΦ. εὖ γε κηδεύεις πόλιν
καὶ φίλων γ' οὐδεὶς μάλιστα.
ΘΟ. τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμέ.

Verum personarum ordinem etiam hic restituit Marklandus. *Seidl.*

1214. ΙΦ. Καὶ φίλων γ' οὐδεὶς μάλιστα. ΘΟ. τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμέ.] Marklandus et Heathius ad οὐδεὶς supplent πελαζέτω. Non meminerant viri docti, ita dicendum fuisse μηδεὶς, non οὐδείς. Supplendum potius est verbum, quod significet *admittendus est.* Seidler. Bothius, Καὶ φίλην γ' οὐ δεῖ. Malim, Καὶ φίλων γ' οὐ δεῖ μάλιστα, i. e. ἐρημίας δεῖ, ut paullo ante dictum est v. 1198. *Elmsl.*

Καὶ φίλων δ' οὐδεὶς] Legendum: Καὶ φιλεῖν δοκεῖς μάλιστα. *Et magnopere diligere videris.* μάλιστα superlativum positivi vim hic habet. Hesychius: μάλιστα, λίαν, πάνυ.

Τοῦτ' ἔλεξας] Ad hujus loci emendationem una tantum vox desiderari videtur:

τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμὲ
εὐστόχως· ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.

Optime de me conjecisti, neque adeo immerito tota Te civitas miratur, Fatuum haud dubie responsum; sed quid si Euripides barbarum hunc regulum fatuum depingere voluerit? *Musg.*

Heath. qui hæc Thoanti tribuit, vertit: *Et præsertim nemo amicorum tuorum ad spectaculum,* scil. *prope accedat.* Respondet Thoas: *Rem ad me spectantem dixisti,* i. e. *hoc mea præcipue gratia, meæ prospiciens saluti, addidisti.*

Reisk. emendat: καὶ φιλῶν δηλοῖς μάλιστα, *et eo, quod urbem amas, præ aliis omnibus demonstras, urbem totam non sine ratione te admirari.* Verba interjec-

ΙΦ. Σὺ δὲ μένων αὐτοῦ πρὸ ναῶν, τῇ θεῷ— ΘΟ. Τί χρῆμα δρῶ;
ΙΦ Ἄγνισον πυρσῷ μέλαθρον. ΘΟ. Καθαρὸν ὡς μόλης πάλιν;
ΙΦ. Ἡνίκ' ἂν δ' ἔξω περῶσιν οἱ ξένοι. ΘΟ. Τί χρή με δρᾶν;
ΙΦ. Πέπλον ὀμμάτων προθέσθαι. ΘΟ. Μὴ παλαμναῖον λάβω;

Iph. Tu vero manens hic ante deæ templum. *Tho.* Quid faciam?
Iph. Tæda templum lustra. *Tho.* Purum ut redeas.
Iph. Cum autem egredientur hospites. *Tho.* Quid *tunc* oportet me facere?
Iph. Tegere oculos peplo. *Tho.* Ne contraham contagium cædis?

ta Thoas admirabundus dicit: *in mene ea dicis? Beck.*

Etiam hic ex Brub. et Hervag. propagatum est vitiosum δ', quum recte in Aldina et Cod. B. legatur γ'. Marklandus et Heathius ad οὐδεὶς supplent πελαζέτω. Non meminerant viri docti, ita dicendum fuisse μηδεὶς, non οὐδείς. Supplendum potius est verbum, quod significet *admittendus est.* Summam curam simulat Iphigenia, ne Thoas mortis periculo objiciatur. *Seidl.*

1215. [Ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.] Vel σ' ἡ πᾶσα. Hunc iambum, qui nescio unde inter trochaicos more insolito conspicitur, uncinis inclusi, donec cum alii Codices vel suppleant vel ejiciant. Post hunc, in Editt. Porti et Pauli Stephani ponuntur asterisci, ut notetur aliquid deesse. quod satis probabile videtur ex v. 1224. Versus hic, Ὡς εἰκότως, &c. non male collocari potuit post versum 1203. ut ibi monui, et legi, Ὧν pro Ὡς, et σ' ἡ πᾶσα, pro σε πᾶσα. *Markl.*

Ὡς εἰκότως, &c.] Nisi singularis iambus inter tot trochæos occurrens suspicionem faceret, nullam putarem ne minimam hic lacunam. Et hic tamen iambus facile trochæus evadat, si legamus hoc modo: Ὡς τάδ' εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει γ' ἐμὴ πόλις. *Barnes.*

De hoc trimetro iambico, qui nullo pacto hic ferri potest, vid. ad v. 1203. *Seidl.*

1217. Ἄγνισον χρυσῷ μέλαθρον. ΘΟ. Καθαρὸν ὡς μόλοις πάλιν;] Clare legendum πυρσῷ, *face, igne.* et ita Reiskius. vide Helen. 869. Herc. Fur. 1136. Deinde ex lingua, ὡς μόλῃς πάλιν; *ut redeas?* non *ut redires.* Ald. habet μόλις. B. μολ̥ͦς. sed A. μόλῃς. Versus præcedens ita distinguendus, σὺ δὲ μένων αὐτοῦ πρὸ ναῶν, τῇ Θεῷ — ΘΟ. τί χρῆμα δρῶ; perrectura erat illa, τῇ Θεῷ ἄγνισον πυρσῷ μέλαθρον: sed sermonem ejus interrumpit Thoantis quæstio, ut v. 1210. 1218. 1220. Vulgo desunt distinctiones post ναῶν, et Θεῷ. *Markl.*

χρυσῷ] Legendum vel δρόσῳ, vel cum Reiskio, quod prætulerim, πυρσῷ.

μόλῃς] Ita MS. E. Ed. Ald. μόλις, unde Edd. recent. μόλοις.

πυρσῷ in notis verti potest *igne:* Hesychius: πυρσῷ, πυρί. *Musg.*

Ἄγνισον χρυσῷ μέλαθρον.] Codex Heinsio-Scaligerianus rectius χρυσοῦν legit. Καθαρὸν] πρὸς τὸ καθαρὸν μέλαθρον. *Brodaeus.*

Pro auro hic aquam potius aut ignem commemorari debuisse, Prev. monet. *Beck.*

χρυσῷ] Corrupta hæc vox est omnium judicio. Scaliger conjecit χρυσοῦν. Reiskius πυρσῷ, quod merito placuit Marklando et Musgravio.

μόλοις] Sic vulgo ex Hervag. Aldus μόλις. Cod. B. μολ̥ͦς Cod. A. μόλῃς, et ita jam Brubach. Μόλοις male contra linguam censet Marklandus. Supra v. 1211. similiter μὴ συναντῷεν φόνῳ. In fine hujus versus et v. 1219. interrogationis nota, quam vulgo addunt, melius abest, vid. ad v. 1208. notæ fin. Post καθαρὸν perperam quædam interpungunt. Est enim pro εἰς καθαρόν. *Seidl.*

ΙΦ. Ἢν δ' ἄγαν δοκῶ χρονίζειν. ΘΟ. Τοῦδ' ὅρος τίς ἐστί μοι;
ΙΦ. Θαυμάσῃς μηθέν. ΘΟ. Τὰ τῆς θεοῦ πρᾶσσ' ἐπὶ σχολῇ καλῶς.
ΙΦ. Εἰ γὰρ, ὡς θέλω, καθαρμὸς ὅδε πέσοι. ΘΟ. Ξυνεύχομαι.
ΙΦ. Τούσδ' ἄρ' ἐκβαίνοντας ἤδη δωμάτων ὁρῶ ξένους,
Καὶ θεᾶς κόσμους, νεογνούς τ' ἄρνας, ὡς φόνῳ φόνον
Μυσαρὸν ἐκνίψω, σέλας τε λαμπάδων, τά τ' ἄλλ', ὅσα 1232
Προὐθέμην ἐγὼ ξένοισι, καὶ θεᾷ καθάρσια.
Ἐκποδὼν δ' αὐδῶ πολίταις τοῦδ' ἔχειν μιάσματος,

Iph. Si autem videar diutius cunctari. *Th.* Modus hujus rei quis erit mihi?
Iph. Nihil mireris. *Tho.* Deæ *sacra* per ocium recte perage.
Iph. Utinam autem hæc expiatio cadat, ut cupio. *Tho.* Et ego idem precor.
Iph. Hos hospites jam video ex ædibus egredi,
Et ornatum deæ, et agnos tenellos, ut cæde cædem
Eluam abominandam, et fulgorem lucernarum, et reliqua quæ
Ego proposui ad purificationem hospitum et deæ pertinentia.
Edico autem civibus, ut ab hoc piaculo procul absistant,

1218. Ἡνίκα δ' ἂν ἔξω περῶσιν οἱ ξένοι — ΘΟ. Τί χρή με δρᾶν;] Ita hæc distinguenda. A. B. legunt, Ἡνίκ' ἂν δ' ἔξω, &c. Utrovis modo recte habet locus. Sic ut vulgata, Aristoph. Εἰρ. 1179. *Markl.*

Ἡνίκ' ἂν δὲ] Aristoph. Plut. 107. Eccl. 273. Nub. 1122. Euripid. Electr. 1136. Lycophr. Stobæi, p. 491. ἡνίκα δ' ἂν Archestratus Athenæi VII. p. 321. C. *Por.*

Ἡνίκ' ἂν δ'] Ita ambo MSS. Vulgo ἡνίκα δ' ἄν. *Musg.*

Ἡνίκα δ' ἂν ἔξω περῶσιν] Huic versui error certe aliquis non abest. Τὸ κα enim in Ἡνίκα cum semper breve sit, δαν εξ, erit contra legem iambus, nisi pro ἐὰν et ἢν contracto ponatur, ut nonnunquam fit, et tum spondeus existens stabit. *Barnes.*

Ἡνίκ' ἂν δ'] Ita Codd. A. B. quos recte secutus est Musgravius. In Aristoph. Pac. 1179. etiam legendum ἡνίκ' ἂν δ'. *Seidl.*

1221. μηθὲν.] A μηθεὶς, pro μήτε εἷς, idem, quod μηδείς. *Barnes.*

Vulgo μηθέν. Emendavit Schaeferus Meletem. Crit. p. 118. qui etiam prætulerit ἐπὶ σχολῆς. *Seidl.*

1224. νεογνούς τ' ἄρσενάς, ὡς] Piersonus Verisim. p. 172. legit ἄρνας. A. αρσεν' ὡς φονῳ. Probabile est, *agnorum* in superioribus factam fuisse mentionem. Quærendum tamen de lectione Cod. A. αρσεν', seu ἄρσενι φόνῳ: hoc est, νεογνούς τ', ἄρσεν' ὡς φόνῳ, &c. *Markl.*

ἄρσενας,] Piersonus Verisim. p. 172. ἄρνας, quod sine dubio verum est. *Musg.*

Reisk. quoque et Heath. ἄρνας, *recens natos agnos*, quorum sanguine æque ac aqua marina ad lustrationem uti se velle prætexebat Iphigenia, et ita revera φόνῳ (scil. ἀρνῶν) φόνον illum μυσαρὸν ἐκνίπτειν.

Piersoni conjectura ἄρνας probavit se etiam Prevoto, ut intelligantur agni, quorum sanguine parricidium abluere voluerit. *Beck.*

ἄρνας,] Emendatio est Piersoni Veris. p. 172. Vulgo ἄρσενας. Cod. A. αρσεν', quod male Marklandus accipi posse putat pro ἄρσενι, scil. φόνῳ. *Seidl.*

1226. Verte: *procuravi ad purificationem advenarum et deæ.* *Heath.*

1230. Μύσος] Vid. supra ad v. 1169. *Barnes.*

Εἴ τις ἢ ναῶν πυλωρὸς χεῖρας ἁγνεύει θεοῖς,
Ἢ γάμον στείχει ξυνάψων, ἢ τόκοις βαρύνεται,
Φεύγετ', ἐξίστασθε, μή τῳ προσπέσῃ μύσος τόδε.
Ὦ Διὸς Λητοῦς τ', ἄνασσα παρθέν', ἢν νίψω φόνον
Τῶνδε, καὶ θύσωμεν οὗ χρὴ, καθαρὸν οἰκήσεις δόμον,
Εὐτυχεῖς δ' ἡμεῖς ἐσόμεθα. τἄλλα δ' οὐ λέγουσ', ὅμως
Τοῖς τὰ πλείον' εἰδόσιν θεοῖς, σοί τε σημαίνω, θεά.
ΧΟ. Εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος, ὅν ποτε

Si quis aut templi custos habet manus puras deorum causa,
Aut vadit contracturus nuptias, aut quæ partu gravatur:
Fugite, recedite, ne cui hoc piaculum accidat.
O Jovis et Latonæ filia, regina virgo, si abluero cædem
Horum, et sacrificavero ubi oportet, habitabis puram domum,
Et nos erimus beati: reliqua vero quamvis non dicam
Diis tamen, qui plura norunt, et tibi significo, O dea.
Cho. Præstanti indole *est* Latonæ proles, quem olim

1231. Ὦ Διὸς Λητοῦς τ' Ἄνασσα παρθένε,] Παῖ subauditur: Quare Diana dicitur Ἄνασσα, vid. quæ nos ad Iphig. Aul. v. 1481. Quare Παρθένος, vid. Callim. Hymn. Dian. v. 6. Δός μοι Παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν. Hinc ἀειπαρθένος apud Græcos, apud Latinos, casta, innupta, intemerata, etc. *Barnes.*

1233. ἐσόμεσθα.] Forte, ἐσόμεθα. *Markl.* ἐσόμεθα.] Male Aldus ἐσόμεσθα. *Seidl.*

1234. σοί τε σημαίνω Θεᾷ.] Mallem, Θεά: *et tibi significo, O Dea.* Pro vulgata, vid. Sophocl. Electr. 659, 660. Notandum est τὰ πλείονα *plura*, pro *omnia*. *Markl.*

Leg. εἰδόσιν θεοῖς, et θεοῖς propter metrum enunciandum est monosyllabice. *Burn.*

θεᾷ.] Legendum cum Marklando Θεὰ, *O Dea.* *Musg.*

εἰδόσιν] Ita recte Schaeferus. Vulgo εἰδόσι. In fine versus quidam malunt θεὰ in vocativo, quod haud displicet. *Seidl.*

1235. Εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος, &c.] Aliquid de hac difficili monostrophe habet Canter. in Proleg. ubi illam numerat inter μέτρα ἄτακτα, quæ nullam habent inter se similitudinem: qualis fertur Homeri Margites. Obscuriora ejus aliquot indigitabo, ut alii ad explicationem eorum (si tanti putent) excitentur. Historiam seu fabulam quod attinet, consuli possunt, præter auctores Barnesio laudatos, Antonin. Liberalis, Fab. XXXV. Strabo, Lib. IX. p. 646, 647. et Lib. XIV. p. 948. et Athenæus Lib. XV. cap. ult. p. 701. C. D. Quæsivisset aliquis Dianæ laudes æque ac, vel potius quam, Phœbi, in hac monostrophe; in qua, si fas sit dicere, Herculis encomium vix magis alienum a proposito visum fuisset. Sed alii forte aliter judicabunt: et liberum sit judicium πᾶσι, καὶ ἐν πᾶσι, de quibus judicare fas est. *Markl.*

Diu est, ex quo monuit me Tyrwhittus, hanc oden non monostrophicam esse, sed ex stropha et antistropha constare, antistrophen autem a v. 1251. incipere. Canterum hoc fefellisse minime mirum est, cum ex viginti septem versibus, qui strophen absolvunt, non ultra duodecim sint, qui antistrophicis perfecte respondeant; nempe IV. V. VI. XII. XIII. XVIII. XIX. XXII. XXIII. XXV. quanquam

Δηλίας ἐν καρποφόροις
Γυάλοις, χρυσοκόμαν

Deliacæ *terræ* in fertilibus mater
Vallibus *postquam peperisset, nempe* auricomum

hic quidem in antistropha mancus: XXVI. XXVII. Nihilominus vel ex horum convenientia perspicias, ingeniosam viri clarissimi observationem non magis ingeniosam, quam veram, esse.

Εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος,] Hanc oden penitus alienam a proposito judicat Marklandus, a quo non valde dissentio, si recte se habet exordii scriptura. At vide, quam levis mutatio connexioni, quam desiderat, restituendæ suffecerit. Lege:

Ῥῦσαί σφ' ὁ Λατοῦς γόνος —

Ῥῦσαί σφ': *libera eos a periculo.* Sic Ajax: Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος. Iliad. ρ'. 645.

ὁ Λατοῦς γόνος.] Nominativus pro vocativo. Hujus licentiæ exemplum dedi ad Iphig. Aul. 1597. Adde σίτθ' ὁ λέπαργος, Theocrit. Idyll. IV. 45. Μὴ θλίψῃς αὐτὴν ὁ γεωμόρος, Anthol. p. 33. *Musg.*

Chori esse hoc canticum Prev. ostendit, ut Brum. conjecerat. Ab initio hujus odes quædam deesse, quæ reliqua cum antecedentibus magis conjunxerint. *Beck.*

Accedimus ad carmen librariorum culpa deformatissimum, interpretumque judicio pæne desperatum. Musgravius ex viginti septem versibus, qui stropham absolvant, non nisi duodecim esse monet, qui antistrophicis perfecte respondeant. Marklandus nimiæ confusionis tædio captus carminis explicationem ita claudit: "Vocem ξενόεντι, v. 1283. suspectam habeo, et alia. Sed taceo. Atque ita valeat obscura hæc monostrophe." At metrum tamen et sensus ita se invicem juvant, ut pleraque vitia summa cum probabilitate, sed non sine audacia quadam possint elui. Quocirca aliquantisper dubitabam, utrum librorum sordes in textu propagarem, an ea reciperem, quæ poëtam dedisse non suspicor, sed persuasum habeo. Elegantia tamen carminis, quam lectoribus videbam perituram, si singulas emendationes operose in notis cogerentur conquirere, nimiam religionem facile excussit. — Antistrophicum esse primus animadvertit Tyrwhittus, a quo monitus jam mendas aliquot Musgravius sustulit. Ex nostris autem emendationibus nonnullæ debentur Erfurdtio. — Argumentum carminis, quod viri docti non ex omni parte perspexerunt, hoc est: Latona brevi post partum Apollinem cum Diana ab insula Delo transtulit ad montem Parnassum, ubi Themis, Terræ filia, oraculum habebat ab immani dracone custoditum. Hunc draconem infans adhuc Apollo quum interfecisset, ipse oraculo occupato hominibus vaticinatus est. At Terra ob deturbatam loco filiam dolens, quo Apollinem cultu suo privaret, frequenter hominibus per somnia oracula edidit. Qua ira ille ad Olympum profectus puerilem ex Jovis solio veluti fulmen gerens vibrat manum, minans Terræ se vaticinationem vi sublaturum. Ridens ob hanc pueri alacritatem Jupiter ipse cessare facit nocturna vaticinia, Terræque ira sedata, Apollini honorem restituit, eumque in Delphica sede confirmavit. Citant de hac fabula Marklandus Antonin. Liberal. Fab. XXXV. Strab. Lib. IX. p. 646. seq. Lib. XIV. p. 948. Athenæi Lib. XV. cap. ult. p. 701. C. D. Barnesius Apollodori Biblioth. Lib. 1. c. 4. Didym. ad Iliad. β'. v. 519. et Eur. Schol. Orest. (v. 163.) Quibus addendus Æschyl. Eum. init. Neque mihi quidem, quæ quorundam opinio est, hæc fabula ab hoc loco videtur aliena esse, immo quum cuncta, quæ in hac Tragœdia mirabilia accidunt aguntorque, fatumque Orestis omne ab Apollinis oraculo veluti e fonte suo exeant, haud abs re est, quam tantæ auctoritatis oraculum originem habuerit, hoc loco doceri. Rem accuratius perpendere debebat Marklandus, priusquam affirmaret, non minori jure etiam Herculis laudes hoc loco potuisse celebrari.

εὔπαις] Nihil hac voce sanius. Sensus: eximius infans sive puer fuit Latonæ filius. Est enim Chorus facta Apollinis narraturus, quæ patraverit infans. Schol. ad Arist. Plut. v. 639. εὔπαιδα δὲ οἷον καλοὺς ἔχοντα παῖδας, ἢ τὸν καλὸν παῖδα· ἐπαμφοτερίζει γὰρ τὰ τῆς χρήσεως ἐπί τε τοῦ κα-

Φοῖβον ἐν κιθάρᾳ σοφὸν,
῞Α τ' ἐπὶ τόξων

Phœbum citharæ peritum,
Et *Dianam*, quæ propter jaculandi

λεῦ παιδὸς καὶ τοῦ καλοὺς παῖδας ἔχοντος. Conferri etiam potest vox *βούπαις*, et quæ disputavimus ad Troad. v. 539. *Seidl.*

Εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος,] Totum hoc carmen, quo Apollinis laudes magnifice celebrantur, nihil ad dramatis actionem facere Marklandus monuit. Neque hoc unicum exemplum est migratæ legis quam Horatius tragicis poëtis scripsit in Arte P. 194. *Chorus-neu quid medios intercinat actus, Quod non proposito conducat et hæreat apte.* Attamen Musgravius, levi mutatione ab initio facta, Euripidem a tam gravi accusatione liberari posse judicat. Legit enim: 'Ρῦσαί σφ' ὁ Λ. ut Chorus Apollinem pro incolumitate Iphigeniæ invocet. Non uno tamen modo hæc emendari possunt. Mutilum fortasse initium et legendum:

ἔλθοις εὐαὴς, ὁ Λάτους γόνος.

ut ;Sophocl. in Philoct. 827. ὕπν' ὀδύναις ἀδαὴς, ὕπνε δ' ἀλγέων Εὐαὴς ἡμῖν ἔλθοις. sive:

ἐπινεῦσον εὐχαῖς, ὁ Λ.

annue precibus, quas Iphigenia abiens fecerat, v. 1231. sqq. Ὦ Διὸς Λητοῦς τ', ἄνασσα παρθέν', κ. τ. λ. sive denique:

Οἴκτισον, Λατοῦς γ.

Sophocl. Œdip. T. 1508. ἀλλ' οἴκτισον σφᾶς. v. Brunck. V. Ill. ad Œdip. C. 242. — Deinde Barnesius vertit: *quem olim Deliacæ terræ in fertilibus vallibus peperit.* ultimam vocem de suo adjiciens. Verbum desiderari, a quo ὃν pendeat, nemo non videt. Scripsit Euripides ni fallor

— ὃν τέκε

Latona puta, qui nominativus latet in vv. ὁ Λατοῦς γόνος; quæ ipsa vim vocativi habent. v. Musgr. Iphig. in A. 1597. Dorville Vann. Crit. p. 141. — Epitheton καρποφόροις γυάλοις quamvis naturæ insulæ Deli parum conveniat, vix tamen corruptum judicem. Facile κυματοφόροις sive ἁλιδρόμοις conjicere possis. cf. Callim. H. in Del. 36. Sophocl. in Aj. 596. sive tandem κουροτρόφοις. Callim. l. c. v. 2. Δῆλον 'Απόλλωνος κουροτρόφον. — Verba ἅτ' ἐπὶ τόξων γ. etiam pro vocativo accipienda sunt, ut Chorus nimirum præter Apollinem Dianam quoque invocet. Plerumque enim simul vocantur. Sophocl. Œdip. C. 1091. Trachin. 209. *Jacobs.*

1236. Δηλίας] Intelligo γᾶς. Scalig. legit Δηλιὰς, et Latonam, opinor, innuit. Notat Miltonus in marg. "ἔτεκεν hic puto supplendum." unde forte Barnesii *peperit.* Putarem τεκοῦσα, *postquam peperisset*, alicubi deesse propter φέρει, i. e. ἔφερε. Et comma solum ponerem post γάννυται. *Markl.*

1236. s. ἐν καρποφόροις Γυάλοις, *In frugiferis vallibus.* At negat, se frugiferam esse, Delos ipsa apud Callimachum, in Del. 268.

Αὐτὴ ἐγὼ τοίηδε δυσήροτος —

Alia in eundem sensum testimonia apud Spanhemium videre licet. Certo hinc colligas, spissam caliginem, qua totus hic locus involutus est, partim saltem hujus vocis corruptelæ deberi. Eam sic tollendam arbitror:

— — ὅν ποτε
Δηλιάσ' ἐν προχοαῖς
Χυτλοῦσα ——

Quem olim in Deliis fluentis lavans. Χυτλοῦν de infantis prima lotione habet, Apollon. Rhod. IV. 1311.

Χρυσοκόμαν] Apollinem significabit, etiamsi Φοῖβον tollas. Vide Troad. 258. Pindarus Olymp. VII. Epod. 2. Τᾷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας. Delendum igitur, metro jubente, Φοῖβον. *Musg.*

Δηλιάσιν] Vulgo Δηλίας ἐν metro invito. Δηλιὰς cum Scaligero, qui Latonam intelligit, legi vel ideo non potest, quod Deli insulæ mentio abesse nequit. Noster Ion. 167. λίμνας Δηλιάδος.

καρποφόροις] Monet Musgravius, Delum insulam vulgo ut sterilem describi. Verum spectare videtur poëta nonnisi ad arbores istas, quas, quum Latona pareret, terra progenuit. Vid. Nostri Hec. 458. ibique Porson.

Δηλιὰς ἐν καρποφόροις, MS. Victor. In hoc accentus propius ad nostram lectionem accedit. *Seidl.*

Εὐστοχίᾳ γάννυται,
Φέρει νιν ἀπὸ δειράδος ἐναλίας,
Λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ', ἀ-
στάκτων μάτηρ ὑδάτων,

Peritiam exultat,
Tulit illos a scopulo marino,
Puerperii locum inclytum relinquens, non
Stillantium aquarum,

Hæc monostrophica Choro tribui debent. γόνος autem reddendum *proles*, non *filius;* uterque enim, Phœbus et Diana, hac voce designantur.

Aut Δηλίοις legi debet, quam germanam esse lectionem judico, aut cum Brod. intelligi γῆς, vel νήσου. Nam Scal. conjectura Δηλιὰς admitti nequit; cum Δηλιὰς non possit idem esse, ac ἐν Δήλῳ ὤν. *Heath.*

1237. Γυάλοισι,] Vulgo γυάλοις.

Post χρυσοκόμαν vulgo additur Φοῖβον. Musgravii ad h. l. argumentis non opus quidem. Præcessit enim ὁ Λατοῦς γόνος, quo diserte Apollo designatur. *Seidl.*

1239. s. Ἅ τ' ἐπὶ τόξων Εὐστοχίᾳ γάνυται,] i. e. *et Dianam.* Inserit hoc poëta, ne ab historia deflectat, quæ simul cum Diana Apollinem ad Parnassum translatum refert. Nam unum Apollinem jam celebraturus est. Quocirca hæc Dianæ mentio veluti in parenthesi ponenda est, quasi dixisset σὺν τῇ Ἀρτέμιδι. Cetera enim omnia ad solum Apollinem spectant. *Seidl.*

1240. γάνυται,] Ita Barnesius. Vulgo γάννυται. *Seidl.*

1241. Pro νιν ἀπὸ Scalig. θῖν' ἔπι, i. e. θῖνα, *ad litus:* si recte capio quod in Barnes. marg. legitur θὶν ἐπί. A. B. εἰναλίας. Pro φέρει B. φέρειν: quod vult, opinor, φέρεν, pro ἔφερε. Constructio (vel sensus) secundum meam sententiam, hæc erit: Εὔπαις ἐστὶν ὁ Λατοῦς γόνος· ὃν γόνον, (nempe Φοῖβον Ἄρτεμίν τε), μάτηρ τεκοῦσα ἐν γυάλοις Δηλίας γᾶς, λιποῦσα ἀστάκτων ὑδάτων λοχεῖα, ἔφερέ νιν (αὐτοὺς, vel αὐτὸν, sc. γόνον) ἀπὸ δειράδος ἐναλίας εἰς Παρνάσιον κορυφὰν, ὅθι, &c. *Markl.*

Videtur in initio hujus Odæ deesse aliquid; quod si verum sit, nihil necesse erit de Scaligeri conjectura dicere, qui pro νιν ἀπὸ, θῖν' ἔπι legit.

Φέρει νιν] Superfluum est νιν et sententiam turbat. Sed neque metrum recte se habet. Legendum ἔφερ' εὖνιν, *inopem tulit.* Hesychius: Εὖνις, ἐστερημένος, ὀρφανὸς, ἐνδεής. Exstat vox Æsch. Choëph. 245. *Musg.*

Φέρεν ἶνιν] Vulgo φέρει νιν. Cod. B. φέρειν νιν, in quibus unam litteram transposui. Ἶνιν hic valet *infantem.* Hesychius: ἶνις, υἱὸς νέος, παῖς, βρέφος, ἀπόγονος, νήπιος, ubi conf. Interpretes. Si legere velis ἔφερεν νιν, constructio multo erit durior, quæ jure displicuit Musgravio, qui conjicit, ἔφερ' εὖνιν, *inopem tulit.* Nos ita construimus: ὃν ἶνιν μάτηρ ἔφερεν ἀπὸ δειράδος εἰναλίας (ἐν) Δηλιάσιν γυάλοις (εἰς) Παρνάσιον κορυφάν. Cur omissa Dianæ mentione in solo Apolline poëta commoretur, dictum jam est.

εἰναλίας,] Vulgo ἐναλίας.

δειράδος εἰναλίας, MS. Victor. *Seidl.*

Φέρει νιν] Restituto verbo τίκε, quod excidit, v. 1235. non opus est ut νιν inducas, quod voluere quidam; lege modo: φέρε δέ νιν. *Tulit illum,* Apollinem puta. In sequentibus una litera corrupta tenebras toti loco offudit omnes fere interpp. μάτηρ de Latona accipiunt, quæ φέρει; quo efficitur, ut genitivi ἀστάκτων ὑδάτων nulla fultura substructa pendeant. Qui id egregie vidit Marklandus sedem tamen vitii indagare non potuit. Tu ratione et sensu suadente emenda:

φέρε δέ νιν ἀπὸ δειράδος ἐναλίας
λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ', ἀ-
στάκτων ματέρ' ὑδάτων
τὰν βακχεύουσαν Διονύσῳ
Παρνάσιον κορυφάν.

Latona, Deli relinquens saxa, filium tulit in Parnassi rupem, fontium perenni aqua fluentium matrem. vv. ματέρα ὑδάτων pendent a κορυφάν. Sic Ἀπιδανὸς vocatur καλλίστων ὑδάτων πάτηρ in Hecuba 451. Ἴτωνα μητέρα μήλων legimus ap. Homer. Ιλ. Β'. 696. et Ἴδην μητέρα θηρῶν passim. v. ἄστακτον ex eorum verborum numero

Τὰν βακχεύουσαν Διονύσῳ
Παρνάσιον κορυφὰν,
Ὅθι ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δρά-
κων, σκιερᾷ κατάχαλκος

Ad bacchans Dionyso
Parnasium cacumen,
Ubi maculosum tergum habens, rubra facie draco,
Sub opaca æreus

est, in quibus α auget. Œdip. C. 1646. v. Schol. Suidam. V. conf. Valckenær. ad Adon. p. 228. B. C.—Parnassum, Baccho sacrum, celebravit Euripides in Phœn. 234. sq. qui locus dignus est, qui cum nostro conferatur. Catull. Carm. LXIV. 391.

Sæpe vagus Liber Parnassi vertice summo
Thyadas effusis vagantes crinibus egit.

Sophocl. Antig. 1226. sqq. Bacchæ, 302. κορυφὰν βακχεύουσαν, laudare potuisset Longinus Π. Υ. S. XIV. ubi hunc ex Bacchis locum laudat: πᾶν δὲ συνεβάκχευσ' ὄρος. quem ex Æschylo expressum judicat. Dixerat ille: ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη. *Jacobs.*

1241. ss. Constructio loci est: Μάτηρ φέρει νιν ἀπὸ δειράδος ἐναλίας λιποῦσα κλεινὰ ἀστάκτων ὑδάτων. Postrema verba innuunt lacum in insula Delo, prope quem Latona peperit, et quem poëta, v. 1104. Cygneum appellavit. *Heath.*

1242. s. Hos versus ita constituit Heath.:

Λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ' iambicus dimeter brachycatalectus.

Ἀστάκτων μάτηρ ὑδάτων. dactylica hephthemimeris. *Beck.*

1242. Λοχεῖα κλεινὰ interpretantur *inclytum puerperii locum.* Pro λιποῦσ' metri causa plene scripsi λιποῦσα. *Seidl.*

1243. Per μάτηρ ὑδάτων Brodæus intelligit *mare.* mihi constructio videtur esse, μάτηρ λιποῦσα κλεινὰ λοχεῖα ἀστάκτων ὑδάτων: et μάτηρ puto esse Latonam; ea enim linquebat Delon statim post partum (τεκοῦσα) Apollinis et Dianæ. sed quænam sint hæc ὕδατα ἄστακτα, *aquæ non-stillantes*, quacumque constructione, nescio. aliquid dici possit de ἀστάτων, ex Deli fabulari historia: sed præstat tacere. *Markl.*

ἀστάκτων] Hesychius: ἄστακτον, οὐ καταστάζον, ἀλλὰ ῥύδην. Pro ὑδάτων legendum forte οὐθάτων. Mammas, etiam hominum, οὔθατα aliquando dictas, auctor est Casaubonus ad Athenæum Lib. IX. c. 14. Hinc ἄστακτα οὔθατα possunt esse *mammæ affatim lac fundentes.* *Musg.*

ἀστάκτων μάτηρ ὑδάτων.] Μάτηρ haud dubie de Latona intelligendum, genitivus autem ἀστάκτων ὑδάτων pertinet ad Παρνάσιον κορυφὰν, ut supra v. 132. habuimus χόρτων εὐδένδρων Εὐρώταν, ad quem locum vid. quæ annotavimus. Neque enim opus videtur, ut legatur ἄστακτον — ὑδάτων. Vox autem ἄστακτος si, quod veteres Grammatici tradunt (cf. Valcken. ad Theocrit. p. 228. b.) vere habet α intensivum, ut dicatur pro πολύστακτος, bene conferri hic potest Pausanias, Lib. X. cap. 32. de Corycio antro sic scribens: ὅ τε ὄροφος ἐς αὔταρκες ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀνέστηκε, καὶ ὕδωρ τὸ μὲν ἀπερχόμενον ἐκ πηγῶν, πλέον δὲ ἔτι ἀπὸ τοῦ ὀρόφου στάζει, ὥστε καὶ δῆλα ἐν τῷ ἐδάφει σταλαγμῶν τὰ ἴχνη διὰ παντός ἐστι τοῦ ἄντρου. Sed præstare videtur Hesychii explicatio, ἄστακτον, οὐ καταστάζον, ἀλλὰ ῥύδην, ex cujus mente Παρνάσιος κορυφὰ ἀστάκτων ὑδάτων erit Parnasium cacumen *aquis non stillans, sed fluens*, i. e. aquis et fontibus abundans. In eundem modum plura hujus generis adjectiva explicanda sunt, veluti ἀδάκρυτος in Sophocl. Antig. v. 893. et ἀτίμητος, de quo Eustathius, p. 1058. 3. οἱ μεθ' Ὅμηρον ἄλλως ἀτίμητον φασὶ τὸν πολυτίμητον, ἤγουν τὸν ὑπὲρ πᾶσαν τιμήν. Hanc ultimam interpretationem nescio cur spreverit Valckenar. ad Theocrit. p. 231. a. Similiter nostrates dicunt *unschätzbar.* *Seidl.*

1244. Dele τὰν ob metrum. *Musg.*

Versus ita distinxi, (referendo σῷ ad proximum) ut tres eosdem numeros referrent. Ceterum cf. Pausan. Lib. X. c. 4. et c. 6. Æsch. Eumen. v. 23. sq. *Seidl.*

1245. Παρνάσιον κορυφὰν,] Delphos,

Εὐφύλλῳ δάφνᾳ, γᾶς
Πελώριον τέρας, ἀμ-
φέπει μαντεῖον χθόνιον.
Ἔτι μιν, ἔτι βρέφος, ἔτι φίλας
Ἐπὶ ματέρος ἀγκάλαισι θρώσκων,

Frondosa lauro, telluris
Immane monstrum, custodit
Oraculum terrestre.
Adhuc ipsum, adhuc infans, adhuc charæ
In matris ulnis saliens,

Homer. Iliad. β'. v. 519.—Πυθῶνά τε πετρήεσσαν. Ibidem Scholia vulgo Didymi —Πυθῶνα] καὶ αὕτη πόλις Φωκίδος. Τὸ πρότερον δ' ἐκαλεῖτο Παρνασία νάπη, ὡς ἀπὸ τοῦ παρακειμένου ὄρους· ἔπειτα Πυθών· ὕστερον δὲ Δελφοί. De his vero omnibus vide Pausaniam in Phocicis. *Barnes.*

1246. ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δράκων,] De dracone Pythone vid. Ovid. Metam. Lib. I. Fab. 8. Homer. Hymn. Apollinis. Eustathium in Hom. fol. 1699. l. 60. Apollodori Biblioth. Lib. I. c. 4. Cœlium Rhodigin. Antiq. Lect. Lib. XVI. c. 19. etc. *Barnes.*

1246. s. Duo versus in tres dividit Heath.:

Ὅθι ποικιλόνωτος penthemimeris anapæstica.
Οἰνωπός τε δράκων penthemimeris dactylica.
Σκιερᾷ κατάχαλκος penthemimeris anapæstica.

Beck.

ποικιλόνωτος δράκων κατάχαλκος] De duobus his Draconis epithetis alterum poëtarum usu confirmatur, v Homer. Ιλ. Β. 308. Pindar. Pyth. IV. 444. κτεῖνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις Ποικιλόνωτον ὄφιν. alterum vero hoc quidem loco longe ineptissimum est. Paucis tamen se probabit Musgravii conjectura κατάμαλλος. *lauri foliis tanquam vellere obtectus.* Multo probabilius est, quod Marklando in mentem venit: κατακαλυφθείς. literarum tamen ductus magis abhorrent, quam ut librarium tam graviter aberasse credibile sit. Quid? σκιερᾷ ὑπαὶ ἄμαχος? *Ingens Draco sub lauri foliis latens,* v. doctam Suidæ notam V. ἄμαχος, sive: Δράκων καρχαρόδους σκιερᾷ εὐφύλλῳ δ. Suidas καρχορόδοντα. ὅσα στρογγύλους καὶ ἐναλλασσόντας τοὺς ὀδόντας ἔχουσι. λέων. πάρδαλις. ἀέτιδες (L. ἄσπιδες) καὶ ἰχθύων γένος, ἃ σαρκοφάγα εἰσί. et paulo post: καρχαρόδους. τρηχεῖς ὀδόντας ἔχων. Ovid. Metam. VII. 150. draco:

Qui crista linguisque tribus præsignis et uncis
Dentibus horrendus, custos erat arietis aurei.

Jacobs.

1247. κατάχαλκος] An legendum κατάμαλλος, *foliis lauri, tanquam vellere, obtectus.* *Musg.*

Nihil hic valere voc. κατάχαλκος, Heath. et Markl. monent: ille conjicit κατακαλυφθεὶς, ut versus sit antispasticus trimeter brachycatalectus. *Beck.*

κατάχαλκος] Poëta finxisse sibi videtur draconem istum æneis squamis obductum, vel certe æris speciem præ se ferentibus. Voce κατάχαλκος eo significatu, ut sit *ære obtectus,* utitur Noster in Phœniss. v. 108. Conjecturas interpretum, qui tantum non omnes hanc vocem tentant, transmittere satius est. Marklandus vere monet, male verti *æreis dentibus minax,* et æque bene posse *æreâ caudâ* vel *æreis pedibus minax.* *Seidl.*

1248. Εὐφύλλων, Ald. Quid. sit κατάχαλκος δάφνᾳ, ignoro. Explicant κατάχαλκος, *æreis dentibus minax.* æque bene possent, *ærea cauda*, vel, *æreis pedibus minax.*

Markl.

Εὐφύλλῳ] Ita diserte P. et Edd. recent. non dissentientibus MSS. Ed. Ald. εὐφύλλων. *Musg.*

Εὐφύλλῳ jam arriserat Brodæo.

Εὐφύλλῳ δάφνᾳ, MS. Victor. *Seidl.*

1249. s. Ut antistrophicis conveniant, sic mihi supplendi videntur:

Γᾶς πελώριον τέρας ἄμφεπεν ἀμ-
φεπ' αἰεὶ μαντεῖον χθόνιον.

Musg.

1249. s. ἄμφιπε] Libri ἀμφέπει. *Seidl.*

Ἔκανες, ὦ Φοῖβε, μαντείων δ' ἐπέ-
βας ζαθέων, τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ
Θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ,
Μαντείας βροτοῖς ἀναφαίνων,
Θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων,

Interfecisti, O Phœbe, oracula vero
Iniisti divina, tripodeque in aureo
Sedes, in mentiri-nescio throno,
Oracula mortalibus edens,
Divinis meis adytis,

1251. s. In tres versus dividit Heath.:

Ἔτι μιν, ἔτι βρέφος iambica penthemimeris.
Ἔτι φίλας ἐπὶ ματέρος periodus.
Ἀγκάλαισι θρώσκων ithyphallicus. *Beck.*

1251. μιν,] Fortasse scribendum est νιν. Sed nolui tamen formam epicam in melico carmine obscurare. Certe Porsonus non dubitavit in Phœniss. v. 652. Musgravii conjecturam μιν pro μὲν recipere.—Secundum ἔτι mera est repetitio prioris. *Seidl.*

1253. s. Heath. sic emendat atque constituit:

Ἔκανες, ὦ Φοῖβε, μαντείων δ' periodus.
Ἐπιβὰς ζαθέων, τρίποδ' ἐν χρυσέῳ anapæsticus dimeter.

Beck.

Legebatur: μαντείας βροτοῖς ἀναφαίνων Θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων, ὑπὲρ Κασταλίας ῥεέθρων, γείτων, &c. in quibus summa est confusio, aucta etiam prava interpunctione, quam alii aliam exhibent. Pro ἐμῶν verissime Musgravius conjicit νέμων, coll. Orest. v. 585. βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει. Ad νέμων adscripserat explicator ἀναφαίνων, quam vocem metro jubente expunximus. Pro ὑπὲρ item metrum reposcit ὕπο, i. e. ὑπὲκ. Vid. Herm. ad Eur. Hec. 53. p. 67. Cetera explicabit melior interpunctio. Conjungenda enim sunt νέμων μαντείας θεσφάτων, ὑπὸ ἀδύτων et γείτων ῥεέθρων Κασταλίας, i. e. *prope fontem Castaliæ. Seidl.*

1257. Θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων,] Hæc sunt obscurissima. Forte, Θέσφατα τῶν σεμνῶν ἀδύτων, appositive ad Μαντείας. Reiskius, Θεσφάτων σεμνῶν. Alii aliter. quæ omnia incerta sunt, æque ac mea. *Markl.*

Adytum, quod interiorem templi partem plerumque significat, de terræ etiam spiraculis, quale Delphis fuisse produnt, nonnunquam usurpatur. Homer. Hymn. in Apollin. v. 443.

ἐς δ' ἄδυτον κατέδυσε διὰ τριπόδων ἐριτίμων.

Virg. Æneid. Lib. V. v. 84.

—— adytis cum lubricus anguis ab imis.

Lucian. Micyllo, c. 25. ἐς τὰ ἄδυτα κατελθών. Inde et hunc locum non incommode refingas:

θέσφατα νέμων ἀδύτων ὕπερ.

Super hiatum terræ oracula edens. Νέμων θέσφατα, ut Orest. v. 585. βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει. *Musg.*

ἐμῶν] Duportus legit εὐΐων. Et sane supra v. 1244. eodem modo Pythona βακχεύουσαν vocabat, ἐμῶν autem hic nullum habet locum; nisi quod Chorus dei amore incensus sibi, quæ sunt Apollinis, appropriat. *Barnes.*

Heath. cum Duport. pro ἐμῶν scribit εὐΐων. *Beck.*

1257. Θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων,] Felicissima mihi quidem videtur Musgravii emendatio:

θέσφατα νεμῶν ἀδύτων
ὑπέρ —

super hiatum terræ Oracula edens, distribuens. Orest. 585. βρότοισι στόμα σαφέστατον νέμει. Pindar. Pyth. V. 85. ὁ καὶ βαρειᾶν νόσων Ἀκέσματ' ἄνδρεσσι καὶ γυναιξὶ νέμει.—In reliquis nihil novandum puto. γείτων Κασταλίας ῥεέθρων est Apollo, qui prope hunc fontem sedem habet. Si γεῖτον legeretur, vereor ne epithetorum confusio existat, Euripide parum digna. Mox vero, Musgravio facem præferente corrigo:

Θέμιν δὲ γᾶς παῖδ' ἐπιὼν ἐπεὶ νάσσατ'

Ὑπὲρ Κασταλίας ῥεέθρων
Γείτων, μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον.
Θέμιν δ' ἐπὶ Γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσατο
Ἀπὸ ζαθέων χρηστηρίων, νύχια
Χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων,
Οἳ πολέσιν μερόπων,

Super Castaliæ fluenta,
Vicinus, tenens mediam terræ domum.
Themin vero postquam Terræ filiam
Phœbus invadens ejecerat ex divinis oraculis, nocturna
Terra peperit spectra somniorum,
Quæ multis mortalium,

sive leniori modo:

Θέμιν δ' ἐπὶ γᾶς ἰὼν παῖδ' ἐπεὶ νάσσατ'

ἐπὶ pro ἐπεὶ veteres edd. legunt. *Jacobs.*

1259. Pro γείτων legendum forte γεῖτον, i. e. μέλαθρον. *Musg.*

μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον.] De Delphis in medio terræ sitis vid. Orest. v. 325. et v. 584. Item Medeæ, v. 666. præcipue vero, quæ nos ad Ion. v. 223. *Barnes.*

1260. Pro ἐπὶ Scal. et Canter. ἐπεί. Bene. Quid vero est Γείτων, v. 1259? *Markl.*

ἐπὶ] Canterus ἐπεὶ. Sed in tam depravato loco difficilis electio est.

Ut hujus versus metrum cum initio strophes conveniat, vocibus aliquot transpositis opus erit. Lego:

Θέμιν δὲ γᾶς παῖδ' ἐπιὼν, ἐπεὶ
Νάσσατ' ἀπὸ ζαθέων —— *Musg.*

1260. s. Θέμιν δ' ἐπεὶ Γᾶς παῖδ' ἀπενάσσατο Ἀπὸ ζαθέων χρηστηρίων,] Ita cum Cantero ἐπεὶ lego pro ἐπὶ, sensu et magno Scaligero concurrentibus. Hanc fabulam habes Apoll. Bibl. Lib. I. c. 4. Ἀπόλλων δὲ, τὴν μαντικὴν μαθὼν παρὰ τοῦ Πανὸς — ἧκεν εἰς Δελφοὺς, Χρησμωδούσης τότε Θέμιδος. Ὡς δὲ ὁ φρουρῶν τὸ μαντεῖον Πύθων ὄφις ἐκώλυεν αὐτόν παρελθεῖν ἐπὶ τὸ Χάσμα, τοῦτον ἀνελὼν, τὸ μαντεῖον παραλαμβάνει. Hinc Didymus ad Iliad. β'. v. 519. καὶ Πυθὼν μὲν, ἐπεὶ κατεσάπη αὐτόθι ὁ Δράκων, τὸ μαντεῖον πρότερον φυλάσσων, ὃν ἀπέκτεινε τοξεύσας ὁ Ἀπόλλων. Et Eurip. Schol. Orest. Ὁ Τρίπους πρότερος ἦν τῆς Γῆς, εἶτα τῆς Θέμιδος. *Barnes.*

In tres dividit versus Heath.:

Θέμιν δ' ἐπεὶ γᾶς ἰὼν periodus catalectica.
Παῖδ' ἀπενάσσετ' ἀπὸ ζαθέων hephthemimeris dactylica.
Χρηστηρίων, νυχία iambicus dimeter brachycatalectus.

Hes. ἀπενάσσετο· ἀπῴκισεν. *Beck.*

Aldus et pleræque Edd. Θέμιν δ' ἐπὶ γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσατο Ἀπὸ ζαθέων, etc. Sed recte Canterus ἐπεὶ pro ἐπὶ, et ἀπενάσσατ' Barnesius. Restabat, opinor, ut ἀπὸ, metro strophico indicante, mutaretur in Ἀπόλλων. Nata videtur corruptio inde, quod vox Ἀπόλλων per compendium exarata erat ἀπὸ, littera λ ultimæ vocali superscripta. Ceterum Abreschius confert Hesychii glossam ἀπενάσσατο, ἀπῴκησεν, male, nisi legi voluit ἀπῴκισεν, quod quum Homerica sit glossa, non licet. *Seidl.*

1262. s. φάσματα, Οἳ] Acute præsagiebat Brodæus, φάσματα, poni pro ὄνειροι μετὰ φασμάτων, et a voce ὄνειροι pendere istud οἳ, per σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. Ita fere erat: nam præclare liber Oxon. supplet, Χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων, Οἳ πολέσιν μερόπων, &c. ita etiam Paris. A. C. *Markl.*

Uterque MS. et P. χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων. Postremam vocem, quæ in Aldina deest, metro jubente, recepi. *Musg.*

φάσματα, Οἳ] Σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. Hic enim φάσματα pro Ὄνειροι μετὰ φασμάτων, sive Φάσματα Γῆς παῖδες, per appositionem, ut alii. *Beck.*

Χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων,] Aldus χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματα, omisso ὀνείρων.

Τά τε πρῶτα, τά τ' ἔπειθ',
Ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν,
Ὕπνου κατὰ δνοφερᾶς γᾶς
Εὐνὰς ἔφραζον. Γαῖα δὲ
Μαντεῖον ἀφείλετο τιμὰν
Φοῖβον, φθόνῳ θυγατρός. ταχύπους

Et præterita, et præsentia,
Et quæcunque sunt futura,
Per somnum in obscuræ terræ
Cubiculis dicebant. Terra autem
Vaticino privavit honore
Phœbum, ex ira ob filiam. Celeri pede

Sed peropportune Codd. A. C. et Oxon. χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων.

Χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων, MS. Victor. *Seidl.*

φάσματ' ὀνείρων,] Musgravius e Codd. restituit; cf. Sophocl. Electra. 500. sqq. Nullo modo enim ferenda est vulgata lectio, φάσματα, οἷ, quicquid dicat Barnesius. Reliqua vero pessime corrupta sunt. Neque enim quæ sint illæ εὐναὶ γᾶς intelligitur, neque unde pendeat genitivus ὕπνου facile dictu est. Omissis virorum DD. conjecturis et explicationibus, quæ mihi de hoc loco in mentem venerint, statim proponam. Χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματα ὀνείρων, quæ somnia mortalibus res futuras:

ὕπνῳ, κατὰ δνοφερᾶς γᾶς
ἐνοπὰς, ἔφραζον.

terra subministrante, κατ' ἐνοπὰς γᾶς. Ipsam enim Terram vaticinandi facultate præditam fuisse, proxima docent: γαῖα δὲ μαντεῖον ἀφείλετο τιμὰν Φοιβόν. ubi quid τιμὴ sit docuit Valcken. ad Hipp. p. 178. ἐνοπὴ pro responso deorum notum et firmatur, v. 1274. νυχίους τ' ἐνοπάς — ὕπνῳ *per somnum* jam Marklando placuit. Ad verba τά τε πρῶτα et sq. confer. Sophocl. Antig. 611. τὸ τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει Νόμος ὅδε. *Jacobs.*

1264. s. Τά τε πρῶτα, τά τ' ἔπειθ', Ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν,] Pæne illud Homericum adumbrant—Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω. *Barnes.*

1265. Ὅσα] Lege ob metrum ὅσσα, vel εἶα. *Musg.*

ἅ τ'] Hoc metrum postulavit. Vulgo ὅσα τ'. Cf. Sophocl. Antig. 611. τό τ' ἔπειτα, καὶ τὸ μέλλον, καὶ τὸ πρὶν, ubi vid. Erfurdt. *Seidl.*

1266. Ὕπνου κατὰ] Mallem Ὕπνῳ, i. e. ἐν ὕπνῳ, v. 44. et construo, κατὰ εὐνὰς δνοφερᾶς γᾶς, *in cubilibus obscuræ terræ.* V. 1268. Την μαντειον A. *Markl.*

Tollendum forte γᾶς, vox et sententiæ et metro inutilis, et legendum:

Ὕπνους κατὰ δνοφεράς τ' εὐ-
νὰς — —

Ubi per εὐνὰς intelligo specus quasdam tenebricosas, quale erat antrum Trophonii, in quibus oraculi consultores somnum petebant. Ὕπνος plurali legitur Orph. Hymn. LXXXV. 5. Oppian. Cyneg. II. 576. *Musg.*

Ὕπνου κατὰ δνοφερᾶς γᾶς εὐνὰς, &c.] Heathius vertit: *per somnum in cubilibus obscuræ terræ*, i. e. *in antris et speluncis dicebant.* Intelligit enim διὰ ad ὕπνου, quod fieri non potest. Quare Marklandus mavult ὕπνῳ. Equidem γᾶς retinendum puto. Nam vaticinia ista per somnum *sub terra* edita esse, persuadet etiam paulo post v. 1274. ubi dicitur χθονία μαντοσύνα. Erunt igitur γᾶς εὐναὶ idem quod χθόνιαι εὐναὶ, cubilia subterranea, et eædem simul dicuntur εὐναὶ ὕπνου, propterea quod in iis somnus hominibus solebat obrepere. *Seidl.*

1267. φράζον.] Vulgo ἔφραζον cum augmento, quod in hoc carmine plus semel desideratur.

τὰν] Articulus, quem metrum reposcit, in omnibus editionibus abest, sed optime Cod. A. την μαντειον. Alteram vocem metri causa mutavi in μαντείων. *Seidl.*

Δ' ἐς Ὄλυμπον ὁρμαθεὶς ἄναξ,
Χέρα ψεδνὸν ἕλεξ' ἐκ Διὸς θρόνων,
* * * * * * * *
Πυθίων δόμων

Autem in Olympum contendens rex,
Manum puerilem extendebat ad Jovis thronum,
* * * * * * * *
Pythiis ex templis

1269. ss. Hi tres versus in quinque ita dividi debent:

Φοῖβον φθόνῳ θυγατρός.	hephthemimeris iambica.
Ταχύπους δ' ἐς Ὄλυμπον	penthemimeris anapæstica.
Ὁρμάθεις, ἄναξ,	penthemimeris spondaica.
Χέρα ψεδνὸν ἔλεξ'	basis anapæstica.
Ἐκ Διὸς θρόνων.	penthemimeris trochaica.

In horum versuum penultimo pro ἔλεξ', quod certe vitiosum est, vir quidam D. reponit ἔπλεξ'. *Heath.*

φθόνῳ θυγατρός.] Φθόνῳ κατὰ Φοῖβον παρορμηθεῖσα τῆς θυγατρὸς χάριν, τῆς Θέμιδος δηλονότι. ἡ γὰρ Θέμις γῆς θυγάτηρ. *Barnes.*

1271. Χέρα ψεδνὸν ἔλεξ' ἐξ Διὸς θρόνων,] Placet Scaligeri conjectura, Χέρα παιδνὸν ἕλιξ', *manum puerilem extendebat.* Antholog. III. 9. Hen. Steph. p. 222. παιδνὰς αὐτίκ' ἔτεινε χέρας. Favet παιδνὸν B. qui habet ψαιδνον. Oxon. ἔλειξ. A. ειλιξ. C. ἕλιξ'. Barnesius conjicit, ἐς Διὸς θρόνον: usitatius ἐς Διὸς γένυν. *Markl.*

ἔλεξ'] Uterque MS. et P. ἕλιξ. Quin MS. G. ψαιδνὸν pro ψεδνὸν. Scaliger παιδνὸν ἕλιξ: ubi παιδνὸν quidem placet, ut παιδνὰς χέρας, Antholog. H. Steph. p. 222.

Pluribus mendis laborant hi versus. Legendum forte:

— χέρα παιδνὸν ἄιξ'
Ἐς Διὸς θρόν', ὡς.

Propere extendit manum ad Jovis solium. Sic ἧξεν χέρα, Soph. Ajac. 40.

θρόνα a singulari θρόνος, ut λύχνα, μυχὰ, πυρσὰ, a λύχνος, μυχὸς, πυρσός. *Musg.*

Χέρα ψεδνὸν ἔλεξ' ἐκ Διὸς θρόνων,] Nullus dubito, quin hic locus sit corruptus; haud vero æque facile est, *veram lectionem* assignare: Duportus legit — ἔκραξε δεινὸν, nullis antiquæ scripturæ vestigiis servatis; Scaliger propius — Χέρα παιδνὸν ἕλιξ', sed nec hæc lectio satisfacit, ni ἐς Διὸς θρόνον quoque legamus. Joh. Brodæus nescio quomodo Χέρα fidem exponit; nihil vero probat, explicat minus. Ego quidem ἐπέχω. *Barnes.*

παιδνὸν] Ita feliciter Scaliger. Aldus ψεδνὸν, metro renitente: propius ad verum Cod. B. ψαιδνὸν.

ἕλιξεν] Aldus et Cod. Oxon. ἔλεξ, ut vulgo. Sed bene Scaliger conjiciebat ἕλιξ', quod habet Cod. C.—Codd. Pariss. ἕλιξ, quod mutavi in ἕλιξεν. Mentem poëtæ interpretes non perspexerunt. Requirunt enim ἐς Διὸς θρόνον, vel tale quid. Sensus est: puerilem e Jovis solio (veluti fulmen gerens) vibravit manum, quo Pythicas domos a subterranea deæ vaticinatione liberaret. Ita perspicere etiam licet, quid fuerit, quod Jovi risum moveret. Qui strophicis æquales syllabas desiderabit, leget Ζηνὸς pro Διός. Sed nihil opus.

ἕλιξ ἐκ Διὸς θρόνων, MS. Victor. *Seidl.*

Χέρα ψεδνὸν ἔλεξ ἐκ Διὸς θρόνων,] E variis, quibus hic locus tentatus est, conjecturis, pro meo quidem judicio nulla satis probabilis est. Scaligeri ἕλιξ ἐκ Διὸς θρ. quomodo significare possit: *extendit manus ad Jovis thronum,* non video. Neque magis probanda est conjectura viri docti ap. Heathium: ἔπλεξ ἐκ. nunquam certe legerat χεῖρας πλέκειν pro: *manus jungere* ut supplices solent. Musgravius tandem legit:

χέρα παιδνὸν ἄϊξ'
ἐς Διὸς θρόν', ὡς —

Quod primum ad ψεδνὸν attinet, haud sane video cur hæc lectio, quæ optimum sensum facit, mutanda sit, Il. Β'. 219. Schol. ψεδνή. ἀραιά. μαδαρά, Eustath. in Il. p. 157. 5. ἐστὶ δὲ ψεδνὴ μὲν ἡ λεπτὴ ἀπὸ τοῦ ψῶ τὸ λεπτύνω. Facere eadem Hesychius tradit. Quod vero nonnulli

Χθονίαν ἀφελεῖν
Θεᾶς μῆνιν, νυχίους τ' ἐνοπάς.
Γέλασε δ', ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα,
Πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν.

Terrestrem ut auferret
Deæ *Telluris* iram, nocturnaque responsa.
Risit autem *Jupiter*, quod filius statim *ad se* venisset,
Opulentos cupiens obtinere cultus.

Codd. ψαιδνὸν legunt, id unice pravæ pronuntiationi tribuendum est. Ad lectionem χέρα ἄϊξε vir doctissimus Sophoclem laudat in Ajace 40.

καὶ πρός τι δυσλόγιστον ὧδ' ἦξεν χέρα.

quorum verborum tamen alia ratio est. Agitur enim *de impetu* quem Ajax in gregem fecerat. Manum igitur quasi incitavisse et excitasse dicitur, ἦξεν χέρα, cum ipse animi furore ageretur. Idem de Apolline pueriles manus ad Jovem tendente vix apte dicatur. Multo magis displicet θρόνα pro θρόνους quod exemplo caret; paucorum enim verborum analogia (λυχνὰ, μυχὰ, πυρσὰ. laudat Musgravius) hic nihil efficitur. θρόνα, *Medicamina* non *solium* audit. Theocrit. II. 59.—Euripides scripserat forsitan:

ταχύπους δ'
ἐς Ὄλυμπον ὁρμαθεὶς ἄναξ
χέρα ψεδνὸν ὈΡΕΞ' ἘΣ ΔΙΟΣ ΘΡΟΝΟΝ.

Sic Homerus sæpissime. Il. XIII. 371. εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα. Medea 897. ἆρ' ὦ τέκν', οὕτω καὶ πολὺν ζῶντες χρόνον φίλην ὀρέξατ' ὠλένην. Heraclid. 844. ὀρέξας ἱκέτευσε δεξίαν. Ennius ap. Ciceron. de Divinat. Lib. I. 20.

Quanquam multa manus ad cœli cærula templa
Tendebam lacrymans et blanda voce vocabam.

Jacobs.

1275. Ab hoc versu usque ad v. 1280. magna est in libris confusio. In Aldina enim leguntur sic:

χθονίαν ἀφελεῖν
θεᾶς μῆνιν, νυχίους τ' ἐνοπάς.
γέλασε δ', ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα,
πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν.
ἐπὶ δ' ἔσεισε κόμαν
παῦσε νυχίους ὀνείρους
ἀπὸ δὲ λαθοσύναν
νυκτωπὸν ἐξεῖλε βροτῶν.

Nec variant libri, nisi quod pro λαθοσύναν Musgravius monet ambo MSS. habere μαντοσύναν, idemque in suo Aldinæ exemplari annotatum esse. Marklandus et vir doctus apud Heathium idem repererant conjectura. Præterea pro ἐπεὶ δὲ recte Musgravius ἐπὶ δέ. Totius loci emendationem, dubium non est, quin numeri strophici moderari debeant, in quibus præter ἀμφέπει in ἄμφεπε mutandum ne syllaba quidem vitii suspicionem habet. Hic autem propter ista, χθονίαν θεᾶς μῆνιν, νυχίους ἐνοπάς, νυχίους ὀνείρους, μαντοσύναν νυκτωπὸν, quæ cuncta de una eademque re dicuntur, confusio erat in propinquo, quum alterum alteri explicationis causa superscriptum genuinam lectionem subinde aut fœdare aut prorsus loco movere posset. Omnis certe confusio versatur circa hæc verba. Quo facilius numeros strophicos diligenter consulenti factas a nobis mutationes approbabimus. Versu 1274. ad voces θεᾶς μαντοσύναν adscriptum erat e sequentibus θεᾶς μῆνιν et νυχίους ἐνοπάς, quæ quum in textum admissa essent, exulare debebat vox μαντοσύναν, quam sciolus infra posuit loco verborum μῆνιν θεᾶς, ne eadem bis recurrerent. Ob eandem causam v. 1278. pro νυχίους ἐνοπὰς correxit aliquis νυχίους ὀνείρους, nisi omnino νυχίους ἐνοπὰς explicatum est per ὀνείρους, idque postea in textum irrepsit ita, ut simul retineretur adjectivum νυχίους, quod ipsum satis manifestum reddit, verba νυχίους τ' ἐνοπὰς antiquitus huc pertinuisse. Ceterum v. 1274. θεᾶς monosyllabum est. *Seidl.*

1276. λατρεύματα] Vertendum forte *dona, mercedes,* a λάτρον, *merces.* Vide notam Ruhnkenii V. Cl. ad Callimach. Fragm. 238. *Musg.*

Πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν.]

Ἐπεὶ δ᾽ ἔσεισε κόμαν,
Παῦσε νυχίους ὀνείρους,
Ἀπὸ δὲ μαντοσύναν
Νυκτωπὸν ἐξεῖλε βροτῶν,
Καὶ τιμὰς πάλιν θῆκε Λοξίᾳ,

Postquam autem concussit comam,
Fecit cessare nocturna somnia,
Et imposturam
Nocturnam exemit hominibus,
Et honores iterum dedit Phœbo,

Opulentiam Delphici oraculi immensam notat; quæ ex innumeris regum, principum et rerumpublicarum donariis perpetuo augebatur: Præcipue Crœsi Χρυσᾶ πλινθία memorantur. His tot tantisque thesauris inhiantem memorant Pyrrhum, Achillis filium, a Delphis occisum; quin sacrum, sive Phocense, bellum ortum ex templi Delphici direptione memorat Pausanias aliique; De Brenno, Belini, regis Britanni, fratre, qui Romam cepit, in his autem thesauris diripiendis cœlitus cum exercitu deletus est, vide Justinum, et præsertim Gul. Warneri nostratis Poëma, dictum *Albion's England*, Lib. III. c. 16. Hujus autem oraculi opulentiam notavit Homerus Iliad. ί. v. 404. Οὐδ᾽ ὅσα λάϊνος οὐδὸς Ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ. Vid. Eustathium in locum fol. 759. lin. 26. *Barnes.*

1277. Metro laboranti succurrendum forte, legendo:

Ἐπὶ δὲ σείσας κόμαν
Παῦσεν ὀνείρους νυχίους. *Musg.*

Ἐπεὶ δ᾽ ἔσεισε κόμαν,] i. e. *Capite annuerat*, quod ex Homero mutuatus est Euripides, qui sic Jovem capite annuentem Thetidi introducit, Iliad. α΄. v. 428. Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων· Ἀμβρόσιαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος Κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο· μέγαν δ᾽ ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. *Barnes.*

ἔσεισεν] Vulgo ἔσεισε et proxime παῦσε et ἐξεῖλε. Possis etiam cum Musgravio ἐπὶ δὲ σείσας κόμαν παῦσεν. *Seidl.*

Ἐπεὶ δ᾽ ἔσεισε κόμαν,] Sc. Apollinis precibus favere Jupiter nutu et comæ concussione indicat. Leve autem mendum, quod olim in his verbis hæsit, Musgravius exemit, ἐπὶ scribendo pro ἐπεὶ. Apud Callimachum Jupiter Dianæ precibus annuens: μῦθον ἐπεκρήηνε καρήατι. Hymn. in Dian. 41. et Pallas apud eundem: ὡς φαμένα κατένευσεν· τὸδ᾽ ἔντελες ᾧ κ᾽ ἐπινεύσῃ Παλλὰς, et mox κορυφᾷ Διὸς οὐκ ἐπινεύει ψεύδεα. Lavacr. Pall. v. 130. Ovid. Fast. II. 489.

Jupiter annuerat: nutu tremefactus uterque est
Polus.

Jacobs.

1279. λαθοσύναν] Sensus videtur ducere ad μαντοσύναν· *vaticinationem vero noctu videntem* (vel *nocturnam*) *exemit hominibus*. Vertitur *imposturam*. Vocem ξενόεντι (v. 1282.) suspectam habeo; et alia. Sed taceo. Atque ita valeat obscura hæc monostrophe! *Markl.*

μαντοσύναν] Ita ambo MSS. idemque in meo Aldinæ exemplari annotatum est. Vulgo λαθοσύναν. *Musg.*

Ἀπὸ δὲ λαθοσύναν,] Prometheus quidem apud Æschylum, v. 461. se memoriæ artem mortales docuisse et oblivionem adeo animis eorum exemisse, gloriatur. Hoc autem loco nullum sensum habent verba:

λαθοσύναν νυκτωπὸν ἐξεῖλε βροτῶν.

levissima mutatione legendum est:

μαντοσύναν νυκτωπὸν

quam conjecturam docto viro ap. Heathium quoque in mentem venisse video; eandem Musgravii Codd. confirmant. De hac somniorum interpretandorum arte Prometheus ille Æschyleus ait:

κἄκρινα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἃ χρὴ
ὕπαρ γένεσθαι. *Jacobs.*

1281. θῆκε] Metrum postulat θέτο. *Musg.*

Πολυάνορι δ' ἐν ξενό-
εντι θρόνῳ θάρση βροτοῖς,
Θεσφάτων ἀοιδαῖς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ ναοφύλακες, βώμιοί τ' ἐπιστάται,

In celebri autem, *et* hospitum frequentia claro
Solio fiduciam hominibus,
Oraculorum carminibus.

NUNCIUS.

O æditui, et ararum præsides,

Λοξίᾳ,] De hoc nomine vid. supra v. 1014. *Barnes.*

1282. Metrum hujus versus mutilum est. *Musg.*

1282. s. Ita constituit Heath. :

Πολυάνορι δ' ἐν ξενόεντι θρόνῳ anapæsticus dimeter.
Θάρση βροτοῖς basis iambica.
Beck.

Vocem ξενόεντι cur Marklandus suspectam habeat, non perspicio. Neque magis tentandam puto Hesychii glossam ξεινοῦσσαι, ξενῶνες, ubi Albertius mavult ξεινοῦσαι.—Locum intellige sic: Apollini honorem reddidit, hominibus vero fiduciam oraculorum, hac celebri sede editorum. *Seidl.*

1283. ξενόεντι] Formatur, ut κροκόεις Phœn. 1505. a κρόκος. θανατόεις, Iphig. Aul. 1288. a θάνατος στονόεις a στόνος.

Sed ut lector metrorum convenientiam melius perspiciat, non inutile erit totam Oden, numeris adjectis, describere.

Στροφή.

Ῥῦσαί σφ' ὁ Λατοῦς γόνος, ὅν ποτε
Δηλιάσ' ἐν προχοαῖς
Χυτλοῦσα, Χρυσοκόμαν
Ἐν κιθάρᾳ σοφὸν, ἅ τ' ἐπὶ τόξων
Εὐστοχίᾳ γάνυται,
Ἔφερ' εὔνιν ἀποτρὸ
Δειράδος εἰναλίας
Λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ' ἀ-
στάκτων μάτηρ οὐθάτων
Βακχεύουσαν Διονύσῳ
Παρνάσιον κορυφὰν,
Ὅθι ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δρά-
κων σκιερᾷ κατάμαλλος
Εὐφύλλῳ δάφνᾳ
Γᾶς πελώριον τέρας ἄμφεπεν ἀμ-
φεπ' αἰεὶ μαντεῖον χθόνιον.
Ἔτι μιν, ἔτι βρέφος, ἔτι φίλας
Ἐπὶ ματέρος ἀγκάλαισι θρώσκων
Ἔκανες, ὦ Φοῖβε, μαν-
τείων δ' ἐπέβας ζαθέων,
Τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ
Θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ
Μαντείας βροτοῖς ἀναφαίνων,
Θέσφατα νέμων ἀδύτων ὕπερ,
Κασταλίας ῥεέθρων γεῖτον, μέσον
Γᾶς ἔχων μέλαθρον.

Ἀντιστροφή.

Θέμιν δὲ γᾶς παῖδ' ἐπιὼν, ἐπεὶ
Νάσσατ' ἀπὸ ζαθέων
Χρηστηρίων, νύχια
Χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων.
Οἳ πόλεσιν μερόπων
Τά τε πρῶτα, τά τ' ἔπειθ',
Ὅσσα τ' ἔμελλε τυχεῖν,
Ὕπνους κατὰ δνοφερὰς τ' εὐ-
νὰς ἔφραζον· γαῖα δὲ
Μαντεῖον ἀφείλετο τιμὰν
Φοῖβον φθόνῳ θυγατρός.
Ταχύπους δ' ἐς Ὄλυμπον ὁρμαθεὶς ἄ-
ναξ χέρα παιδνὸν ἄιξ'
Ἐς Διὸς θρόν', ὡς
Πυθίων δόμων, χθονίαν ἀφελεῖν
Θεᾶς μῆνιν, νυχίους τ' ἐνοπάς.
Γέλασε δ', ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα
Πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν.
Ἐπὶ δὲ σείσας κόμαν
Παῦσεν ὀνείρους νυχίους.
Ἀπὸ δὲ μαντοσύναν

Θόας ἄναξ γῆς τῆσδε, ποῦ κυρεῖ βεβώς;
Καλεῖτ', ἀναπτύξαντες εὐγόμφους πύλας,
Ἔξω μελάθρων τῶνδε, κοίρανον χθονός.
ΧΟ. Τί δ' ἐστιν; εἰ χρὴ μὴ κελευσθεῖσαν λέγειν;
ΑΓ. Βεβᾶσι φροῦδοι δίπτυχοι νεανίαι,
Ἀγαμεμνονείας παιδὸς ἐκ βουλευμάτων
Φεύγοντες ἐκ γῆς τῆσδε, καὶ σεμνὸν βρέτας
Λαβόντες ἐν κόλποισιν Ἑλλάδος νεώς.
ΧΟ. Ἄπιστον εἶπας μῦθον. ὃν δ' ἰδεῖν θέλεις
Ἄνακτα χώρας, φροῦδος, ἐκ ναοῦ συθείς.

Quo abiit rex hujus terræ Thoas?
Vocate, aperientes portas firmas,
Extra hanc aulam dominum terræ.
Cho. Quid vero est? num oportet me non jussam loqui?
Nun. Abierunt duo adolescentes
Consilio filiæ Agamemnonis
Fugientes ex hac terra, et venerandam statuam
Accipientes in sinu navis Græcæ.
Cho. Dicis rem incredibilem: quem autem videre cupis
Regem *hujus* terræ, jam ex templo abiit.

Νυκτωπὸν ἐξεῖλε βροτῶν,
Καὶ τιμὰς πάλιν θέτο Λοξί-
ᾳ . . . . πολυάνορι δ'
Ἐν ξενόεντι θρόνῳ θάρση βροτοῖς
Θεσφάτων ἀοιδαῖς. *Musg.*

1286. Θόας, ἄναξ γῆς τῆσδε, ποῦ κυρεῖ βεβώς;] Malim ποῖ κυρεῖ βεβώς, i. e. ποῖ βέβηκε; Legebatur apud Sophoclem Trach. 40. κεῖνος δ' ὅπου | βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε. Brunckius ὅποι reposuit, collato tragico, Rhes. 685. Οἶσθ' ὅποι βεβᾶσιν ἄνδρες; *Elmsl.*

1289. Τί δ' ἐστίν; εἰ χρὴ μὴ κελευσθεῖσαν λέγειν;] B. η χρη. verba satis plana sunt. sed mihi obscurior videtur mens hujus iambi. non multum juvabit, Τί δ' ἐστιν ὅ (vel ὅ, τι) χρή. Aliis forte nulla erit difficultas. V. 1292. Pro φεύγοντες mallem φυγόντες, aor. secundi, ut λαβόντες, et 1300. Μέτεστι χ' ὑμῖν, quam Μέτεστί θ' ὑμῖν. μέρος est κατὰ μέρος, non nominativus verbo Μέτεστι, quod resolvendum est in μετουσία ἐστὶ, ut cætera quæ vocantur impersonalia. Μέρος, *pro parte vestra*, quantum in vobis fuit. Vide ad Supplic. v. 1087. *Markl.*

Interpungendum:

τί δ' ἐστὶν, εἰ χρὴ, μὴ κελευσθεῖσαν, λέγειν;

Quidnam est, modo liceat rogare, quæ non jussa sum rogare? Post λέγειν enim subaudiendum τοῦτο: εἰ χρὴ τοῦτο λέγειν. MS. G. ἣ χρή. *Musg.*

Verte: *Quid rei est? si me loqui non jussam fas est. Heath.*

Musgravii MS. G. ἣ χρή. Marklando obscurior videtur mens hujus iambi, sed bene eum intellexerunt Heathius et Musgravius. Sensus: quidnam est? si tamen licet hoc dicere, i. e. rogare, quæ rogare non jussa sim. *Seidl.*

1292. Φεύγοντες] Multum a vero aberrat Marklandus, qui mavult φυγόντες, aor. secundi, ut proxime λαβόντες. Horum enim participiorum diversa ratio est. Quippe fugiebant adhuc, quum abirent, sed deæ statuam jam secum abstulerant. *Seidl.*

1295. φροῦδος,] Φροῦδος quasi πρόοδος, ut φροίμιον pro προοίμιον, φροῦδος ὁ πρὸ ὁδοῦ γενόμενος, εἴγουν οἰχόμενος. Vid. Eustath. in Hom. fol. 487. lin. 2. et fol. 805. lin. 45. Συθεὶς] *profectus*, sed festinationem quan-

ΑΓ. Ποῖ; δεῖ γὰρ αὐτὸν εἰδέναι τὰ δρώμενα.
ΧΟ. Οὐκ ἴσμεν. ἀλλὰ στεῖχε, καὶ δίωκέ νιν,
Ὅπου κυρήσας, τούσδ' ἀπαγγελεῖς λόγους.
ΑΓ. Ὁρᾶτ', ἄπιστον ὡς γυναικεῖον γένος,
Μέτεστί θ' ὑμῖν τῶν πεπραγμένων, μέρος.
ΧΟ. Μαίνει· τί δ' ἡμῖν τῶν ξένων δρασμοῦ μέτα;
Οὐκ εἶ κρατούντων πρὸς πύλας ὅσον τάχος;
ΑΓ. Οὔ· πρίν γ' ἂν εἴποι τοὔπος ἑρμηνεὺς τόδε,
Εἴτ' ἔνδον, εἴτ' οὐκ ἔνδον, ἀρχηγὸς χθονός.
Ὠή· χαλᾶτε κλῇθρα, τοῖς ἔνδον λέγω·

Nun. Quo? oportet enim eum scire quæ *nunc* fiunt.
Cho. Nescimus: quare abi, et persequere ipsum eo.
Ubi cum eum nactus fueris, nuncies ei ista verba.
Nun. Videte, quam perfidiosum sit genus muliebre,
Et vos estis participes horum facinorum.
Cho. Insanis: quid enim nobis negotii est cum fuga hospitum?
Non ibis ad portam regis quam celerrime?
Nun. Non, priusquam satelles aliquis dixerit hoc verbum,
Intusne sit, an non, princeps *hujus* terræ.
Heus aperite fores, vobis dico qui intus estis,

dam notat, ἐξορμηθείς. Hinc Homer. σύτο et ἔσσυτο et ἐσσύμενος et ἐσσυμένως. *Barnes.*

1300. Μέτεστί θ' ὑμῖν] Marklandus prætulerit μέτεστι χ' ὑμῖν. Magis placeret μέτεστιν ὑμῖν.

μέρος.] Male post πεπραγμένων Marklandus comma ponit, μέρος explicans κατὰ μέρος, *pro parte vestra*, quæ explicatio jam improbata est a Schaefero ad Lamb. Bos. p. 283. Cf. ibi p. 280. et Heindorf. ad Plat. Soph. p. 338. *Seidl.*

1301. τί δ' ἡμῖν τοῦ ξένων δρασμοῦ μέτα;] Id est, μέτεστι. Herodotus I. 88. οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ ἔτι τούτων μέτα· *nihil enim mihi jam cum his rebus est.* Pro τοῦ A. C. habent των. bene. nam Orestes et Pylades passim vocantur οἱ ξένοι. *Markl.*

τȣ͂] Exc. Put. τῶν. *Musg.*

μέτα pro μέτεστι. *Barnes.*

Μαίνει·] Vulgo μαίνῃ, et paulo post τοῦ pro τῶν. *Seidl.*

τῶν ξένων δρασμοῦ, MS. Victor. *Seidl.*

1302. Male huic versui nuncii persona præfigitur, cujus ῥῆσις non nisi a proximo versu incipit, continet autem quinque continuos versus. *Musg.*

κρατȣ́ντων] Τοῦ δεσπότου, βασιλέως. Ὅσον τάχος] quam celerrime. *Barnes.*

1302. ss. Hæc ita distingui cum Musgr. jubet Prev. ut verba Οὐκ εἶ—τάχος tribuantur Choro, et illa Οὔ· πρίν γ' — κακῶν nuncio. Cæterum per ἑρμηνέα intelligit eum, qui Francogallis dicitur *le portier.* *Beck.*

Male hæc personis dispertita leguntur. Primus horum versuum æque ac præcedens ad Chorum pertinet, qui, ut plus temporis Oresti ad evadendum supersit, nuncium conatur a templo, ubi tunc agebat Thoas, ad regiam amandare. Quinque seqq. versus omnes nuncii personæ tribuendi, quorum duobus prioribus Chorum alloquitur, reliquis tribus templi æditos. *Heath.*

1303. ἑρμηνεὺς, i. e. κῆρυξ, *præconum regiorum aliquis.* κήρυκες, quibus officii pars erat diversas linguas callere, inde a veteribus ἑρμηνεῖς nonnunquam dicti sunt. vid. Polluc. Lib. IV. sect. 94. Nostri Electr. v. 333. Sic Virgilio interpres divûm est præco vel nuncius divûm. *Musg.*

τοὖπος] Τὸ ἔπος. *Barnes.*

τοὔπος] Ita Aldus. Vulgo τοὖπος.

Pro simplici τὶς poëta explicatius dixit ἑρμηνεὺς, *qui exprimere possit*, i. e. qui sciat.

Καὶ δεσπότῃ σημήναθ᾽, οὕνεκ᾽ ἐν πύλαις
Πάρειμι, καινῶν φόρτον ἀγγέλλων κακῶν.
ΘΟ. Τίς ἀμφὶ δῶμα θεᾶς τόδ᾽ ἵστησιν βοὴν,
Πύλας ἀράξας, καὶ φόβον πέμψας ἔσω;
ΑΓ. Ψευδῶς ἔλεγον αἵδε, καί μ᾽ ἀπήλαυνον δόμων,
Ὡς ἐκτὸς εἴης· σὺ δὲ κατ᾽ οἶκον ἦσθ᾽ ἄρα. 1321
ΘΟ. Τί προσδοκῶσαι κέρδος, ἢ θηρώμεναι;

Et regi dicite, quod ad fores
Adsim, nuncians novorum onus malorum.
Th. Quis circa domum hanc deæ excitat clamorem,
Fores pulsans, et terrorem mittens intro?
Nun. Hæ mentitæ sunt, et abegerunt me a domo,
Quod extra esses, tu tamen eras intus in domo.
Th. Quod lucrum expectantes, aut *quid* venantes?

Electræ locus a Musgravio allatus alius naturæ est. *Seidl.*

1304. ἔνδον,] i. e. in templo. *Seidl.*

1307. ἀγγέλλων] Schaeferus edidit ἀγγελῶν, opinor, quod plerumque ita Euripides loqui solet, ut Phœniss. 1091. (ubi tamen quidam libri ἀγγέλλων) Androm. 1059. Suppl. 648. Troad. 240. coll. Rhes. 264. Atque infra v. 1410. nuntius de eadem re: ἀπεστάλην σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας. Nostro tamen loco librorum lectionem tolerandam puto, quod homo non magis narraturus erat, quam narraverat. Mulieribus enim jam paulo ante summam rei exposuerat. Ἀγγέλλων igitur hic idem fere est, quod alias ἄγγελος. Cf. Androm. 813. Rhes. 52. et paulo post ad v. 1319. *Seidl.*

1308. Τίς] Quæstio est non percontantis tantum, quis strepitum dedisset, sed indignantis potius, tantum strepitum in vicinia templi factum esse. Deorum sacra, secundum Julianum, Ep. 27. p. 400. C. ἐκτὸς πάτου εἶναι χρὴ, καὶ δρᾶσθαι καθ᾽ ἡσυχίαν, ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτο πορευομένων. Eam ob causam φόβον melius hic convenire arbitror, quam ψόφον: quippe φόβον, tristem perturbationem, in templo cieri ad numinis contumeliam quodammodo spectabat. Androm. 1133. *Musg.*

1309. Πύλας ἀράξας,] Euripideum magis videtur, Πύλας τ᾽ ἀράξας. *Markl.*

φόβον] Lib. P. ψόφον. *Musg.*

Πύλας ἀράξας,] Marklando Euripideum magis videtur πύλας τ᾽ ἀράξας καὶ, etc. Imo illud τ᾽ si libri haberent, equidem omitterem. Sensus est: πύλας ἀράξας, καὶ οὕτω, i. e. διὰ τὸ ἀράξαι, φόβον ἔσω πέμψας. Ceterum jure Musgravius sprevit lectionem libri P. ψόφον pro φόβον.

καὶ ψόφον πέμψας, MS. Victor. *Seidl.*

1310. ἔλεγον αἵδε, καί μ᾽] Tertius pes est amphimacer. Lego, ψευδῶς ἔλεγον αἵδ᾽, αἵ μ᾽ ἀπήλαυνον δόμων, Ὡς ἐκτὸς εἴης. ultima vox est a Scal. et Canter. pro vulg. ἦς. alioquin scripsisset potius ἦσθα quam ἦς. Piersonus, ψευδῶς λέγουσαι, μ᾽ αἵδ᾽, &c. Scalig. et Barnes. ψευδῆ ἔλεγον αἵδε, cum hiatu. *Markl.*

1310. s. Ψευδῶς ἔλεγον αἵδε, καί μ᾽ ἀπήλαυνον δόμων, | ὡς ἐκτὸς εἴης (Ald. ἦς.) σὺ δὲ κατ᾽ οἶκον ἦσθ᾽ ἄρα.] Reliqui vitiosum versum, ut libri exhibent, quoniam ex multis, quæ exstant, emendationibus apud me quidem nulla satis habet fidei. Seidler. Zimmermannus et Matthiæ ex conjectura Piersoni, Ψευδῶς λέγουσαί μ᾽ αἵδ᾽ ἀπήλαυνον δόμων. Ψευδῶς ex interpretatione natum mihi videtur. Fortasse legendum, Ἀλλ᾽ ἔλεγον αἵδε (καί μ᾽ ἀπήλαυνον δόμων) | ὡς ἐκτὸς εἴης; Post literas ἀγγ. quæ personam designant, facile excidere poterat ἀλλ᾽. *Elmsl.*

Ψευδῶς ἔλεγον αἵδε,] Legendum puto ψυδρ᾽ ἔλεγον αἵδε. Hesychius: ψυδρὰ, ψευδῆ. ψυδρὸν, ψευδές. *Musg.*

Ψευδῆ ἔλεγον, etc.] Ita cum Scaligero lego, quia ψευδῶς, quod prius obtinebat, maximo erat versui impedimento: Nunc autem, si dactylum in primo, et anapæs-

ΑΓ. Αὖτις τὰ τῶνδε σημανῶ· τὰ δ' ἐν ποσὶ
Παρόντ', ἄκουσον· ἡ νεᾶνις, ἣ 'νθάδε
Βωμοῖς παρίστατ', Ἰφιγένει', ἔξω χθονὸς
Ξὺν τοῖς ξένοισιν οἴχεται, σεμνὸν θεᾶς
Ἄγαλμ' ἔχουσα· δόλια δ' ἦν καθάρματα.
ΘΟ. Πῶς φής; τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;
ΑΓ. Σώζουσ' Ὀρέστην· τοῦτο γὰρ σὺ θαυμάσει.

Nun. Postea dicam, quæ ad has pertinent: quæ vero ante pedes
Jam sunt, audi: puella, quæ hic
Aris astabat, Iphigenia extra hanc terram
Cum hospitibus abiit, venerandam deæ
Statuam habens; simulatæ enim erant illæ expiationes.
Tho. Quid ais? Qua rerum aura impulsa?
Nun. Ut servaret Oresten: hoc enim tu miraberis.

tum in secundo putes, hoc modo, ψευδῆ ε—λεγονσαι, recte versui consuletur. *Barnes.*

Ex Barnesii conjectura anapæstum dactylus in secunda sede præcedet; qualis licentia apud Tragg. nusquam reperitur, et ne apud Comicos quidem, monente ex Dawes. M. Cr. p. 253. s. Heathio. *Beck.*

Reliqui vitiosum versum, ut libri exhibent, quoniam ex multis, quæ exstant, emendationibus apud me quidem nulla satis habet fidei. Piersonus Veris. p. 66. reponit ψευδῶς λέγουσαι μ' αἵδ' ἀπήλαυνον δόμων, Heathius ψευδῶς λέγουσαι δή μ' ἀπ. ἐ. Musgravio omne vitium latere videtur in verbis ψευδῶς ἔλεγον, in quo me assentientem habet. Neque male ille conjicit ψύθρ' ἔλεγον secundum Hesychii glossas ψυδρὰ, ψευδῆ, et ψυδρὸν, ψευδές. Hermanno ab explicatore adjectum videtur verbum ἔλεγον, scribendumque:

ψευδῶς μὲν αἵδε, καί μ' ἀπήλαυνον δόμων,
ὡς ἐκτὸς εἴης, σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα,

ut per ellipsin ἔλεγον omissum sit, (cf. ad Lamb. Bos. Ellips. vv. λέγειν et φθέγγομαι ed. Schaef.) et particulæ μὲν respondeat proximum δέ. Ψευδῶς ἐρεῖν Noster dixit Iphig. Aul. 1005. *Seidl.*

1311. ἦς·] Recte Canterus εἴης. *Musg.*

Ὡς ἐκτὸς εἴης· σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα] Olim scriptum erat ἦς pro εἴης, magna versus jactura: Quam ut resarcirent, nonnulli legebant—σὺ δὴ κατ' οἶκον, non omnino inepte: sed τὸ εἴης pro ἦς corrigendo, cum Cantero et Scaligero, metro magis et grammaticæ gratum feceris. *Barnes.*

1313. Αὖτις] Ὕστερον, ἐν ἄλλῳ χρόνῳ. Idem cum αὖθις. *Barnes.*

Αὖθις] Sic Schaeferus. Libri αὖτις. Vid. supra ad v. 328. *Seidl.*

1318. s. τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;] Sensus videtur esse, *Quid sibi volens?* quam mentem rei habens? Difficultas est in voce πνεῦμα. Cod. B. κεκτημενους; quæ vox forte explicari potest per abruptionem.—Versu prox. seq. pro Σώζουσ' legi posset in futuro Σώσουσ': sed non variant MSS. Πνεῦμα videtur significare *mens* in Sophocl. Œd. Col. 638. καὶ πνεῦμα ταυτὸν, &c. συμφορὰ pro *res*, et κεκτημένος pro *habens*, frequenter occurrunt. *Markl.*

τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;] Marklandus: "Sensus videtur esse, quid sibi volens? quam mentem rei habens? Difficultas est in voce πνεῦμα. Cod. B. κεκτημενους, quæ vox forte explicari potest per abruptionem." Talis abruptio hic locum non habet. Metaphoram ductam apparet a navigatione. Verba igitur τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη explicanda videntur, τίνι συμφορᾶς πνεύματι φερομένη, *quonam casu, quanam re, veluti vento, impulsa?* *Seidl.*

1319. Σώζουσ'] Non opus est, ut cum Marklando legatur σώσουσ' in futuro. Noster Electr. 1024.

κεἰ μὲν, πόλεως ἅλωσιν ἐξιώμενος

ΘΟ. Τὸ ποῖον; ἆρ' ὃν Τυνδαρὶς τίκτει κόρη;
ΑΓ. Ὃν τοῖσδε βωμοῖς θεὰ καθωσιώσατο.
ΘΟ. Ὦ θαῦμα· πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω;
ΑΓ. Μὴ 'νταῦθα τρέψῃς σὴν φρέν', ἀλλ' ἄκουέ μου·
Σαφῶς δ' ἀθρήσας, καὶ κλύων, ἐκφρόντισον
Διωγμὸς ὅστις τοὺς ξένους θηράσεται.
ΘΟ. Λέγ'· εὖ γὰρ εἶπας· οὐ γὰρ ἀγχίπλουν πόρον
Φεύγουσιν, ὥστε διαφυγεῖν τοὐμὸν δόρυ.
ΑΓ. Ἐπεὶ πρὸς ἀκτὰς ἤλθομεν θαλασσίας,
Οὗ ναῦς Ὀρέστου κρύφιος ἦν ὡρμισμένη,

Tho. Quem? Num illum Tyndaridis filium?
Nun. Illum, quem consecraverat deæ ad hanc aram.
Tho. O portentum! quomodo recte minore nomine te compellem.
Nun. Ne huc vertas tuam mentem, sed audi me,
Et clare considerans, et audiens cogita,
Qui modus persequendi venetur hospites.
Tho. Dic; nam recte mones: non enim per vicinum mare
Fugiunt, ut possint effugere meam classem.
Nun. Postquam venimus ad littus marinum,
Ubi navis Orestis latens erat appulsa,

ἢ δῶμ' ὀνήσων, τἄλλα τ' ἐκσώζων τέκνα,
ἔκτεινε πολλῶν μίαν ὕπερ, σύγγνωστ' ἂν ἦν.

Paulo post v. 1333. eodem modo legimus θύουσα, pro quo non majori jure Reiskius conjicit θύσουσα. Si opus esset, plures hujus generis loci afferri possent. Vid. supra ad v. 1307. coll. Zeun. ad Viger. p. 344. ed. Herm.

θαυμάσει.] Libri θαυμάσῃ. *Seidl.*

1320. Τὸν ποῖον;] Ald. Port. Steph. et B. Το ποιον; *Quale hoc?* et ita Iph. Aul. 517. Sophocl. Œdip. Tyran. 120. Plato sæpe. (Pro θαυμάσῃ, v. 1319.) Reiskius θαυμάσῃς. *Markl.*

Τὸν ποῖον;] Ita MS. E. et P. Ed. Ald. τὸ ποῖον. *Musg.*

Τὸν ποῖον; MS. Victor. *Seidl.*

1321. θεᾷ καθωσιώσατο.] Oxon. (et C.) Θεὰ, casu recto. Bene. neque opus erat duobus dativis. *Markl.*

θεὰ] Aldus θεᾷ.

θεὰ καθωσιώσατο, MS. Victor. *Seidl.*

1322. πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω;] Potius putarem μεῖον· *quo* enim *minore nomine recte te possim appellare?* Aliis tamen forte aliter videbitur. *Markl.*

μεῖζον] Marklando placet μεῖον. *Musg.*

θαῦμα Prev. censet ad singularem eventus rationem pertinere. *Beck.*

πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω;] Nihil mutandum. Thoanti, quum nuncium sequens hoc factum θαῦμα appellat, non satisfacit hoc, non putat se τετυχηκέναι, i. e. apto et satis forti nomine illud appellasse. Quærit igitur, quonam fortiori nomine te appellare licebit, ut convenienter appellem? *Seidl.*

1325. Διωγμὸς ὅστις] Sensus hic: τίνι διωγμῷ, i. e. πῶς διώκοντες θηρασόμεθα τοὺς ξένους. *Barnes.*

1326. ἀγχίπλουν πόρον] Hesychii exemplar habebat ἀγχίπουν. Sensus fere idem est in utrovis. Pro φεύγουσιν (quod suspectum esse potest) Scal. φεύξουσιν. vid. ad v. 242. Pro ὡρμισμένη (v. 1329.) A. ὡρμημενη. *Markl.*

ἀγχίπλουν πόρον] "*Hesychii Exemplar habebat ἀγχίπουν.*" Markl. Idem notaverat Wesselingius Prob. V. p. 39. *Por.*

ἀγχίπλουν πόρον] Optime explicat Henric. Stephan. Thes. Ind. p. 264. *navigatio, qua propinqua tantum loca perme-*

Ἡμᾶς μὲν, οὓς σὺ δεσμὰ συμπέμπεις ξένων
Ἔχοντας, ἐξένευσ᾽ ἀποστῆναι πρόσω,
Ἀγαμέμνονος παῖς, ὡς ἀπόρρητον φλόγα
Θύουσα, καὶ καθαρμὸν, ὃν μετῴχετο.
Αὐτὴ δ᾽ ὄπισθε δέσμ᾽ ἔχουσα τοῖν ξένοιν
Ἔστειχε χερσί. καὶ τάδ᾽ ἦν ὕποπτα μὲν,
Ἤρεσκε μέντοι σοῖσι προσπόλοις, ἄναξ.
Χρόνῳ δ᾽, ἵν᾽ ἡμῖν δρᾷν τι δὴ δοκῇ πλέον,
Ἀνωλόλυξε, καὶ κατῆδε βάρβαρα
Μέλη, μαγεύουσ᾽, ὡς φόνον νίζουσα δή.

Nobis quidem, quos tu cum *ista* misisti vincula hospitum
Tenentes, nutu-significavit, ut recederemus procul,
Agamemnonis filia, tanquam arcanum ignem
Sacrificatura, et purificationem, ad quam ibat.
Ipsa vero retro vincula tenens hospitum
Ibat manibus, et hæc erant quidem *nobis* suspecta,
Satisfaciebant tamen tuis ministris, O rex.
Tandem vero, ut nobis aliquid majus scilicet videretur agere,
Ululavit, et cantavit barbara
Carmina, magos imitans, quasi cædem jam *expiaret.*

antur, i. e. *brevis et non longinqua.* Nostrates etiam dicere possunt *eine nahe Reise* pro *eine kurze, eine kleine Reise.* Dicit igitur Thoas: iter, quod fuga iis emetiendum est, longinquius est, quam ut me jamjam effugerint, i. e. priusquam hoc iter perficere poterunt, eos assequar. Πόρον φεύγειν, ut πόρον ἐλθεῖν supra v. 116.

οὗτοι μακρὸν μὲν ἤλθομεν κώπῃ πόρον.

Cf. ad v. 1113. Male igitur interpretes Latini πόρον hic reddunt *mare,* pejus etiam Scaliger pro φεύγουσιν mavult φεύξουσιν. In Hesychio, ubi hanc glossam legimus: ἀγχίπους, εὐδιακόμιστος, καὶ ὁ παρεστὼς, καὶ σύνεγγυς. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Ταύροις. mihi quoque, quod quidam voluerunt, corrigendum videbatur ἀγχίπλους, maxime quum statim vocem ἀγχίπορος etiam explicet per εὐδιακόμιστος. Defendit tamen et explicat Hesychii lectionem Hermannus ad Viger. p. 949. ed. alt. *Seidl.*

1327. διαφυγεῖν ἐμὸν δόρυ.] Opinor, διεκφυγεῖν, *evadere meam classem,* non *hastam.* *Markl.*

Φεύγουσιν,] Scaliger φεύξουσιν. Vid. infra v. 1393. *Barnes.*

Sententiam corrumpit Scalig. legendo absque necessitate φεύξουσιν. Verte: *non enim propinquum navigationis terminum habentes fugiunt.* *Heath.*

1328. Venimus ad nuntii narrationem de Orestis et Iphigeniæ fuga, quæ ob difficultates, quibus scatet, famam nacta est. In qua explicanda si nos quoque labantes viderint, veniam dabunt æqui existimatores. *Seidl.*

1331. ἐξένευσ᾽] In hoc loco fit ab ἐκνεύω, idem, quod ἐπινεύω, *adnuo, nutu jubeo.* De ἐξένευσ᾽ pro ἐξέφυγε, ab ἐκνέω, *enato,* vid. Hippolyt. v. 472. et hujus Fab. v. 1187. *Barnes.*

1332. s. ἀπόρρητον φλόγα Θύουσα, i. e. sacrificium accensura, cui adesse vetitum erat. *Seidl.*

1333. ὃν μετῴχετο.] Ad quam festinabat. Iliad. ε΄. v. 148. ὁ δ᾽ Ἄβαντα μετῴχετο καὶ Πολύειδον. *Brodæus.*

Reisk. conjicit θύσουσα, *accensura.*

Beck.

1337. ἵν᾽ ἡμῖν δρᾷν τι δ. δ. π.] Verte cum Marklando: *ut nobis aliquid majus scilicet videretur agere.* *Seidl.*

1338. κατῆδε] Ita Lib. P. ut recte Barnesius. Ed. Ald. κατεῖδε. *Musg.*

Ἐπεὶ δὲ δαρὸν ἧμεν ἥμενοι χρόνον,
Εἰσῆλθεν ἡμᾶς, μὴ λυθέντες οἱ ξένοι
Κτάνοιεν αὐτὴν, δραπέται τ' οἰχοίατο.
Φόβῳ δ' ἃ μὴ χρῆν εἰσορᾶν, καθήμεθα
Σιγῇ. τέλος δὲ πᾶσιν ἦν αὐτὸς λόγος,
Στείχειν ἵν' ἦσαν, καίπερ οὐκ ἐωμένοις.

Posteaquam autem diu sedimus,
Venit nobis in mentem ne soluti hospites
Interficerent eam, et effugerent.
Metu tamen ne videremus ea, quæ non oportebat, sedimus
Tacite: tandem vero omnibus eadem fuit sententia,
Ire eo, ubi illi essent, etiamsi *nobis hoc* non concederetur.

Ἀνωλόλυξε καὶ κατῇδε βάρβαρα Μέλη ματεύουσ',] De vera significatione verbi Ἀνολολύζω, et quod proprie apud Homerum et veteres significat γυναικείαν τινὰ εὐχὴν εὔχεσθαι μετὰ ἐνθεασμοῦ καὶ ἐμμελοῦς τινος καὶ λείου ἤχου, vid. Eustathium in vocibus ὀλολυγὴ et ὀλολύζειν. Quod vero κατῇδε additur, id omnino recte fit, ut et μέλη sequitur; unde lectionem veterem κατεῖδε rejiciendam patet, quam Brodæus non felicius κατεῖλε legendam putabat, quum καθεῖλε sit vera lectio istius vocabuli. Fit autem a κατᾴδω pro καταείδω. *Barnes.*

1338. s. βάρβαρα Prev. explicat ita, Iphigeniam cecinisse Scytharum more. *Beck.*

κατῇδε βάρβαρα, MS. Victor. *Seidl.*

1339. Μέλη ματεύουσ',] An, καὶ κατῇδε βάρβαρα Μέλη, μαγεύουσ' ὡς, φόνον νίζουσα δή. De significatione particulæ δὴ, vide ad Supplic. 531. Reiskius quoque μαγεύουσα. Aliter tamen legi et distingui potest hic locus. Φόνον est *pollutionem cædis*, ut sæpe. *Markl.*

Μέλη ματεύουσ', ὡς φόνον νίζουσα δή.] "Legendum μαγεύουσ' censent Marklandus, Reiskius." et Valcken. ad Herodot. VII. 191. Male vulgatum citat Cl. Villoison. Animadv. in Long. Pastoral. p. 279. *Por.*

ματεύουσ',] Optime Reiskius μαγεύουσ'. *Musg.*

μαγεύουσ',] Sic scribens obtemperavi viris doctissimis, Reiskio, Valckenario, Marklando, Musgravio, qui consensu ita poëtam dedisse statuunt. Libri ματεύουσ', parum apte. Quodsi velis explicare per μελετῶσα sive σπουδῇ ποιοῦσα, is verbi ματεύειν usus exemplis adstruendus erit. Non autem cum Marklando interpungere μαγεύουσ' ὡς, φόνον νίζουσα δή. Nam ὡς spectat ad vicinum δή. Similiter de re ficta Noster Hel. 1378.

ὡς τῷ θανόντι χάριτα δὴ συνεκπονῶν.

et alibi sæpe. Etiam continuas, nullo vocabulo interjecto, has particulas legimus Æschyl. Agam. v. 1644.

ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει.

Nostri Alcest. 1033. Androm. 234. 592. et sæpius. *Seidl.*

1342. δραπέται τ' οἰχοίατο.] De voce δραπέτης, et quod illius prior syllaba sit longa, vid. Phavorinum; item Eustath. &c. Οἰχοίατο vero Ionice et poëtice pro Οἴχοιντο. *Barnes.*

1343. Aldus: ἃ μὴ 'χρῆν. *Seidl.*

1344. αὐτὸς λόγος,] Ὡὑτὸς λόγος, *eadem sententia.* *Markl.*

ὡὑτὸς λόγος, *eadem sententia,* Markl. jubente Valck. ad Phœn. 927. *Beck.*

ὡὑτὸς] Ita Schaeferus. Aldus αὐτός. *Seidl.*

1345. ἐωμένοις.] Schaeferus Mel. Crit. p. 99. not. malit ἐωμένους, citato Brunck. ad Æschyl. Prometh. v. 217. Si libri ita haberent, sane præferendum esset. *Seidl.*

1346. Ἑλλάδος νεὼς σκάφος,] Etiam sequente πίτυλον defendi potest. vid. Heraclid. v. 489. Helen. v. 2. Alioqui legi posset σκάφει. Mihi tamen neutra ratio satis placet. Lego igitur, versibus transpositis:

ναύτας τε πεντήκοντ' ἐπὶ σκαλμῶν πλάτας,
ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον,
ἔχοντας — —

Κἀνταῦθ' ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος,
Ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον,
Ναύτας τε πεντήκοντ', ἐπὶ σκαλμῶν πλάτας
Ἔχοντας, ἐκ δεσμῶν δὲ τοὺς νεανίας
Ἐλευθέρους πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς.
Κοντοῖς δὲ πρῷραν εἶχον· οἱ δ' ἐπωτίδων

Ibi vero vidimus Græcæ navis scapham
Et nautas quinquaginta qui remos in scalmis,
Remigium palmulis bene aptatis alatum,
Tenebant; et a vinculis adolescentes
Vidimus liberos ad puppim navis stantes.
Contis vero alii proram regebant. Alii vero ad epotidas

πλοῖον κατῆρες legitur Herodot. VIII. 21. *Musg.*

νεὼς σκάφος,] Periphrasis. *Barnes.*

1347. Ταρσῷ κατήρει] Forte κατῆρες, sc. σκάφος. plenius dixi ad Supplic. 121. *Markl.*

Ταρσῷ—ἐπτερωμένον,] De reciprocatione metaphoræ ab *alis* ad *remos*, et vice versa, vid. quæ nos supra ad v. 290. Hinc Hom. Odyss. λ'. v. 124. ἐρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται. Est autem analogia. De voce Πίτυλον vid. etiam supra ad v. 308. Ταρσοὶ autem τῶν ἐρετμῶν dicuntur palmulæ remorum, λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ πτέρυγος τῶν ὀρνέων, διὰ τὸ πλατύ· καὶ ἐπὶ ποδός· καὶ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς χειρός. *Barnes.*

Ταρσῷ κατήρει πίτ. ἐπτερ.] Marklandus conjicit κατῆρες, scil. σκάφος. Mihi non tanta videtur loci difficultas, ut mutatione egeat. Ταρσὸς κατήρης eodem jure dici potest, quo apud Homerum εὐῆρες ἐρετμόν, vid. nos ad Eur. Electr. v. 498. Vox πίτυλος sæpius apud Nostrum simpliciter *navigium* significat, conf. Troad. 1113. Heracl. 834. et Nostræ fabulæ supra v. 1051. νεὼς—πίτυλος εὐήρης πάρα. Quod ibi dixit πίτυλον εὐήρη, nostro loco circumscripte vocat πίτυλον ταρσῷ κατήρει ἐπτερωμένον. Nam remi apud poëtas navis sunt πτερά, vid. not. ad Troad. v. 1076. coll. supra v. 290. Etiam vet. glossa Lat. Gr. *lemunculus*, πίτυλος, σκαφίδιον. Poterat quidem poëta vocem πίτυλον plane omittere, prægresso νεὼς σκάφος, sed est ea abundantia poëtis satis familiaris. *Seidl.*

1348. Ναύτας τε πεντήκοντα,] Vid. supra ad v. 1125. Ἐπὶ σκαλμῶν] Scalmus est lignum, cui *remi* alligantur: Struppum dicitur Vitruvio. Πλάτας Synecdoche partis; πλάτη enim, quæ est lata illa *remi* pars, quæ *aquas* impellit, ponitur pro *remo*. Πλάτη etiam ταρσὸς dicitur, ut versu præcedenti. *Barnes.*

1350. πρύμνηθεν ἑστῶτας νεὼς.] Interpretantur: *in puppi navis stantes;* contra mentem procul dubio auctoris; quidni enim Iphigenia simul intrasset? Vel unde factum dicemus, ut paullo post Orestes cum satellitibus Thoantis pugnis, et proinde in litore, decertet? Vera interpretatio est *a puppe navis*, id quod Anglice diceremus: *a-stern of the ship.* Eodem sensu Arrianus κατὰ πρύμναν τῶν νεῶν, de Exped. Alex. p. 39. Ed. Gronov. Polybius: κεῖσθαι δὲ τῆς πόλεως κατὰ χειμερινὰς ἀνατολὰς, p. 369. E. Ed. Cas. ubi τῆς πόλεως est pro ἀπὸ τῆς πόλεως. Confirmat hoc res ipsa. Puppis scilicet litori, ex more antiquorum, obversa erat. Consentaneum igitur, ab hac parte stetisse, qui mox adscensuri erant. *Musg.*

πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς.] Musgravio ad h. l. plane assentior. Errat Heathius, qui etiam Iphigeniam putat navem intrasse eamque postea a Thoantis satellitibus ex ea esse retractam. Hoc falsum esse, quum alia demonstrant, tum hoc, quod, si Orestes cum sorore et amico navem intrassent, haud dubie etiam deæ statuam secum tulissent. Eam tamen infra demum, v. 1385. Orestes navi imponit. Dices etiam hanc a Thoantis ministris ex navi in littus esse reportatam. At utinam hoc doceremur? Præterea si Orestes et Pylades ex nave egredientes in istos homines impe-

Ἄγκυραν ἐξανῆπτον· οἱ δὲ κλίμακας
Σπεύδοντες, ἦγον διὰ χερῶν πρυμνήσια·

Anchoram suspendebant, alii autem scalas
Properantes adducebant in manibus, et a puppi

tum fecissent, profecto non soli egressi essent, sed milites, qui in navi erant, simul descendissent ad opem illis ferendam. Orestes potius et Pylades navis appulsum exspectantes, subito a Thoantis satellitibus circumventi, quum navis, unde auxilium iis esset, nondum plane appulisset, soli se cogebantur defendere.

ἑστῶτας νεῶν, MS. Victor. Videtur librarii lapsus. *Seidl.*

1351. πρώρας εἶχον·] Codd. omnes Paris. πρωραν. Scal. pro εἶχον, legit εἷλκον. Duportus, πρώρᾳ στεῖχον· quæ sunt lasciviæ critices conjecturalis.

1351. s. ἐπωτίδων Ἀγκύρας ἐξανῆπτον·] Contra metrum ultima in ἀγκύρας corripitur. Sed necesse erat ita fieri, postquam plurale istud ἐπωτίδων locum invenisset. proculdubio scripsit Euripides, ἐπωτίδος Ἄγκυραν ἐξανῆπτον· id est, ex *unaquaque* epotide *unam* ancoram suspendebant. *Markl.*

Ed. Ald. πρώρας, quod libenter in πρώραν, MSS. auctoribus, mutavi. Videtur perversa hujus clausulæ interpretatio tenebras toti huic narrationi offudisse, plerisque scilicet nominativum verbo εἶχον ex præcedenti commate arcessentibus, ut intelligatur, Pyladen et Orestem fuisse, qui proram contis sustentarent. Verum id neque dignitati eorum conveniebat, neque omnino facere potuerunt, in litore adhuc stantes. Enimvero subaudiendum est οἱ μὲν, cui deinde opponitur notissimo more οἱ δὲ. Hujus ellipseos, quæ nec valde inusitata est, nec a multis tamen animadversa, insigne apud Homerum exemplum est, Iliad. χ'. v. 157.

τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων.

Sic et Epigrammatarius Antholog. Steph. p. 327.

ἀμφότεροι Θήβηθε, καὶ ἀμφότεροι πολεμισταὶ,
κ'ηκ Ζηνός· θύρσῳ δεινὸς, ὁ δὲ ῥοπάλῳ.

Conf. Orest. v. 1484. Helen. v. 1600, 1, 2.

ἐπωτίδων] Scholiastes Thucydidis ad Lib. VII. c. 34. ἐπώτιδες εἰσὶ τὰ ἑκατέρωθεν τῆς πρώρας ἐξέχοντα ξύλα. Confer et Diod. Sic. Vol. II. p. 251. Ed. Wessel. *Musg.*

Κοντοῖς δὲ πρώρας εἶχον, οἱ δ' ἐπωτίδων] Ἐπωτίδες τὰ ἑκατέρωθεν πρώρας ἐξέχοντα ξύλα. Phavorinus. Scaliger pro εἶχον legit εἷλκον, non male; sed sine causa. Πρώρας autem vel genitivi casus est, vel Synecdoche numeri fit, vel πρώραν legendum. Duportus acutius hic legit Κοντοῖς δὲ πρώρᾳ στεῖχον. Sed nec hujus lectionis ulla necessitas. Nam τῆς πρώρας εἶχον dicitur, ut Pindaro εἴχετ' ἔργου. Pyth. Od. 4. *Barnes.*

Heath. πρώραν leg. conjecerat, ut sententia esset: *Contis vero proram retinebant*, ne scil. fluctibus navis versus altum abriperetur. Nautæ navem quam proxime ad littus accedere volebant, quo facilior Iphigeniæ esset adscensus; puppis autem versus littus, prora versus mare conversa fuisse videtur.

Reisk. "Quum in vet. ed. sit πρώροις, lego locum sic: κοντοὺς δὲ πρωρεῖς εἶχον, *illi, qui in prora stabant, erant contis armati.* Est nom. plur. a sing. πρωρεύς." *Beck.*

πρῶραν] Vulgo πρώρας, ex Brodæi conjectura, Aldus πρώροις, non πρώρας, ut refert Musgravius. Sed Codd. Par. omnes πρώραν. Docte de hoc loco disputat Musgravius. Vid. L. Bos. Ell. p. 329. sq. Eadem syntaxis infra recurrit, v. 1428.

πρώραν εἶχον, MS. Victor. *Seidl.*

1352. Ἀγκύραν] Ita recte Barnesius, auctore Scaligero. Ed. Ald. ἀγκύρας. Quia autem verendum erat, ne navis, ancora sublata, fluctibus ultro citroque impelleretur, ideo proram contis sustinere properarunt, de quo in commate præcedenti dictum est. *Musg.*

Ἄγκυραν ἐξανῆπτον·] Hic loci Scaliger et Duportus Ἄγκυραν legunt, recte, ut mihi videtur; quum accentus sit in antepenultima; sic enim versus stabit. Sin Ἀγκύρας cum veteribus libris legamus, ultima syllaba Dorice corripiatur; et ultima in τροπὰς Hesiodo Oper. et Dier. v. 562. Μετὰ τροπὰς ἠελίοιο. Et in Τέχνας Theocrito, Idyll. 21. v. 1.

Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

Barnes.

1353. Σπεύδοντες,] Scaliger σπάσαντες legit: sed nos probavimus, τὸ σπεύδω esse aliquando μεταβατικὸν, ut Supplicum v. 172. *Barnes.*

Πόντῳ δὲ δόντες τὴν ξένην καθίεσαν.
Ἡμεῖς δ' ἀφειδήσαντες, ὡς ἐσείδομεν

Concedente mari hospitæ demiserunt.
Nos vero non parcentes *nobis*, quum vidimus

Vocab. Ἄγκυρα ultimam corripere, penultimam habere ancipitem, Heath. docet ex v. 1409. Hel. 277. Pind. Pyth. X. 79. Idem sequentia vertit: *alii vero scalis aptandis intenti rudentes per manus demittebant.*

Perinde est, sive οἱ δὲ κλίμακας, sive οἱ δ' ἐς κλίμακας legas: nam ἐς in talibus omitti solet. Sensus: *quidam habentes in manibus resolutos a suis firmaculis rudentes contendebant cum studio ad navis scalam, quo in navem adscenderent.* *Reisk.*

1354. Πόντῳ δὲ δόντες τὴν ξένην καθίεσαν.] Τὴν ξένην et τὴν Θεὰν, utraque sunt falsa; quia πόντῳ δόντες καθίεσαν describit aliquid quod in *mare*, non in *navem*, demittebatur. Sensus vix admittit aliquid præter τὴν σκάφην: quia jamjam *navigaturi* hoc semper faciebant. ξένην videtur esse ab imperito interpolatore. in qua re, nulla mutatio, utcumque enormis, miranda est. Pro Σπεύδοντες (v. 1353.) Scalig. Σπάσαντες. Non opus. vid. Barnes. et Phœn. 591. Mox, v. 1357. Reiskius legit, διευθυντηρίους Οἴακας, *clavum, qui dirigendæ per mare navi servit.* vulgo, δι' εὐθυντηρίας, Οἴακας, &c. vide Hesych. V. Εὐθυντηρία: quæ erat pars navis: prope puppim, opinor, in qua ὁ εὐθυντὴρ versabatur. Vertitur, *per gubernacula* euntes: hoc vult, puto, *per eam partem navis ubi gubernacula sunt*, δι' εὐθυντηρίας, nihilo mutato. *Markl.*

Magna inter interpretes de hoc versu dissensio est. Pro ξένην alii corrigendum putant Θεὰν, quia constat, Iphigeniam non nisi modico post temporis spatio in navem receptam fuisse. Aliis ita interpretari placet, quasi ex crepidine rupis in mare demitteretur. Utrumque facile refellitur, eo præcipue, quod in navem non descendendo, sed adscendendo, perventum est. Videndum, an sic restitui possit locus:

οἱ δὲ κλίμακας
σπεύδοντες ἦγον διὰ χεροῖν, πρύμνης τ' ἄπο,
πόντου διδόντος, τῇ ξένῃ καθίεσαν.

Alii vero festinantes scalas in manibus apportabant, et a puppi, ponto tum concedente, hospiti demittebant. πρυμνήσια, quod olim in Exercitationibus defendi, nunc, mutata sententia, repudio, quia, si de scalis simul et rudentibus loqui voluisset auctor, conjunctionem haud dubie adjecisset. Origo mendi referenda est ad finem vocis ἀπὸ cum initio vocis πόντῳ confusum, quod fieri facile potuit, versibus continuo ductu scriptis, ut in MS. 2712. Bibliothecæ Reg. Parisiensis. *Musg.*

τὴν ξένην] Forsan τὴν Θεὰν legendum: deæ enim simulacrum jam in navim positum apparet, Iphigeniam nondum. Confer. v. 1384. et v. 1386. *Barnes.*

τὴν ξένην, &c.] Locus sane perquam difficilis. Musgravii mutationes liberiores sunt, neque placent illa, πόντου διδόντος, χεροῖν autem vulgato χερῶν etiam minus aptum, quum non de uno homine, sed de pluribus sermo sit. In Exercitationibus, p. 47. nihil ille mutat, quam τὴν ξένην in τῇ ξένῃ et πρυμνήσια demissa putat ad adscensionem juvandam. Facilis quidem est correctio τῇ ξένῃ, sed ne hoc quidem Euripidem dedisse puto. Nam unde regis satellites suspicarentur, scalam sive quicquid ex nave demittebatur, hoc Iphigeniæ potissimum demitti, neque potius Oresti et Pyladi, quibus non minus adscendendum erat, quorumque navem esse apparebat? Immo hos ipsos prope ad puppim adstitisse, supra dictum est; de Iphigenia autem, ubi steterit, nihil adhuc comperimus. Vim aliquam habet, quod Musgravius tangit, participium σπεύδοντες indicare, τὸ σπεύδειν κλίμακας et τὸ ἄγειν πρυμνήσια ad unam eandemque actionem pertinuisse. Sunt tamen Græci in participiorum usu paulo liberiores, maxime quum de actionibus sermo est, quæ uno eodemque tempore fiunt; cf. Matthiæ ad Hom. Hymn. p. 134. Monendum etiam est, vocem πρυμνήσια vix usquam de aliis funibus usurpari, quam quæ alias ἀπόγεια, ἐπίγεια, πείσματα Græci vocant, Latini *retinacula*. Unum Etymologum M. hac voce adjective usum video, p. 177. l. 46. ubi ἄφλαστα (navis partem in puppi) dicit πρυμνήσια. Quocirca si probabile esset, navem ad terram religatam fuisse, priora ista explicarem, *alii scalas propere*

Δόλια τεχνήματ᾽, εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
Πρυμνησίων τε· καὶ δι᾽ εὐθυντηρίας,
Οἴακας ἐξῃροῦμεν εὐπρύμνου νεώς.
Λόγοι δ᾽ ἐχώρουν· Τίνι λόγῳ πορθμεύετε,

Dolosas artes, hospitæ manum injecimus,
Rudentibusque, et a gubernaculo,
Habenas auferre voluimus navis bonam puppim habentis,
Sermonesque ibant: quare mare trajicitis,

applicabant, simulque retinacula (soluta ab Oreste et Pylade) *in navem per manus retrahebant.* Lucian. II. p. 165. ed. Bipont. λύε τὰ ἀπόγεια, τὴν ἀποβάθραν ἀνελώμεθα, τὸ ἀγκύριον ἀνεσπάσθω, collato, quem ibi Hemsterhusius citat, Polyæn. IV. c. 6. p. 374. ἄλλοι μὲν ἀνέσπων τὰ πρυμνήσια, ἄλλοι δὲ ἀνεῖλκον τὰς ἀποβάθρας, ἄλλοι δὲ ἀγκύρας ἀνιμῶντο. At navis ad terram non videtur religata fuisse, sed paulo remotius a littore jactas tantum ancoras habuisse, alioquin haud dubie et ipsa scala jam applicata navisque omnino adscensui apta fuisset, et nonnulli e nave egressi in littore stetissent ad retinacula aut custodienda aut, si opus esset, solvenda. Quæ omnia secus fuisse, manifestum est. Quæ quum ita sint, equidem pro τὴν ξένην repono τοῖν ξένοιν, locum ita explicans: *alii propere applicabant scalas, simulque retinacula* (e navi) *per manus ducebant, eaque in mare projecta hospitibus demittebant,* scilicet, ut horum ope navem propius ad littus attraherent eamque fixam tenerent, ut mulier commode posset adscendere. Videtur enim Iphigenia in sicco littore remansisse, Orestes vero cum Pylade in mare usque ad puppim navis processisse. Namque usque ad siccum littus navem nondum adactam fuisse, clarissime infra v. 1382. apparet, ubi Orestes, necessitate coactus, ne navem adigendo tempus amplius tererent, sublata in humeros suos Iphigenia, in mare usque ad navem descendit. Ex nostra explicatione etiam participium aoristi nihil offensionis habet. Nam postquam initia funium in mare projecerant, nondum omnis ideo funium longitudo demissa erat, sed demittentes continuabant. Ceterum scalam navi non affixam, sed mobilem fuisse, i. e. et applicari potuisse et iterum demi, testimonio sunt et loci citati et Heliodor. lib. I. οὔπω δὲ τῆς ἀποβάθρας ἀκριβῶς κειμένης, ἐξήλατό τις, coll. Polluc. VIII. sect. 120. μήτε ἀποβάθραν, μήτε ἀγκύραν εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον. De funariis scalis cogitare noli. vid. Jungerm. ad Polluc. I. 93. qui affert locum ex Long. lib. 2. καὶ τά τε πρόβατα κατὰ τῆς ἀποβάθρας ἐξέτρεχον, οὐκ ὀλισθαίνοντα τοῖς κέρασι τῶν χηλῶν. Adde Lucian. II. p. 162. ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος. In errore igitur versatur Heathius ad Eurip. Hel. v. 1570. *Seidl.*

1357. διευθυντηρίας (conjunctim enim scribendum, non, ut in Editis, δι᾽ εὐθυντηρίας) de toto gubernaculo interpretor, cujus pars sunt οἴακες, de quibus vide Hesychium. διευθυντηρία per analogiam substantivum esse potest, quemadmodum et ῥινωτηρία apud Polluc. Lib. I. sect. 86. De ademtione gubernaculi confer Herodot. p. 267. Ed. Wess. Quod si quis οἴακος legere malit, et διευθυντηρίας accusativo pro loris sive funibus gubernaculi sumere, sententiam suam utcunque tueri potest ex Orph. Argon. v. 275. *Musg.*

Reisk. emendat: καὶ διευθυντηρίους οἴακας, *et clavum, qui dirigendæ per mare navi servit,* a διευθύνειν. *Beck.*

Post πρυμνησίων τε recte interpungunt Aldus et antiquissimæ editt. Proxima quum non intelligerent, plerique aut male interpretati sunt, aut perperam correxerunt. Primum verbum ἐξῃροῦμεν de conatu interpretandum, *auferre volebamus,* ut recte reddit Marklandus; deinde verba δι᾽ εὐθυντηρίας et οἴακας minime tentanda sunt. Εὐθυντηρία, quam navis partem fuisse Hesychius docet, aut locus fuit in puppi, ubi foramina sive cava erant, in quibus ὁ εὐθυντὴρ versabatur, aut ipsis his cavis nomen illud fuit. Est igitur δι᾽ εὐθυντηρίας fere idem quod ἐξ εὐθυντηρίας, *durch die* εὐθυντηρία *heraus.* Lucianus Toxar. §. 6. (Tom. VI. p. 62. ed. Bip.) picturam describens, qua fabula hæc, paucis mutatis, repræsentata sit, ut aliorum ita hujus loci explicator ha-

Κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανα, καὶ θυηπόλους;
Τίνος, τίς ὢν σὺ, τήνδ' ἀπεμπολᾷς χθονός;
Ὁ δ' εἶπ', Ὀρέστης, τῆσδ' ὅμαιμος, ὡς μάθῃς,
Ἀγαμέμνονος παῖς, τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι

Surreptas absportantes ex *hac* terra statuas, et sacerdotes?
Cujus filius? quis existens tu e terra avehis?
Ille respondit, Orestes hujus frater, ut scias,
Filius Agamemnonis, meam aveho

beri potest. Scribit ille sic: οἱ Σκύθαι δὲ ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τοῦ σκάφους ἤδη πλέοντος, ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων, καὶ ἀναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' οὐδὲν ἀνύσαντες οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τὴν γῆν. Heathius, qui unam navem non plura gubernacula habuisse contendit, non consuluerat Schefferum de Milit. Nav. p. 146. Vid. etiam Reitz. ad Lucian. locum modo citatum. *Seidl.*

πρυμνησίων haud dubie pendet a præcedente εἰχόμεθα, non ab ἐξῃροῦμεν. Distinguendum igitur post πρυμνησίων τε. Tum οἴακας in plur. stare nequit; nam una navis non plura habebat gubernacula. Lego igitur οἴακος, quod ab εὐθυντηρία pendeat. Sensus: *peregrinæ manus injecimus rudentibusque, et eam,* (τὴν ξένην scil. Iphigeniam) *per rudentes eos, quibus gubernaculum dirigebatur, e nave pulchram habente puppim extraximus.* Satellites non ipsum gubernaculi clavum abstulisse, sed ex ea navis parte, ubi gubernaculum funibus erat aptatum, quo facilius regeretur, Iphigeniam iterum in terram descendere coëgisse, patet inde, quod, si gubernaculum a navi fuisset avulsum, ea navigationi inepta fuisset reddita. Iphigenia autem navem intraverat, ut v. 1354. dicitur, et tamen postea, v. 1382. extra navem in littore stat; ergo iterum in terram adscendit. *Heath.*

1359. πορθμεύετε,] MS. G. et P. πορθεύετε. *Musg.*

τίνι λόγῳ πορθεύετε, MS. Victor. *Seidl.*

1360. Κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανον καὶ θυηπολον;] Spondeus est in quarto loco νὸν, κᾶι. Lego, Κλέψοντες — ἢ θυηπόλον: *Utrum subrepturi ex* hac *terra statuam, an sacerdotem?* Pro πορθμεύετε (v. 1359.) B. C. πορθευετε. *Markl.*

Κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανον, ἢ θυηπόλον;] Lege, ξόανα καὶ θυηπόλους. *Por.*

Pro ξόανον, quod metro adversatur, reponendum fortasse ξέσμα. Hesychius: ξέσματα, ξόανα. et sic plane est in Epigrammate Damostrati apud Reiskium, p. 172. Maxime tamen placet ξόανα καὶ θυηπόλους: quæ usitata est Enallage. (vid. Herc. Fur. 453.) mireque hic convenit. *Musg.*

Heath. metri causa reponit ξόανον ἢ θυηπόλον, Reisk. ξόανα in plur. quamvis de una tantum imagine sermo sit. *Beck.*

ξόανα καὶ θυηπόλον;] Vulgo ξόανον καὶ θυηπόλον corrupto metro. Musgravius aut ξέσμα aut ξόανα reponi jubet. Alterum verum videtur. Displicet enim Marklandi ξόανον ἢ θυηπόλον. Nam unde suspicati fuerint, hospites alteram tantum utram, aut statuam aut sacerdotem, rapere velle? Suspicabantur potius mehercle, utramque eos, si possent, ablaturos. *Seidl.*

1361. Τίνες, τίς ὢν ΓΕ τήνδ'.] Barnesius addidit γε, ne versus hiaret. probabilius puto, Τίνος, ΤΙΣ ὢν ΣΥ, τήνδ', &c. sic Andromach. 875. Ἔγνως· ἀτὰρ δὲ ΤΙΣ ΣΥ πυνθάνῃ τάδε; vid. et v. 647. ejusd. Fab. Heraclid. 638. Ion. 305. ne alios memorem. Videtur fuisse formula ΣΥ τίς εἶ; Joan. VIII. 25. XXI. 12. Rom. VIII. 20. ut Latinis *Quis* TU? *Markl.*

Legendum, metro jubente:

τίνος τίς ὢν σὺ τήνδ' ἀπεμπολᾷς χθονός;

Musg.

Τίνος, τίς ὢν γε τήνδ'] Nos γε addidimus, ne versus hiaret; Duportus ταύτηνδ' legebat, quod sufficeret, fateor; sed nec poëticum, nec rotundum satis. *Barnes.*

Τίνος est *quo patre natus.* *Heath.*

Quum γε in vett. edd. deesset, restituendum potius fuisset: τίνος τίς ὢν τήνδ' ἐξάπεμπολᾷς χθονός; In seqq. multa sunt contradicentia superioribus: modo

Λαβὼν ἀδελφὴν, ἣν ἀπώλεσ' ἐκ δόμων.
Ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
Καὶ πρός σ' ἕπεσθαι διεβιαζόμεσθά νιν.
Ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων·
Κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν,
Ἡμεῖς τε· πυγμαὶ δ' ἦσαν ἐγκροτούμεναι,
Καὶ κῶλ' ἀπ' ἀμφοῖν τοῖν νεανίαιν ἅμα
Εἰς πλευρὰ, καὶ πρὸς ἧπαρ ἠκοντίζετο,
Ὥστε ξυνάπτειν, καὶ ξυναποκαμεῖν μέλη.

Sororem nactus, quam amiseram ex ædibus.
Verum nihilominus retinebamus hospitam,
Et per vim ipsos cogere conabamur, ut *nos* ad te sequeretur:
Unde sævæ plagæ erant genarum.
Illi enim ferrum non habebant *in* manibus,
Neque nos. Sed pugnis cum strepitu res gerebatur,
Et lacerti ab utroque juvene simul
In latera *nostra*, et in hepar injecti ferebantur,
Ita ut velociter procurrerent et salva recurrerent membra.

enim Orestes et Electra in navi sunt, modo extra navim. conf. v. 1354. et 1382. modo armati, modo inermes; in universum contextum est hoc drama ἀλογίαις. *Reisk.*

1362. ὡς μάθοις,] Usitatius μάθῃς. et ita omnes Parisiens. supra v. 1031. Cyclop. 143. Androm. 1062. et innumeri alii loci. *Markl.*

μάθῃς,] Ita MSS. Ed. Ald. μάθοις. *Musg.*

ὅμαιμος,] Cui ὁμὸν αἷμα, *frater*. Dicitur et ὁμαίμων pro eodem, ut infra v. 1403. et συνομαίμων, ut supra v. 849. *Barnes.*

Recte post εἶπ' Barnesius colon posuit. Sequuntur enim Orestis verba.

μάθῃς,] Aldus μάθοις.

ὅμαιμος, ὡς μάθῃς, MS. Victor. *Seidl.*

1367. τὰ δεινὰ πλ.] Articulum, opinor, addit, quod signa hujus certaminis ore præ se ferebat. Loquitur itaque tanquam de re nota. Cf. infra v. 1373. *Seidl.*

1368. Contradicit sibi, si Reiskium audimus, Euripides, Orestem modo inermem fingens, modo contra armatum. Inermem, fateor; armatum nullibi invenio, nisi v. 297. cum nondum captivus esset. Arripuit ergo hanc discrepantiam homo argutulus, rationem discrepantiæ nec vidit, nec quæsivit. Credo, cum hoc scriberet, non tanti putabat locum intelligere, ut digitum propterea extenderet, quod de seipso testatur ad Bacch. v. 122. *Musg.*

1369. Ἡμεῖς τε·] *Et nos*, scil. οὐκ εἴχομεν σίδηρον, *nullos habebamus enses:* ut in isto Luciani V. Hist. p. 682. δένδρον δὲ, οὐδὲ ὕδωρ ἐνῆν· i. e. οὐδὲ δένδρον, οὐδὲ ὕδωρ. et Pindari Pyth. X. ναυσὶ δ', οὔτε (*f.* οὐδὲ) πεζὸς ἰὼν, i. e. οὐδὲ ναυσὶ, οὐδὲ πεζός. Vel, Ναυσί τ', οὔτε πεζός. vid. Iph. Aul. v. 355. *Markl.*

Ἡμεῖς τε·] Cf. Schaef. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 777. *Seidl.*

1372. Ὥστε ξυνάπτειν — μέλη.] *Ita ut committerentur — membra:* Non puto quemquam hæc intelligere. Forte, Ὡς ξύν τ' ἀπειπεῖν καὶ ξυναποκαμεῖν μέλη· ita ut *fatiscerent, succumberent, defatigarentur, desponderent* membra: præpositione a verbo suo disjuncta, ut fieri solet. sic Helen. 106. Καὶ ξύν γε πέρσας, αὐτὸς ἀνταπωλόμην· pro ξυμπέρσας (vel συμπέρσας) γε. Alcest. 594. Σὺν δ' ἐποιμαίνοντο, pro Συνεποιμαίνοντο δέ. Frequenter ita Herodotus. Si in MSS. posthac inveniatur Ὥστε συναπειπεῖν, &c. ita edatur. interea lectio, quam proposui, satis commoda est, et usitata. *Markl.*

Versus mendosissimus sic mihi corrigendus videtur:

Δεινοῖς δὲ σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι,
Ἐφεύγομεν πρὸς κρημνόν· οἱ μὲν ἐν κάρᾳ
Κάθαιμ' ἔχοντες τραύμαθ', οἱ δ' ἐν ὄμμασιν.
Ὄχθοις δ' ἐπισταθέντες, εὐλαβεστέρως
Ἐμαρνάμεσθα, καὶ πέτρους ἐβάλλομεν.
Ἀλλ' εἶργον ἡμᾶς τοξόται, πρύμνης ἔπι
Σταθέντες, ἰοῖς, ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω.
Κἀν τῷδε, δεινὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν
Πρὸς γῆν, φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα,

Nos autem malis notis signati
Fugimus in locum arduum, alii quidem in capite
Habentes cruenta vulnera, alii vero in oculis:
In collibus vero stantes, cautius
Pugnabamus, et saxa jaciebamus.
Verum arcebant nos sagittarii, in puppi
Stantes, telis, ut pedem referremus procul.
Tunc autem, magnus enim fluctus impulerat navem
Ad terram, nautæ autem metuebant ne demergeretur,

Ὥστ' ἰξύ γ' ἄττειν, καὶ σὸ ἀποδεξαμεῖν μέλη.

Ita ut velociter procurrerent, et salva abirent membra. *Musg.*

ξυναλγεῖν] Vulgo ξυνάπτειν. Est quidem usitatum hoc verbum *de pugna.* Nost. Orest. 1490. φασγάνων ἀκμὰς συνήψαμεν, Suppl. 693. συνῆψαν ἀλκὴν, et sæpe συνάπτειν μάχην. Sed ut aliis interpretibus, ita et mihi illud nostro loco parum videtur conveniens. Vertunt: *Et manus ab utroque juvene simul in latera nostra et hepar injectæ ferebantur, ita ut committerentur et defatigarentur membra.* Per se enim patet, utrosque manus conseruisse. Quare præfero elegantem Hermanni conjecturam ξυναλγεῖν. Litteras τ et γ sæpissime confundi nota res est, sed etiam π et λ facillime inter se permutantur, vid. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 729. seq. *Seidl.*

1373. ἐσφραγισμένοι, *signati.* Confert hunc locum Jacobsius ad Philippi Epigr. XXXIII. 4. Anal. II. p. 221.

οὗ κατ' εὔγυρον πάλην
ψάμμος πεσόντος νῶτον οὐκ ἐσφράγισεν.

Seidl.

1375. Nusquam alias apud Euripidem, et nusquam apud Sophoclem apparet vox κάθαιμος, nisi hic et Herc. Fur. v. 384. *Burn.*

Aldus male οἶδ', ut etiam supra v. 1351. et infra v. 1396. 1428. *Seidl.*

1378. τοξόται,] Ad h. l. Prev. observat, ideo dici sagittarios procul constitisse, quoniam, si ab initio pugnæ se immiscuissent, periculum fuisset, ne suos ipsi ferirent. *Beck.*

1379. ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω.] Recte Latinus interpres: *ut repellerent nos procul.* Male vertit Heathius. *Seidl.*

ὥστ' ἀναστ. πρόσω, *adeo ut pedem longius retulerimus.* *Heath.*

1381. φόβος δ' ἦν ναυάταις τέγξαι πόδα,] Pro ναυάταις Codd. A. B. C. habent ωστε μη: quæ est mira mutatio; si aliquid miri sit in interpolatoribus, vel scribis. Supra voces φόβος δ' ἦν, videtur scriptum fuisse ναυάταις vel ναυβάταις, explicationis gratia. Ea vox, cum metro satisfaceret, et simul locum planiorem redderet, in contextum videtur admissa. ναυάτης vero pro ναυβάτης, spuriam esse vocem, et Græcis ignotam censet doctiss. Hemsterhusius ad Polluc. Lib. VII. c. 29. p. 781. et in Addendis. Ὥστε μὴ conjunctim, vel ὥστε et μὴ separatim, sæpe omitti possunt, sensu salvo. vide Electr. 1257. Med. 1243. Priscianus, p. 1196. Attici (dicunt) ἀπαγορεύω μὴ λέγω (l. λέγειν), καὶ, ἀπαγορεύω λέγειν. Exempla utriusque pleonas-

Λαβὼν Ὀρέστης ὦμον εἰς ἀριστερὸν,
Βὰς εἰς θάλασσαν, κἀπὶ κλίμακος θορὼν,
Ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσέλμου νεὼς,

Sublatam Orestes in sinistrum humerum,
Progressus in mare, et per scalas saltens,
Collocavit sororem in navi bona transtra habenti.

mi in ὥστε et in μὴ, frequentissime occurrunt. Τέγξαι πόδα est phrasis nautica (ut *facere pedem*, Virgilio) et significat *navem evertere*, ex consequenti: nam ὁ ποῦς (navis quidam funis) non potest τέγξαι vel τέγγεσθαι, nisi *eversa navi*. *Markl.*

τέγξαι πόδα,] Recte Jo. Scapula *naufragium facere* interpretatur. Antiqui funem, quo ima pars veli deligatur, πόδα vocabant, unde τέγξαι πόδα idem fere ipsis est, ac *aqua submergi*. Confer Orest. v. 699. ibique Scholiasten. *Musg.*

ναυάταις] Scaliger hic legit Ναυβάταις, nequaquam male; est enim a Ναῦς et βαίνω. Sed nihil hic opus istius lectionis: Tragici enim Poëtæ sæpe pro Ναύτης dicunt per ἐπένθεσιν τοῦ α Ναυάτης, ut et Latini pro nauta dicunt navita. Quod obiter moneo, ne quis errorem hic suspicetur. *Barnes.*

φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα,] Aldus: φόβος δ' ἦν ναυάταις τέγξαι πόδα, sed illud dedimus cum Marklando ex lectione conspirante Codd. A. B. C. Vox ναυάταις unde originem habeat, intelligi potest, non item, unde venerit altera lectio ὥστε μή. Insolens sane locutio est, quam neque alio exemplo firmare possum, quod plane geminum sit, i. e. in quo pleonasticum illud ὥστε occurrat post verbum *timendi*. Ne tamen ab lingua Græca eam putes abhorrere, vid. Matthiæ Gramm. Græc. §. 530. not. 2. p. 761. §. 532. not. 1. 762. Schaef. ad Lamb. Bos. Ell. p. 784. coll. Hermanno de Ellips. et Pleonasm. p. 194. Ab exemplis enim, quæ de pleonastico particulæ usu viri doctissimi afferunt, quædam non minus mira sunt, quam nostrum. In novissima Vigeri editione, p. 949. illud ὥστε Hermannus explicat *ut adeo*, nostro quoque loco citato et explicato.

τέγξαι πόδα,] Recte explicant *naufragium facere, evertere navem*. De *pede navis* diximus supra ad v. 1137.

φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα, MS. Victor. *Seidl.*

1383. Βὰς εἰς θάλασσαν,] Euripideum magis, Βάς τ' εἰς θάλασσαν. *Markl.*

1384. ἐντὸς εὐσήμου νεὼς,] Conjeceram εὐσέλμου, ex Homer. Il. Β'. 170. Auctore Rhesi 97. et aliis. confirmat B. et Piersonus Verisimil. I. 2. p. 25.

εὐσέλμου νεώς. Τὸ δ' οὐρανοῦ — Ἄγαλμα, νηὸς ἐκ μέσης ἐφθέγξατο Βοήν τιν'.] *Statua*, inquit, *ex nave media locuta est*. Quomodo, quæso, *in navem venit* statua? ejus enim rei nulla adhuc facta mentio. Pro Βοήν τιν' omnes Paris. habent βοη τις. Lego, Βάς τ' (Orestes) εἰς θάλασσαν, κἀπὶ κλίμακος θορὼν, Ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσέλμου νεὼς, Τό τ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης Ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο Βοή τις· Ὦ γῆς, &c. nam si Orestes Iphigeniam in navem imponeret, necesse erat ut statuam simul imponeret, v. 1046. sed necesse erat ut hoc narraretur; nam hæc erat *caussa unica* ob quam Orestes et Pylades huc navigabant. Βοή τις ἐφθέγξατο, ut Andromach. 1153. vid. Bacch. 1067. Pausan. Messeniac. p. 233. ed. Sylb. *Markl.*

εὐσέλμου.] Ita MS. G. ut recte Piersonus. Vulgo εὐσήμου. *Musg.*

1384. ss. Hæc ita emendanda et distinguenda censeo:

Ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσήμου νεὼς,
Τό τ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης
Ἄγαλμα· νηός τ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο.

Quæ enim sequuntur, Orestis sunt verba, nautas hortantis, non vero statuæ, quippe quæ nunquam mare Euxinum navi intrasset, sed cœlo in Tauricam delapsa esset: adde, quod, si Diana tam insigni miraculo se Oresti favere declarasset, non opus fuisset precibus Iphigeniæ, quas v. 1399. ss. deæ fundit. *Beck.*

1385. τὸ δ',] Bene Marklandus τό τ', hæc cum præcedentibus connectens. *Musg.*

Οὐρανοῦ πέσημα] Ita vocat Dianæ simulacrum. Vid. supra ad v. 88. hujus fabulæ. *Barnes.*

Prev. pro δ' legit τ', et præcedens punctum in comma mutat. Post ἄγαλμα interpungit, et mox βοή τις scribit, intel-

Τό τ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης
Ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο
Βοή τις· Ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεὼς

Tunc autem quæ de cœlo cecidit Jovis filiæ
Statua, ex media nave edidit
Vocem quandam : O terræ Græcæ populæ, salum

ligit vero vocem Græci cujusdam, Pyladis aut Orestis ipsius. *Beck.*

1385. ss. Τό τ' οὐρανοῦ πέσημα — ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ — βοή τις.] Ita verissime Marklandus. Aldus, qui præcedentem versum puncto claudit, τὸ δ' οὐρανοῦ π. — ἄγαλμα, νηὸς ἐκ — βοήν τιν'. Sed absurdum est, statuam deæ vociferari, neque hoc ullo pacto conciliari potest cum proximis, ὧνπερ οὕνεκ' Εὔξ. πόρον — εἰσεπλεύσαμεν. Unde locus laboraret, jam indicaverat Heathius. Præterea v. 1387. omnes Codd. Par. habent βοή τις pro βοήν τιν'. Ad voces οὐρανοῦ πέσημα cf. supra v. 88. De genitivo isto disputat Hermann. de Ellips. et Pleon. p. 146.
Seidl.

1387. s. Ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεὼς, Λάβεσθε κώπαις, ῥόθιά τε λευκαίνετε.] Placeret, si vellent exemplaria, Ὦ τῆσδ' Ἑλλάδος ναῦται νεὼς, Λάβεσθε κώπας, &c. ναῦται νεὼς· ut Supplic. 519. Ἑλλάδος νεὼς, ut v. 1293. κώπας conjecerat Barnesius. Legi posset, ῥόθιά τ' ἐπιλευκαίνετε, vel forte cum Scalig. ἐκλευκαίνετε, vel ἐλλευκαίνετε. Piersonus, τῆς Ἑλλάδος, et, κώπαισί τε ῥόθια λευκαίνετε. *Markl.*

Ὦ γῆς Ἑλλάδος ναύται νεὼς, Λάβεσθε κώπαις ῥόθιά τε λευκαίνετε.] *Corrige* ναύται, νεὼς Λάβεσθε, κώπαις ῥόθι' ἁλὸς λευκαίνετε. Electr. 999. Nicander Theriac. 822. *Por.*

Βοή τις·] Ita uterque MS. et P. ut jam Marklandus, addens δ' post νηὸς. Ed. Ald. βοήν τιν'.

νεὼς Λάβεσθε,] Nautæ remis non navem, sed mare, prehendunt; ἁλὸς, οὐ νεὼς, κώπαις λαμβάνονται. Omnino existimo, νεὼς corruptum esse a λεὼς, sic autem ab auctore initio scriptum esse :

ὦ γῆς Ἑλλάδος λεὼς, ἁλός
λάβεσθε κώπαις, ῥόθιά τ' ἐκλευκαίνετε.

Mendi originem puto esse vocem ναῦται tanquam interpretamentum a grammatico superscriptam, quod deinde in contextum migrans vocem ἁλὸς ejecit. Ne quis autem miretur, λεὼς de unius navis vectoribus dici, simili tropo usus est duobus locis Ovidius. Sic de quinquaginta sororibus Ep. Dejanir. v. 52.

Quarum de populo nulla relicta tibi.

Pariterque de quinquaginta Ægypti filiis Ep. Hypermnestr. v. 115.

De quorum populo pars exiguissima restas.
Musg.

ῥοθίοις λευκαίνειν,] Ut Oppian. Hal. V. 156. Apoll. Rh. I. 541. *Beck.*

Ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς,] Ita Aldus, comma ponens post νεώς. Piersonus, Veris. I. 2. p. 25. proponit ὦ τῆς Ἑλλ. ναῦται νεὼς, coll. v. 1327. et v. 1346. ubi item legimus Ἑλλάδος νεὼς, et Cyclop. v. 85. Sed valde displicet articulus ille. Elegantius et fortasse vere Marklandus: ὦ τῆσδ' Ἑλλάδος ναῦται νεὼς, cui comparare poterat supra v. 17. ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας. Servavi tamen veterem lectionem. Noster Phœniss. v. 1240. ὦ γῆς Ἑλλάδος στρατηλάται, Hel. v. 1593. ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα, Hercul. Fur. 1155. γῆς Ἀθηναίων κόροι. Conjungo autem ναῦται νεὼς, i. e. τῆσδε νεώς. Vocem νεὼς addit, ne videantur κατ' ἐξοχὴν *Græciæ nautæ* dici. Locus ex Nostri Suppl. v. 518. σφαλερὸν, ἡγεμὼν θρασὺς, νεώς τε ναύτης cum nostro parum apte comparetur, ubi νεὼς idem fere est quod ἐν νηΐ oppositionis causa. Nam in prægresso ἡγεμὼν latet ἐν τῇ γῇ. Qui post ναῦται interpungunt, conjungentes νεὼς λαβέσθε, contra hos recte Musgravius monet, nautas navem non *prehendere*. Simplex λαβέσθε hortantis est, ut λαβοῦ. Nos: *greift an.*

βοή τις, ὦ γῆς, MS. Victor. *Seidl.*

1388. Λάβεσθε κώπαις] Vel νεὼς λάβεσθε κώπαις legendum, sine puncto commate post νεὼς, vel κώπας. Quod autem Scaliger legit ἐκλευκαίνετε, nempe ut quinta retro syllaba producatur, neque hic illius adminiculi opus erat: τὸ λ. enim est ἐκτατικὸν, ut satis omnibus notum. Vid. Iphig. Aul. v. 382. *Barnes.*

Λάβεσθε, κώπαις ῥόθι' ἁλὸς λευκαίνετε·
Ἔχομεν γὰρ ὧνπερ οὕνεκ' Εὔξεινον πόρον
Συμπληγάδων ἔσωθεν εἰσεπλεύσαμεν.
Οἱ δὲ στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι,
Ἔπαισαν ἅλμην. ναῦς δ' ἕως μὲν ἐντὸς ἦν

Prehendite, remis fluctusque albos facite.
Habemus enim hæc, propter quæ Euxinum pontum
Intra Symplegades navigavimus.
Illi vero frementes dulcem gemitum,
Percusserunt mare. Navis autem quamdiu erat in

Aldus: λαβέσθε κώπαις, ῥόθιά τε λευκαίνετε. Scaliger versus explendi causa proponit τ' ἐκλευκαίνετε, approbantibus plerisque. Marklandus monet tantum, legi etiam posse ἐπιλευκαίνετε vel ἐλλευκαίνετε. Si quæritur, quid legi *possit*, possit etiam ῥόθια τ' εὖ (*fortiter*) λευκαίνετε. Sed residet difficultas in dativo κώπαις. Vero igitur propius Piersonus:

λαβέσθε, κώπαισί τε ῥόθια λευκαίνετε.

Sed ita quidem numeris inconcinnis. Nimirum non meminerat ille, litteram ρ antecedentem brevem vocalem in quibusdam vocabulis producere posse, vid. Brunck. ad Soph. Œd. Reg. 847. alias non immutasset vocem κώπαις. Eandem producendi vim vox ῥόθια habet apud Apollon. Rhod. Lib. I. v. 541.

πόντου λάβρον ὕδωρ, ἐπὶ δὲ ῥόθια κλύζοντο.

Etiam in Homeri Odyss. ε'. v. 412. malim βέβρυχε ῥόθιον. In compositione legitime littera ρ duplicatur, ut ἐπίῤῥοθος, παλίῤῥοθος, πολύῤῥοθος, etc. Sed dicat aliquis, ne sic quidem numeros Atticis auribus convenire. Ne fallaris, decem alia exempla adscribam: Hec. v. 1222.

ἀχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά.

Orest. v. 481.

καὶ τῶν νόμων γε μὴ πρότερον εἶναι θέλειν.

v. 664.

ταύτης ἱκνοῦμαί σ', ὦ μέλεος ἐμῶν κακῶν.

Bacch. v. 1053.

λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον.

Hel. 1404.

αὐτὴν μολοῦσαν ἐντάφια δοῦναι νεκρῷ.

Æschyl. Sept. c. Theb. 1024.

καὶ μήθ' ὁμαρτεῖν τυμβοχόα χειρώματα.

Pers. 330.

αἴσχη τε Πέρσαις καὶ λιγέα κωκύματα.

v. 489.

δίψει τε λιμῷ τ', ἀμφότερα γὰρ ἦν τάδε.

Eumen. 107.

χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα.

Eur. Bacch. v. 720.

ἡ δ' ἀνεβόησεν· ὦ δρομάδες ἐμαὶ κύνες.

Monendum autem est, solutam istam syllabam plerumque vel solas vocales continere, veluti ια, ιο, εα, εο, vel in medio habere litteram ρ. Conf. Excurs. ad libr. de Verss. Dochm. p. 385. Rari sunt loci, ubi aliter fit, ut Bacch. v. 720. et Æschyl. Agam. 1278. *Seidl.*

Comma ante κώπαις retrahendum: *arripite navim*, incipite navem tractare, *et canos facite fluctus ope remorum:* aut etiam sic: ὦ τῆς Ἑλλάδος ναῦται νεὼς, λάβεσθε κώπης, *O Græcæ navis remiges, arripite remos, itaque canos efficite fluctus. Reisk.*

1389. Editt. priores Εὔξεινον, Barnes. Εὔξενον. vid. ad v. 125. *Markl.*

ὧνπερ οὕνεκ' — εἰσεπλεύσαμεν.] Hinc patet, hæc a Diana non enunciari. *Musg.*

Εὔξεινον] Sic Aldus. Barnesius, nescio cur, Εὔξενον. *Seidl.*

1390. Συμπληγάδων ἔσωθεν] Potuit scripsisse magis ex arte, Συμπληγάδων τ' ἔσωθεν. Sed Codd. non variant; neque in Ἔχομεν et συνεπλεύσαμεν: pro quibus secunda persona uti potuit Ἔχετε et συνεπλεύσατε. *Markl.*

Συμπληγάδων ἔσωθεν] Marklandus: " Potuit scripsisse magis ex arte, Συμπληγάδων τ' ἔσωθεν. Sed Codd. non va-

Λιμένος, ἐχώρει· στόμια διαπερῶσα δὲ,
Λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ᾽ ἠπείγετο·
Δεινὸς γὰρ ἐλθὼν ἄνεμος ἐξαίφνης, νεὼς
Ὤθει πάλιν πρυμνήσι᾽· οἱ δ᾽ ἐκαρτέρουν,
Πρὸς κῦμα λακτίζοντες· εἰς δὲ γῆν πάλιν

Portu, procedebat: transiens vero ostium
Repellebatur incidens in vehementem æstum.
Vehemens enim ventus subito ortus, navis
Pellebat retro rudentes. Hi vero sustinebant *impetum*,
Repugnantes contra fluctum: rursum autem ad terram

riant; neque in ἔχομεν et συνεπλεύσαμεν: [voluit scribere εἰσεπλεύσαμεν]: pro quibus secunda persona uti potuit ἔχετε et συνεπλεύσατε." Ex arte igitur ista redux ab itinere Marklandus veritus est dicere: *reversus sum Cantabrigiam, domum meam*, sed dixit: *reversus sum Cantabrigiam et domum meam*. Æque enim Symplegades partem efficiebant ponti Euxini, ut Marklandi domus partem Cantabrigiæ. Quod autem poëta non scripsit ἔχετε et εἰσεπλεύσατε, id sapienter fecit. Ipse enim potius Orestes ad petendam deæ statuam huc venerat, eamque jam habebat, quam nautæ, ut qui imperio ejus parebant. Expectamus igitur non ἔχετε, sed ἔχω, sive, quod idem valet, ἔχομεν. *Seidl.*

1391. s. Οἱ δὲ στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι Ἔπαισαν ἅλμην] Non est inter Tragicos Poëtas, quotquot exstant, locus æque nobilis et sonorus, nec nauticæ congratulationis inter labores remigandi sonantior. Quare merito notandum duco. Ἔπαισαν ἅλμην: hæc verba Homerus illi prælibavit, Odyss. Δ'. v. 480. Ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς, et N'. v. 78. Ἀνεῤῥίπτουν ἅλα πηδῷ. Cætera, quæ mehercule magnum et dulce sonant, Eurip. sibi soli appropriavit. *Barnes.*

1392. ἔπαισαν ἅλμην.] Idem versus initium legimus in Æschyl. Pers. 397.

ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύσματος.

Atque in universum monendum est, ex ista Æschylei nuntii oratione plura videri Euripidis memoriæ inhæsisse, ut v. 386.

πρῶτον μὲν ἠχοῖ κέλαδος Ἑλλήνων πάρα
μολπηδὸν εὐφήμησεν

v. 391.

παιᾶν᾽ ἐφύμνουν σεμνὸν Ἕλληνες τότε.

v. 399.

καὶ παρῆν ὁμοῦ κλύειν
πολλὴν βοήν· ὦ παῖδες Ἑλλήνων ἴτε,
ἐλευθεροῦτε πατρίδ᾽, etc. *Seidl.*

1393. στόμια διαπερῶσα δὲ, etc.] Vid. supra v. 1327. *Barnes.*

στόμια] Typothetæ errore in edit. Schaeferi στόμα. *Seidl.*

1394. συμπεσοῦσ᾽ ἠπείγετο·] A. συμπεσου δηπηγετο. unde feceram συμπεσοῦσ᾽ ἀπήγετο, quia statim dicitur, ὤθει πάλιν πρυμνήσια. Sed Piersonus, ἐπείχετο, p. 27. Verisim. *Markl.*

ἠπείγετο: jactata, vexata est. Hom. Odyss. ψ'. v. 234.

—— νῆ᾽ ἐνὶ πόντῳ
ῥαίσῃ ἐπειγομένην ἀνέμῳ καὶ κύματι ——

ut non necessarium sit cum Piersono legere ἐπείχετο. *Musg.*

Reisk. censet, contrarium plane, quam quod vulgata lectione exprimitur, postulare sensum loci: non enim avectos esse fluctibus, sed retro pulsos. Conjicit igitur ἐπίσχετο, vel cum Piers. ἐπείχετο, *sustinebatur, retinebatur*, aut ἐπείρετο, *affligebatur*. *Beck.*

συμπεσοῦσ᾽ ἠπείγετο·] Ita Aldus. Piersonus Veris. p. 27. mavult ἐπείχετο. Sed bene Musgravius vertit *jactata, vexata est*, conferens Hom. Odyss. ψ'. v. 234.

νῆ᾽ ἐνὶ πόντῳ
ῥαίσῃ ἐπειγομένην ἀνέμῳ καὶ κύματι.

Nec video, quid contrarii sit in Apollonii Rhod. Lib. IV. vv. 225—227. quos affert Piersonus, ubi navis *remis* dicitur ἐπειγομένη, i. e. mota, acta. Nam quid interest, sive *vento* illud fiat, sive *remis?* *Seidl.*

1396. πρυμνήσι᾽·] Ob festinationem, quum remigandi operi cuncti incumbere

Κλύδων παλίῤῥους ἦγε ναῦν. σταθεῖσα δὲ
Ἀγαμέμνονος παῖς, εὔξατ᾽· Ὦ Λητοῦς κόρη,
Σῶσόν με τὴν σὴν ἱερίαν, πρὸς Ἑλλάδα
Ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ κλοπαῖς ξύγγνωθ᾽ ἐμαῖς.
Φιλεῖς δὲ καὶ σὺ σὸν κασίγνητον, θεὰ,
Φιλεῖν δὲ κἀμὲ τοὺς ὁμαίμονας δόκει.
Ναῦται δ᾽ ἐπευφήμησαν εὐχαῖσιν κόρης
Παιᾶνα, γυμνὰς ἐκ χερῶν ἐπωμίδας

Fluctus refluus impulit navim. Stans autem
Agamemnonis filia cœpit precari: O Latonæ filia,
Serva me tuam sacrificulam, in Græciam
Ex terra barbara, et ignosce me furto:
Amas enim et tuum fratrem, O dea;
Et me quoque consanguineos amare puta.
Nautæ vero puellæ precibus acclamarunt faustum
Pæana, nudas ab humeris manus

ab Oreste subito juberentur, retinacula non videntur in navem retraxisse. Conf. ad v. 1409. *Seidl.*

1397. Pro εἰς γῆν δὲ, omnes Gallici εις γην δη. et sic edidi. *Markl.*

Lege, εἰς γῆν δ᾽ ΑΥ ΠΑΛΙΝ Κλύδων παλίῤῥους ἦγε ναῦν.] Sic supra 379. Ἥξουσ᾽ ἐς Ἄργος ΑΥ ΠΑΛΙΝ. Sophocl. Trachin. 1104. Eurip. Suppl. 1094. *Por.*

Uterque MS. et P. εἰ γῆν δὴ πάλιν. Lego: εἰς γῆν δ᾽ ἔμπαλιν. *Musg.*

εἰς γῆν δ᾽ ἔμπαλιν] Sic conjecit Musgravius. Aldus εἰς γῆν δὲ πάλιν. Hervag. omittit εἰς, quod typothetæ vitium pleræque editiones asservarunt. Codd. Paris. εις γην δη παλιν, ut edidit Marklandus. Sed rationem corruptelæ invenies ad Gregor. Corinth. p. 762. Schaef. De numerorum quadam duritie hoc quidem loco, maxime quum præcedat interpunctio, noli sollicitus esse. Canterus voluerat εἰς δὲ γῆν πάλιν, quod jam in Brubach. poterat reperire.

εἰς δὴ δὲ πάλιν, MS. Victor. Suspicari licet, sic potius esse in MSS. Pariss. quam ut tradunt, εἰς γῆν δὴ πάλιν. Musgravius fortasse solam vocem δὴ ad marginem sibi adnotavit, quam postea putavit variantem esse vocis δὲ, quum esset vocis γῆν. *Seidl.*

1400. Recte Barnesius ἱερίαν pro ἱερείαν [Aldi.] *Markl.*

ἱερίαν] Ita scribo. Vid. supra ad hujus fabulæ, v. 34. ubi apparet Ionice positum pro ἱέρειαν. Neque enim desunt alia exempla ubi id ipsum ita factum est. *Barnes.*

1405. ἐκ ΧΕΡΩΝ ἐπωμίδας] Conjeceram, γυμνὰς ἐκ ΠΕΠΛΩΝ ἐπωμίδας, *nudatos vestibus humeros remo* (i. e. remigationi) *cum adplicuissent.* Sic Ion. 1208. γυμνὰ δ᾽ ἐκ ΠΕΠΛΩΝ μέλη Ὑπὲρ τραπέζης ἦχ᾽ ὁ μαντευτὸς γόνος. neque pœnitet conjecturæ, quamquam omnes Codices habent γυμνας εκβαλοντες επωμιδας· quod ex interpolatione natum videtur, et vestigia τοῦ, ἐκ πέπλων, apparent in syllabis εκβαλον, quibus addiderint τες, metro supplendo. Contra in Anthologia, Lib. IV. cap. 3. p. 320. ed. Steph. (459. ed. Brodæi) ubi nunc legitur πέπλῳ, scripsit auctor, nisi omnia fallunt, χερί. *Markl.*

ἐπωμὶς alibi vestimentum muliebre est, alibi pars corporis circa claviculæ et scapulæ commissuram. Posteriori sensu ab Euripide adhibetur, Hecub. v. 556. et a Plutarcho in Eumene, p. 1071. περιῤῥηγνύντες ἐκ τῶν ἐπωμίδων τὸς θώρακας. Legendum haud dubie: γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων χέρας, *nudas usque ab humeris manus:* quemadmodum et Reiskius legit, quanquam alio sensu. *Musg.*

Παιᾶνα] Quid sit Pæan et quotuplex, vid. supra v. 185. *Barnes.*

Reisk. nempe vertit: *exsertis extra manicas brachiis,* regestis manicis vestis.

Κώπῃ προσαρμόσαντες, ἐκ κελεύσματος.
Μᾶλλον δὲ μᾶλλον πρὸς πέτρας ᾔει σκάφος.
Χὠ μέν τις εἰς θάλασσαν ὡρμήθη ποσὶν,
Ἄλλος δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτεν ἀγκύλας.
Κἀγὼ μὲν εὐθὺς πρὸς σὲ δεῦρ' ἀπεστάλην,
Σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας·
Ἀλλ' ἕρπε, δεσμὰ καὶ βρόχους λαβὼν χεροῖν·
Εἰ μὴ γὰρ οἶδμα νήνεμον γενήσεται,

Adplicantes ad remos, adhibito celeusmate,
Magis autem atque magis ibat navis versus scopulum.
Et alius quidem in mare pedum saltu ruit,
Alii vero tortas religabant ansas funium.
Ego vero statim huc abii,
Ut tibi, rex, significem quomodo illic se res habeant.
Quamobrem vade, vinculis laqueisque manu sumtis.
Nisi enim mare fiat placidum,

Heath. ἐπωμίδας intelligit *lacertos*. *Beck.*

Libri γυμνὰς ἐκ χερῶν ἐπωμίδας, quod Heathius vertit: *lacertos a manibus nudos*. Voluit, opinor, *lacertos usque a manibus nudos*. Sed ut alia taceam, ἐπωμὶς non erat *lacertus*, sed secundum Polluc. II. 133. κλειδῶν τὸ πρὸς ὠμοπλάτας, *clavium pars juxta scapulas*, sive, sect. 137. τὸ ὑπερέχον τοῦ βραχίονος. Idem objici debet Marklandi conjecturæ γυμνὰς ἐκ πέπλων ἐπωμίδας. De vestimento ἐπωμίδος cogitandum non est, nam *muliebre* illud recte vocat Musgr. Pollux VII. 49. καὶ ἴδια δὲ γυναικῶν, ἐπωμὶς, διπλοΐδιον, etc. Quare veram puto Musgr. et lectionem et interpretationem. Similes librariorum errores hos mecum communicavit Hermannus. Soph. Œd. R. v. 324. libri habent οὐ γάρ με μοῖρα πρός γε σοῦ pro οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ, Philoct. 376. θυμῷ γένοιτο χεῖρα pro θυμὸν γένοιτο χειρὶ, Æschyl. Suppl. 374. ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε, pro quo bene Auratus ἀστοῖς δὲ πᾶσι τῶνδε. Cognata etiam est confusio verborum τορνευτασπιδολυροπηγοὶ et τορνευτολυρασπιδοπηγοὶ in Comici Av. v. 491. vid. Porson. Suppl. Præf. ad Hec. p. clxxxviii. Restat ut lectionem omnium Codd. Pariss. commemorem: γυμνας εκβαλοντες επωμιδας, pro γυμν. ἐκ χερῶν ἐπωμ. Equidem illud ἐκβαλόντες valere puto ἐμβαλόντες, idque explicationis causa adscriptum ad προσαρμόσαντες, deinde iniquo loco in textum admissum.

γυμνὰς ἐκβαλόντες ἐπωμίδας, MS. Victor. *Seidl.*

1407. Reisk. conjicit: μᾶλλον δὲ καὶ μᾶλλον πέτρας προσήει σκάφος. *Beck.*

1409. Ἄλλοι δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτον ἀγκύρας.] Secunda in ἀγκύρας longa est. Ἐξανῆπτον ἀγκύρας videtur huc translatum ex versu 1352. Cod. A. εξανηπτεν. C. αλλος—εξανηπτεν. Lego, Ἄλλος δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτεν ἀγκύλας. *Alius vero funes ex* nave *suspendebat curvos.* Πλεκταὶ sunt *funes*, Pollux, X. 31. Hesychius. Troas. 1003. Xenophon. p. 842. B. *Markl.*

ἀγκύρας.] Mendosum esse ostendit et metrum, et epithetum πλεκτὰς, postremo etiam tempus, quod demitti potius ancoram, quam suspendi, poscebat. Conspirant hæc omnia, ut verum putem ἀγκύλας una tantum litera ab ἀγκύρας discretum. ἀγκύλη non est proprie funis, sed laqueus, sive ansa a fune facta, cujus extremitates nodo colligantur: hic significare videtur ambitum funis, quo vela collecta constringuntur. Sensus adeo versus erit: *nautas vela collecta loris constrinxisse:* quod in naufragii discrimine, si quid aliud, necessarium. πλεκτὰς ἀγκύλας illustrat plane gemella in Andromacha locutio, v. 716.

πλεκτὰς ἱμάντων στροφίδας ἐξανήσομαι.

Οὐκ ἔστιν ἐλπὶς τοῖς ξένοις σωτηρίας.
Πόντου δ' ἀνάκτωρ, Ἴλιόν τ' ἐπισκοπεῖ,
Σεμνὸς Ποσειδῶν, Πελοπίδαις δ' ἐναντίος.
Καὶ νῦν παρέξει τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον
Σοὶ, καὶ πολίταις, ὡς ἔοικεν, ἐν χεροῖν,
Λαϐεῖν τ' ἀδελφὴν, ἣ φόνον τὸν Αὐλίδι
Ἀμνημόνευτον θεᾷ προδοῦσ' ἁλίσκεται.
ΧΟ. Ὦ τλῆμον Ἰφιγένεια, συγγόνου μέτα

Nulla spes salutis est hospitibus.
Rex enim maris curamque gerit Ilii,
Venerandus Neptunus, hostisque est Pelopidarum.
Et nunc tradet Agamemnonis filium
Tibi, et *tuis* civibus, ut verisimile est, in manus,
Ut capias et sororem, quæ cædem *in* Aulide
Oblitam prodens a dea deprehenditur.
Cho. O misera Iphigenia, una cum fratre

Liber P. ἄλλος, et mox cum MS. E. ἐξανῆπτεν. *Musg.*

Aldus ἄλλοι δὲ, πλεκτὰς ἐξανῆπτον ἀγκύρας. Facillima sane emendatio est ἀγκύλας, quod tamen neque ego, præsertim sic positum, pro adjectivo acceperim. Quum nuntius finem hic faciat narrandi, non diserte docemur, de quo funium usu sermo sit. Si de velorum contractione poëta cogitasset, valde dubito eum hoc modo fuisse locuturum. Neque usquam in præcedentibus mentio est ulla *velorum*, quæ omnino non videntur expansa fuisse, propterea quod statim ab initio adverso verso utebantur. Confirmatur hoc v. 1596. ubi ventus *funes*, non *vela* retro agit. Idcirco probabilius est, eos, qui in mare prosiluerant, navem, quo ab impetu venti tutior esset, laqueis voluisse ad littus retrahere et religare. Nam cur tandem nisi hanc ob causam in mare se proripuissent? Vertendum igitur erit: *alius vero tortos laqueos* ex nave *suspensos religabat*. Memorabilis tamen est glossa in Lexico MS. Octateuchi in Bibl. Coisl. p. 464. ἀγκύλας, ὀγκίνους, (i. e. uncinos) εἰς οὓς ἐμβάλλονται οἱ κρίκοι τῆς κώπης, vid. Hesych. s. v. ἀγκύλας, ejusque Interpp. Hac significatione si vocem accipias, legi fortasse possit ἀγκύλαις: *alius vero funes suspendebat ab uncinis scalmi*, quod fortasse faciebant, ut non tantum a puppi, sed etiam a latere navis ad littus alligari posset. Ἐξανάπτειν cum dativo eodem jure construi poterit, quo ἐξάπτειν, Iph. Aul. v. 1216. Troad. 1198. et ἀνάπτειν sæpe.

ἄλλος δὲ, mox ἐξανῆπτεν ἀγκύρας, MS. Victor. *Seidl.*

1415. Reisk. legit: Ἰλίου τ' ἐπίσκοπος. *Beck.*

1416. Πελοπίδαις τ' ἐναντίος.] Editiones δ' pro τ'. hoc (τ') verius puto. Pro λαϐεῖν τ' ἀδελφὴν Piersonus λαϐόντ' ἀδελφὴν, Verisimil. p. 28. *Markl.*

Πελοπίδαις δ' ἐναντίος.] Hoc est, Oresti et Iphigeniæ, genus ad Pelopem referentibus, Græcisque adeo omnibus, qui Trojam exciderunt. *Brodæus.*

Πελοπίδαις δ' ἐναντίος.] Falsus est Marklandus pro δ' verius putans τ'. Immo illud aptissime hunc locum tenet, quod simul connectit et opponit. Cf. Matthiæ Gramm. Gr. §. 607. p. 893. *Seidl.*

1419. Legendum puto λαβεῖν, ἀδελφήν θ'. Piersonus λαβόντ' ἀδελφὴν, cujus rationes mihi minus perspectæ sunt. *Musg.*

Reisk. monet, scribi quidem proprie debuisse λαβεῖν, ἀδελφήν τε — sed poëtas metri necessitate coactos sæpe præponere τε, quod postponendum fuisset, vel adhibere pro καὶ, in Piersoni conjectura hiare et claudicare orationem; nam παρέξει non esse *præstabit*, sed *licebit*, atque adeo impersonale; nec subintelligi Ποσειδῶν, sed τὸ πρᾶγμα, *res ipsa tibi hoc præstabit, ut capias. Beck.*

Θανεῖ, πάλιν μολοῦσα δεσποτῶν χέρας.
ΘΟ. Ὦ πάντες ἀστοὶ τῆσδε βαρβάρου χθονὸς,
Οὐκ, εἶα, πώλοις ἐμβαλόντες ἡνίας,
Παράκτιοι δραμεῖσθε, κἀκβολὰς νεὼς
Ἑλληνίδος δέξεσθε; σὺν δὲ τῇ θεῷ
Σπεύδοντες, ἄνδρας δυσσεβεῖς θηράσετε;
Οἱ δ' ὠκυπομποὺς ἕλξετ' εἰς πόντον πλάτας,
Ὡς ἐκ θαλάσσης, ἔκ τε γῆς ἱππεύμασι

Morieris, iterum rediens in manus dominorum.
Tho. O cuncti cives hujus barbaricæ terræ,
Eia, nonne equis injicientes frena,
Ad littus curretis? et ejectiones navis
Græcaniæ excipietis? et adjuvante dea
Festinantes, capietis impios viros?
Alii vero trahetis in mare naves celeres,
Ut a mari et a terrâ equitationibus

λαβεῖν τ' ἀδελφὴν,] Piersonus Veris. p. 27. corrigit λαβόντ' ἀδελφὴν, Musgravius λαβεῖν, ἀδελφήν θ'. Neutro opus. Conjunxit poëta duplicem constructionis rationem verbi παρέχειν, alteram cum accusativo simplici, ut Iphig. Aul. v. 937. οὐ παρέξω σῷ πόσει τοὐμὸν δέμας, et alibi sæpissime, alteram cum infinitivo, ut Fragm. Inc. LII. 1. παρέξω λέκτρα σοι καλῶς ἔχειν. *Seidl.*

1419. s. ἢ φόνον τὸν Αὐλ.—ἁλίσκεται.] Nihil mutandum. Ad verbum: quæ cædem in Aulide oblivioni datam deæ prodidisse deprehenditur, quod intelligo sic: quæ suæ in Aulide conservationis oblita est, eamque erga deam prodidit, i. e. pensi non duxit, ei convenienter non egit. Dativum θεᾷ ambigi potest utrum conjungas cum ἀμνημόνευτον an cum προδοῦσα. Φόνον τὸν Αὐλίδι, cædem, ut in Aulide erat, i. e. σωτηρίαν. Ita enim Iphigenia in Aulide cædebatur, ut a dea conservaretur. *Seidl.*

1420. Ἀμνημόνευτον θεᾷ, &c.] Non bene intelligo hunc versum, idcirco contextum et interpretationem, sicut erant, reliqui. Obvium est, Ἀμνημόνευτος Θεᾶς, &c. *Markl.*

Ἀμνημόνευτον θεᾷ, *deæ in memoriam non bene revocatam.* *Heath.*

1422. πάλιν] Ita diserte P. et Edd. recentt. non dissentientibus MSS. Ed. Ald. πόλιν. *Musg.*

πάλιν μολοῦσα δεσποτῶν χέρας.] Veteres libri habent πόλιν pro πάλιν. Brodæus et exhinc alii πάλιν legunt, nequaquam inepte, potest tamen et vetus lectio stare: nam πόλιν pro πόλινδε et χέρας pro εἰς χέρας recte sumi possunt. *Barnes.*

Θανεῖ,] Libri θανῇ.

πάλιν,] Cf. Schaef. ad Gregor. Corinth. p. 440. not.

Θανῇ, πάλιν, MS. Victor. *Seidl.*

1425. κἀκβολὰς νεὼς, i. e. ναῦν ἐκβεβλημένην. *Seidl.*

κἀκβολὰς νεὼς, *et ea, quæ e nave naufraga ejiciuntur.* *Heath.*

1426. s. σὺν δὲ τῇ Θεῷ Σπεύδοντες,] *Et adjuvante dea festinantes.* Aliter distingui potest, σὺν δὲ, τῇ Θεῷ Σπεύδοντες, et verti, *simul vero, caussa deæ festinantes*, i. e. in gratiam deæ. Hoc multo potius videtur: nam σὺν τῇ Θεᾷ, *adjuvante dea*, falsum diceret. *Markl.*

Male signum interrogationis ponunt post δέξεσθε, quod si hic recte ponitur, ponendum etiam est versu antecedente post δραμεῖσθε. Recte Aldus utrobique comma habet.

σὺν δὲ τῇ θεῷ Σπεύδοντες] "Σὺν τῇ θεᾷ, *adjuvante dea*, falsum diceret." Marklandus. Cur falsum diceret, non perspicio. Quidni studium illorum dea poterit adjuvare? Ac si hoc displicebat, cur non conjunxit σὺν τῇ θεῷ θηράσετε? *Seidl.*

1428. Οἱ δ' ὠκυπομπούς.] Recte Οἱ δ',

Λαβόντες αὐτοὺς, ἢ κατὰ στύφλου πέτρας
Ῥίψωμεν, ἢ σκόλοψι πήξωμεν δέμας;
Ὑμᾶς δὲ, τὰς τῶνδ' ἵστορας βουλευμάτων,
Γυναῖκας, αὖθις, ἡνίκ' ἂν σχολὴν λάβω,
Ποινασόμεσθα. νῦν δὲ τὴν προκειμένην
Σπουδὴν ἔχοντες, οὐ μενοῦμεν ἥσυχοι.

ΑΘΑΝΑ.

Ποῖ, ποῖ διωγμὸν τόνδε πορθμεύεις, ἄναξ

Captos ipsos, aut *de* aspera rupe
Præcipites demus, aut palis figamus corpora?
Vos autem horum consiliorum conscias
Mulieres, postea, quum ocium nactus fuero,
Puniam: nunc enim in præsentium *rerum*
Studium intenti, non manebimus quieti.

MINERVA.

Quonam, quo manum hanc *fugientes* insequentem ducis, O rex

neque mutandum in 'Ηδε, *et;* sed intelligendum est Οἱ μὲν supra, ante ἐμβαλόντες (cui hic respondet Οἱ δὲ) quod in versione perite expressit Barnesius, et in nota monuit. *Markl.*

Οἱ δ'] Ita recte cum olim sit scriptum, per me maneat. Hoc vero nemini non patebit, qui v. 1424. Οἱ μὲν ἐξ ὑμῶν intelligi agnoscet, ut nos in Latina versione jam expressimus. Vult enim rex Thoas, ut cives sui illos pedestribus et navalibus copiis persequantur. Quare Æmil. Portum longum valere jubeo cum suo 'Ηδ' pro ἠδὲ, καὶ, etc. ut male conjectabat. *Barnes.*

1430. ἢ καταστύφλου πέτρας] Divido, κατὰ στύφλου. et ita Reisk. (et Abresch. An. ad N. T. p. 583.) Sumtum forte ex Æschyli Prom. Vinct. v. 747. vide Bacch. 1126. *Markl.*

κατὰ στυφλοῦ] Ita scribendum, non, ut vulgo, καταστύφλου. *Musg.*

καταστύφλου πέτρας] Κατάστυφλος pro καταστύφελος. Sic ἀπόστυφλος Æschylo pro ἀποστύφελος, vel, ut alii disjunctim legunt, στύφλος pro στύφελος, Prometh. v. 747. "Ερριψ' ἐμαυτὴν τῆς ἀπὸ στύφλου πέτρας. Schol. στύφλου, σκληρᾶς. *Barnes.*

Male Aldus καταστύφλου. Sed jam Brub. κατὰ στύφλου. ἢ κατὰ στύφλου πέτρας, MS. Victor. *Seidl.*

1431. Post hunc demum versum Aldus interrogandi signum addit, omittens supra, v. 1328. post πλάτας, ubi comma habet. *Seidl.*

1432. ἵστορας] Ita diserte Aldus. Ceteræ editiones, quas novi, omnes ἴστορας. Potior videtur Aldi scriptura, quam sequitur Henr. Stephanus, et quam ubique servatam video in Etymol. M. Eandem libri habent in Soph. Electr. v. 850. ubi tamen Scholiastæ ἵστωρ scribunt. Utramque scripturam offendimus apud Hesychium, Suidam, Zonaram. Sed constat, quantum in talibus debeatur librariis. *Seidl.*

1433. Pro γυναῖκας, forte γυναῖκες. *Markl.*

γυναῖκας exquisitius. *Seidl.*

1434. Non male τῶν προκειμένων, ut Sophocl. Antig. 1336. et auctor Rhesi 987. Sed A. B. την προκειμενην· sic ἀγῶνα τὸν προκείμενον, Orest. 838. Phœniss. 792. et auctor ad Hebræos XII. 1. et multa talia, quæ non adduco. *Markl.*

τὴν προκειμένην] Ita Ed. Ald. cum MSS. et P. Edd. plerique τῶν προκειμένην, unde Barnesius τῶν προκειμένων.

Pro τῶν προκειμένων facit Rhes. 981. *Musg.*

Θόας; ἄκουσον τούσδ' Ἀθηναίας λόγους.
Παῦσαι διώκων, ῥεῦμά τ' ἐξορμῶν στρατοῦ·
Πεπρωμένοις γὰρ θεσφάτοισι Λοξίου
Δεῦρ' ἦλθ' Ὀρέστης, τῶν τ' Ἐριννύων χόλον
Φεύγων, ἀδελφῆς τ' Ἄργος εἰσπέμψων δέμας,
Ἄγαλμά θ' ἱερὸν εἰς ἐμὴν ἄξων χθόνα.
Πρὸς μέν σ' ὅδ' ἡμῖν μῦθος· ὃν δ' ἀποκτενεῖν
Δοκεῖς Ὀρέστην, ποντίῳ λαβὼν σάλῳ,
Ἤδη Ποσειδῶν, χάριν ἐμὴν, ἀκύμονα

Thoas? Audi hæc Minervæ verba.
Desine persequi, et impetum excitare exercitus:
Fatalibus enim oraculis Apollinis
Huc venit Orestes, iram Erinnyum
Fugiens, et sororem Argos reducturus,
Statuamque sacram in meam laturus terram.
Et hæc quidem ad te nostra *est* oratio. Quem vero occidere
Decrevisti Orestem, marinis interceptum procellis,
Illi jam in meam gratiam Neptunus tranquillum

τῶν προκειμένων] Ita pro illo veteri corrupto προκειμένην lego; quod et sensus omnino postulat, et in libro Heinsio-Scaligeriano ad marginem id notatum invenio. *Barnes.*

τὴν προκειμένην] Pro Barnesii lectione citant Sophocl. Antig. 1336. et Rhes. 981. sed utrobique est τῶν προκειμένων τι. *Seidl.*

1436. Ποῖ ποῖ διωγμὸν τόνδε πορθμεύεις, ἄναξ | Θόας;] Inutilis est mea conjectura Ποῖ δὴ pro Ποῖ ποῖ. Noster Or. 272. ποῖ ποῖ ποθ' ἡλάμεσθα δεμνίων ἄπο; Ibid. 464. Ποῦ ποῦ θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ἴδω πόσιν | Μενέλαον; Vulgo legitur apud Æschylum Ag. 1096. ἆ ποῖ ποτ' ἤγαγές με; πρὸς ποίαν στέγην; Vide an hic etiam geminandum ποῖ, nisi magis placet ποῖ δὴ ut v. 1147. ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες. *Elmsl.*

πορθμεύεις διωγμὸν, i. e. emittis, qu persequantur. *Seidl.*

1437. τῆσδ' Ἀθηναίας λόγους.] Verum puto, ἄκουσον τούσδ'—λόγους: ut Supplic. 1193. Ἄκουε, Θησεῦ, τούσδ' Ἀθηναίας λόγους. *Markl.*

τῆσδ' Ἀθηναίας λόγους.] Marklandus: "Verum puto ἄκουσον τούσδ' — λόγους: ut Suppl. 1193. ἄκουε, Θησεῦ, τούσδ' Ἀθηναίας λόγους." Si alter locus ad alterius normam exigendus est, equidem potius in Suppl. legerim τῆσδ'. Nam adjecto τῆσδε significat, ipsam deam præsentem loqui. Noster Electr. 1035. nostr. Ed.

δίπτυχοι δέ σε
καλοῦσι μητρὸς σύγγονοι Διόσκοροι
Κάστωρ κασίγνητός τε Πολυδεύκης ὅδε.

Orest. 1643.

Φοῖβός σ', ὁ Λητοῦς παῖς, ὅδ' ἐγγὺς ὢν, καλῶ.

Hercul. Fur. 818.

θαρσεῖτε, Νυκτὸς τήνδ' ὁρῶντες ἔκγονον
Λύσσαν.

Cf. Schaef. Melet. Crit. p. 114. *Seidl.*

1440. τῶν τ' Ἐριννύων χόλον] Monui ad Supplic. v. 712. legendum videri τόν τ', non τῶν τ': quia Ἐριννύες, utpote nomen proprium, ponuntur absque articulo per totum hoc drama. *Markl.*

τῶν τ'] Marklando placet τόν τ'. *Musg.*

τόν τ'] Vulgo τῶν τ'. Sed verum videtur, quod Marklandus monet, legendum videri τόν τ', non τῶν τ', quia Ἐριννύες, utpote nomen proprium, ponantur absque articulo per totum hoc drama. *Seidl.*

Πόντου τίθησι νῶτα, πορθμεύων πλάτη.
Μαθὼν δ', Ὀρέστα, τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς,
Κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ οὐ παρὼν, θεᾶς
Χώρει λαβὼν ἄγαλμα, σύγγονόν τε σήν.
Ὅταν δ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς,
Χῶρός τίς ἐστιν Ἀτθίδος πρὸς ἐσχάτοις

Maris facit dorsum, transmittens eum navi.
Tu vero, Orestes, audiens mea mandata,
Audis enim vocem, licet præsens non adsis, deæ,
Vade accepta statua, et tua sorore.
Et cum veneris Athenas divinitus conditas,
Est quidem ager in extremis Atticæ

1441. ἀδελφῆς δέμας,] Periphrasis pro ἀδελφήν. Vid. Iphig. Aul. v. 417. *Barnes.*

1442. Post hunc versum, Ἄγαλμά θ' ἱερὸν, &c. Codd. A. C. addunt, των νυν παροντων πηματων ἀναψυχας. Similiter quidem scribit in Hippolyto, 596. τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον. *Markl.*

τῶν νῦν, &c.] Hunc versum hactenus in Editis desideratum exhibent uterque MS. et P. *Musg.*

ἀναψυχάς.] De accusativo isto vid. Matthiæ Gramm. Gr. §. 432. 4. p. 597. *Seidl.*

Versum τῶν νῦν παρόντων, etc. Victorius ex MS. intulit. *Goeller.*

1443. μὲν σ'] Ita recte Schaeferus. Male Aldus pronomen inclinat μέν σ'. *Seidl.*

1446. πορθμεύων] Tyrwhitto placet πορθμεύειν. Porro dubium mihi erat in MS. E. utrum πλάτην scriberetur, an πλάτῃ. *Musg.*

Πόντου] Scaliger hic legit πόντον, ut concordet cum ἀκύμονα: quum ita verba sunt sumenda: Ὃν σὺ ἀποκτενεῖν δοκεῖς, Ὀρέστην δηλονότι, τοῦτον Ποσειδῶν πορθμεύων τίθησιν ἀκύμονα Πόντου νῶτα, ἤγουν πόντον. Sic Hom. Iliad. β'. v. 159. (et alias plus semel) dixit — εὐρέα νῶτα θαλάσσης, hoc est, τὴν ἐπιφάνειαν τῆς ἁλός. Sic Pind. dixit — αἰθέρος νῶτα, et Eurip. in hac Fabula — Χθονὸς νῶτα σεισθῆναι σάλῳ. Vid. Rittershus. ad Oppian. Halieut. Lib. I. v. 60. Νῶτον ἁλὸς θείνοντες. *Barnes.*

Constructio est: Ἤδη Ποσειδῶν εἰς ἐμὴν χάριν πορθμεύων Ὀρέστην πλάτῃ κατὰ νῶτα Πόντου τίθησιν αὐτὸν ἀκύμονα. Contra Reisk. censet, ἀκύμονα pertinere ad νῶτα, esse plurale neutrum, τοῦτο autem, quod subintelligatur, cohærere cum πορθμεύων. *Beck.*

Post τίθησι omisi comma, quod Aldus habet. Recte construunt Barnesius et Reiskius, (τοῦτον) πορθμεύων πλάτῃ Ποσειδῶν πόντου νῶτα τίθησι ἀκύμονα. Clarius locutus esset poëta, si scripsisset (τοῦτον) Ποσειδῶν, πόντου νῶτα ἀκύμονα τιθεὶς, πορθμεύει πλάτῃ. Sed ponitur interdum primarium verbum in participio, ut Soph. Electr. 345. ἑλοῦ γε θάτερ', ἢ φρονεῖν κακῶς, ἢ τῶν φίλων φρονοῦσα μὴ μνήμην ἔχειν, i. e. ἢ τῶν φίλων μὴ μνήμην ἔχουσα (εὖ) φρονεῖν, Coll. Hom. Iliad. β'. v. 291. *Seidl.*

1448. Κλύεις γὰρ — θεᾶς,] Hic locus ita distingui debet, (Κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ οὐ παρὼν) Θεᾶς Χώρει λαβὼν ἄγαλμα, &c. Θεᾶς ἄγαλμα conjungenda sunt ut v. 1481. et passim. Plautus videri potest egisse interpretem hujus parentheseωs, Amphitryon. III. 3. *Audis quæ dico, tametsi præsens non ades.* Jupiter Mercurium alloquitur. *Markl.*

Κλύεις — θεᾶς,] In Plauto tali adjectioni (ut Markl.) non erat locus. Sed hic additum θεᾶς causam continet, cur audiat Orestes, *audis enim meam, utpote deæ, vocem, quamquam absens.* Ad ἄγαλμα genitivus θεᾶς facile intelligitur, ut supra v. 1001. ἄγαλμά τ' οἴσεις. *Seidl.*

1450. Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους] Vid. ad Hippolyt. v. 978. Καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς. Vid. Joh. Meursii de Fortuna Attica, c. 2. p. 8. et 9. ubi Athenas a dea Minerva conditas probat. *Barnes.*

Ὅροισι, γείτων δειράδος Καρυστίας,
Ἱερός, Ἁλάς νιν οὑμὸς ὀνομάζει λεώς·
Ἐνταῦθα τεύξας ναόν, ἵδρυσαι βρέτας,
Ἐπώνυμον γῆς Ταυρικῆς, πόνων τε σῶν,
Οὓς ἐξεμόχθεις περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα
Οἴστροις Ἐρινύων· Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ

Finibus, vicinus jugo Carystio,
Sacer, meus populus eum vocat *Alas:*
Illic extructo templo, colloca statuam
Cognominem Tauricæ *Dianæ*, et tuorum laborum,
Quos tulisti oberrans per Græciam,
Stimulis Erinnyum. Dianam vero ipsam homines

1452. γείτων, i. e. *ex adverso situs.* Mare enim in medio est. *Seidl.*

1453. Ἁλὰς] Pagi hujus meminit, ut et Dianæ simulacri eo translati, Callimach. Hymn. Dian. v. 173. vid. et Strabon. p. 399. A. Ἅλησι παρὰ τὴν θάλασσαν habet Plutarch. Anton. p. 1736. Ed. Steph. *Musg.*

Ἀλάς νιν οὑμὸς ὀνομάζει λεώς·] Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες nomen loci, ut Xylander feliciter Strabonem restituit, eoque merito a Casaubono laudatur. Hinc Callim. hymno in Dianam, v. 173. Ἦ ἵνα, δαῖμον, Ἀλὰς Ἀραφηνίδας οἰκήσουσα Ἦλθες ἀπὸ Σκυθίης, ἀπὸ δ' εἴπαο τέθμια Ταύρων. Vid. Schol. Callim. in locum et Casaub. ad Strab. p. 172. b. Hinc et Minerva dicitur Ἀλαία, cujus nominis meminit Pausanias in Arcadicis, fol. 276. l. 4. Scaliger male hic legit Ἄβας· Ἄβαι enim est urbs Phocidis, de qua Pausanias aliique, et nihil ad Athenas attinebat. *Barnes.*

Ἅλησι παρὰ τὴν θάλασσαν habet Pausan. Bœot. XXIV. 5. aliique. Scripsi cum aspero spiritu, quamquam editt. recentiores inde a Barnesio lenem habeant, et alibi quoque scriptura variet, vid. Schweigh. ad Athen. Animadv. part. IV. p. 473. Meursius de Popul. Attic. v. Ἀλαὶ, et Grammatici vett. sub v. In antiquis nostri poëtæ editt. omnibus spiritus plane abest. Tanto majori jure sequi potui Steph. Byz. qui diserte monet, δασύνεται δὲ τὸ Ἁλαὶ, ὡς καὶ ἐν τῷ δράματι Μενάνδρου. *Seidl.*

1454. τάξας ναόν,] Τεύξας ναὸν scribere potuit, ut Hom. Odyss. XII. 346. quod est τεύξασθαι νηὸν, Hymn. in Apoll. 221. paullo post τεύξαι νηὸν, v. 258. vid. Pindar. Pyth. VII. Lycophron. v. 1128. Auctor. Rhesi 956. Hoc jam video placuisse Cl. Piersono Verisimil. p. 28. Si vulgata retineatur, τάξας ναὸν erit, *postquam imperaveris* (injunxeris) *templum*, scil. Atheniensibus exstruendum. *Markl.*

τάξας,] Reliquerat Euripides τεύξας. Homerid. Hymn. in Apoll. v. 80. τεύξειν περικαλλέα ναὸν, et sæpius in eodem Hymno. Ex Pierson. *Musg.*

τεύξας] Aldus τάξας. *Seidl.*

1455. γῆς Ταυρικῆς,] Sic Hermannus. Vulgo τῆς Ταυρικῆς, quod vertunt *Tauricæ Dianæ*. Cf. Bast. Epistol. Crit. p. 77. *Seidl.*

1456. Οὓς ἐξεμόχθεις περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα] Vide supra ad v. 84. Pro ἐξεμόχθεις A. εξεμοχθης. *Markl.*

περιπολῶν] Consulto hoc vocabulo utitur. Alludit enim ad ultimas syllabas vocis Ταυροπόλος. Hic enim ἐπωνυμία laborum Orestis quærenda est. Conf. tamen de vocis etymologia viros doctos, quos citat Lobeck. ad Soph. Ajac. 175. *Seidl.*

1457. s. Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ | τολοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν.] Anapæstum vitaremus, si pro θεὰν vocem a vocali incipientem reponeremus, quemadmodum v. 826. ἑλὼν pro κτανὼν reposui. Talis emendatio cum non succurrat, vide an legi possit Ταυροπόλην θεὰν, ut hujus Musei, tom. I. p. 352. monui ad Sophoclis Aj. 172. Ἦ ῥά σε Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμις. *Elmsl.*

Ἐρινύων scribit Heath. *Beck.*

νιν, i. e. βρέτας. *Seidl.*

Τολοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν.
Νόμον τε θὲς τόνδ᾽, ὅταν ἑορτάζῃ λεὼς
Τῆς σῆς σφαγῆς ἄποιν᾽, ἐπισχέτω ξίφος
Δέρῃ πρὸς ἀνδρὸς, αἷμά τ᾽ ἐξανιέτω

Posthac ut Tauricam deam canent.
Et hanc legem pone, quando populus celebravit festum
Tuæ a cæde liberationis, admoveat ensem
Ad *alicujus* viri cervicem, et sanguinem emittat

1459. Νόμον δὲ θέσθε τόνδ᾽, ὅθ᾽ ἑορτάζῃ λεώς] A. θεσθαι. quod cum indefinitum sit, significare potest vel *tu pone*, vel, *populus ponat*. Pro ἑορτάζῃ leg. forte ἑορτάζει, quia ὅτε *quando* cum indicativo semper utitur Euripides, nisi fallor. ἑορτάζει, opinor, trisyllabum est B. C. ὅταν pro ὅθ᾽. Scribi quoque potest, θέσθω, sc. λεώς. *Markl.*

Νόμον τε θέσθαι τόνδ᾽, ὅθ᾽ ἑορτάζῃ λεώς] Lege, Νόμον τε θὲς τόνδ᾽, ὅταν ἑορτάζῃ λεὼς, partim ex MS. Constructio est, ἵδρυσαι βρέτας,—Νόμον τε θές. Duo MSS. ὅταν. *Por.*

θέσθαι] Ita MS. E. Vulgo θέσθε. *Musg.*

Duas priores syllabas τοῦ ἑορτάζῃ per synizesin in unam contrahi putat Heath. *Beck.*

θέσθαι] Aldus θέσθε. Proxime Codd. B. C. ὅταν pro ὅθ᾽, unde colligas, Euripidem dedisse:

νόμον τε θὲς τόνδ᾽, ὅταν ἑορτάζῃ λεώς,

ut paulo ante ἵδρυσαι. Sed potest etiam ἑορτάζῃ trisyllabum esse, ut contrahuntur litteræ εο in voce Νεοπτόλεμος, θεὸς, aliis. conf. Pors. ad Eur. Orest. v. 393. et de Verss. Dochm. p. 392. seq. Certe non scribendum est cum Marklando ὅθ᾽ ἑορτάζει. Vid. Hermann. ad Viger. de constructione particulæ ὅτε cum conjunctivo.

ὅταν ἑορτάζῃ λεὼς, MS. Victor. *Seidl.*

1461. αἷμά τ᾽ ἐξαννύετω] Secunda in ἀνύω fere brevis est. unde scrib. opinor ἐξανυττέτω. Suidas: Ἀνύττειν οἱ Ἀττικοὶ ὅπερ ἡμεῖς ἀνύειν. sed quid est ἀννύειν? *Markl.*

ἐξανυέτω] Legendum ἐξανιέτω. Simile mendum est Herc. Fur. v. 624. *Musg.*

ἐξανιέτω, *emittat*, rescripsit jam Heath. qui negat, ἐξανύειν αἷμα dici posse pro *elicere sanguinem*, et ἀνύειν unquam poni, altera syllaba producta, nisi loco suspecto. *Beck.*

ἐξανιέτω] Ita post Heathium Musgravius, probante Porsono ad Eur. Phœniss. v. 463. Ald. ἐξαννύετω, et paulo ante δέρη. *Seidl.*

1462. ὁσίας ἕκατι Θεᾶς] Ceperunt Ὁσίας pro adjectivo, conjungendo cum Θεᾶς, sententia summe insulsa. Euripides, puto, dedit αἷμά τ᾽ ἐξανυττέτω, Ὁσίας ἕκατι, Θεά θ᾽ ὅπως τιμὰς ἔχῃ. *Duas* caussas hujus actionis reddit. Ὁσίας ἕκατι, est, Ὁσίας χάριν, Ὁσίας ἕνεκα, *Defungendæ religionis caussa, dicis caussa*. Locutionem, et mentem poëtæ, explicat Harpocration V. Ἀ[illegible]. Exemplum rei habes apud Herodot. Lib. IV. 154. vid. et Sophocl. Antig. 262. 786. et Gronovii Observat. Lib. IV. c. 13. ad fin. *Markl.*

Optime Marklandus: ὁσίας ἕκατι, Θεά θ᾽ ὅπως τιμὰς ἔχῃ. *Musg.*

ὁσίας ἕκατι,] Bene disputat Markl. ad h. l. Cf. etiam Pausan. III. c. 16. Quod autem conjicit ὁσιάς ἕκατι, θεά θ᾽ ὅπως τιμὰς ἔχῃ, id neutiquam necessarium est. *Seidl.*

1463. κλίμακας] Emendaverat Piersonus λειμακας, teste eruditissimo Valckenærio ad Hippol. v. 73. Malim, si quid mutandum, κλώμακας, *colles, tumulos*. Lycophron. v. 853. Hom. Il. β'. v. 729. καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν: ubi Scholiastes: κλωμακόεσσαν, τραχεῖαν, ὀρεινὴν, ἢ κλίματα, ἀποκλίματα, κλώμακας, κλίμακας, βουνοὺς γεωλόφους ἔχουσαν. Montibus potius, quam pratis, convenit epithetum σεμνάς. Sic σεμνὰς πλάκας ὀρέων, Bacch. v. 707. σεμνὸν πάγον, Heraclid. v. 849. Hesychius (v. Διάκρεις): ἡ χώρα Διακρία, ἡ ἀπὸ Παρνῆθος εἰς Βραυρῶνα. Nec tamen spernendum κλίμακας, quo nomine plures montes ob difficilem adscensum vocatas notat Wesselingius ad Diod. Sic. Lib. XIX. c. 21. *Musg.*

Reisk. κλίμακας accipit pro κλίματα, *regiones, plagæ*. *Beck.*

κλίμακας] " Non spernendum κλίμακας,

Ὁσίας ἕκατι, θεά θ' ὅπως τιμὰς ἔχῃ.
Σὲ δ' ἀμφὶ σεμνὰς, Ἰφιγένεια, κλίμακας
Βραυρωνίας δεῖ τῆσδε κληδουχεῖν θεᾶς,
Οὗ καὶ τεθάψει κατθανοῦσα, καὶ πέπλων

Religionis causa, et deæ ut honores habeat.
Te vero, O Iphigenia, ad sacras rupes
Brauronias oportet esse æditaam hujus deæ :
Ubi enim sepelieris mortua, et peplorum

quo nomine plures montes ob difficilem adscensum vocatos notat Wesseling. ad Diod. Sic. Lib. XIX. c. 21." Musgr. Recte. Ab emendatione κλώμακας dehortari potius eum debebat, quem citat, Homeri Scholiastes: κλωμακόεσσαν, τραχεῖαν, ὀρεινὴν, ἢ κλίματα, ἀποκλίματα, κλώμακας, κλίμακας, βουνοὺς γεωλόφους ἔχουσαν. Hesychius v. Διακρεῖς: καὶ ἡ χώρα, Διακρία, ἡ ἀπὸ Πάρνηθος εἰς Βραυρῶνα.

Seidl.

1464. τῆσδε κληδουχεῖν Θεᾶς,] Observandus hic locus propter constructionem, et propter raritatem verbi κληδουχεῖν; si tamen integer et sanus sit; quod non ita esse vehementer suspicor: tametsi eum sic citet Ill. Spanhemius ad Callimach. p. 694. et vertat, *clavigeram Deæ fore.* Mihi videtur ita concipi debuisse, Σὲ δ' ἀμφὶ σεμνὰς, Ἰφιγένεια, κλίμακας Βραυρωνίας δεῖ, τῆσδε κληδοῦχον Θεᾶς, * * * * Οὗ καὶ τεθάψῃ, &c. Deesse puto aliquid in quo narrabatur quod ad reliquam Iphigeniæ *vitam* spectabat. sequitur de *morte* ejus, *sepultura*, et *honoribus* post mortem. Hunc actum alibi mutilum esse (nescio quo casu) observavi: vide notam proxime sequentem, et ad v. 1215. 1224. 1235. 1470. Verbum κληδουχεῖν (si existeret) posceret, opinor, τῇδε Θεᾷ, ut Βακχίῳ χορεύσομεν, Bacch. 191. non τῆσδε Θεᾶς. Quod deest, hoc modo, vel multis aliis, suppleri potest, si quis incertis se oblectare amat, τῆσδε κληδοῦχον Θεᾶς, [Οἰκεῖν, ὅπου σε βίοτος εὐδαίμων μένει·] Οὗ καὶ τεθάψῃ, &c. Permulta sunt nomina in οῦχος desinentia, quæ nullum habent verbum cognatum; inter quæ, uti videtur, est κληδοῦχος: ut κεροῦχος, στερνοῦχος, σκηπτοῦχος, ταμιοῦχος, οὐρανοῦχος, &c. sed non invenies, opinor, κερουχέω, στερνουχέω, &c. Probandum erat, κληδουχεῖν esse Græcam vocem, et usitatam constructionem τῆσδε Θεᾶς. ego prius cum non possem probare, merito dubitavi de utroque. *Markl.*

Βραυρωνίας] Ita P. et Edd. recent. non dissentientibus MSS. Ed. Ald. Βαυρωνίας.

τῆσδε — Θεᾶς,] Verum videtur, quod suggerit, nec probat Marklandus, nempe τῇδε—Θεᾷ. *Musg.*

Βραυρωνίας δεῖ τῆσδε κληδουχεῖν θεᾶς,] Dianæ Tauricæ simulacrum, in Græciam ab Oreste relatum, in Braurone, populo Atticæ, colebatur, et Brauronia Diana hinc dicta erat. Ita Pausanias in Atticis fol. 21. lin. 31. Καὶ Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι Βραυρωνίας, Πραξιτέλους μὲν τέχνη τὸ Ἄγαλμα, τῇ θεῷ δ' ἔστιν ἀπὸ Βραυρῶνος δήμου τὸ ὄνομα· καὶ τὸ ἀρχαῖον ξόανόν ἐστιν ἐν Βραυρῶνι Ἄρτεμις, ὡς λέγουσιν, ἡ Ταυρική. Et paulo infra fol. 32. lin. 4. Μαραθῶνος δὲ ἀπέχει τῇ μὲν Βραυρὼν, ἔνθα Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος, ἐκ Ταύρων φεύγουσαν, τὸ ἄγαλμα ἀγομένην τῆς Ἀρτέμιδος, ἀποβῆναι λέγουσι, καταλιποῦσαν δὲ τὸ ἄγαλμα ταύτῃ, καὶ εἰς Ἀθήνας, καὶ ὕστερον εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι. Ξόανον μὲν δὴ καὶ αὐτόθι ἐστὶν Ἀρτέμιδος ἀρχαῖον. Κληδουχεῖν] Claves Templi custodire, i. e. sacerdotem agere. Vid. supra v. 132. Κληδούχου δοῦλα πέμπω, ad quem locum, si quis bene perpenderit, quæ nos notavimus, ut verum fatear, legendum putabit Κληδοῦχος δοῦλα πέμπω.

Barnes.

Βραυρωνίας] Vid. Interpp. ad Hesychii locum modo laudatum. Ceterum hic et in sequentibus nihil nisi tenebras et lacunas videt Marklandus, a quo prorsus dissentio. Versum huncce observandum putat propter constructionem et propter raritatem verbi κληδουχεῖν. Primum enim exspectaverat dativum τῇδε θεᾷ ad verbum κληδουχεῖν, non τῆσδε θεᾶς. Assentitur Musgravius. Quidni construatur ἀμφὶ κλίμακας τῆσδε Βραυρωνίας θεᾶς? Erat enim hoc deæ nomen. Pausan. I. 23. 8. καὶ Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι Βραυρωνίας, Πραξιτέλους μὲν τέχνη τὸ ἄγαλμα· τῇ θεῷ δ' ἔστιν ἀπὸ Βραυρῶνος δήμου τὸ ὄνομα· καὶ τὸ ἀρχαῖον

Ἄγαλμά σοι θήσουσιν, εὐπήνους ὑφὰς,
Ἃς ἂν γυναῖκες ἐν τόκοις ψυχοῤῥαγεῖς
Λείπωσ' ἐν οἴκοις. τάσδε δ' ἐκπέμπειν χθονὸς
Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι,

Monumenta tibi ponent, texta pulchro stamine,
Quæ mulieres in partu animam agentes
Reliquerint in ædibus. Has autem ut educas ex *hac* terra
Mulieres Græcas *tibi* mando,

ξόανόν ἐστιν ἐν Βραυρῶνι, Ἄρτεμις, ὡς λέγουσιν, ἡ Ταυρική. Citat hunc locum Brodæus, coll. inferius, cap. 33. 1. Regionem autem deæ propriam habitam esse, ipsum epithetum σεμνὰς indicat. Pergit Marklandus, permulta nomina in οῦχος desinentia nullum habere verbum cognatum, ut κεροῦχος, στερνοῦχος, σκηπτοῦχος, etc. et inter hæc referendum videri κληδοῦχος. Satis mira ratiocinatio. Cur hanc potissimum vocem jure, quo fruuntur δᾳδοῦχος, λαμπαδοῦχος, κληροῦχος, aliæ, ut verbum cognatum forment, exemtam vult? Scilicet ob hanc causam, quod deesse putabat aliquid, in quo commemoraretur, quod ad reliquam Iphigeniæ vitam spectaret; sequi enim de *morte* ejus, *sepultura* et *honoribus* post mortem. Legi igitur et suppleri sic posse:

τῆσδε κληδοῦχον θεᾶς
[οἰκεῖν, ὅπου σε βίοτος εὐδαίμων μένει·]
οὗ καὶ τεθάψῃ.

Quasi non sufficiat, scire, Iphigeniam ibi fore sacerdotem. Profecto vir doctissimus hic dormitavit.

Βαρυρωνίας, MS. Victor. Una littera transposita. *Seidl.*

1465. Vulgo τεθάψῃ] De Iphigeniæ morte diversa tradit Pausan. I. 43. 1. *Seidl.*

1466. De divino honore, quo post mortem Iphigeniam prosecuti sunt, vid. Barnes. ad Iphig. Aul. v. 1607. coll. Pausan. lib. VII. 26. 3. Quinimo cum ipsa Diana antiquitus videtur esse confusa. Pausan. II. 35. 2. καὶ Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Ἰφιγενείας ἐστὶν ἱερὸν, coll. Herodot. Melpom. sect. 103. ad quem locum respicit Pausanias Lib. I. 43. 1. *Seidl.*

1468. ss. Λείπωσ' ἐν οἴκοις. τάσδε δ' ἐκπέμπειν χθονὸς Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι, Γνώμης δικαίας, οὕνεκ' ἐξέσωσά σε,] Ita edidi vocem penultimam (pro vulgata ἐκσώσασά σε) ex Canteri conjectura, confirmata a Scholiast. Aristoph. Ran. 697. Ceterum in his tribus iambis, tres personas alloquitur Minerva, sine ulla nota transitionis, vel personarum distinctionis. nam ista, Λείπωσ' ἐν οἴκοις, et quæ præcedunt, ad Iphigeniam evidenter dicta sunt. sequentia vero, τάσδε δ' ἐκπέμπειν, &c. æque evidenter ad Thoantem, de Choro. Sed ista, Γνώμης δικαίας, &c. nemini, præter Oresten, applicari possunt: et illi nominatim applicantur. Atque hinc clarissime patet (quod suspicatus erat Brodæus, credere noluit Barnesius) nonnulla huic loco excidisse ante Γνώμης δικαίας· quæ porro verba nihil habent ad quod referantur. Hunc defectum asteriscis notavi. Pro θήσουσιν, v. 1466. nonnullæ editt. (et inter eas Aldina) habent θήσουσ' metro deficiente. *Markl.*

1470. ἐκσώσασα] Canterus ἐξέσωσα, omnino male. οὕνεκα enim cum γνώμης δικαίας connectendum est. Jubet autem Orestem Pallas, ut captivas has domum reducat, cum propter ipsarum fidelitatem, tum quia Orestem ipsa bis jam leto eripuerat.

Citatur, ita, ut Canterus emendatum voluit, a Scholiasta Aristoph. in Ranas, v. 697. Nihilominus vulgatam veriorem puto. *Musg.*

Γνώμης δικαίας,] Brodæus putat, hic nonnulla deesse: Mihi aliter visum; quod vero Γνώμη *suffragium* expono, non mirabitur, qui Æschyl. Eumenid. v. 753. Γνώμης ἀπούσης legerit, ubi Schol. Γνώμης ἀντὶ τοῦ ψήφου. ὁ τρόπος συνεκδοχὴ ἀπὸ τοῦ προηγουμένου τὸ ἀκόλουθον. Τὸν γὰρ μέλλοντα βάλλειν ψῆφον, δεῖ πρῶτον ἐν γνώμῃ γενέσθαι. *Barnes.*

Etiam Reisk. lacunam esse, sed post οὕνεκα, putat. Contra Heath. omnia credit fore integra, si plene distinguatur post οὕνεκ', ita, ut hæc particula cum γνώμης δικαίας jungatur, et ad Græcas mulieres, ex quibus constabat chorus, referatur; novam periodum incipere ἐκσώσασά σε, pro

* * * * *

Γνώμης δικαίας, οὕνεκ' ἐξέσωσά σε,
Καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας
Κρίνασ', Ὀρέστα, καὶ νόμισμ' εἰς ταυτόγε,

* * * * *

Ob probitatem earum, quandoquidem te servavi,
Etiam prius in Martio pago: paria suffragia
Vincere statuens, O Orestes, et eadem lege,

quo cum Cant. legit ἐξέσωσά σε, et ἐστι post νόμισμ' subaudiendum esse. *Beck.*

ἐκσώσασά σε,] Hoc loco paulo speciosius interpretes quidam lacunam sumserunt, quod hæc non tam ad Orestem, quam ad Thoantem dicta esse debuerint: verum ultimo isto refugio ne hic quidem opus. Dicta quidem sunt ad Orestem, sed ita tamen, ut Thoas audiret, ideoque quæ ad se pertinerent, simul sumere inde sibi posset. Ad illud ἐξεφίεμαι igitur intellige *ei, cui hoc mandandum est*, i. e. Thoanti. Plane autem assentior Musgravio, qui Canterum *omnino male* correxisse affirmat ἐξέσωσά σε pro ἐκσώσασά σε, quamquam ita citet Aristoph. Schol. ad Ran. v. 697. Verte locum sic: *Hasce vero Græcas mulieres dimitti jubeo, bonæ eorum voluntatis causa, cum te prius quoque, calculis æqualibus in Areopago judicatum, Oresta, servarim, et quidem* (scil. dimitti eas jubeo) *ad illam ipsam regulam, ut vincat, qui pares calculos nactus sit.* Quum Orestem servaret Minerva, lata lege, ut vincat, qui æquales calculos habeat, urnæ suum calculum addidit. Numerati calculi fuere æquales atque ita judicio liberatus Orestes. In hac nostra causa pariter æqualia sunt suffragia, in utramque partem unum, damnans Thoantis, (conf. supra v. 1433.) absolvens Minervæ. *Seidl.*

1471. s. ψήφους ἴσας Κρίνασα καὶ νόμισμα ταυτό γε, Νικᾷν ἰσήρεις ὅστις ἂν ψήφους λάβῃ] Clausula ita fere ordinanda: Ὅτε γνώμης, ἤγουν ψήφου δικαίας ἐξέσωσά σε καὶ τὸ πρὶν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, κρίνασα, ἤγουν ὅτε ἔκρινα αὐτόθι ψήφους ἴσας, ὅθεν Ὀρέστης ἀπελύθη, καὶ ὅτε ἔκρινα νόμισμα, καὶ νενομισμένον εἶναι ἔθηκα ἐσαεὶ, δηλονότι ὅστις ἰσήρεις ἂν ψήφους λάβῃ, νικᾷν αὐτὸν ἐν τῇ κρίσει, εἰς τὸ ἀγκεῖον. Et hoc primo factum nonnulli putant Themistoclis causa, qui valde juvenis quum erat adulter ἐν αὐτοφώρῳ deprehensus, quum paribus suffragiis non absolveretur, quidam e judicibus paulo solertior dixit, æquum esse, ut Palladi, Ἀκροπόλεως præsidi, suum quoque suffragium permitteretur; deos autem semper misericordes esse; atque hinc Themistoclem evasisse, et legem postea de paribus suffragiis ad absolutionem valentibus stabilitam. Vid. quæ nos supra ad v. 966. Vid. Æmilium Portum ad hunc locum et Tho. Stanley Comment. in Æschyl. Eumen. v. 738. et v. 757. Euripides hanc legem ab Oresta initium sumsisse fingit. Scaliger legit pro νόμισμ' κεκανόνισμ', male quidem, ut mihi videtur. Quamquam enim Κεκανονισμένον de legibus æque dicitur, ac νενομισμένον, tamen κεκανόνισμα *nullum* hic locum habet, at νόμισμα, quod idem est, ac κανόνισμα, *optimum*; ut patet ex Paraphrasi nostra superius memorata. *Barnes.*

Reisk. emendat: ψήφοις ἴσαις. κρίνειν ψήφοις ἴσαις est *victoriam caussæ addicere paribus suffragiis*, i. e. ubi paria sunt suffragia, statuens, ibi reum absolvendum esse. *Beck.*

1472. καὶ νόμισμ' εἰς ταυτό γε Νικᾷν, ἰσήρεις ὅστις ἂν ψήφους λάβῃ.] A. εις ταυτο με. Sententiam hanc, et fere verba habes, Electr. 1266. Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται, Νικᾷν, ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί. et Æschylus de eadem re, Eumenid. 487. ubi Minerva dicit, Θεσμὸν τόδ', [τὸν] εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον. nihilominus non intelligo istud εἰς ταυτό γε, etiamsi admittatur Scaligeri κεκανόνισμ', i. e. κεκανόνισμαι (quod tamen non admitto) *constitui, sanxi.* Aliis forte nulla erit difficultas interpretantibus, καὶ νόμισμ' εἰς ταυτό γε, *et secundum eandem constitutionem*, νικᾷν (i. e. νικάτω) *vincat qui*, &c. melius intellexissem, καὶ νόμισμ' ἔσται τόδε, Νικᾷν, &c. *et hæc erit* lex, *Ut vincat*, &c. Parva est mutatio εις ταυ in εσται, et τογε in τοδε. *Markl.*

Κρίνασ',] Vid. ad Rhes. v. 651.

καὶ νόμισμ'] Scaliger κεκανόνισμ'. qua mente, nescio. εἰς νόμισμα valet κατὰ νόμισμα. Sic Lucianus: ὑποκύψας ἐς τὸ Περσικὸν προσκυνῶ σε. Navigium aut vota.

Νικᾶν, ἰσήρεις ὅστις ἂν ψήφους λάβῃ.
Ἀλλ' ἐκκομίζου σὴν κασίγνητον χθονὸς,
Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ σὺ μὴ θυμοῦ Θόας.
ΘΟ. Ἄνασσ' Ἀθάνα, τοῖσι τῶν θεῶν λόγοις
Ὅστις κλύων ἄπιστος, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ.
Ἐγὼ δ' Ὀρέστῃ τ', εἰ φέρων βρέτας θεᾶς
Βέβηκ', ἀδελφῇ τ', οὐχὶ θυμοῦμαι. τί γὰρ
Πρὸς τοὺς σθένοντας θεοὺς ἁμιλλᾶσθαι καλόν;
Ἴτωσαν εἰς σὴν, ξὺν θεᾶς ἀγάλματι,

Ut vincat, quisquis paria suffragia habuerit.
Quamobrem educ tuam sororem e terra,
O fili Agamemnonis, et tu ne irascaris, Thoas.
Tho. Regina Minerva, deorum præceptis
Quisquis *ea* audiens, non paret, *is* non recte sentit.
Ego igitur Oresti, etsi auferens statuam deæ
Abiit, et *ejus* sorori, non irascor. Quid enim
Adversus potentes deos certare decet?
Eant cum statua deæ in tuam

Athenæus, Lib. XV. c. 16. *γέγραφε κωμῳδίαν ἐς τὸν ἀρχαῖον τρόπον. Musg.*

Reisk. conjicit: *καὶ νόμισμ' ἱστᾶσ' ἐγὼ, constituens perpetuam legem*, aut *νόμισμα θεῖσ' ἀεὶ*, aut *καὶ νόμον θεῖσ' εἰς ἀεὶ*, aut *καὶ νομίσασ' εἰς ταυτό σοι, sanciens eum, qui similiter, atque tu, haberet paria suffragia.* vel, si quis metrum obstare putet, quia *ι* in *νομισασα* producitur, legi etiam posse: *καὶ νομίσασ' ἐκ τότε, ab eo inde tempore sanciens. Beck.*

1474. *Ἀλλ' ἐκκομίζου σὴν κασίγνητον χθονὸς, | Ἀγαμέμνονος παῖ. καὶ σὺ μὴ θυμοῦ, Θόας.*] Imo, *σὴν κασιγνήτην*. Supra v. 375. *κασιγνήτῳ* pro *κασιγνήτῃ* coll. Victoriana. Mavult Reiskius, *ἀλλ' ἐκκομίζου σὺν κασιγνήτῳ*, ut *ἐκκομίζου* passivam significationem habeat. Sed unice verum est quod dedi. Confer v. 1362. *τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι | λαβὼν ἀδελφὴν*, &c. *Elmsl.*

Reisk. conjicit: *σὺν κασιγνήτῳ. Beck.*

1476. *Ἄνασσ' Ἀθάνα,*] Hic loci *Ἀθάνα* aperte legitur etiam extra Choros Dorice pro *Ἀθήνα*, ob elegantiorem sonum; vid. quæ nos ad Androm. v. 270. *Barnes.*

1477. *ἄπιστος,*] Reiskius: *ἄπειστος. Musg.*

ἄπιστος,] Reiskius *ἄπειστος*. Non opus videtur. Active enim vox accipi potest. Vid. Porson. ad Hec. 1125. *Seidl.*

1478. *τ', εἰ*] Stiblin. in margine: "Alii *κ' εἰ.*" Male. *Εἰ* hic valet *ὅτι*. *Seidl.*

1479. Reisk. interpungit: *τί γάρ; quid enim?* scil. *lucrer, proficiam hoc modo?* aut *quare nam?* scil. *sic facerem. adversus deos prævalentes contendere κακὸν*, aut *οὐ καλὸν, malum*, est. *Beck.*

1481. s. *Ἴτωσαν εἰς σὴν σὺν θεᾶς ἀγάλματι | γαῖαν, καθιδρύσαιντό τ' εὐτυχῶς βρέτας.*] Noster Ion. 1130. *θύσας δὲ γενέταις θεοῖσιν, ἣν μακρὸν χρόνον | μένω, παροῦσι δαῖτες ἔστωσαν φίλοις.* Uterque locus suspiciosus est, propter tertiam pluralem imperativi in *ωσαν* terminatam. *Ἴτων* dixit Æschylus Eum. 30. *καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῷ | ἄριστα δοῖεν. κεἰ παρ' Ἑλλήνων τινὲς, | ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται.* *Ἰόντων* in vulgatis saltem exemplaribus exhibent Thucydides IV. 118. Plato Legg. XII. p. 956. C. Hæc forma si legitima est, facile nostro loco reponitur *εἰς σὴν ἰόντων*. Altero loco legendum suspicabar *ἑστῶσιν*. Antiquissima hujus formæ exempla, quæ quidem hodie supersint, quæque indubiæ sunt fidei, in Archestrati versibus ab Athenæo allegatis occurrunt. P. 4. E. *Ἔστωσαν δ' ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρες οἱ ξυνάπαντες.* P. 56. C. *Ρυσαὶ καὶ δρυπεπεῖς παρακείσθωσάν σοι ἐλαῖαι.* Hic Aristotelis æqualis fuit. Occurrunt *περιμαξάτωσαν* et *περιθέτωσαν* apud Me-

Γαῖαν, καθιδρύσαιντό τ' εὐτυχῶς βρέτας.
Πέμψω δὲ καὶ τάσδ' Ἑλλάδ' εἰς εὐδαίμονα
Γυναῖκας, ὥσπερ σὸν κέλευσμ' ἐφίεται·
Παύσω δὲ λόγχην, ἣν ἐπαίρομαι ξένοις,
Νηῶν τ' ἐρετμά· σοὶ τάδ' ὡς δοκεῖ, θεά.
ΑΘ. Αἰνῶ· τὸ γὰρ χρεὼν σοῦ τε, καὶ θεῶν κρατεῖ.
Ἴτ', ὦ πνοαὶ, ναυσθλοῦσθε τῶ 'γαμέμνονος
Παῖδ' εἰς Ἀθήνας. ξυμπορεύσομαι δ' ἐγὼ,
Σώζουσ' ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς σεμνὸν βρέτας.

Terram, et feliciter statuam *ibi* collocent.
Mittam vero et has in Græciam beatam
Mulieres, quemadmodum mandat tua vox,
Et retinebo exercitum, quem eram missurus contra hospites,
Et navium remos. Hæc quemadmodum tibi, O dea, placent.
Min. Laudo. Nam et te, et deos fatum vincit.
Ite, O auræ, navi-ducentes Agamemnonis
Liberos Athenas. Comitabor autem *ipsos* et ego,
Servans meæ sororis venerandum statuam.

nandrum Μητραγύρτῃ, p. 120. ed. Cler. Sed Menandri ætate Attice loqui jam desierant Athenienses. *Elmsl.*

Reisk. mavult ἣν, i. e. ἑὴν, *suam.* *Beck.*

1484. Γυναῖκας,] Notat Poëta Tragœdiæ hujus Chorum Græcarum mulierum; quas in Ponto relinqui quia indecorum vidit, hoc modo illarum reditui consulebat. *Barnes.*

1486. θεά.] C. θεᾳ, casu tertio. quod defendi potest: licet verius existimem Θεά. vide ad v. 1234. *Markl.*

ὡς δοκεῖ θεᾷ, MS. Victor. *Seidl.*

1487. Αἰνῶ· τὸ γὰρ χρεὼν, &c.] Huic versui præfigitur ΑΘ. persona in Cod. B. Recte. *Markl.*

Hic versus in MS. G. Minervæ tribuitur, proximus vero Apollini. Et hic quidem Minervæ satis convenit; sequentia Apollini abjudicat participium fœmininum σώζουσα. In vulgatis Minervæ ῥῆσις a v. 1488. inchoatur. *Musg.*

χρεὼν] In hoc loco, licet τὸ χρεὼν exponatur per voluntas, mihi videtur accipiendum pro fato, hoc est Græcorum Εἱμαρμένη et Πεπρωμένον, quod supra omnes deos deasque habebatur. Vid. Hieroclem. Etiam Eustathium in Hom. fol. 166. lin. 8. Tum vero ita hæc verba sunt exponenda, *Fatum enim, vel Fatalis necessitas, etiam in Teipsam et reliquos deos habet Imperium; multo magis in me mortalem. Barnes.*

Αἰνῶ κ. τ. λ.] Hunc versum Prev. cum codice quodam Minervæ tribuit.

τὸ χρεὼν valere hic *decretum* observat Heath. et αἰνῶ Reisk. exponit *dico, promitto, spondeo. Beck.*

Aldus huic versui 'Αθη. præfixum habet, et quod mireris, idem iterum versui 1491. licet alia persona non intercesserit. Vid. ad v. seq. *Seidl.*

1488. s. ναυσθλοῦσθε τὸν Ἀγαμέμνονος Παῖδ' εἰς Ἀθήνας.] Legendum, τῶ 'γαμέμνονος Παῖδ', i. e. Παῖδε dualiter. uterque enim debebat Athenas proficisci. Sed τὸν παῖδα denotaret Oresten solum. Ναυσθλοῦσθε (pro ναυσθλοῦσαι) quæ erat Scaligeri conjectura, firmatur ab A. et C.

Huic iambo, Ἴτ', ὦ πνοαὶ, &c. præfigitur ἀπολ. seu persona Apollinis in B. C. Non recte, opinor: quia in veterum tragœdiis *duo dii* ἐκ μηχανῆς nunquam, quod scio, adhibentur. nam Castor et Pollux qui apparent in catastrophe Helenæ et Electræ Nostri, pro uno tantum numine habendi sunt. Nescivit interpolator, Minervam fuisse sororem (ὁμοπάτριον) Dianæ: Soph. Œd. Tyr. 166. Noster Ion. 467.

Ἴτ', ἐπ' εὐτυχίᾳ, τῆς σωζομένης
Μοίρας εὐδαίμονες ὄντες.
ΧΟ. Ἀλλ', ὦ σεμνὴ παρά τ' ἀθανάτοις,
Καὶ παρὰ θνητοῖς, Παλλὰς Ἀθάνα,
Δράσομεν οὕτως ὡς σὺ κελεύεις·
Μάλα γὰρ τερπνὸν κἀνέλπιστον

Ite propter felicitatem servatam
Partis, deum canentes.
Cho. At, O veneranda et inter immortales,
Et inter mortales, Pallas Minerva,
Faciemus ut tu jubes:
Admodum enim jucundum, et insperatum

Unde putavit Apollinem necessarium esse, propter ista, ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς, v. 1490. *Markl.*

ναυσθλοῦτε] Ita optime Canterus. Ed. Ald. ναυσθλοῦσαι. Lib. P. ναυσθλοῦσθε. *Musg.*

ναυσθλοῦσθε] Legebatur olim magna cum versus jactura ναυσθλοῦσαι. Scaliger vidit, priorem quarti pedis syllabam longam esse haud debere, ac in marginem suum inscripsit ναυσθλοῦσθε, quod omnino scribendum erat, vel certe, ut Canterus legit, ναυσθλοῦτε. Quare in textum nunc admisit. *Barnes.*

1488. ss. Recte Musgravius monet, hæc Apollini abjudicare participium fœmininum σώζουσα.

ναυσθλοῦσθε τἀγαμέμνονος] Aldus: ναυσθλοῦσαι τὸν Ἀγαμέμνονος. Marklandus: "Legendum τὼ 'γαμέμνονος παῖδ', i. e. παῖδε. Uterque enim debebat Athenas proficisci. Sed τὸν παῖδα denotaret Orestem *solum.* Ναυσθλοῦσθε, quæ erat Scaligeri conjectura, firmatur ab A. et C." Quod prius attinet, leviori mutatione scripsi τἀγαμέμνονος. Τὸν enim in MSS. scribitur τ''. Pro ναυσθλοῦσθε vero Musgravius Canteri conjecturam ναυσθλοῦτε adoptavit, haud dubie, quod ναυσθλοῦσθαι non idem esse putavit quod ναυσθλοῦν. Vid. tamen Erfurdt. ad Soph. Trach. v. 103. *Seidl.*

Animadverte, Aldinam versum præcedentem tribuere Thoanti; jam hic versus, ἴτ' ὦ πνοαὶ, etc. Apollinis, non Athenæ in MS. Victor. fuisse, indicatur. *Goeller.*

ναυσθλοῦσθε τὸν Ἀγαμέμνονος, MS. Victor. *Seidl.*

1491. s. Ἴτ' ἐπ' εὐτυχίᾳ τῆς σωζομένης Μοίρας, &c.] Distinguendum post εὐτυχίᾳ, non post Μοίρας. Ἴτε ἐπ' εὐτυχίᾳ, est, Ἴτε εὐτυχεῖς, εὐτυχῶς, ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ, Iph. Aul. 1524. Εὐδαίμονες τῆς μοίρας, est ἕνεκα τῆς μοίρας: ut, ὦ θύγατερ ἀθλία τύχης. Hecub. 425. ubi nunc legitur ἀθλίας. Pro εὐδαίμονες C. ευδαιμονος. perperam. ὄντες pro οὖσαι, Attice. *Markl.*

τῆς σωζομένης μοίρας habet Aristides III. 728. *Musg.*

Anapæstos omnes Choro tribuendos putavimus. Minervæ voto pro felici illorum reditu Chorus statim adjunxit suum; deinde se ad ipsam Minervam convertit, ita ut illud ἀλλὰ fere significet *quod ad te attinet.* Vulgo Minervæ oratio pertinet usque ad v. 1492. ὄντες. Recte autem Marklandus conjungit ἴτ' ἐπ' εὐτυχίᾳ, i. e. ἴτε εὐτυχεῖς, εὐτυχῶς, ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ, coll. Iphig. Aul. 1522. et εὐδαίμονες τῆς σωζ. μοίρας, i. e. ἕνεκα τῆς μοίρας. Σωζομένης equidem non reddo per σωζούσης, sed explico *felices ob servatam* vitæ vestræ *sortem,* i. e. felices ob sortem, qua servamini. *Seidl.*

τῆς σωζομένης] Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ, τῆς ὑμᾶς σωζούσης. *Æmil. Portus.*

τῆς σωζομένης videtur ad Dianam, cujus imago avehebatur, pertinere. *ob dextrum auspicium ejus, quæ opera vestra evadit* e terra barbarica in Græciam *solum felices fatorum.* Nam puto, μοίραις leg. i. e. ἐν ταῖς μοίραις, κατὰ τὰς μοίρας, εὐδαίμονες ὄντες. *Reisk.*

1492. εὐδαίμονες] Lib. P. εὐδαίμονος. Legerim: εὖ δαίμον' ἔποντες. *Deo benedicentes, Deum laudantes.* Hujus verbi nullum exemplum invenio, præterquam apud Nicandrum; qui quater habet:

Φήμην ἀκοαῖσι δέδεγμαι.
Ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν
Βίοτον κατέχοις,
Καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

Nuncium auribus accepi.
O valde veneranda Victoria, meam
Vitam *semper* occupes,
Nec *unquam* desinas *eam* coronare.

Theriac. v. 508. et 738. Alexiph. v. 429. et 490. *Musg.*

εὐδαίμονος ὄντες, MS. Victor. *Seidl.*

1498. Ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη,] Precatio Poëtæ, pro bono successu dramatis sui, ut in Oreste et Phœnissis, ubi scribitur Νίκα, quod prætulerim. *Markl.*

Ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, etc.] Eadem est conclusio Phœnissarum. *Barnes.*

"Νίκα prætulerim." Markland. Tum scribendum etiam est σεμνὰ, ut Porsonus jam etiam in Oreste fecit. Lucianus. Tom. III. 158. Bip. habet σεμνὴ Νίκη. *Seidl.*

ΤΕΛΟΣ ΙΦΙΓ. ΤΗΣ ΕΝ ΤΑΥ.

Exempla Vocum in ultima syllaba depravatarum, ex Iphigenia in Tauris.

Iphig. in Tauris.	Forte leg.
Ver. 11. Ἑλληνικῶν	Ἑλληνικὸν
14. Ἑλένης	Ἑλένην
58. βάλουσί με	βάλωσ᾽ ἐμαί.
78. Ἐπειδὴ	Ἐπεὶ γὰρ
112. προσφέροντα	προσφέροντε
135. εὐδένδρων	εὐδένδρου
172. πάρος τύμβου	πρὸς τύμβον
176. ἔνθα	ἐν τᾷ
190. μόχθων	μόχθου
194. ἱερὸν	ἱερᾶς
210. θαλάμαις	θαλάμοις
226. αἱμάσσουσ᾽	οἰμώζουσ᾽
228. Οὐδ᾽	Οὐδὲν
241. τοῦ	τό με
242. Συμπληγάδων	Συμπληγάδα
254. Ἀκταῖσιν	Ἄκραις
259. οὐδέπω	οὐδ᾽, ὅπως
262. ὑλοφορβοὶ	ὑλοφορβοὺς
270. χεῖρα	χεῖρε
289. χιτώνων	ἐχιδνῶν
293. μορφῆς	φωνῆς
313. εὐπήκτοις ὑφαῖς	εὐπήνους ὑφὰς
342. Ἕλλην, ὅς	Ἕλληνος
356. Συμπληγάδας	Συμπληγάδος
359. τῆς	τῇ γ᾽
420. κεναὶ δόξαι.	κενόδοξοι.
431. Μέλπουσιν	Μελπουσᾶν
440. δεσποσύνας	δεσποσύνοις
457. διδύμοις	δίδυμοι
474. τυγχάνοι,	τυγχάνει,
476. ὅτι	ὅτῳ
484. λυπεῖς	λυπεῖ γ᾽
496. Ἕλληνος	Ἕλλην εἶ
553. Δεινὸς	Δεινῶς
580. σπουδαῖς	ταύταις
588. ταῦτα	τάδε
604. γενέσθαι·	γενέσθω·
611. ὀρθὸς	ὀρθῶς
698. οὐδ᾽ ἄπαις	οὐθ᾽ ἄπας
711. ἐνεγκὼν	ἐνέγκας

Iphig. in Tauris.	Forte leg.
Ver. 743. κᾀυτὴ	κᾀυτὸν
770. τ᾽ Ἀγαμέμνονος	τῷ ᾽γαμέμνονος
774. λόγοις ἔκπλησσέ	λόγου δ᾽ ἔκπλησσέ
790. ὀμόσασ᾽	ὀμόσας
796. ἐκπεπληγμένη	ἐκπεπληγμένος
812. ἄκουε—Ἠλέκτρα	ἀκοῇ—Ἠλέκτρας
814. ἡνίκ᾽ ἦν	ἣν εἶχον
821. μητρὶ δοῦσα σῇ	μήτρ᾽ ἔδως τῇ σῇ
845. Ἀμπτάμενος	Ἀμπταμένα
905. Λήξαντα	Λήξαντε
945. πόνων	λόγων
977. λαβὼν	λακὼν
1019. νόει Νόστον	νοσεῖ Νόστος
1042. ἐρᾷ.	ἐρῶ.
1043. εἰ ἐπ᾽ ἔκβολον ;	εἶπας ἐκβολήν ;
1050. σφε	γε
1056. φίλου τ᾽ ἀδελφοῦ	φίλης τ᾽ ἀδελφῆς
1120. κάμνεις	κάμνει
1149. Χαίτας	χλιδᾶς
1159. ὠλένῃ ;	ὠλέναις ;
1162. δίδωμ᾽	δίδως
1172. ἦλθον τὸν	ἠλθέτην
1185. σώσαις	σώσῃς
1189. τοῖς ξένοις	τοῖν ξένοιν
1202. ποτε	ποτ᾽ ἂν
1204. γενέσθω;	γενέσθαι ;
1217. μόλοις	μόλῃς
1266. Ὕπνου	Ὕπνῳ
1347. κατήρει	κατῆρες
1351. πρώρας	πρώραν
Ibid. ἐπωτίδων Ἀγκύρας	ἐπωτίδος Ἄγκυραν
1384. Βοήν τιν	Βοή τις
1405. χερῶν	πέπλων
1409. ἀγκύρας	ἀγκύλας
1472. εἰς ταυτό γε	ἔσται τόδε
1488. τὸν Ἀγαμέμνονος	τοὶ ᾽γαμέμνονος.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΡΗΣΟΣ.

CHRISTI. DANIEL. BECKII

DIATRIBE CRITICA

DE RHESO

SUPPOSITITIO EURIPIDIS DRAMATE.

§. I. QUO magis mirabar, a MUSGRAVIO V. C. (quem medicum felicissimum, etiam post præmatura summi viri fata, venerabitur semper Euripides,) paucissima esse in Animadverss. dicta de quæstione illa, tot inter Criticos et nostræ, et superioris, ætatis agitata, utrum Rhesus esset tragœdia ab Euripide nostro profecta, an ab alio quodam sub ejus nomine edita; quoque magis necessarium videbatur, ut de ea re quædam disputarentur: eo rectius putabam, eam, quam jam ante aliquot annos, usus inprimis HARDIONII atque VALCKENARII, summorum virorum, hac de re observatis, composueram de Rheso dissertationem, nunc retractatam Lipsiensi Eurip. editioni, a nobis curatæ, addi posse. Jam, ut ab initio, et a primis, quod aiunt, incunabulis, rem omnem exordiar, quæstionem illam ipsam, etsi poterat quoque ex dramatis illius natura oriri, peperisse tamen primum videtur Auctor argumenti, quod fabulæ præmissum est. Qui cum diserte tradiderit [a], nonnullis hoc drama suspectum visum fuisse, licet ipse genuinum esse censeret, exstiterunt mature, qui, diligentius hujus fabulæ indolem contemplati, comparatisque reliquis Tragicorum fabulis, illam et Euripide, et cæteris quoque duobus tragœdiæ principibus indignam esse, recte judicarent;

a Verba ejus sunt: τὸ δὲ δρᾶμα ἔνιοι νόθον ὑπενόησαν, ὡς οὐκ ὂν Εὐριπίδου· τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον ὑποφαίνει χαρακτῆρα. Ἐν μέντοι ταῖς διδασκαλίαις ὡς γνήσιον ἐπιγέγραπται, καὶ ἡ περὶ τὰ μετάρσια δὲ ἐν αὐτῷ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ.

ut Jos. Scaliger [a], Sam. Petitus [b], aliique. Clarissime vero id docuerunt Jac. Hardionius [c], Academicus Gallus, Galliæque quondam decus, et L. C. Valckenarius [d], ὁ πάνυ. Quorum quidem eruditissimorum virorum disputationibus ita usus sum, ut et ab illorum judicio modeste nonnunquam discederet mea opinio, et adderem, quas lectio Tragicorum assidua, et meditatio diligens, peperit, quasdam observatiunculas. Hoc modo de fabula illa disquiretur, genuina sit, nec ne, quod est profecto præstantissimum genus divinæ critices; cui si addicti essent omnes, qui historiam antiquam et recentiorem, sacram profanamque, et res quoque theologicas, tractant, non reperirentur, qui aniles in omni harum rerum genere fabellas vel crederent, vel defenderent. Sed habebit forte etiam Diatribe nostra hoc commodi, ut adjuvet judicia tironum de dispositione et fine tragœdiæ, virtutibus ejus atque vitiis, et de moribus in ea expressis. Quo in genere non nego me imitatum fuisse Valckenarii atque Mori [e], patroni amicissimi, summa exempla: a quorum præstantia si tantum abest libelli hujus levitas, quantum a periti tabula artificis pictoris cujusvis adumbratio, nemo erit, qui miretur, veniam dabunt plerique omnes; quam *petimusque damusque vicissim*.

§. II.—Itaque argumentum tragœdiæ est cædes Dolonis, speculatoris Trojani, atque inprimis Rhesi, Thracum regis, socii Trojanorum; de qua eleganter cecinerat Homerus [f]:

> e quo, ceu fonte perenni,
> Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Eandem alii [g] quoque attigerunt, sed ita persecutus est auctor

a Prolegg. in Manil. p. 6. s.

b Miscell. III. 22.

c Dissertation sur la Tragédie de Rhésus par Mr. Hardion, Mem. de Litt. T. X. p. 323. ss. ed. Paris. Exstant quoque: Corrections de quelques Passages de la Tragédie de Rhésus, par le même, dans l' Hist. de l' Acad. des Inscr. T. IX. p. 44. ss.

d In Diatriba in Euripidis dramatum perditorum reliquias. LB. 1768. cap. IX. et X.

e In doctiss. prolus. in Eurip. Phœnissas, L. 1771. qua me donavit vir de litteris meis et fortunis, si quis unquam, meritus.

f Iliad. ῥαψ. κ'.

g Dio Chrysost. Or. 55. p. 561. ed. Morell. Tzetz. Chil. 4. 965. ss.

h Arist. Poët. c. 13. καὶ ὁ Εὐριπίδης, εἰ

tragœdiæ, ut ratio ejus plurimum ab ingenio fabularum Euripidis distaret. Qui etsi jam antiquitus notatus est [h], quod non bene disposuisset fabulas: tamen adeo male componere tragœdiam, et contra omnes ejus leges, quæ sunt in rei natura sitæ, peccare non poterat, si vellet suis probari, Comicorumque sibila effugere. Omnino enim Drama quodque ita debet comparatum esse, ut et unum sit, quod tractet, argumentum, et omnia uno eodemque loco ac tempore gerantur. Sed in his potest aliquid negligi, modo argumentum fabulæ ejusmodi sit, ut capiat, detineat, delectetque spectatorum mentes, et ut vim habeat in eorum animos, hosque cum ad misericordiam, tum ad virtutis amorem, vitiorum odium, adducat. Igitur initio excitanda est in iis cupiditas et quasi ardor totius rei cognoscendæ, qui sensim debet, procedente fabula, aliquantum restingui, sed satiari, ubi fabula finitur [i]. Has leges tantum non omnes migravit Rhesi auctor, Euripides diligentius observavit. Contemplemur igitur integram fabulam nostram. Hector e somno excitatur ab excubitoribus; quod quomodo cohæret cum iis, quæ de Rheso narrantur?—Debebant præmitti, ut Dolon posset speculator mitti, et interfici. Intelligo. At duplex hinc oritur actio, quarum prima pertinet usque ad v. 259. tum incipit altera, quæ continet cædem Rhesi; qua in re contra leges dramatis peccatur [k]. Si vero hæc per se spectentur, non relate ad Rhesum, quomodo excitare possit animos spectatorum hoc, quod Dolon speculator mittitur, et fraus ejus ridicula, non video. Nam de cæde ejus paucissima dicuntur, v. 587. et 861. Quod et ipsum vitiosum est, quum eventum rei omnis cognoscere debeant spectatores. Itaque mihi sic fabulam rectius compositurus videbatur fuisse poëta, si ab adventu Rhesi eam exorsus, quæ de cæde Dolonis dicenda ha-

καὶ τὰ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ — ad q. l. Dacierius (la Poëtique d' Aristote, traduite — avec des remarques, Amst. 1733.) p. 217. Euripide est si peu exact dans la disposition des sujets, qu' il blesse très souvent la vraisemblance et la necessité, ses incidens naissent pas les uns des autres, l' action ne fait pas d' ordinaire un seul et même tout, et il manque presque toûjours quelque chose, ou à la maniére dont il fait les noëuds, ou à celle dont il fait les denouëmens. D' ailleurs ses Choeurs sont souvent etrangers au sujet qu' il traite. — Non possum per omnia probare hoc judicium.

i Duxi hæc pleraque ex immortalis Sulzeri Theor. Artium V. Drama. T. I. p. 276. ed. 1771.

k V. Sulzer. Art. Handlung, T. I. p. 511. Scilicet spectator non potest duas

beret, inseruisset actu [a] secundo, vel tertio. Ita et in suis fabulis facere Euripides consuevit. Chorus autem, quem statim ab initio loquentem introducit poëta [b], constans militibus, qui vigilias agunt, iis verbis excitat Hectorem, quæ quivis censeat dedecere milites cum imperatore agentes. v. 23. ss. Sed hæc habent, quo excusentur; partim enim ea fuit Trojanorum temporum ruditas, ut, quæ nunc rustice dicta putantur, tum non essent, quod varii Homericorum et sacrorum prioris generis librorum loci [c] docent; partim non tantum dignitate gregarii milites ab imperatore distabant, quantum nunc; præter duces singularum cohortium erant omnino nulli præfecti militum inferiores [d], et ipsi milites concionum consiliorumque imperatoriorum erant participes. Illud tamen ridiculum, quod statim quæruntur aruspices, qui de eventu nescio cujus rei exta consulant:

Ποῦ δὲ σφαγίων ἔφοροι.

Ante prœlium quidem vatum et aruspicum responsa audiebantur [e], sed hic non committitur pugna. Chorus nihil aliud nunciat, quam, ignes accendi in castris Græcorum, in quo nihil esse apparet, quod tantopere milites Trojani admirentur, qui ignorare morem illum [f] non poterant. Unde v. 81. melius explicant mentem suam:

Οὔπου πρὶν ἧψαν πολέμιοι τοσόνδε φῶς.

actiones simul contemplari, et eventum observare. Unde et Homerus copulavit arctius inter se Dolonis et Rhesi cædem. —Neque porro licet poëtæ a prima rei occasione incipere, ut fecit Noster, quoniam sic non satis excitantur spectatorum mentes. Quis enim miretur valde, ignes belli tempore accendi, et inde colligat, res magnas orituras.

a Usus sum hoc vocabulo brevitatis causa, etsi scio, tragœdiam Græcorum non fuisse, ut nostram, in actus atque scenas distributam, sed integram actionem variis Chori canticis distinctam, quod post plures alios monuit Cl. Koehler. Præf. ad vers. Germ. Iph. Aul. Nuper prudentissimus et maximus Sueciæ rex, Gustavus III. ejectis Gallicis comœdis, restituit antiquam tragœdiæ rationem, et, quod optaverat Koehlerus, Choros introduxit. Vid. Chronographie des Schwedischen Nationaltheaters, cujus libri auctor est Thomas Stralsundensis. 1779. 8.

b Inde ne quis argumentum petat, quo abjudicet hanc fabulam Euripidi, qui quidem alias initio prologi soleat unam personam loquentem sistere: monendum est, videri initium prologi periise. Certe in antiquis codd. exstitit duplex hujus tragœdiæ prologus; alterius undecim versus hos e codd. Flor. et Pariss. vulgarunt Valck. et Musgr.

Ὦ τοῦ μεγίστου Ζηνὸς ἄλκιμον τέκος
Παλλὰς, παρῶμεν· οὐκ ἐχρῆν ἡμᾶς ἔτι
Μέλλειν Ἀχαιῶν ὠφελεῖν στρατεύματα.
Νῦν γὰρ κακῶς πράσσουσιν ἐν μάχῃ δορὸς,
Λόγχῃ βιαίᾳ γ' Ἕκτορος στροβούμενοι.
Ἐμοὶ γὰρ οὐδὲν ἔστιν ἄλγιον βάρος,

Nunciatis his, Chorus redire in stationem debebat, sed manet, consiliisque Hectoris et Æneæ se immiscet, quod est incommode factum: neque enim, quibus excubiæ erant agendæ, tam diu abesse ab iis poterant. Sed alio nos ducit Hector, non Homericus ille, verum temerarius et magniloquus Thraso, quem, suspicantem temere, Græcos fugere, et persequendos esse censentem, Æneas corrigit, persuadetque, ut mittat exploratores, *fidem qui dictorum reportent* [g]. Id ubi Chorus probavit, Hector quoque cedit, quærit tantum, v. 149.

Τίς δῆτα Τρώων, οἳ πάρεισιν ἐν λόγῳ,
Θέλει κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν;

h. e. *Quis tandem Troum, qui adsunt concilio, Vult*, &c. sed nihil antea dixerat poëta de concilio Trojanorum tum habito; aut igitur hæc quoque ex Homero sumsit poëta, sed non bene neglexit mentionem prius facere concilii, aut cum codd. scribendum ἐν λόχῳ, *qui adsunt in hac cohorte*, cui lectioni Valckenarius, qui olim [h] correxerat οἵπερ εἰσὶν ἐν λόγῳ, h. e. *præstantes, nobiles*, Trojani, postea accessit [i].—Prodit igitur Dolon, Eumedis filius, qui tamen negat, se periculum esse suscepturum, nisi dignum tanto discrimine præmium ipsi propositum fuerit. De eo igitur diu colloquuntur Dolon et Hector [k]. tandemque illi promittuntur Achillis equi, nondum scilicet capti. Approbat Chorus; et nunc

Ἐξ οὗ γ' ἔκρινε Κύπριν Ἀλέξανδρος θεὰν
Κάλλει προήκειν τῆς ἐμῆς εὐμορφίας
Καὶ σῆς, Ἀθήνα, φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν,
Εἰ μὴ κατασκαφεῖσαν ὄψομαι πόλιν
Πριάμου, βίᾳ πρόῤῥιζον ἐκτετριμμένην.

Videntur plures deesse versiculi, quibus Minervam Juno (ea enim loquitur) monuerit, qua ratione succurri Græcis posset: v. Schol. Hom. Il. κ'. 435. Scriba codicis Flor. judicavit, hunc prologum esse πάνυ πεζὸν καὶ οὐ πρέποντα Εὐριπίδῃ. Posterius verum est: refert enim naturam prologorum Sophocleorum; sed prius nemo concedet, qui elegantiam illorum versuum recte senserit.

c Vid. omnino Riccius Diss. Hom. 10. et 11.

d Commemorantur v. 31. γυμνήτων μόναρχοι. Hæc e ratione temporum, quibus poëta vixit, non Trojanorum, sunt intelligenda. Tales prolepses historicæ Euripidi frequentes. v. Valck. ad Phœn. 44. s. μόναρχοι (sic enim e codd. scripsit Musg. pro μούναρχοι) sine caussa idem mutabat in μόραρχοι. μόναρχος non differt ab ἄρχων, ut μούναρχος μοῦνος, Herodot. p. 237. ubi vid. Valck. et ad p. 498. 8.

e Vid. Brod ad v. 30.

f Cf. Virg. Æn. XI. 160. 166.

g Virg. Æn. XI. 512.

h Not. ad Herodot. p. 258.

i Diatrib. p. 100.

k Est hoc colloquium valde ineptum. Sed omnino multa similia inseruit fabulæ auctor, cujus ingenium videtur fuisse pauperrimum ut illa produceretur, quo pertinet colloquium Hectoris cum pastore, Alexander interveniens, ejus sermo cum Minerva, &c.

exponit Dolon mirabile illud commentum, quo fallere Græcos stultus volebat, quod quidem, si vel maxime miseratione affecti fuissent spectatorum animi, potuisset facile eorum, non risus, sed cachinnos, excitare. Ita enim v. 208. ss. ait:

> Λύκειον ἀμφὶ νῶτον ἅψομαι δορὰν,
> Καὶ χάσμα [a] θηρὸς ἀμφ' ἐμῷ θήσω κάρᾳ,
> Βάσιν τε χερσὶ προσθίαν καθαρμόσας,
> Καὶ κῶλα κώλοις, τετράπουν μιμήσομαι
> Λύκου κέλευθον, πολεμΐοις δυσεύρετον
> Τάφροις πελάζων καὶ νεῶν προβλήμασιν.

Igitur non tantum pelle lupina vestire se, sed eam plane induere vult, atque, ut lupus, incedere manibus et pedibus, quod vocat v. 205. στολὴν πρέπουσαν ἔργῳ κλωπικοῖς τε βήμασι [b]. Mihi vero habitus ille plane non convenire videtur speculatori. Quid enim? qui quadrupes incedit, etsi vestigia ejus non cernuntur, tamen nec potest celeriter currere, et canes timere debet, et tamen, si in homines inciderit, facile agnoscitur, ludibrioque omnium se exponit. Nec facit huc Josephi [c] locus, quem Musgr. contulit, nec id opponi potest, voluisse Tragicum describere Dolonem, ut stultum. Scimus, Tragicos quoque notare vitia hominum; sed num ita, ut derideantur? nullo modo; hoc est comœdiæ, non tragœdiæ [d]. Igitur dubitari nequit, quin poëta noster rem omnem duxerit ex Homero male intellecto. Scilicet antiquissimis temporibus tegebant se homines pellibus ferinis crudis, ut etiam-

a Hic et in v. præc. codicum lectiones secutus sum. Pro χάσμα vulgo exstat σχῆμα. Illud quam commodum hic sit, quivis videt. Dicitur enim de hiatu, rictu oris, ferarum. v. Toup. in Suid. III. p. 308. s. p. 562. ed. Lips. quam paravit nuper Starckius, vir doctus et amicus.

b Sic Musgr. e cod. Flor.—βήματα sunt *gressus, pedes*. Elegantissime Brunckius, vir egregius et sospitator Tragicorum, in Eurip. Andr. 872. reposuit σπουδῇ—βημάτων, ubi vulgo sine sensu δωμάτων. conf. Idem ad Hecub. 216. (217.)

c De Bell. Jud. 3, 7, 14. Nam ibi dicuntur quidem nuncii reptasse, sed non ita, ut plane induerint pellem; deinde non usi sunt lupina, aut alia ferina pelle, sed canina; quod multo probabilius. Verba Josephi sunt: Dux Josephus mandavit quibusdam, qui epistolas transferrent ad Græcos, ἕρπειν τὰ πολλὰ παρὰ τὰς φυλακὰς εἰσιοῦσιν, καὶ τὰ νῶτα καλύπτειν νάκεσιν, ὡς εἰ καὶ κατίδοι τις αὐτοὺς νύκτωρ, φαντασίαν παρέχοιεν τῶν κυνῶν. Non huc faciunt exempla alia apud Villoison. V. C. ad Long. Past. p. 44. s.

d Ne forte inde colligamus, Rhesum esse satyricum drama, impedit Cyclops Euripidis, quam fabulam si cum hac contulerimus, longe distare inveniemus.—Voltarium autem, qui putabat, posse tra-

num barbari in America[e]; qui mos eatenus fuit adhuc Trojani belli ætate, ut vel tunica, vel lorica, induti pellem adderent[f], et galeas quoque usurparent factas e talibus pellibus[g]. Itaque Homerus in illo ipso loco, ubi de Dolone et Rheso canit, sistit[h] heroas variarum belluarum exuviis vestitos, singulatimque dicit[i], Dolonem se circumdedisse pelle lupi albicantis:

> Ἕσσατο δ' ἔκτοσθεν ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο,
> Κρατὶ δ' ἐπὶ κτιδέην κυνέην· —

Verbis his Homerus quoque stoliditatem Dolonis notavit, quod scilicet uteretur *albicantis* lupi pelle noctu[j], sic tamen, ut non provocaret lectores ad risum. Imitatus hæc Noster, sed, ut solet *servum imitatorum pecus*, pessime expressit. Choro placuit fraus Dolonis eximia, et prosequitur illum oda[k], qua partim optat, ut feliciter ei omnia succedant, partim admiratur animum ejus generosum, qui, ut infra videbimus, nullus erat.

§. III.—Sequitur altera fabulæ pars, quæ, uti jam dixi, Rhesi adventum et cædem exponit. Hic illud primum examinabimus, an hæc res ita sit comparata, ut, cujus argumentum est, tragœdia Græcos spectatores moveret; quod mihi quidem non videtur. Nam Græci ii, qui bellum gesserant cum Trojanis, putabantur horum majores esse, quibus fabula exhibebatur. Itaque hi quoque, posteri illorum, Trojanos habebant pro hostibus. Hostem autem, etiam qui censetur tantum hostis esse, interfici

gœdiæ etiam ridicula quædam inseri, satis refutavit Sulzer. l. l. V. Nachahmung, p. 797.

e Vid. Jens Krafft Sitten der Wilden, p. 148. s. Goguet de l'Orig. des Loix, I. p. 254. ss. Cl. Facius Abh. ueber die Ægis, p. 19. s.

f V. Feith. Antt. Hom. p. 462. ss. ed. Stœb.

g Il. κ'. 261. ss. Feith. p. 458. ss.

h Iliad. Lib. X. v. 23. 29. 177.

i Vers. 334.

j Eustath. ad h. l. p. 809, 48. Tom. II. Rom. ὅτι ῥινὸν ἤγουν δέρμα πολιοῦ, ὅ ἐστι λευκανθίζοντος, λύκου ἐνδύει ὁ ποιητὴς τὸν Δόλωνα, ἐπίτηδες καὶ αὐτὸ, ὡς ἄφρονα, ἵνα καὶ δι' αὐτοῦ ὑπολεύκου κατάφωρος ὁ ἀνόητος γένηται.

k In illa v. 239. Musgr. dedit utcunque probabilem sententiam, restituta codicum lectione, sed verba tamen, δεσπότου πέρσαντος Ἀχαιὸν Ἄρη, sunt inepte ibi posita, et cum nihil ad rem faciunt, tum nimis etiam sequentia a præcedd. sejungunt. —In v. 244. probo conjecturam Reiskii: οὐ σπάνις τῶν ἀγαθῶν, sed mox δυσήλιος non tentandum videtur. Civitas comparatur, ut sæpe, cum navi, quæ si jactatur tempestate, vix sole collustratur, auferunt ei pæne omnem solis splendorem nubila. *Inducta piceis e nubibus umbra, omne latet cœlum*, Ovid. Met. XI. 549.

ab hoste non magnopere commovebit homines rudes[a], qui hominem a milite, humanitatem a prœlio, distinguere satis non valent. Sic nostra ætate, quot fuerunt, qui tot millia Turcarum, a Russis cæsa, dolerent? Vidi multos, qui lætarentur.—Accedit odium et contemtus, quo Græci Asiaticos homines prosequebantur, quos *barbaros*[b] vocabant, tum et hoc, quod, nisi occiso Rheso, salvi esse Græci non potuerant. Non igitur apta Rhesi cædes tragœdiæ. Neque enim miserabilis videri Græcis poterat, sed jucunda. Quæ omnia cum bene intelligeret Euripides, non alia ex Trojana historia adhibuit tragœdiis scribendis, quam mulieres[c]. Sed quum plerumque fabula, aut historia, quæ per se neminem capit, possit ea ratione tractari, ut omnes in se convertat[d]: videamus singulas partes nostri Rhesi. Illius adventum nunciaturus venit pastor, quem dum Hector suspicatur dicturum esse de grege, oviculisque nuper partu fœcundo editis, repudiat ejus colloquium, et sic ambo temere inter se certant, ille vult dicere, hic non dare dicendi facultatem. Sed cum semel dicere incepit de Rheso, elegantissime eum ejusque exercitum describit[e]. Perdit elegantiam illius loci omnem absonum, quod sequitur, Hectoris responsum:

Πολλοὺς, ἐπειδὴ τοὐμὸν εὐτυχεῖ δόρυ,
Καὶ Ζεὺς πρὸς ἡμῶν ἐστιν, εὑρήσω φίλους.
Ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν δεόμεθ'.

Itaque et Rhesum se recepturum superbe negat, sed a Choro monetur, ut id faciat; paret Hector, exclamatque v. 340.

Ὁ χρυσοτευχὴς δ', οὕνεκ' ἀγγέλου λόγων,
Ῥῆσος παρέστω.

a Vidit id jam Aristoteles Poët. C. 14. ἂν μὲν οὖν ἐχθρὸς ἐχθρὸν ἀποκτείνῃ οὐδὲν ἐλεεινὸν οὔτε ποιῶν, οὔτε μέλλων, δείκνυσι, πλὴν κατ' αὐτὸ τὸ πάθος. Repetiit Hardion. l. l. p. 330. additque: " Le sujet du Rhésus n' êtoit donc pas convenable pour une Tragédie, puisque, suivant les principes reçus dans le tems, où cette piéce a êté faite, il lui manque ce, qui constitué essentiellement une action tragique." Temere se opposuit Heathius Comment. in Trag. Gr. ad v. 885.

b Ineptissime apud nostrum Hector se et Trojanos, v. 401. 830. vocat βαρβάρους. Nec hoc credo Euripidem, quamvis sæpe temporis rationem neglexerit, facturum fuisse.

c Hinc Hecuba, Androm. Troades.

d V. Sulzer. Theor. V. Handl. p. 510.

e V. 297—313.

Quibus verbis quid tandem ineptius? Ergo ob solam pastoris orationem recipiendus erat[f]? Non minus ineptæ sunt laudes, quas Chorus Rheso accinit tanquam deo, quem modo Jovem, modo Martem, appellat. Prodit in scenam Rhesus, qui Hectorem honorifice compellat, sed hic ob tarditatem adventus exprobrat ei cum ingratum animum, tum ebrietatem, idque admodum rustice, non ea, qua alias utitur Euripides[g], urbanitate. Rhesus opponit moram, quam ipsius itineri objecerit populus quidam Scythicus, et vicissim exprobrat Hectori longinquitatem belli, se uno crastino die esse funditus deleturum Græcorum copias jactat, altero reversurum. Chorus, quem non obliviscamur gregariis constare militibus, hic quoque assensum declarat, deprecatus tantum magniloquentiæ invidiam. Sed Rhesus nunc non vult altero die statim domum redire, verum prius cum Hectore in Græciam proficisci, eamque plane devastare; cum Hector non assentiatur, ineptissime eo loco[h] disputatur de Græcia expugnanda. Doleo profecto Tragicum nostrum, certe non Euripidem, tantopere laborasse de fabula producenda, tamque difficili fuisse ingenio.—Tandem Rhesus saltem se solum dicit esse cum Achille aut aliis Græciæ principibus pugnaturum; et cum Hector ei exposuisset mala, quæ Trojanis inflixerit Ulyssis fraus, ablato inprimis Palladio[i]: gravissimam illi minatur pœnam:

ζῶντα συλλαβὼν ἐγὼ
Πυλῶν ἐπ' ἐξόδοισιν ἐμπείρας ῥάχιν
Στήσω πετεινοῖς γυψὶ θοινατήριον[k].

Sequitur, quam Chorus canit, satis elegans Auroræ appropin-

f Minueretur horum verborum inconvenientia, si οὕνεκα reddi posset *secundum; ille aureis armis utens* secundum *nuncii verba*, &c. Sed de sidero exempla.

g Vid. Sulzer. Art. Fein. T. I. p. 376.

h V. 472. ss.

i Ad h. l. v. 498. est ridicula Barnesii observatio de diis urbium tutelaribus, quorum simulacra putat dæmonibus obsessa fuisse. Hanc observationem in edit. Lipsiensi, si editoris arbitrii res fuisset, cum similibus aliis, h. e. magna notarum Barn. parte, certe omisisset.

k Immanem pœnam, qua dorsum maleficorum transfigitur palis, atque sic miseri exponuntur vel ante portam, vel naviculis impositi fluviis committuntur, adhuc in Asiaticis quibusdam Russiæ provinciis et Turciæ Græcis, usitatam legi. Patet ex h. l. pœnæ antiquitas.—Sic consuetudo quoque, ad docendam innocentiam, ferrum candens tollendi, et per ignem eundi, non medio ævo propria, sed jam veteribus recepta fuit. v. Soph. Antig. 265. Cf. Richardson. Abh. ueber. morgenl. Spr. &c. p. 326. s.

quantis descriptio, desumta partim ab occasu quorundam siderum, de quo infra, partim a cantu lusciniæ, gregibus circa Idam jam pascentibus, et somno gratissimo. De luscinia poëta sic v. 542. ss.

Καὶ μὴν ἀΐω· Σιμόεντος
Ἡμένα κοίτας
Φονίας, ὑμνεῖ πολυχορδοτάτᾳ
Γήρυϊ παιδολέτωρ
Μελοποιὸς ἀηδονὶς μέριμνα.

Qui versus, utpote Chorici, sunt paullo difficiliores intellectu. In prioribus secutus sum distinctionem atque lectionem, a Musgr. receptam, quam quivis, opinor, mecum præferet Reiskii et Heathii emendationibus. Sed in ultimo versu desideratur nomen rei, quam caneret luscinia. Itaque aut μέριμναν aut μερίμνας, legendum, quod et Reisk. Heath. Musgr. monuerunt. Sed μέριμνα dicitur vel id, quod eam angebat, i. e. filius, vel dolor [a]. Intelligi autem hic lusciniam [b] docet cum tota descriptio ejus, quæ respicit notissimam illam de Tereo et Philomela fabulam, tum alii poëtarum loci, quorum nonnullos imitari Noster potuit. Ita e. c. Eurip. Hel. 1107.

Σὲ τὰν ἐναυλίοις ὑπὸ δενδροκόμοις
Μουσεῖα, καὶ θάκους, ἐνίζουσαν ἀναβοάσω,
Σὲ τὰν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα μελῳδὸν
Ἀηδόνα δακρυόεσσαν. κ. τ. λ.

quem locum respexit Aristoph. Avib. 209. ss.

a Posterior interpretatio est Musgravii, sed prius præfero. Sic Hec. 884.

ὡς τώδ᾽ ἀδελφὼ, πλησίον μιᾷ φλογὶ
δισσὴ μέριμνα μητρὶ —

Sic Lat. *cura*, de eo, quod curatur. v. Burm. ad Ovid. Her. 1, 104.

b Petitus Miscell. III. 22. p. 190. ss. ne cogeretur hunc locum de verno tempore accipere, voluit non lusciniam indicari, quippe quæ canat per totam noctem, non demum imminente aurora, sed *ardeam*, quæ ap. Hom. l. l. occurrit Diomedi atque Ulyssi, posteriores autem versus ita corrigit:

— ὑμνεῖ πολυγοργοτάτᾳ
Γήρυϊ παιδολέτωρ,
Μελοποιὸς, ἀηδῶν, ἶς μεριμνᾷ.

Ardeam enim ad fluvios commorari, huic bene convenire epith. φονίας, quod ardeæ ova diripiat et perdat alauda; hactenus illam παιδολέτορα dici, *quæ ova sua amisit*: μελοποιὸς dici, quod sollicitudinem creat, eodem sensu adhibendum esse ἀηδῶν, et ἶς μεριμνᾷ Chorum de se dicere; *ego ipse, quamquam firmus, tamen sollicitus sum.* Nemo non contortam hanc et emendationem, et explicationem, explodet. Docte etiam repugnavit Petavius ad fin. Uranolog. p. 223.

Ἄγε σύννομέ μοι, παῦσαι μὲν ὕπνου,
Χῦσον δὲ νόμους ἱερῶν ὕμνων,
Οὓς διὰ θείου στόματος θρηνεῖς,
Τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν
Ἐλελιζομένη διεροῖς μέλεσι
Γένυος ξουθῆς.

Sic ille locus distinguendus, ut in Animadverss. ad eum docebo, ubi similes aliorum poëtarum locos conferam. Redeo nunc ad Rhesum, in quo inter duplicem auroræ descriptionem media interjacet enumeratio variarum vigiliarum, eo quidem loco valde injucunda. Colligi vero inde certissime posset, Chorum tunc fuisse mutatum, h. e. prioribus excubitoribus alios substitutos esse [c]; sed tamen v. 820. Chorus dicit, se nuncium olim nocturnorum tumultuum venisse; igitur Chorus idem fuit, qui initio. Tam parum sibi poëta noster constitit. Jam veniunt Diomedes atque Ulysses, qui, cognita ex Dolone [d] tessera militari, pergunt ad tentorium Hectoris, quo eum interficiant. Colloquium illorum, etsi non caret, quoad verba, sua quadam venustate [e]: tamen in hoc peccat, quod nimis timidum sistit Ulyssem, qui, cum suadeat socio reditum, et jam persuadeat, debet poëta inducere Minervam, quæ ubi temere quæsiverat [f]:

— ἄνδρα δ' οὐ πέπυσθε σύμμαχον
Τροίᾳ μολόντα Ῥῆσον, οὐ φαύλῳ τρόπῳ;

ipsa eum venisse docet, ostendit locum, ubi dormiat, hortaturque, ut eum interficiant. Hic Minervæ, et mox Paridis, interventus omnibus visus est ineptissimus [g], et clarissime demonstrare

c Ita enim dicitur v. 523.

Τίνος ἁ φυλακά; τίς ἀμείβει
Τὰν ἐμὰν πρῶτα;

et v. 558.

Αὐδῶ Λυκίους πέμπτην φυλακὴν
Βάντας ἐγείρειν
Ἡμᾶς, κλήρου κατὰ μοῖραν.

d De hoc nimis pauca dixit in nugis verbosus Poëta; plurima hic supplenda ex Homero reliquit spectatoribus et lectoribus; non dicit, quomodo Doloni occurrerint, non, quid eos impulerit, ut huc veniant, non, eos jam de Rhesi adventu aliquid accepisse. Unde verisimilitudinis leges sæpissime in hoc actu violantur, et cogitur tandem miser poëta ad deæ interventum confugere.

e V. Brumoy Theatre des Grecs, T. IV. p. 401.

f V. 594. Unde enim scire poterant Diomedes atque Ulysses, Rhesum ante paucas horas venisse? Homerus tradiderat, Dolonem iis indicasse. Id male Noster omisit.

g V. Petit. l. l. p. 194. ss. Magistri artis dramaticæ non concedunt usum machinarum, quibus dii exhibeantur, nisi in prologis, cum dii res gestas debent enar-

inopiam auctoris, quæ magno Euripidis ingenio sit prorsus indigna. Secutus tamen est fabulæ auctor, quisquis fuerit, vulgarem ætatis suæ opinionem [a], quæ lubenter numina immisceret humanis negotiis, id quod sequentia etiam ostendunt. Nam eadem, quum vidisset, Paridem eo consilio, ut Hectorem excitaret, deque insidiis hostium admoneret, accedere, (cujus ipsius quoque adventus est incommodus [b], Veneris faciem mentita, cum eo loquitur, fallitque eum ambiguis verbis. Quæ initio dicit de suo erga Paridem grato animo, atque favore, admodum frigent. Inter hoc breve colloquium Rhesi cædes peragitur; quod neminem offendet [c]; id tamen non ferendum, quod cædes fit tam prope Paridem et Minervam, illo non sentiente, ut statim alloqui cædis auctores Minerva possit. Parum etiam verisimiliter fingitur, Rhesum et satellites ejus prioris colloquii adventusque strepitum plane non percepisse; cui incommodo ut mederetur poëta, æque inepte Minervam dicere jussit v. 636. s.

Καὶ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εἶπον· ὃν δὲ χρὴ παθεῖν
Οὐκ οἶδεν, οὐδ' ἤκουσεν, ἐγγὺς ὢν λόγου.

Nunc eadem dea monere etiam Ulyssem ac Diomedem debet, ut fuga sibi consulant, sed in ipso gravissimo periculo, quum incidissent illi in Trojanos custodes, turpiter suos dereliquit Minerva, sed eripuit Ulyssis prudentia, qui se Rhesum esse finxit.

rare, et sub finem dramatis, cum fabula solvi non potest, sine opera numinis; i. e. nunquam inducendi sunt dii, nisi ubi aliter fieri nequit. Hardion. p. 332. add. Valck. p. 106.

a Commune fuit Orientis inprimis populis, Judæis atque barbaris, quorum nondum erant excultæ mentes, in omnibus rebus, quibus singularis quid et miri inesset, deprehendere numinis operationes. Igitur quando quis in ecstasi est, quando cogitationes quædam subito oriuntur, quarum causa non patet, quando quis monetur de re aliqua singulari quadam occasione, quando mirabile quid accidit, auditur sonus, etc. tunc semper adesse numina, agere in hominem, monere hortarive eum dicuntur; isque tum pavet, ac toto contremiscit corpore. V. Hom. Il. I. 195. ss. ubi partem hujus rei viderunt jam Plato et Eust. qui locum allegorice explicant) Od. I. 323. Ovid. Met. III. 99. Numina autem interdum specie humana induta apparere, atque similem noto cuidam homini vultum gerere dicuntur. Il. δ'. 92. Sed plerumque vel ei tantum conspiciuntur, in quem agere putantur, reliquis, qui adsunt, non; (Od. π'. 160. Apuleius de deo Socr. p. m. 65. ed. Amst. 1625. 12.) vel plane non cernuntur, (obscuro circumdati nimbo Virg. Æn. XII. 466. h. e. nube tecti: v. Cel. Lessing. Laoc. T. I. p. 137. ss.) sed præsentia eorum variis modis indicatur, tonitru, sistro (Ovid. Met. IX. 692. 783.), gressu (Iliad. ν'. 72.) odore (Eurip. Hippol. 1389.) voce denique. Sic Noster v. 604.

Δέσποιν' Ἀθάνα, φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην
Τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν·—

Cf. Soph. Aj. 14. Hom. Il. β'. 182. κ'.

Hinc intelligendus atque emendandus est, v. 682. qui vulgo perperam semichoro tribuitur, et ita scribitur:

Ἦ σὺ δὴ Ῥῆσον κατέκτας; ἀλλὰ τὸν κτανοῦντά σε.

Sed sponte patet, Chorum nondum scire, nec ex equis Rhesi, quos secum ducebat Ulysses, colligere potuisse, cæsum illum esse. Non proferam hic aliorum opiniones, qui partim viderunt verum, partim non viderunt. Olim cum Petito[d] faciebam, qui ita versus corrigit:

ΗΜ. Ἦ σιδηρῷ σοι κατακτάσω; ΟΔ. ᾽λλὰ τὸν κτανοῦντά σε.
Ἴσχε πᾶς τις.

σοι redundare putat. Sed non opus tanta mutatione. Versum 682. tribuo Ulyssi, tum sequentis v. priora verba ἴσχε πᾶς τις semichoro, ad quem præcedentia dixerat Ulysses, verba σὺ μενῶ alteri Chori parti. Sic Ulysses dicet: *Num tu Rheso molestus esse soles*, obtundes, enecabis eum (ita explico κατέκτας[e]?) *at ille tibi auctor mortis erit;* nempe indicabit rem Hectori, qui te capite plectet. Tum milites recte respondent: *Abstinete omnes excubitores ab illo.* Si cui tamen displicuerit κατέκτας, probabit forte καθέξεις, *detinebis, moraberis*[f].

§. IV. Nunc Chorus disputat, quis forte hostium præterierit, cujus tamen rei nulla in præcedentibus apparet ratio. Nam

512. Act. App. 9, 7. His in omnibus simillima suppeditant libri sacri V. T. et dubitemus, in iis expressam interdum vulgi opinionem legi? et miremur, Midianiticam fabulam, de angelo repugnante Bileamo, asina dei jussu loquente, fidem invenire potuisse apud Judæos Mosis ævo? cf. S. V. Jerusalem Betrachtt. P. II. T. II. p. 521. ss. Profecto investigatio et comparatio prudens popularium Orientis opinionum plus ad intelligentiam V. T. confert, quam notitia radicum vocabb. orientalium!

b Paris inter medios Trojanorum ordines locum habebat suum. Igitur non apparet, cur, cum Hectorem, qui in iisdem erat castris, convenire velit, eum quærat ad castra Rhesi: nam Rhesus cum suis extra ordines erat. Poëta noster videtur Rhesum locare prope Trojanorum castra. Multo verisimilius Homerus Thracas ultimos omnium et aliquantum remotiores fecit; sic enim facilius peti poterant Græcorum insidiis. Ex Petito, p. 193. s.

c Nam et in Andromacha, dum pauca canit Chorus, Orestes abit Phthia Delphos, Neoptolemum occidit, et nuncius hujus rei venit Phthiam. conf. Sulz. V. Drama, p. 274. T. I. Unde etiam Reisk. (Act. Erudd. A. 1748. p. 549.) male duplex poëtæ in Hecuba peccatum reperisse sibi visus est in eo, quod brevi tempore res, ad quas multo opus erat apparatu, peraguntur. Neque enim sentiunt spectatores, dum exhibetur fabula, locorum temporisve intervalla.

d Misc. III. 22. p. 196.

e Verba ἀποκτείνειν, ἀποκναίειν, etc. sic de *molestiis* usurpantur. v. Valck. ad Eurip. Hippol. 1067. Piers. ad Moer. p. 74. Bergl. ad Arist. Ran. 59.

f Ut λόγχῃ καθέξω, v. 101.

si vel maxime, strepitu quodam audito, aut monitus (v. 653. ss.) putaverit Chorus, *fures* vel *insidiatores* Græcos turbare exercitum (v. 674.): tamen, ubi decepti credidissent, Rhesum ivisse per loca illa cum equis, facile etiam cogitare poterant, ab eo ortum esse illum strepitum, et eum cum pedissequo pro speculatoribus habitum; subesse insidias et hostes advenisse non recte conjicere poterant [a]. Sed ut longam de Ulyssis fraude narrationem inserere liceret, ista satis absurde finxit Auctor. Prodit tum auriga, servusque, Rhesi, qui deplorat domini fatum. Ad hunc, quæ initio dicit Chorus, frigent admodum. Nam cum lamentis illius attonitus stupere, et quærere causam, cur lamentetur, per naturam rei debuerit: Poëta noster, qui nunquam sequitur naturam ducem, facit Chorum simpliciter interrogantem, quis sit (v. 733. s.):

> Τίς εἶ ποτ᾽ ἀνδρῶν συμμάχων; κατ᾽ εὐφρόνην
> Ἀμβλῶπες αὐγαὶ, κοὔ σε γινώσκω γ᾽ ὅλως.

Et, accepta jam Rhesi clade, non lamentatur, non dicit solatia, sed frigidissime respondet (v. 742.):

> Κακὸν κυρεῖν τι Θρῃκίῳ στρατεύματι
> Ἔοικεν οἷα τοῦδε κλύων.

et mox v. 750.

> Τάδ᾽ οὐκ ἐν αἰνιγμοῖσι σημαίνει κακά·
> Σαφῶς γὰρ αὐδᾷ συμμάχους ὀλωλότας.

Exspectabam hic, quum primum ista legerem, adsuetus jam mori Euripideo, Chori cantilenam, qua luctum graviter caneret suum, excitaretque miserationis affectum; sed fefellit spem et hic et alibi poëtæ stupor. Tam male is omnia disposuit! Exponit tum copiosius auriga cædem domini, ejusque causam et modum; cujus narrationis aliud vitium infra attingam, nunc id commemorabo, quod auriga, *letaliter vulneratus*, fingitur, contra omnem rationem et indolem rei, plurima loqui, v. 752—799. Interve-

a Multis, temere congestis, formulis exprimitur, v. 688—699. hoc: *Quis hostium et unde* est? Inter illas etiam hæc est: Ὁποῖον εὔχεται τὸν ὕπατον θεῶν, *quem colit summum deum?* quæ opinionem Orientis refert, esse cuique populo deum suum proprium et tutelarem, a qua nec Judæorum vulgus discessit, quibus Jehovah æque, ac Græcis Zeus, Apollo Trojanis, erat deus ita proprius (Nationalgott), ut beneficia ejus ad alium quemvis populum plane non pertinerent. Nam

nit Hector, qui Chorum ob neglectas excubias increpat, et grave minatur supplicium. Hic loco ejus, quam desiderabam, odes, inveni puerile Chori responsum, qui ridicule deprecatur pœnam, et ita, ut apud nos puelli in scholis, magistellorum virgis castigandi. Nam et blande compellat Hectorem (ὦ πολιοῦχον κράτος— ὦ ἄνα) et implorat eum (v. 824.), et negat, se per excubias dormivisse (821. s.), et mentitur etiam (τότ' ἄρ' ἔμολ', ὅτε σοι ἄγγελος ἦλθον), ad extremum gravissimam sibi ipse irrogat pœnam, si commisisse, ut Rhesus interficeretur, deprehensus fuerit. Omnia egregie sunt ad puellorum morem composita. Sed vincit se ipse poëta ineptiis, et quo propius ad finem carminis accedimus, eo magis absona sunt, quæ scripsit. Nunc enim auriga, quæ antea [b] suspicatus tantum fuerat, aperte dicit: Hectorem non debere excubitores culpare, cum ipse sit auctor cædis Rhesi; neque enim potuisse hostium quenquam tam facile in castra Thracum pervenire [c], aut resciscere, ubi Rhesus cubet, neque Trojanorum ullum esse vulneratum, igitur apparere, Hectorem, cupiditate equorum Rhesi ductum, eum occidi curasse. Jam, ut non attingam ceteras levissimas rationes, quam parum verisimile est, aurigam, quamvis suspiciosum hominem, nec omnia secum reputantem, persuadere sibi potuisse, Hectorem, tantum imperatorem, equorum, quos alio modo accipere poterat, amore ductum trucidari socium atque amicum jussisse! In Hectoris responsione nulla vis, nullus ardor, nulla indignatio, inest; simpliciter negat, se ullum unquam socium interfecisse, nec equorum cupiditate potuisse impelli, ut nunc tantum committeret scelus; tribuendam hanc cædem esse Ulyssi. Cum nondum cederet auriga: ad extremum dicit [d]:

Σὺ δ' οὖν νόμιζε ταῦτ', ἐπεί σοι δοκεῖ.

Quæ quantopere dedecent magnanimum imperatorem! Sed

quod negavit nuper magni nominis Theologus, opinionem illam Judæis tribui posse, indignamque Deo censuit: videtur ille non distinxisse notionem, quæ nobis informata est summi Judæorum Dei, et nostri, ab ea, quam habuit Judæorum vulgus, et, per temporis rationem, habere potuit.

b V. 799.

c In v. 841. remansit vitium. Scribendum:

τίς δ' ὑπερβαλὼν λόχους
Τρώων ἐφ' ἡμᾶς ἦλθ' ἄν, ὥστε καὶ λαθεῖν.

Vulgatur ἦλθεν, sed sensus postulat, *venisset.* et sic v. 849. τίς ἂν ἐξηῦρεν. cf. Markl. ad Iph. Aul. 1252.

d V. 864.

poëta nulla alia de causa ista fecit, quam ut posset Musa, mater Rhesi, filii cadaver manu gestans, apparere, quæ cædis auctorem indicaret. Nam quum nesciret, qua ratione moveret spectatores, et sensus miserationis in iis excitaret, ipse haud dubie plane non commotus cæde Rhesi: confugere iterum ad deæ opem debuit [a], cujus materno affectu lamentisque sperabat ad luctum provocari omnes posse. Sed hic quoque excidisse consiliis, sua ipsius culpa, videtur. Etenim, quum Chorum oporteret, quamvis nec necessitudine, nec amicitia, attingeret occisum, (erat tamen ille Trojanorum socius) adjuvare lamentationes matris carminibus lugubribus, quæ res magnam habuisset in spectatores vim: apud Nostrum satis frigide dicit (v. 901. s.)

Ὅσον προσήκει μὴ γένους κοινωνίαν
Ἔχοντι, λύπῃ τὸν σὸν οἰκτείρω γόνον.

h. e. doleo aliquantum calamitatem tuam. Igitur et spectatores,

a Neque enim cum Hardion. p. 332. putem, Musam tantum propterea induci, ut defenderet Hectorem, contra suspicionem armigeri Rhesi. Illa erat levissima, sed poëta haud dubie ipse sensit necessario, aliquid addendum esse ad movendos spectatores, cui consilio nihil aptius judicavit matris luctibus, et recte quidem, modo eos melius descriptos exhibuisset.

b V. 935—937. sic dicitur:

Καὶ τοῦδ' Ἀθάνα παντὸς αἰτία μόρου·
Οὐδὲν δ' Ὀδυσσεὺς, οὐδ' ὁ Τυδέως γόνος,
Ἔδρασε. δράσας μὴ δόκει λεληθέναι.

In ultimo versu variæ prostant conjecturæ VV. DD. Maxime probabilis est Valckenarii atque Musgr. qui verba *Οὐδὲν—δράσας* parentheseos signis includunt, ut sequentia *μὴ δόκει λεληθ.* ad Minervam referantur. Mihi tamen difficultatis aliquid remanere videtur, et versum 937. spurium esse opinor. Sententia finitur verbis: *Οὐδὲν δ' Ὀδ. οὐδ' ὁ Τ. γόνος*, scil. *αἴτιοί εἰσι.* Omissio similis verbi cujusdam e præcedd. repetendi peperit nobis spurium versum ap. Hom.

Σήμαιν'· οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι σοὶ πείσεσθαι ὀΐω.

Il. I. 296. quem jam expunxit Longinus ap. Eust. recte: nam inepta sunt verba *οὐ πείσεσθαι ὀΐω*, non *puto*, me obediturum; id enim certo sciebat; et interpolator petiit verba illa ex v. 285.

c V. 940. ss.

Μυστηρίων τε τῶν ἀποῤῥήτων φάνας
Ἔδειξεν Ὀρφεὺς, αὐτανέψιος νεκροῦ
Τοῦδ', οὕνεκα κτείνασα, Μουσαῖόν τε, σὸν
Σεμνὸν πολίτην, κἀπὶ πλεῖστον ἄνδρ' ἕνα
Ἐλθόντα, Φοῖβος σύγγονοί τ' ἠσκήσαμεν.

Quæ verba accuratiori disquisitione indigere videntur. Recte Hardion. censet hæc dici ad Minervam, non ad Rhesum. Primo corruptum esse apparet *οὕνεκα κτείνασα.* In Reisk. conjectura, probata Musgravio, *ὃν γελᾷς κτ.* displicet *γελᾷν.* Hard. adoptat Canteri emendationem, quam tamen veram non putat, sensumque otius loci dat (p. 334.) hunc: et cependant nous honorons particuliérement, mes sœurs et moi, la ville, qui vous est consacrée, et nous y faisons nôtre séjour favori. Orphée, cousin germain de ce malheureux fils, que voux m' avez enlevé, y a porté les cérémonies des mystéres secrets. C'est nous, qui avont instruit Musée, ce citoyen si respectable; c'est par nous, qu'un mortel unique s' y est élevé au plus haut degré de la sagesse. Pour récompense de tant de bienfaits, je suis réduite à pleurer ce fils, que je tiens dans mes bras; non, n' esperez pas, que je forme jamais pour vôtre ville aucun autre Philosophe. Heathii emendatio metro adeo repugnat. Forte legendum: *Τοῦδ' ὃν σύ γ' εἷς κτείνασα.* Deinde quæritur, utrum verba *κἀπὶ πλεῖστον ἄνδρ' ἕνα ἐλθ.* pertineant ad Musæum, et illius contineant laudem, an sint separanda, et alium quendam denotent philosophum. Atque hoc suadere videtur

qui non cognati, nec amici, essent Rhesi, non valde moveri poterant, sed tantum, *ὅσον προσήκει μὴ γένους κοινωνίαν ἔχουσι.* Adeo, quo modo componi Tragœdia deberet, ignorasse poëta videtur. Absurde Musa nunc furtivos spectatoribus narrat amores, e quibus prognatus fuerit Rhesus, quos, si quid video, reticere debebat. Tum culpam cædis omnem transfert in Minervam [b], quæ, quamvis multa sua in illius urbem, Athenas nempe, collata exstent beneficia, quippe quam civitatem colant Musæ, et cui ipsa dederit varios philosophos doctores [c], tamen auctor fuerit, ut Rhesus interficeretur. Minatur igitur, se alium philosophum non esse missurum [d]. Hic Chorus atque Hector nihil dicunt, nisi, nunc ipsum liberum esse a suspicione, quam moverat Rhesi servus, quæ jam per se intelligebatur vana esse; tantum autem abest, ut Chorus et Hector lugeant cladem amici et matris, ut Hector potius simpliciter dicat (v. 955.)

Οὐ μὴν θανόντι γ' οὐδαμῶς συνήδομαι [e]:

cum præcedens part. τε, quæ referri potest ad καὶ (quamvis aliter statuat Heath.) ita ut duo hic indicentur, Musæus et alius quis, tum etiam verba ἄνδρ' ἕνα, et quod, si referri hæc ad Musæum voluerit poëta, scripturus videri possit τὸν ἐπὶ πλεῖστον — sine καί. Igitur non abhorrens prorsus est Hardionii sententia, qui Socratem intelligi censet. Opponit Heath. ineptissimum fore, hominem tot sæculis post natum heroicis æquare temporibus. At in Euripidis Palamede, cujus argumentum et ipsum est ex Trojana historia desumtum, ubi leguntur hi versus:

Ἐκάνετ' ἐκάνετε τὰν
Πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ,
Τὰν οὐδέν' ἀλγύνουσαν
Ἀηδόνα Μουσᾶν,
Τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον.

(sic scribit Valck. ad Phœniss. aliter apud Musgr. fr. n. 7.): consentiunt omnes, respici Socratem, etsi Valck. Diatr. p. 191. credit, prævidisse, et quasi prædixisse, mortem Socratis Euripidem, sed ipse alibi suspicatus sum, fabulam hanc, his versiculis auctam, iterum post patris Socratisque mortem edidisse Euripidis filium. Utrumvis probetur, patet inde, temporis intervallum longius non obesse, quo minus hic Socrates intelligatur. Sed quia Musa hic tantum commemorare vult philosophos e Thracia oriundos, quos ipsa miserit Atheniensibus; erat enim dea Thraciæ præses; propterea malo hæc verba proprie referre ad Musæum et ipsum genere Thracem, auctore Strabone; sed non nego, poëtam simul respexisse ad Socratis cædem, qui ἐπὶ πλεῖστον ἐλθὼν, scil. σοφίας, (nam tale Subst. subintelligi debet) dici potest, ob notissimum illud oraculum.

d Id significare cuique, qui primum illa legit, videbuntur verba σοφιστὴν δ' ἄλλον οὐκ ἐπάξομαι, *non inducam, non mittam Athenis, non sinam e Thracia illuc venire, alium philosophum.* A quo nativo et commodo verborum sensu cur discesserint Reisk. et Musgr. et pejorem illis affinxerint, non exputo. Ille sic explicat: *testem hujus rei habeo filium meum, ita ut alio mihi teste non sit opus;* quæ interpretatio, quamvis σοφιστὴς nunquam *testem* indicet, aptior saltem contextui est, quam altera illa Musgravii: *Musicum alium næniæ canendæ causa non adducam.* Estne hic de næniis sermo? Unquamne ἐπάγεσθαι sic usurpatur? Orpheus et Musæus, ad quos refertur ἄλλον, fueruntne Musici potius, quam Philosophi? Barnesium, qui intelligebat Thamyrin, bene jam Hardion. refutavit, idemque, non sine magna verisimilitudinis specie, conjecit, spectasse poëtam ad injustam Socratis cædem.

e Hanc lectionem contra Valck. et Musgr. optime defendit Cel. Brunckius ad Eurip. Hipp. 1295. (1281.) ubi do-

quibus quid potest frigidius inveniri? Musa nunc prædicit, partim Rhesum fore immortalem [a], et genium Thraciæ tutelarem, *ἀνθρωποδαίμονα* (v. 968.) quod est novum, hactenusque incognitum, deorum genus, partim Achillem brevi esse periturum, nec eum eripere fato instanti posse Palladis potentiam. Quæ quidem, de Achillis morte, cur addita sint, nulla facile apparet causa. Nam quod alibi deæ amicos aliarum dearum, ulciscendi se causa, perdere dicuntur [b]: id in hunc locum propterea non cadit, quia Musa dicit, se sororesque esse casum illum Achillis deploraturas:

> *Θρήνοις δ' ἀδελφαὶ πρῶτα μέν σ' ὑμνήσομεν,*
> *Ἔπειτ' Ἀχιλλέα Θέτιδος ἐν πένθει ποτέ.*

Hector jubet Chorum se parare ad pugnam mox inchoandam, et tandem videtur poëta verbis Chori:

> *— τάχα δ' ἂν νίκαν*
> *Δοίη δαίμων ὁ μεθ' ἡμῶν,*

petere ab spectatoribus et judicibus victoriam.

§. V. Hæc igitur est jejuna illa et inepta fabulæ hujus œconomia; in qua partim duplex exhibetur res gesta, quarum posterior cum priori non est copulata bene, partim cædes Rhesi non est apta Græcæ tragœdiæ; multa ridicula, inepta multa et aliena, inseruntur, pleraque finguntur contra leges verisimilitudinis. Et credamus, ab Euripide, tanto poëta, proficisci potuisse fabulam, in qua tam male omnia disposita sint et ficta? cujus auctor Tragœdiæ naturam et constitutionem, finem atque consilium, ignorasse videatur, et leges non dramatis modo, sed artis poëticæ universæ præcepta de verisimilitudine et decoro

cet, compositum *συνήδομαι* poni pro verbo simplici.

a De Rheso diis adscripto cf. Philostr. Her. 2. 8. p. 680. s.

b Eurip. Hipp. 1418. s.

c Unde illa Homerici carminis pars dicitur *Νυκτεγερσία*.

d Il. κ'. 251. s. Torsit interpretes *πλέων νὺξ τῶν δύο μοιράων*. Mihi per Hypallagen dictum pro *ἡ πλέων μοῖρα τῶν δύο μοιρῶν νυκτὸς*, videtur. Homeri ætate nox erat in tres partes divisa. v. Eustath. p. 802, 9. Sic Seneca Thyest. 798.

> Nondum in noctem vergente die
> Tertia misit buccina signum.

Postea in quatuor dividebatur, atque totidem erant vigiliæ. Quæque enim pars dicebatur vigilia, et erat trium horarum. Quarta erat sub auroræ ortum. v. Veget.

observando, sæpissime migraverit?

Quanto rectius is, qui nil molitur inepte,

Homerus, fabulam hanc cecinit? quem si imitatus Noster non tam in verbis, quam ipsa re, fuisset, profecto longe alium haberemus Rhesum. Apud Homerum, nocte, quæ sequebatur diem, quo magna erat Græcis illata clades, Menelaus, sollicitudine plenus, exit e tentorio, excitaturus [c] fratrem, sed Agamemnonem quoque somno curæ privarant; uterque expergefaciunt et ad concilium convocant Nestorem, Ulyssem, Diomedem, Ajacem atque Idomenea, tum et reliqui Græci ad arma vocantur, quia verendum erat, ne Trojani, qui sub dio manserant, prope Græcorum castra, hæc invadere auderent. Igitur duces Græcorum conveniunt ad capienda hac in re consilia, et Nestor quidem suadet, ut speculator mittatur, qui vel hostem forte capiat, vel alio etiam modo cognoscat, quæ facere Trojani constituerint. Diomedes se huic offert periculo, assumtoque socio Ulysse, proficiscitur, cum jam plurima noctis pars præteriisset:

— μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται, ἐγγύθι δ' ἠώς·
Ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε· παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ
Τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται [d].

Interea Hector quoque principes Trojani exercitus convocarat ad se, et quæsiverat, quis vellet ire exploratum castra Græcorum [e]; ei pollicetur optimos Græcorum equos et bigas. Præsto est Dolon, homo deformis [f], sed celer admodum; qui postquam jurejurando promitti sibi Achillis equos loco præmii jussit, vestit se lupina pelle, non ut lupus incedit. Occurrit autem Diomedi atque Ulyssi, quibus jam faustum itineris omen dederat

de R. M. 3. 8. Propert. El. 4. 4. 61. Wetsten. ad Matth. xiv. 25. Qui quinque vigilias exhibuerit, inprimis tempore belli Trojani, novi neminem veterum, nec vidi laudari. Ita tamen noster Poëta, hic quoque Homeri male immemor, (v. 539. 558.)

Αὐδῶ Λυκίους πέμπτην φυλακὴν
Βάντας ἐγείρειν

Ἡμᾶς, κλήρου κατὰ μοῖραν.

Sed v. 5. idem commemorat τετράμοιρον νυκτὸς φρουράν.

e Homerus eandem rem, de exploratore misso, bis, sed diversimode, atque eleganter, expressit. v. Eustath. p. 806. Non tam felix Tragico nostro contigerat ingenium.

f Id significant verba εἶδος κακὸς, v. 316. δύσμορφος explicat Eust. p. 808. 12.

Minerva [a]. Hos ubi præteriit, convertunt se, persequuntur eum versus Græcas naves, Diomedes hastam jaculatur, sed de industria ita, ut non attingat Dolonem, qui consistit præ terrore; erat enim admodum timidus:

Χλωρὸς ὑπὸ δείους — ὕπο τ' ἔτρεμε γυῖα.

Lacrimans implorat eos, velint vitæ ipsius parcere, patrem magna pecunia esse ipsum redemturum, se autem omnia, quæ velint, indicaturum. Igitur non modo causam, cur missus huc venerit, exponit, et ordines atque stationes Trojani exercitus recenset, interrogatus, sed prodit etiam, quæ nemo quærere potuerat, Rhesum [b] venisse cum candidissimis equis, et extra Trojanorum castra [c] sua habere [d]. Doloni quanquam veniam promiserat Ulysses, Diomedes tamen cædit eum, quo exemplo docere summus poëta voluit, proditores nec ab iis, quibus prodest ipsorum proditio, amari. Duo autem illi Græci nunc eo abeunt, quo castra metatum esse Rhesum acceperant; Diomedes Rhesum cum duodecim aliis Thracibus interimit, sed Ulysses interea equos solvit et abducit. Cum deliberant, an bigas auferre secum et plures hostes cædere velint, adest Minerva, hic quoque socia illorum et fida magistra, quæ hortatur, ut revertantur, ut ne forte alius deus excitet e somno Trojanos; quæ sollicitudo deæ non vana erat. Vix enim senserat Apollo, Minervam comitari Græcos, cum expergefaceret Hippocoontem, cognatum Rhesi. Exoritur inde tumultus in castris Thracum, tum et Trojanorum, sed interea jam salvi evaserant Græci.—Quam apte hic omnia cohærent, quam convenienter singula sunt narrata, quam

a V. 274.

Τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο
Παλλὰς Ἀθηναίη· τοὶ δ' οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσι
Νύκτα δι' ὀρφναίην, ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσαν.

Cum quibus conf. Ælian. N. A. 10, 37. ἡ γλαῦξ ἐπί τινα πρᾶξιν σπουδῆς ἐχομένην ἀνδρὶ ὡρμημένῳ συνοῦσα καὶ ἐπιστᾶσα, οὐκ ἀγαθὸν σύμβολον. — Ἔνθεν μοι δοκεῖ καὶ Ὅμηρος εἰδὼς καλῶς τῆς ὄρνιθος τὸ οὐδαμῆ εὐσύμβολον. ἐρωδιὸν μὲν τὸν ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀνεῖναι τοῖς ἀμφὶ τὸν Διομήδην τὴν Ἀθηνᾶν φάναι (f. φὰς), ὅτε ἀπῄεισαν κατασκεψόμενοι τὰ τῶν Τρώων, μὴ μέντοι τὴν γλαῦκα, εἰ καὶ δοκεῖ φίλη εἶναι αὐτῇ. Est ἐρωδιὸς avis in paludibus plerumque versans (ἀγρεύει ἐν ὕδασι καὶ ἕλεσι, Eust. p. 804. extr.) *ardea*.

b Hunc Homerus facit Eionei filium, v. 435. sed alii, inter quos etiam noster poëta, filium Strymonis et Euterpæ. v. Eust. p. 817, 26.

c Id quoque ex Hom. sumsit Tragicus, et tamen finxit, excubitores Trojanorum potuisse impedire, quo minus hostes attingerent socios, longe ab ipsis remotos.

d Forte tamen Dolon Homericus non tam voluit prodere arcana, quam potius

nihil inepte fictum, nihil dictum temere et non suo loco! Tædet profecto poëtæ nostri, qui simplicitatem et elegantiam narrationis Homericæ ridiculis figmentis et additamentis [e] absonis perverterit.

§. VI. Nec melius ille aut intellexit aut fecit, quæ fieri ab eo ipsa Tragœdiæ indoles volebat, et prorsus neglexit leges ejus, quas, non dicam magistri artis dramaticæ, sed ipsa potius natura, certissima in his dux, dedit, quasque nunquam, aut admodum paucis locis, transgredi ausus est Euripides. Ut non repetam, quæ de ipsa re, parum apta tali dramati, dicta sunt: ipsi fabulæ, quam parum insint ea, quæ constituunt Tragœdiam, nemo est, qui non videat. Tragœdiæ quidem Aristoteles [f] duas tradit esse partes, δέσιν atque λύσιν, atque adeo fabulam jubet εὖ πλέκεσθαι et λύεσθαι, *bene implicari* et *solvi*. Jam vero in ipsa hac nostra fabula quid tandem perplexum, quod expediri, ubi nodus, quem extricari, magnopere cupiat lector? Simplicissime omnia decurrunt; quem finem res habitura sit, facile quivis prævidet; nihil est, quod exspectationem aut admirationem excitet, nulla subita mutatio et incognita iis, qui Trojæ excidium bene noverant. Potuissent huc referri, quæ de Diomede et Ulysse in excubitores Trojanos incidentibus narrantur, si copiosius ea tractasset poëta, et non potius ad episodia, quam drama, pertinerent. Quæ præterea interseruntur, non implicant ipsam fabulam, et sunt ejusmodi, ut spectator, sponte sua, solvere potuerit; verbi causa, quod servus Rhesi accusat Hectorem commissæ cædis;

cladem, quam Trojanis machinabantur Ulysses et Diomedes, ab suis avertere, et potius in socios derivare. Id suadent verba v. 433. ss.

Εἰ γὰρ δὴ μέματον Τρώων καταδῦναι ὅμιλον
Θρήϊκες οἵδ' ἀπάνευθε νεήλυδες, ἔσχατοι ἄλλων.

e Nescio quo modo Hardionius, p. 529. scribere potuerit, fabulam hujus tragœdiæ esse ita simplicem, adeo paucis distinctam casibus et mutationibus (incidens) ut poëta vix eam ad 1000 versus producere potuerit. Aliter, et verissime, ut semper, judicat Valcken. p. 95. "Tota œconomia fabulæ *variis casibus implicitæ* abhorret a more fingendi Euripideo." Forte tamen Hard. ita intellexit, ipsam fabulam non esse ita implicitam, ut esse proprie debebat. Nam casus varii, qui intermiscentur, non impediunt rem gestam, adsunt potius producendi dramatis causa.

f C. 17. p. 37. ed. Heins. s. c. 18. p. 513. A. Ad illum locum Dacier, p. 327. "Le noeud comprend tout les obstacles, qui traversent les desseins du principal, ou des principaux personnages, s' il y en a plusieurs. La plupart de ces obstacles sont ordinairement étrangers; c'est-à-dire, que le Poëte les prend hors de la fable; il y en a aussi de propes â la fable." Frustra talia obstacula in Rheso quæsivi.

sed auctori Rhesi inepte tanti esse videbantur, ut, quæ solveret, deam introduceret. Sed concedemus, posse tragœdiam ita simplicem [a] et nullis implicitam mutationibus esse, ut hæc nostra; debet tamen esse et παθητικὴ, et ἠθικὴ, quibus verbis hujus artis auctores utuntur [b], h. e. et affectibus plena et bene morata. Nam, ut nunc de priori disseramus, finis est tragœdiæ, ut commoveat spectatores, i. e. excitet sensus terroris et doloris cujusdam, tristitiæ et miserationis gratæ, hisque sensibus recte excitandis placeat [c]. In Rheso autem, ubi est locus, qui aut terrore percellat, aut ad miserationem provocet lectores? ipsene Rhesus et ejus fortuna nos movebit? at talia in bello sæpius accidunt, nec videmus, quenquam propterea, nisi mulierculas, magnopere lugere; est enim bellum. Poterat tamen Rhesi cædes miserabilis fieri et luctu digna, si finxisset poëta, omnem et unicam Trojanorum spem fuisse in hoc uno Rheso positam, cum quo omnis ipsorum salus perierit, (sed Nostri stupor dixit potius, non opus fuisse Trojanis Rhesi auxilio;) et si fecisset Hectorem, Chorum, inprimisque matrem occisi, gravius de hac cæde lamentantes. Nunc vero illi parum vel omnino non lugent cladem; si quæ tragico sensu dicuntur, ea, ne infixa hæreant in animis, faciunt semper sequentia verba; Musæ autem dolor non satis gravibus et pluribus, quam decebat, verbis exponitur, atque ita oratio ejus, veluti vinum aqua, diluta est, et temperata, ut vis omnis periret [d]. Homerus contra, quam multa, eaque luctuosissima, expressit quatuor versibus [e]:

Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος, καὶ ἀπήμων
Ἧσθαι· ἐπεί νύ τοι αἶσα μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δήν·

a V. Aristot. l. l. Idem tamen c. 14. docet: δεῖ τὴν σύνθεσιν εἶναι τῆς καλλίστης τραγῳδίας μὴ ἁπλῆν, ἀλλὰ πεπλεγμένην, καὶ ταύτην φοβερῶν καὶ ἐλεεινῶν εἶναι μιμητικήν. μῦθον autem debere esse ἁπλοῦν, οὐ διπλοῦν.

b Arist. c. 17.

c Arist. c. 6. p. 11. Heins. ἔστιν οὖν τραγῳδία μίμησις πράξεως σπουδαίας καὶ τελείας — δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν. et c. 14. p. 511. ed. Col. οὐ πᾶσαν δεῖ ζητεῖν ἡδονὴν ἀπὸ τραγῳδίας, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν. ἐπεὶ δὲ τὴν ἀπὸ ἐλέους καὶ φόβου διὰ μιμήσεως δεῖ ἡδονὴν παρασκευάζειν τὸν ποιητὴν, φανερὸν, ὡς τοῦτο ἐν τοῖς πράγμασιν ἐμποιητέον. Scilicet, dum aliorum calamitates intuemur, non quidem his calamitatibus delectamur, sed cum quadam tamen voluptate illorum mala videmus. *Suave*, inquit Lucret. l. 2. init.

Suave, mari magno turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem;
Non, quia vexari quenquam est jucunda voluptas,
Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suave est.
Suave etiam belli certamina magna tueri
Per campos instructa, tua sine parte pericli·

Νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων
Ἔπλεο· τῷ σε κακῇ αἴσῃ τέκον ἐν μεγάροισι.

Hæc, nisi fallor, movent lectores, quibus ostendunt luculenter miserandam Achillis sortem, cujus et vita brevior futura esset aliis, et ipse miserrimus omnium, tum et matris luctum, quæ talem filium malo fato pepererit.—Tandem tragœdia nostra debebat saltem in luctibus matris desinere, nec ea prædicere, Rhesum fore immortalem. Nam, si vel maximo affecti spectatores fuissent dolore, tamen, id cum audirent, reditura erat iis quies et tranquillitas. Neque vero tantopere commoverat illorum animos poëta, ut sedare jam deberet; et omnino Tragœdia luctu optime finitur [f]; id quod præclare novit Euripides, qui *τραγικώτατος τῶν ποιητῶν* [g] fuit. Tantum abest, ut tribui illi possit Rhesus!

§. VII. Omnino autem fabula ista plane abhorret ab ingenio Euripidis atque charactere. Cujus quidem Tragœdiæ etsi cedunt Æschyleis personarum magnitudine atque fastu, Sophocleis justa dispositione et actionis simplicitate, etsi negligunt præcepta de unitate loci ac temporis: tamen ornatæ splendent virtutibus, quibus uterque illorum caret, maximis. Nam cum in omnibus sequeretur Euripides ducem naturam diligentissime et ita, ut ne tantillum quidem ab ea discederet, quod sæpe Æschylus facere ausus est: nihil finxit, quod non fieret aut esset, fieri aut esse saltem posset, homines autem exhibuit, non quales fingi cogitatione possunt, sed quales cernimus; sæpissime etiam non quales heroica ætate, sed quales sua, erant [h]. Itaque, qui spec-

d Non est hæc quies animi dicenda et tranquillitas in rebus adversis, quæ, si a poëta Tragico recte exprimitur, admodum laudatur, (v. Sulzer. V. Kalt. T. II. p. 569. s.) sed frigiditas atque indolentia.

e Il. 1. 415.

f Aristot. c. 14. p. 29. Heins. Ἀνάγκη ἄρα τὸν καλῶς ἔχοντα μῦθον—μεταβάλλειν οὐκ εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυστυχίας, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίαν. — Διὸ καὶ οἱ Εὐριπίδῃ ἐγκαλοῦντες ἁμαρτάνουσιν, ὅτι τοῦτο δρᾷ ἐν ταῖς τραγῳδίαις, καὶ πολλαὶ αὐτοῦ εἰς δυστυχίαν τελευτῶσι. τοῦτο γάρ ἐστιν ὀρθόν. conf. Dacier. Rem. p. 214. Sic Hippolytum Euripides non sivit a Diana in vitam revocari. Ejusdem Orestes propterea notatus est, ὅτι ἔχει κωμικωτέραν τὴν διάθεσιν. Argum. Orest.

g Aristot. c. 14. p. 30. Quinctil. 10. 1. 68. In affectibus vero cum omnibus mirus, tum in iis, qui miseratione constant, facile præcipuus.

h Id non animadvertit Reiskius. Non nego, reperiri in fabulis Euripidis peccata contra leges dramaticæ artis, sed tanta atque talia, quæ tribuit ei Reiskius (in Act. Erudd. a. 1748. p. 545. s. et in

tabant fabulas ejus, videbantur sibi inter medios, quibuscum vivebant, versari homines. Sic autem eos pinxit, ut, quamvis non excederent humanam indolem, tamen placerent maxime. Illud enim peritissime efficere novit, ut spectatores lectoresve, si non suspicere homines, quorum sermones et fata audivissent, legissentque, eos certe tenerrimo amore amplecti atque miserari, cogerentur. Copiosus fuit in excogitandis casibus flebilibus, et luctus artifex, si quis unquam, doctissimus, Sophocle multum peritior; scivit, qua ratione optime commoveret animos, sensus doloris gravissimi excitaret, et eos ad lacrimas usque augeret. Erat scilicet tenerrimi poëta animi, qui facile ipse moveretur variis humanæ vitæ casibus, magisque tristitiæ, quam lætitiæ, indulgeret sensibus. Hic non poterat non eam indere tragœdiæ gravitatem, quæ penetraret omnium animos, et perfunderet misericordia. Neque vero delectare tantum spectatores luctuosis fabulis voluit, sed etiam prodesse insertis de virtute et vita recte instituenda præceptis exquisitissimis. Unde nullam non captavit occasionem, ubi aut commendare varias virtutes, aut exsecrari vitia, posset, imo adeo frequenter præcepta sapientiæ et probitatis inseruit, ut appareret interdum, poëtam potius, quam eos, quibus ista tribuit, loqui, et ut, ejus fabulis contineri præcipuorum philosophiæ moralis præceptorum congeriem, essent, qui dicerent [a]. Jam, quod ad dictionem Euripidis attinet, ea etsi non accedit ad grandem Æschyli, nec Sophoclis vividam, orationem, et est (Choris exceptis) pedestris sæpius, quam poëtica, tamen suavis est, jucunda, mollis, perspicua, copiosa etiam et gravis, ubi locus postulat, diserta; consuetis fere vocabulis, non exquisitis et novis, utitur [b]; verborum compositio lævis auribusque grata [c]; denique poëta pervulgatas etiam sententias ele-

præf. Animadv. Eur.) inesse nego. Plurima, quæ ille peccata esse censet, non sunt. Quis enim propterea notabit Nostrum, quod non operam dederit, ut pro tragœdiæ *ad omnes ætates* principe haberetur (Præf. Anim.)? Non poterat id operam dare, sed suæ ætatis moribus et rationi inservire debebat.—Fuit Reiskius summi et fervidissimi vir ingenii, sed ad talia, quæ multam et diuturnam postularent meditationem, minime omnium natus.

a Quinctil. Inst. Or. 10. 1. 67. ss. Sulzerus V. S. in Theor. Scient. V. Euripides. Is etiam in disquisitione de ingeniis Eurip. reliquorumque Tragicorum multum præstat Battesio et Ramlero, qui de eadem re, sed aliquanto jejunius, dixerunt (Einleit. in die schœnen Wiss. ed. 4. T. II. p. 315. ss.)

gantes reddidit oratione, atque novas [d]. Cum his Euripidis dramatum virtutibus si quis comparaverit Rhesi nostri vitia: profecto non negabit, esse alius poëtæ abortum, non fœtum Euripidis. Atque de eo jam monui, quod partim contraria naturæ rerum finxerit Rhesi auctor [e], partim nihil, aut parum, ei insit tragici; de dictione autem, qua idem utitur, modo tumida, modo plebeia, infra agam. Nunc illud persequar, quæ concernunt Euripideum characterem, gnomas atque præcepta morum bona in hac fabula reperiri paucissima, eaque brevissima, secus ac apud Euripidem; plerasque autem, quæ ibi leguntur sententiæ, esse vel quotidianas, vel ineptas. Sic, ubi Dolon postulavit temeritatis suæ præmium, addit [f]:

Παντὶ γὰρ προσκείμενον
Κέρδος πρὸς ἔργῳ χάριν τίκτει διπλῆν.

quo quid vulgarius et humilius dici poterat? Ingenia servilia et abjecta quævis ita et sentiunt et dicunt; nec poëta lucri cupiditatem defendere debebat illo dicto [g]. Non exquisitius est Diomedis dictum v. 622.

Χρὴ δ' ἄνδρα τάσσειν, οὗ μάλιστ' ἂν ὠφελοῖ.

Sententia enim, quæ his verbis continetur, est admodum vulgaris; tempus autem, quo illa profertur, admodum ineptum. Elegantiora sunt, quæ aurigæ Rhesi tribuit poëta v. 754. ss.

Θανεῖν γὰρ εὐκλεῶς μὲν, εἰ θανεῖν χρεὼν,
Λυπρὸν μὲν οἶμαι τῷ θανόντι· πῶς γὰρ οὔ;
Τοῖς ζῶσι δ' ὄγκος καὶ δόμων εὐδοξία.

Neque enim omnes sic philosophari audimus. Sed tamen non placet, gloriosam mortem dici magnis viris, qui in prœliis ca-

b V. Longin. de Subl. 39. 3. 15. 6. Quinctil. l. l. Sulzer. l. l. p. 358. ed. prim. Aristot. Rhet. 3. 2. ubi monet, occultandam esse artem: κλέπτεται δ' εὖ, ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθυίας διαλέκτου ἐκλέγων συντιθῇ· ὅπερ Εὐριπίδης ποιεῖ, καὶ ὑπέδειξε πρῶτος.

c Dionysius Hal. de Comp. Verb. c. 23. p. 173. T. V. Reisk. Euripidi soli inter Tragicos tribuit γλαφυρὰν καὶ ἀνθηρὰν σύνθεσιν.

d Sulzer. Theor. Art. Fein. T. I. p. 376.

e Plura de ea re infra disputabo, ubi de moribus hujus fabulæ loquar.

f V. 162.

g Longe alia ratio est pessimi illius Hippolyti effati ap. Eurip. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Hæc enim dicit æstu indignationis abreptus, et ipsa res eum excusat.

dunt, acerbam; est enim magnanimi militis, contemnere mortem, neque gravem sibi censere; tum etiam, si quæ inest illis verbis elegantia, ut inesse sentio, perdunt eam atque delent interjectæ particulæ πῶς γὰρ οὐ; *quomodo enim non?* scilicet iambicus versus adhuc egebat tribus syllabis, quas sic explevit poëta. Cujus ingeniolum, qua sibi maxime placuisse videtur, sententia Choro (v. 313. s.) tributa, ea est ineptissima:

> Ὅταν πολίταις εὖ σταθῶσι δαίμονες,
> Ἕρπει κατάντης συμφορὰ πρὸς τἀγαθόν.

Quibus utut verum contineatur et bonum sapientiæ effatum: tamen quivis videt, illud non convenire tempori, quo profertur. Quum enim adveniret Rhesus, restitutæ jam erant Trojanæ res per Hectorem, qui superiori die profligaverat funditus Græcorum exercitum. Igitur non nunc demum calamitas Trojanorum dici poterat in felicitatem mutari, cum adesset Rhesus; nam meliora jam omnia erant. In varia autem dramatis incidi loca, quæ opportunam darent poëtæ occasionem addendi in universum quædam præcepta, v. g. de fugienda jactationis vanitate, de levitate fortunæ eaque constanter ferenda, de vita, quæ liberis careat, præferenda numerosæ soboli [a]. Quæ omnia cum Euripidis ingenium haud dubie persecutum fuisset copiosissime, et nec hac in re similis esset Rhesus fabulis Euripideis; recte mihi etiam hinc colligere videor, eum ab Euripide proficisci nullo modo potuisse.

§. VIII. Sunt [b], qui et inde argumentum contra Rhesum hunc petant, quod, cum Euripides semper fabulis præmiserit longiores prologos, iambico metro scriptos, quibus totum dramatis argumentum exposuerit, id secus sit in hac fabula. Sed quominus illud valeat, facit hoc, quod videtur prologus hujus dramatis, librariorum temporisve culpa, intercidisse, et sunt aliquot ejus versus in codicibus reperti [c]. Idem accidit Iphigeniæ in Au-

a De ἀπαιδίας commodis dicuntur nimis pauca, v. 978. ss. in quibus exponendis Euripides, si bene eum novi, fuisset multo uberior.

b Ut Hardionius.

c Vid. supra p. 265. n. c.

d Ἡ περὶ τὰ μετάρσια δὴ ἐν αὐτῷ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ.

lide, certe Euripideæ fabulæ, cujus initium periisse bene docuit Musgravius. Contra vero auctor argumenti Rheso præfixi drama Euripidi propterea censet vindicandum, quod insint quædam astronomica[d]. Quæ observatio, quum haud dubie ad v. 525. ss. pertineat, illum locum, qui varias peperit Virorum doctorum quæstiones, examinabimus. Verba sunt:

> *Δύεται σημεῖα, καὶ ἑπτάποροι*
> *Πλειάδες αἰθέριαι·*
> *Μέσα δ' αἰετὸς οὐρανοῦ ποτᾶται.*

Quæ continere descriptionem temporis, quod proxime antecedit diluculum, apparet cum e tota illa fabula, tum inprimis e verbis, quæ sequuntur v. 531. s.

> *'Αὼς δὴ πέλας, ἀὼς γίγνεται —*

Convenit etiam cum his Propertii locus[e]·

> Et jam quarta canit venturam buccina lucem,
> Ipsaque in Oceanum sidera lassa cadunt.

Unde patet, verba nostri poëtæ, *Δύεται — σημεῖα*, de siderum occasu esse explicanda. Neque tamen eodem modo accipienda sunt, quæ sequuntur: *καὶ ἑπτάποροι Πλειάδες αἰθέριαι.* Nam etsi non assentior Miltono, qui *αἰθέριαι* exponit *matutinæ*, propterea, quod *αἰθέριος* non hoc sensu frequentatur poëtis, verum *ἠέριος*, ductum ab *ἦρι*, *mane*, et quod *αἰθέριαι* per se non potest significare, *mane oriuntur*; etsi igitur *αἰθέριαι* potius interpretor, *in æthere sunt*, h. e. *cernuntur:* tamen non negandum credo, describi Vergiliarum ortum. Scilicet verno tempore, quod, ut e commemoratione lusciniæ canentis apparet, indicatur h. l.[f], mane, solis ortum præveniunt Vergiliæ, aquila culminante, ac emergente luna, [nam v. 530. est: *Οὐ λεύσσετε μηνάδος αἴγλαν*] quod quidem in quadrante ultimo contingit; et videtur Tragœdiæ auctor ad stellarum situm, qualis erat ipsius ætate[g], non qualis erat Trojanis temporibus, respexisse. Thargelionis igitur Metonici vicesimo circiter die, ac sub quadrantem ultimum lunæ, heliacus

e Eleg. IV. 4. 61. s. conf. Virg. Æn. II. 9.

f Vid. supra sect. 3.

g Ne quis inde se putet auctorem fabulæ colligere posse, moneo, primum definiendum fore, an observata hæc omnia accurate sint.

ortus Pleiadum accidit. Tum, cum Pleiades orirentur, etsi aquila jam aliquot gradibus ultra meridianum erat evecta, tamen recte dici poterat *μέσα ποτᾶσθαι* [a], cum *μέσος* non semper de eo dicatur, quod plane est in medio, sed etiam de eo, quod est paullo longius provectum [b].

Jam vero quæri potest, num inde, quod designatur auroræ instans adventus per siderum ortum occasumque, recte colligatur, Euripidem esse fabulæ auctorem. Atque primum quidem constat, Euripidem fabulis suis interdum admiscuisse quædam astronomica, fere parum accurata [c], sed hoc non fuit ipsi proprium, verum alii etiam poëtæ hic atque illic nonnulla de sideribus cecinerunt; neque aliter poterat fieri tum, quum siderum quorundam ortus occasusve, ad tempus, regionem, horam, definiendam, opera et negotia peragenda [d], observaretur ab omnibus diligentius, quam nunc, ubi aliæ sunt temporis locorumque notæ, observari solet. Deinde in promtu est, auctorem Rhesi in his imitatum esse locum Homericum, supra jam adlatum [e], in quo cum astra in universum nominata deprehendisset poëta noster, substituit iis certorum siderum nomina. Ergo nec hoc modo vindicari Rhesus Euripidi potest.

a Hæc non mea sunt, sed Petavii in Dissertt. Variis ad calcem Uranolog. Lib. V. c. 14. p. 221. ss. Potuisset idem forte astronomicis rationibus confici, si aut otium fuisset, aut operæ pretium facturus visus essem. Suadeo tamen, ut, qui hæc examinare accuratius velint, consulant, multis huc quoque pertinentibus computationibus refertam, Costardi disquisitionem super ætate Homeri et Hesiodi (*A Letter concerning the ages of Homer and Hesiod, by George Costard,* in Philosoph. Transact. Vol. XLVIII. P. II. p. 216. Ed. Witt.) quam indicavit mihi Cl. Borzii humanitas. Verbum *ποτᾶσθαι*, ut Lat. *volitare*, est verbum admodum conveniens figuræ aquilæ, sideris borealis inter Herculem et Delphinem. Sic Manilius v. 349. ss. (ed. Bentl.)

Hinc imitata nitent cursumque habitumque sagittæ
Sidera: tum magni Jovis ales fertur in altum,
Assueto *volitans* gestet ceu fulmina mundo
Digna Jove, et cœlo, quod sacris instruit armis.

In his v. 351. exhibui Bentleii emendationem. Vulgo perperam erat *mundi.* Sed male interpretatus est idem V. D. hæc verba sic: volans expansis alis, ceu gestet fulmina cœlo assueto; cui scilicet per diuturnas operas assueverat. At mundo assueto potius est, mundo, qui assueverat fulminibus. Sequens autem versus vix genuinus, certe integer non esse, videtur. Qua ratione dicatur aquila cœlum armis sacris (i. e. fulminibus) instruere, non intelligo. Cæterum Pleiadas, stellas 7. in dorso Tauri, sex tantum apparere dixit Aratus, v. 258. qui tamen et ipse *ἑπταπόρους* appellat (cf. Eratosth. Catast. c. 14. p. 111. ed. Galei.), Ptolemæus quatuor, v. H. Grotius Not. ad Imagg. in Syntagm. Arateor. p. 46.

b V. P. Wessel. ad Herodot. p. 118. 51.

c V. Scalig. Castigg. in Catull. p. 92. Talis locus est init. Iphig. Aul. ubi dicitur *Σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου Πλειάδος ἀΐσσειν*, qui tamen longius inde remotus est. Unde Musgr. locum istum tentavit. — Accuratiora dicta de sideribus in Rheso sunt, et testantur poëtam astronomiæ sa-

§. IX. In eodem Rhesi argumento dicitur fabula referre ingenium Sophoclis [f]. Sed æque recte illi, ac Euripidi, tribui posse videtur. Sophocles enim optimo semper modo disponit fabulam, quæque ejus tragœdia unam sistit nobis actionem, et ita, ut nihil alieni, ab initio ad finem fabulæ, admisceatur, cohæreant omnia, et ad verum quam proxime accedant. Deinde res, quas tractant Sophocleæ fabulæ, sunt ejusmodi, ut spectatores Atticos facile possint capere; personæ autem ita loquentes agentesque introducuntur, ut loqui eos et agere natura ipsa jubebat. Denique etsi in affectibus concitandis augendisque non est tam eximius, in præceptis sapientiæ non tam copiosus, quam Euripides: tamen et de virtute præcipere, et commovere spectatorum animos non raro solet [g]. Unde apparet, Rhesum, etsi in nonnullis, verbis nempe et brevitate sententiarum, imitatur Sophoclis tragœdiarum naturam, tamen ab iis longissime distare, si fabulæ dispositionem, si rerum gestarum modum, si mores, si miserationis affectus, spectaveris [h]. Æque indigna est hæc fabula, quæ ab Æschylo scripta esse credatur. Nam et huic fuerunt, qui tribuerent. Convenit Rhesus cum fabulis Æschyli troporum audacia verborumque novitate, sed non adest

tis peritum. Conf. Scal. Prolegg. ad Manil. p. 6. s.

d V. Arat. Diosem. init. et Phænom. v. 6. ss. ubi v. 13. ὡράων recte se habet, neque cum cod. Mosqu. (ap. Matth. Lectt. Mosqq. T. I. p. 95.) scribendum ὡραίων. Idem Aratus de Pleiadibus singulatim cecinit v. 266. hæc:

> Ὅς (Ζεὺς) σφίσι καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος ἀρχομένοιο
> Σημαίνειν ἐκέλευσεν, ἐπερχομένου τ' ἀρότοιο.

e Il. κ'. 251. s.

f τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον ὑποφαίνει (Valck. recte scribit ὑποφαίνειν) χαρακτῆρα.

g V. Sulzer. Theor. V. Sophocles. T. II. p. 1096. ubi inter alia leguntur hæc: "Fast jede der 7. Tragœdien des Soph. verdiente den Namen der Regel dieser Dichtungsart. Wenigstens duenkt uns, wenn das Ideal einer ganz vollkommnen Tragœdie zu entwerfen wære, dass man es nicht besser entwerfen kœnne, als wenn man die Stuecke dieses Dichters zum Muster dazu næhme." Rhesi nemo sequetur exemplum, nisi qui ejici velit.

h Conf. Valck. Diatr. p. 95. Nemo, credo, hoc Sophocleum esse dicet, quod Rheso deest prologus, cum id librariorum forte culpæ tribuendum esse monuerim. Undecim etiam illi versus, quos antea e cod. Florent. adduxi, non conficiunt totum Rhesi prologum, sed sunt tamen pulchriores, quam ut ab librario facti esse possint, et referunt Sophoclis orationem ita, ut Valck. (p. 94. s.) censeat, si totum drama ita sit scriptum, illud Sophocli non posse non adscribi. Ipsi tamen hi versiculi non cohærent cum iis, quæ postea apud auctorem Rh. sequuntur, nec similes sunt reliquis fabulæ versibus, ita ut propemodum credam, non esse versus illos ab auctore fabulæ, sed ab alio quodam, additos. Hoc quomodocunque se habeat, apparet saltem, non posse super prologo in alterutram partem disputari, nec cum Hardion. dici, fabulam non satis esse longam.

Æschylea illa actionis simplicitas, non vehementia in movendis animis, non sublimitas et magnitudo in characteribus sermonibusque personarum, quæ omnia in Æschylo, interdum nimia, reperiuntur [a]. Itaque auctor fabulæ noster conjunxisse quidem videtur, et vel superasse, vitia Tragicorum illorum omnia, Euripideam dispositionem fabulæ interdum parum commodam, Sophoclis brevitatem in præceptis, in affectibus moderationem, Æschyli grandiloquentiam, virtutum autem insignium, quibus splendent, nullam exprimere valuit. Et putemus, tragœdiam nostram proficisci ab ullo illorum potuisse?

§. X. Sed, quod omnem rem conficere videtur, mores personarum non recte pinxit, et ne adumbravit quidem, ut decebat poëtam, auctor hujus dramatis; jussit principes in fabula homines ea et dicere et facere, quæ ingenio eorum, quale haud dubie fuisse natura rei, ratio heroicorum temporum, et Homerus, docent, parum convenirent; denique nullum eorum, quos in scenam introduxit, exhibuit aut eximie bonum, aut præcipue malum: unde nec hoc modo vel allicere spectatores et capere, vel in eorum animos agere et prodesse iis, fabula potuit. Quum vero ea sit animi humani natura, ut imitari facile, quæ placent, aliorum recte sensa et dicta et facta, fugere, quæ his contraria sunt, soleat; quum exemplorum virtutis et vitii major sæpe, apud eos inprimis, quorum non satis culta mens est, vis esse reperiatur, quam præceptorum omnium: profecto apparet, dramaticum poëtam, qui prodesse spectatoribus velit, hoc sequi debere, ut exempla proponat virtutum et vitiorum animique commotionum luculenta, et ut, quæ inde fluxerint bona malave, clare doceat, atque hoc modo efficiat, ut spectatores rapiantur ad

a Vid. Sulzer. V. Æschylus. Quinctil. l. l.

b V. Sulzer. V. Character. T. I. Theor. Art. p. 195. ss. et V. Tragœdie T. II.

c Legi nuper in ephemeridibus quibusdam hoc censoris, non philosophi, sed versificis, judicium: Durch tragische Situationen, und nicht durch die Charactere, wie manche izt zu glauben scheinen, (sed jam antiquitus omnes ita putarunt boni poëtæ,) wird das Interesse der Schauspiele bewirkt.

d Verba ejus T. I. p. 196. præclara sunt: Wer fuer Kinder und fuer schwache Koepfe schreibt, der magimmer sein Werk durch tausend seltsame Begebenheiten und Abentheuer unterhaltend zu machen suchen; aber fuer Mænner muessen die Charactere den vorzueglichsten Theil des Werks ausmachen. Add. Idem V. Tragœdie, T. II. p. 1174. ubi docet, descriptionem morum majoris esse momenti, quam ipsam fabulam. et T. II. p. 701. egregie contra recentiores dispu-

virtutes, pulchritudine earum ducti, vitia aversentur et ab iis avellantur [b]. Neque enim ferri recentiorum quorundam sententia potest, qui censent, tragœdiæ vim omnem pendere a tragicis casibus, nullam a descriptione morum et characterum [c]; a qua opinione longissime discedunt cum ii, qui præcepta dramaticæ artis scripserunt egregie, ut Sulzerus [d], tum ii, qui nostra etiam ætate fabulas ediderunt omnibus probatas, summi poëtæ [e]. Et discedere eos jussit ipsa dramaticæ poëseos indoles. Quid enim? nonne ejus primarius finis recte habetur, et habitus a doctissimis semper est hic, ut prosit, hoc est, ut delectet et recreet spectatores, et ut sensus virtutis cujusque in iis excitet? Sunt, qui id spectare tragœdiam velint, ut placeat [f]. Non repugno: verum contendo, nihil placere posse, nisi quod quocunque tandem modo utilitatem afferat. Nam placet propterea, quoniam utilitatem, quæ et ipsa complectitur voluptatem, affert, vel afferre creditur. Et cum omnibus hominibus in omni vitæ et actionum genere finis propositus sit ipsorum aliorumque utilitas: quis negabit, eundem finem sequi debere Tragicum poëtam, hoc est, operam dare, ut et delectet spectatores lectoresve, et prosit iis? Initio quidem, quum rudis adhuc esset tragœdia, nihil aliud secuta esse videtur, quam ut recrearet homines more aliorum ludorum. Sed quum magis expoliretur, ipse ejus finis altior esse cœpit, et propius vitam hominum atque mores spectare. Tum enim tragœdia, quippe quæ refert facta hominum et fata, cogitata eorum et sensus monstrat, commotiones earumque vim ostendit, res vitæ communis exponit, etiam sic prodesse cœpit, ut emendare studeret vitam hominum. Unde sequitur, hanc morum emendationem [g] esse et ipsam poëtæ Tragici finem. Sequitur igitur tragœdia ex parte idem, quod

tat, qui miserationis affectus quam maxime augendos censent. Cf. Id. p. 990. V. Ruehrend. Non dissimilia tradidit Plutarch. A. Poët. 10. p. 66. ed. Kr.

e Unum nominasse sufficiat recentissimum Chr. Fel. Weissii, ingeniosi poëtæ, drama Johannis Calasii nomine inscriptum.

f V. C. Hissmannus, Professor Göttting. eruditiss. in Abh. ueber den Hauptzweck der dramatischen Poësie, im deutschen Museo A. 1777. mens. Dec.

g Moralische Bildung. Ubi Æschylus quærit in Arist. Ran. 1040. *τίνος οὕνεκα χρὴ θαυμάζειν ἄνδρα ποιητὴν* (i. e. Tragicum;) respondet Euripides:

Δεξιότητος καὶ νουθεσίας, ὅτι βελτίους τε ποιοῦμεν
Τοὺς ἀνθρώπους ἐν ταῖς πόλεσιν.

historia, et hactenus nonnisi modo differunt, quo utraque ad eundem pervenit finem. Quæ si vere dixi; neque vero puto iis inesse quicquam, quod veritati ullo modo repugnet; in promtu est, tragœdiæ auctorem debere fabulam justis morum descriptionibus, tanquam luminibus quibusdam, distinguere et ornare. Neque enim aliter spectatores adducere recte ad virtutes, avocare a vitiis (h. e. prodesse), potest, quam si exhibeat homines, et virtutum ornamentis splendentes, et vitiorum maculis contaminatos, et ita quasi pingat, ut illos admirari atque sequi, hos aversari et fugere, cogamur [a]. Quod ut eveniat, primum magnam vim habebit, si poëta conjunxerit eodem loco contrarios variorum hominum mores (entgegengesetzte Charactere;) id quod docuit etiam contra DIDEROTUM [b] SULZERUS [c], V. C. Unde Homerus in eadem re, quam tractat Rhesus, exponenda, plane opposita descripsit Ulyssis Diomedisque et Dolonis ingenia. Deinde poëtæ non licet mores cujuslibet hominis fingere pro lubitu, sed debent dicta atque facta, quæ iis tribuit, fluere sponte ex eorum ingenio, et non inter se diversa esse atque contraria; mores, quos describit, debent illis proprii esse, et convenire genti, tempori, ætati, vitæ generi, conditioni denique, qua est is, qui exhibetur. Itaque si homines ex heroicis temporibus inducuntur, oportet ita comparatos esse, ut fuisse illa ætate verisimile est [d], et ut Homerus descripsit; unde Euripides eum et naturam ducem hac quoque in re plerumque [e], quantum vidi,

Et Plutarchus de Aud. Poët. c. 1. jubet nos in poëmatis ἐν τῷ τέρποντι τὸ χρήσιμον ζητεῖν. Pluribus Batteusius et Ramler. (Einleit. i. d. sch. W. II. p. 297. ss.) disputant, ut demonstrent, tragœdiæ finem non hunc esse posse, ut virtutem doceat, cum in ea sæpissime scelesti feliciores sistantur probis hominibus. Recte. Universa actio per se spectata sæpe non eum assequitur finem. At nonne eadem tamen ostendit incommoda nimiarum animi commotionum, nonne omnium rerum humanarum inconstantiam docet, clamat, regi fata hominum a numine, suadet constantiam in rebus adversis, et quæ sunt talia plura, ad emendationem hominum multum facientia. Hinc intelliguntur verba Aristot. Poët. c. 6. δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν. Liberat spectatores ab his nimiis commotionibus, dum eos adsuefacit humanæ miseriæ et periculis, quæ aliorum exemplis intuentur. Plura super hac re disputavit Cel. Harlesius, fautor maximus, in nuperrima libelli hujus editione (p. 40. ss.) qua uti adhuc Ipsius luculento beneficio contigit. Idem copioslus super hoc toto argumento de moribus tragœdiæ exposuit in Append. 2.

a Neque enim tantum mali describi mores, sed etiam boni, debent; oportet poëtam honestatis quoque et virtutis, non solius vitii, exempla proponere, (cf. Plut. de Aud. P. c. 7. p. 48. ed. Kr.) ne scilicet, quod Plato exprobrabat tragœdiæ, malis moribus adsuescerent spectatores. Inprimis vero etiam ii, quibus mali quid accidit, non fingendi sunt vitiosi; alias

secutus est; at noster poëta nunquam. Igitur nunc, postquam ea disputavimus, quæ præmitti necesse erat, quales finxerit Rhesi auctor homines, videbimus, ut etiam sic appareat, eum non fuisse philosophum, qualis tamen erat Euripides.

§. XI. Inter omnes primus occurrit Hector, qui, auctore Homero, fuit fortissimus imperator, fortitudine tamen magis, quam prudentia, excellens. Et usus quidem docet optime, summos etiam duces nunc consilio tantum et providentia, nunc audacia et constantia[f], præstare. Unde Æneas v. 107. s. recte dicit:

ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας,
Σοὶ μὲν μάχεσθαι, τοῖσδε βουλεύειν καλῶς [g].

Homerus autem Hectorem non finxit ostentatorem et temerarium militem, qualis in hac fabula cernitur. Sic quum nunciatum esset, multos in castris Græcorum accendi ignes, sine causa idonea suspicatur, eos fugam moliri[h], et partim jam certus est, hostium plurimos iri adhibitum ad agros Phrygios colendos (v. 75.), partim Æneam jubet arma capere (v. 90.), quum, an pugna committenda esset, ignoraretur. Sed major ejus temeritas in eo est, quod gregis pastorem, de adventu Rhesi dicturum, repudiat ea sola de causa, quod eum de oviculis locuturum putat, et quod rustici sunt imprudentes[i]. Jam, etsi a plerisque

enim non afficit spectatores eorum calamitas, qua digni esse videantur.

b Dans son Traitè sur la poësie dramatique.

c L. l. p. 198. Vom Nutzen entgegen gesetzter Charactere bey einander.

d Sæpius Aristot. repetiit, exhibendos esse heroas, *οἵους δεῖ εἶναι*, sed auctor Rhesi turpiter hanc legem neglexit. Valck. Diatr. p. 98. Dicta etiam, factave, mala convenire debent ingenio eorum, quibus tribuuntur. Plut. de Aud. Poët. c. 3.

e Sine causa Euripides Dionysio H. in Vett. Scr. Cens. T. V. p. 423. dicitur *τὸ πρέπον καὶ κόσμιον πολλαχοῦ διαφυγεῖν*.

f Cf. etiam Iliad. I. 260. ss. et locos alios ap. Valck. Diatr. p. 99.

g Secutus sum Steph. et Valck. emendationem probabilem. Mallem etiam *τοῖς δὲ* disjunctim scribi, ob præcedens *μὲν*, si constet a Tragicis poëtis *ὁ* pro *οὗτος* poni. Cæterum poëta noster in his imitatur orationem Polydamantis Il. 13. 726. ss.

h Hæc defendi possunt, si poëta sic voluit magnitudinem fortunæ Trojanorum bellicæ clarius exprimere, quo subita ejus mutatio spectatores magis afficeret.

i V. 260. ss. In hoc colloquio mallem v. 270. scribi *Μάχαι πρὸ χειρῶν* (scil. *εἰσὶ*) *καὶ δόρη βαστάζομεν*. Vulgo *Μάχας* — Scio, interdum unum verbum duobus addi substantivis, quorum uni tantum convenit (v. Wessel. ad Herod. p. 329. 53. et ad D. S. T. I. p. 270. s.) sed, si ea ratio h. l. valeret, non addi debebant verba *πρὸ χειρῶν*. neque enim ferimus rem *ante manus*, sed *in manibus*.

veterum servi notantur, ut nimium loquaces; quam in rem præter alios est locus Eurip. Iphig. Aul. 313. μακρὸς δὲ, δοῦλος ὢν, λέγεις λόγους[a], ad quem similes laudavit Markl.; tamen hæc servilis garrulitas non poterat prudentem virum impedire, quo minus quædam ab isto servo dici pateretur. Hector, qui hic tam temere multa dicit, quantum a se mutatus, quam prudenter, loquitur v. 470. ss., ubi sibi sufficere monet, si Græci repellantur, non se Græciam infestaturum esse, neque eam facile posse expugnari. Præterea Hector apud Nostrum gloriatur[b] victoria a se reportata magis, quam bonum imperatorem oportebat, et certius credit, omnia sibi bene esse successura[c], quam rerum humanarum levitas patiebatur. Itaque et Doloni promittit Achillis equos[d], quorum dominum nondum vicerat, secus ac apud Homerum, ubi Hector ipse offert equos præstantissimos Græcorum speculatori, sed Dolon postulat Achilleos[e]. Huic superbo ingenio non convenit, quod v. 52. dicit, Chorum nuntiare φόβον, quum ipse certe non credere posset, timenda esse, quæ narrabantur. Illa autem ipsa Hectoris jactantia atque tumor peperit inhumanitatem erga Rhesum, amicum veterem, quam etsi libertatis dicendi, atque veritatis, amore tegit (v. 417): tamen magnum virum non decet exprobratio beneficiorum vel ingrato homini tributorum, qualis legitur v. 403. ss. Ni-

a Nolim ibi post λόγους addi interrogationis notam cum Markl. Vox δοῦλον hinc forte restitui potest Sophocli, ubi vulgo legitur: οἴμ' ὡς λάλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ. Antig. v. 320. Ubi, si etiam Brunckio, viro summo, δοῦλον legendum placuerit, haud dubie illud verum videbitur.

b V. 56. ss. 316. ss. Apud Hom. gloriam suam et fortunam plerumque derivat a Jovis auxilio (Il. 11. 288. 15. 490.) nec ullum emittit paullo jactantius verbum, nisi in pugna vel adversus hostes (Il. 13. 824. ss.) vel ad confirmandos suorum animos (Il. 15, 718. ss.) unde Philostrat. Her. c. 12. p. 722. Olear.: ὁπόσα κομπάζει ἐν τῇ τοῦ Ὁμήρου ποιήσει ὁ Ἕκτωρ, ἀπειλῶν τοῖς Ἀχαιοῖς τὸ ἐπὶ τὰς ναῦς πῦρ, πάνυ φησὶν (Protesilaus) ἐοικέναι τῇ φορᾷ τοῦ ἥρωος. Omnino in Homericis heroibus non reperitur illa in gloriando immoderatio et insolentia, atque, si quando gloriantur, faciunt apto loco. V. Riccii Diss. de jactatione Homericorum heroum, quæ est XV.

c V. 73. 987. ss.

d V. 173. ss. De his equis adhuc infra quædam monebo.

e Il. κ'. 305. ss. et tamen vel Homerici Hectoris verba fuerunt, qui reprehenderent: Eustath. p. 808. 56.: Ἰστέον δὲ, ὅτι φασὶν ἐνταῦθα οἱ παλαιοὶ, μωρότερον εἶναι τοῦ αἰτήσαντος Δόλωνος τὸν ὀμόσαντα Ἕκτορα, ὡς ἤδη καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς ἑλόντα καὶ τοῦ Ἀχιλλέως περιγενόμενον. At ap. Hom. Hector tantum hactenus promittit, si victus fuerit Achilles.

f Fervidum ab Hom. celebratur Hectoris ingenium, sed non præceps; unde vocatur εἴκελος φλογὶ, Il. 13. 688. et l. 15. 605. μαίνεσθαι. In pugna nullum timet periculum; nam præter Neptunum nemo

mium etiam præceps [f] in rebus bellicis peragendis fingitur, v. 145. et in pœna excubitoribus minanda, v. 813. ss. Idemque ille, alibi temerario abreptus impetu, initio fabulæ nimis multis verbis eo tandem adducitur, ut surgat, justo mansuetior est in ferendis et Æneæ acerbe dictis [g] et aurigæ Rhesi vocibus [h], cedit etiam facilius, quam exspectari poterat, aliorum, etiam pastoris, quem contemserat, monitis [i]. Tam inconstans finxit poëta Hectoris ingenium, atque tam parum cognovit naturæ humanæ vim, ut, quæ maxime inter se discreparent, eidem tribueret! Sed, quem ne unica quidem conspicuum fecit virtute, ita etiam poëta exhibuit ab humanitate remotum, ut aliorum calamitatibus non magnopere moveretur [k], ita a summo patriæ amore alienum, ut negaret, se pro ea omnia suscipere [l]; quæ quidem, quantopere dedeceant Hectorem, columen patriæ [m], facile patet, inprimis Homeri lectori assiduo.

Temeritatem Hectoris corrigit Æneas, cujus sapientia sæpe juvit Trojanorum res [n]; sed monita ejus [o] sunt nimis inhumana et rudia, interdum etiam inepta [p]; atque superbia Æneæ dictorum, quam Barnesius, nescio quo modo, prudentiam vocat, est vix ferenda. Longe hinc distat imago Æneæ, quam Homerus et Virgilius pinxerunt.

Dolon prodit oratione sua apud Nostrum poëtam animum ad-

ei par est (Il. 14. 391. 12. 466.) ruit eo, ubi maxima cædes fit, confidit robori suo; neque tamen ap. Hom. quidquam temere facit, et sic, ut in nostro poëta.

g Longe aliter respondet Hector ap. Hom. Il. μ'. 230. ss. Polydamanti multo humanius eum admonenti.

h V. 853. 865. 871.

i V. 137. 345. Homerus eum fingit cedere nescium Il. 13. 726.

j V. 867. 949. ss. quorum locorum priorem (Μὴ θνῆσχ'· ἅλις γὰρ τῶν τεθνηκότων) ineptum et frigidum esse nec Musgr. negare potuit, unde emendare studet.

k V. 152. s. Quam rectius ap. Hom. Il. 12. 243. Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.

l Elegans de eo et verum Senecæ dictum Troadd. 124. ss.:

Columen patriæ, mora fatorum,
Tu præsidium Phrygibus fessis,
Tu murus eras; humerisque tui
Stetit illa decem fulta per annos.
Tecum cecidit, summusque dies
Hectoris idem, patriæque fuit.

m Philostrat. Her. c. 13. p. 723. Αἰνείαν refert τούτου (Hectoris) μάχεσθαι ἧττον, συνέσει δὲ περιεῖναι τῶν Τρώων—ἐκάλουν δὲ οἱ Ἀχαιοὶ τὸν μὲν Ἕκτορα, χεῖρα τῶν Τρώων, τὸν δὲ Αἰνείαν, νοῦν· καὶ πλείω παρέχειν αὐτοῖς (Græcis) Αἰνείαν σωφρονοῦντα, ἢ μεμηνότα Ἕκτορα. σφοδρὸν δὲ οὕτω τι ἔβλεπεν, ὥστε ἀποχρῶν εἶναί οἱ πρὸς τοὺς ἀτακτοῦντας καὶ αὐτὸ τὸ βλέπεσθαι. Alibi Polydamas dicitur sapientia sua rexisse Hectorem. v. Iliad. 18. 251. s. Periz. ad Æl. V. H. 12, 25. p. 757.

n V. 105—130.

o Huc pertinent, quæ v. 120. ss. de Achille dicuntur, quem bene jam noverat Hector, et qui prœliis tum non intererat.

modum pusillum, nec magna spirantem, atque ab ipso Homero in exemplum hominis abjecti, sed fastuosi, est propositus [a]. Itaque apud utrumque imprudenter loquitur et gerit se, nimium boni eventus securus est, nec patriæ amore, sed præmio, impellendus est ad partes speculatoris suscipiendas [b]. Ubi vero discessit aliquantum ab Homero Rhesi auctor, in ridiculas incidit ineptias. Nam cum Hector offerat (v. 167. 198.) Doloni nuptias filiæ Priami; quo in promisso insunt morum Orientis vestigia [c]; Dolon exhibetur præferens Achillis equos conjugio filiæ regis, quod quivis absonum esse sentit.

Præterea apud Hom. Diomedes et Ulysses constanti sunt animo, nec timent, quæ ipsis impendere possint, mala; sed in Rhesi fabula trepidant, refugiunt [d], vixque a Minerva ad cædem Rhesi compelluntur; nec ullo loco expressit poëta verum Ulyssis ingenium, quam verbis [e]:

Τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ, καὶ νοεῖν σοφός.

Ipse poëtæ Rhesus (nam Homerus nihil de ingenio ejus dixit), quoad refutat Hectoris dicta [f], ferri potest, sed, ubi postea inhumaniter cum Hectore rixatur, et thrasonica ejus gloriatio [g] omnem excedit modum, quis eum non exploserit? Neque vero numina, quæ poëta introduxit, sunt decori observantiora, aut exempla præbent virtutum. Nam Musa imprudenter effutit amores suos, et Minerva ad cædem hominis Græcos cohortatur, quod etsi defendi potest vulgari illa Orientis opinione, quæ, quum nihil numine inscio aut invito geri noverit, quodcunque evenit, deo tribuit, tamen non ita loqui poterat scriptor ejus

a Quamvis neget Woodius (Versuch ueber das Originalg. des Homers, p. 262.), Homerum Græcis favisse magis, quam Trojanis: illud tamen certum videtur, eum in universum facere Græcos prudentiores, fortiores, meliores, Trojanis. conf. Isocr. Paneg. c. 42. p. 116. ed. Mor. Sic h. l. ubi idem injunxit Doloni et Diomedi munus, hic nullam petit mercedem, summum adit periculum communis utilitatis spe ductus, Dolon flagitat præmium, et vel jurejurando sibi promitti jubet; Diomedes non jactat facinora a se patranda, sed implorat numinis opem, Dolon ostendit, se in ipsa hostium castra et regis tentorium esse penetraturum, ille socium sibi adjungit, hic solus abit, ubi sibi occurrunt, hic timidus est et supplex vitam petit, Græci fortes. conf. Eust. p. 808. T. II.

b Hunc Dolonis animum excusat quodammodo temporum ratio. Patriæ amor non tangit nisi exculta litteris ingenia; rudes homines, qualis Dolon et plerique tum temporis Græci atque Trojani, ad magna facinora incitat vel lucri spes, vel vindictæ studium, vel ferox gloriæ cupiditas. Rectius tamen potuit servus, qui nuncius venit, in Heraclid. 888. libertatis præmium flagitare.

ætatis, qua multo meliora de deo sentiebant plerique, hoc est, Euripideæ. Sed suadet Minerva etiam exemplo suo fraudulentiam et fallaciam [h], quod est turpissimum poëtæ peccatum.

Idem nec aurigam commendare spectatoribus potuit, ulla re, quam hoc, quod clade domini valde movetur, et vel magis, quam sua; sed dedecent eum, quæ (v. 748. coll. 757.) dicit:

Χρῆν γάρ μ' ἀκλεῶς Ῥῆσόν τε θανεῖν.

Neque enim ipsum, servum Rhesi, magna manebat gloria. Tum etiam ipse suam fatetur imprudentiam [i], quod, cum sensisset, adesse quosdam, quos fures putabat, abierit securus dormitum; nec temeritas [k], qua Hectori conviciatur, ullo modo excusari potest. Optimum omnium et maxime probabile est pastoris ingenium, quod unum, cur tam egregie et convenienter finxerit poëta, non video. Quam is egregie describit adventum Rhesi et potentiam [l]! quam prudenter monet, recipiendum esse Rhesum, ut vel conspectus ejus terrorem hostibus incutiat! denique quam simplex est et apertum ejus dictum (v. 267.):

Σκαιοὶ βοτῆρες ἐσμὲν, οὐκ ἄλλως [m] λέγω.

Profecto admirabilis est ob prudentiam atque simplicitatem senex pastor, sed non compensat reliquorum, quos fabula exhibet, imprudentiam et turpitudinem.

§. XII. Unus restat nobis Chorus hujus dramatis examinandus. Atque, ut non repetam, quæ de origine Chori dicta sunt a multis [n] et nota, constat, adhibitum fuisse propterea, ut totius

c Conf. 1 Sam. cap. 18. ubi Davides multo prudentius atque elegantius tales repudiat nuptias, quam hic Dolon.

d V. 561. ss.

e V. 621.

f Bellum Scythicum moræ causam affert, sed aliter narrat Parthenius.

g V. 445. s. 465. ss.

h V. 633. ss.

i V. 775.

k V. 830. ss.

l Inprimis v. 310. ss.

m i. e. *non repugno, concedo.* Hæc est h. l. vis adverb. ἄλλως, quod alias est *frustra*, quo sensu legi mallem in Soph. Antig. 99. ed. Br. ubi nunc est:

ἄνους μὲν ἔρχῃ, τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη.

Scriberem: ἄλλως φίλη, *frustra amica.* Ejus amicitia nihil erat profutura. Alia ratio est locorum, in quibus recte legitur ὀρθῶς φίλος, laudatorum a Valck. ad Hipp. 929. Markl. ad Iph. Taur. 611.

n Vid. Pollux Onom. Oderici Epistola de marmorea didascalia in urbe reperta R. 1777. 8. Rambach, V. Cl. in P. III. extr. Archæologiæ Potterianæ, etiam Sulzer. Theor. T. I. p. 200. ss. ed. prim. qui tamen, ubi scribit, Chori cantica semper de moribus egisse (ihr Gesang war allemal moralischen Inhalts), errat haud dubie.

rei exhibendæ esset particeps, consuleret, hortaretur, moneret, consolaretur, judicia spectatorum de re gesta adjuvaret, miserationem eorum vel excitaret, vel augeret, virtutis præcepta exponeret. Et Euripides quidem Chori usus interventu plurima dixit patriæ et singulis civibus utilissima. Sed hac etiam in re dissimillimus Euripidi est Rhesi auctor. Apud quem Chorus, excubitoribus constans, temere stationem deserit, unde et ab Hectore reprehenditur [a], est subtimidus [b], quod militum ingenio repugnat, et, ubi non decebat, efflatus victoria [c], Hectorem imperatorem indecenter vituperat [d], nimisque extollit Rhesum [e], cui infensum esse dominum non ignorabat. Oratio autem ejus, qua vel Hectoris consilia [f] excipit, vel Rhesi dicta [g], vel aurigæ narrationem [h], vel Musæ luctus [i], est frigidissima, nec aut docere spectatores, aut movere, potuit. Denique, quum soliti sint summi poëtæ, inserere subinde cantica Chori, a re, de qua potissimum agitur, aliquantum remotiora, et vel e populari philosophia, vel ex antiqua Græcorum historia, repetita, hic quoque illorum vestigia deserit auctor Rhesi, nec Chorum inducit de re quadam aliena canentem, nisi huc quædam de Ulyssis calliditate, v. 902. ss. admodum jejune et temere dicta referre velimus; quæ, si quis cum elegantissimis Sophoclei Chori versibus [k] de hominum sollertia et vi, aut similibus Chororum Euripidis cantilenis, comparaverit, non negare poterit, Rhesum nec ab hoc, nec ab illo, compositum dici recte posse.

§. XIII. Sunt et alia, quibus idem evincere student, argumenta, ducta ex scribendi genere, quo Rhesi auctor utitur, sed

a V. 19. 523. ss.
b V. 36. 79. s. 557.
c V. 47.
d V. 76. melius v. 323.
e V. 342. ss.
f V. 130. 195.
g V. 455. ss. ubi Chorus nihil aliud dicere debebat, quam deprecari invidiam ostentationis Rhesi, vel gratulari fortunæ Trojanorum.
h V. 801. ss.
i V. 901.
k Antig. 332. ss.
l Suppl. 438. et Med. 546. ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων. add. Bacch. 1006. coll. Med. 53. Markland. ad Suppl. 1219. Valck. ad Hippol. 889.
m V. Valck. ad Hippol. 1052. Heracl. 491. coll. 409. Ion. 266. coll. 276.
n V. 380. coll. v. 40. 1321. coll. 468. (in not.) Conf. Pierson. Veris. p. 57. ss. qui plerosque horum versuum repetitorum spurios esse censet.
o V. 18. c. 37. 129. coll. 141. 391. c. 420. 539. c. 558. 1. c. 24. 23. c. 84. et 99. 72. c. 100. 752. c. 102. 594. c. 598. 740. c. 748. 746. c. 775. 933. c. 398. 953. c. 934. 669. c. 146. 13. c. 17.
p V. 19. 89. 138. 675.
q Homerus νύκτα ὀρφναίην appellavit, ut

prioribus illis leviora, et ex parte lubrica; unde, quum inprimis res omnis jam confecta nobis esse videatur, non diu iis immorabimur. Atque primum quidem hoc est, quod eædem loquendi formulæ, eadem verba, in Rheso sæpius et ad tædium usque repetuntur; quod quidem paupertatem ingenioli auctoris testatur, qualis in Eurip. non cadit. Nam etsi facile in Homero tales ferimus repetitiones propterea, quod antiquissimum legimus poëtam, cujus ætate lingua æque ac mens coli demum cœperit: tamen, ubi jam ad summam perducta erat ubertatem lingua Græca, sterilis est ingenii, orationem non variare. Non nego, ipsum quoque Euripidem easdem formulas, eadem dicta, vel in diversis posuisse tragœdiis [l], vel etiam in iisdem [m] repetiisse, quod inprimis facit in Medea [n], quam præ cæteris imitatur hac in re Rhesi auctor. Illud vero confidenter nego, in ulla antiqua tragœdia easdem locutiones tam frequenter, tamque pluribus vicibus repetitas legi, quam in Rheso [o]. Sic formulam *κινεῖν στρατιὰν* quater [p] adhibitam inveni. Et innumeris fere locis adhibuit, Euripidi non adeo frequentatum, Homericum vocabulum *ὄρφνη* [q] formulamque *κατ' ὄρφνην* [r], aut, ubi illam metrum non ferret, *κατ' εὐφρόνην* [s], et ipsum non adeo usitatum.

Alterum est, quod in Rheso leguntur ea verba et dictiones, quibus usi sunt Homerus, Æschylus, Sophocles, et Euripides; cujus generis exempla complura in subjecta nota [t] afferam; ita ut videatur auctor Rhesi, ipse in Græca lingua non admodum exercitatus, diligenter lectitasse poëtarum illorum scripta, atque hoc modo suum consarcinasse drama. Quæ quidem omnia sunt ejusmodi, ut, cui jam persuasum sit, Rhesum non esse Euripi-

distingueret a nocte, quam nubila efficiunt, auct. Eustath. T. II. p. 805, 16. Legitur sic *νὺξ ὀρφναία* in historia Rhesi Il. *κ'*. 83. 276. 386.

r V. 566. 674. &c. etiam *ἀν' ὄρφναν* 42. 69. *δι' ὄρφνας* 693. 741. Æschylus hoc voc. usurpat in Arist. Ran. 1365.

s 733. 849. 92. *ἐν εὐφρόνῃ* 613. 821.

t Conf. Barn. ad Rhes. 150. 425. 549. 618. 720. 906. Valck. ad Hippol. 1389. V. 520. *ἐγερτὶ*, quod et Soph. Antig. 419. in Hom. Il. *κ'*. 182. *ἐγρηγορτί*. *Ἀμείβεσθαι λόγοις* v. 649. ut Hippol. 84. *σπουδῇ ποδὸς* v. 85. c. Hec. 216. ibique Brunck. *Πεδαίρειν* v. 368. Æschylo usitatum. v. Barn. *Σκύθης* 427. pro *Σκυθικὸς*, ut Æsch. Prom. 2. *Σκηπτὸς* v. 670. coll. Æsch. Pers. 717. *Ἑστίαν χθονὸς* 284. et Æschyl. Suppl. 377. *Δεννάζειν* 922. verbum Sophocleum, *Νυκτηγορεῖσθαι* v. 89. Æschyleum. *Ἕδρα βλεφάρων*, ut *ἴτυος ἕδρα* Electr. 458. V. 53. *νυκτέρῳ πλάτῃ αἴρεσθαι φυγὴν*, ut Orest. 54. *λιμένα—ἐκπερῶν πλάτῃ*, ubi conf. Musgr. et Not. Ed. Lips. V. 867. c. Hecub. 278. *Λάζυσθ'* 874. et Phœn. 1674. *Καρδίαν δεδηγμένοι* coll. Alc. 1119. Hom. Il. *ε'*. 593. Aristoph. Ach. 1. *Δυσθνήσκειν* 792. et Electr. 843. *Αἶθον* 990. et Suppl. 219. Inprimis clausulæ versuum Rhesi multæ leguntur

deum drama, eum facile et hæc moveant, sed qui contrariam tueatur sententiam, is alia omnia inde possit colligere [a]. Nam constat, poëtas omnes studiose esse Homerum imitatos [b], et Euripides non modo ex Æschyli poëmatis [c] multa hausit, sed reperiuntur etiam simillimi versus in ejus et Sophoclis fabulis [d], nescio, utrum casu, an de industria, ita scripti; nec potest de omnibus locis poëtarum, qui inter se verbis conveniunt, dici, unum sua ex altero petiisse. Itaque per se nec propterea, quod in Rheso leguntur Homericæ et Æschyleæ et Sophocleæ et Euripideæ dictiones, auctorem esse Euripidem ita negari potest, ut cogantur omnes assentiri.

§. XIV. Majorem tamen hoc ipsum argumentum vim accipit ex eo, quod universum scribendi genus, quo fabulæ auctor utitur, tota orationis forma, et plerumque diversa est ab Euripideæ orationis charactere, et a se ipsa discrepat sæpissime, estque inæqualis. Senarii enim non ita læves sunt, molliterque fluunt, ut Euripidei, et Chori odæ nunc nimis sublimes sunt atque inflatæ, nunc pedestres et humiles. Sic ubi hoc dicere Chorus vult: *Troja liberata nunc iterum celebrabit festos dies*, utitur his verbis, vel sonis potius inanibus [e]:

Ἆρα ποτ' αὖθις ἁ παλαιὰ
Τροία τοὺς προπότας παναμερεύσει
Θιάσους ἐρώτων
Ψαλμοῖσι, καὶ κυλίκων οἰνοπλανήτοις
Ὑποδεξίαις ἁμίλλαις —

quæ quis recte interpretari poterit? nec singulorum quorundam vocabulorum emendationes a Musgr. propositæ locum reddunt

Euripideæ, ut v. 130. τήνδ' ἔχω γνώμην, ἄναξ.

a Nam Barnesius ex hac convenientia locorum Rhesi quorundam cum aliis Euripideis concludit, fabulam genuinam esse.

b Sic Æschylus τὰς αὑτοῦ τραγῳδίας τεμάχη εἶναι ἔλεγε τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων, Athen. VIII. p. 347. E. et Sophocles φιλόμηρος appellatur ab Eust. ad Il. p. 814, 22. T. II. ed. Rom. Imitatio verborum Homericorum sæpe ad vitium usque progressa est, unde risit eam elegantissimis versibus Strato in Phœnicide ap. Athen. IX. p. 382. s.

c Vid. Brodæus ad Suppl. 673. Markl. ad eand. fab. v. 535. Med. 1368. coll. Æsch. Eum. 175. Heracl. 261. c. Æsch. Suppl. 84.

115. Non displicet Reiskii πάλιν pro πόλιν, modo simul legatur τῆδε. *Musg.*

τῆδε μὴ μόλῃς πάλιν reponit Valck. ad Phœn. 732. quod et Heathio verisimilius videtur, quanquam ferri posse vulgatam putat, cum Trojanorum castra non extra urbis conspectum posita intelligantur.
Beck.

116. ἐν τροπῇ δορὸς;] Ita MS. G. quod verum. vid. Soph. Ajac. v. 1297. Sic μάχης τροπῇ, Æsch. Agamem. v. 1246. Ed. Ald. στρατὸς, et in initio versus περάσει, pro quo περάσεις dedi ex MSS. E. G. *Musg.*

περάσεις et δορὸς jam Hardion. adnotaverat. *Beck.*

Lege περάσεις. *Reisk.*

118. Post ἢν ἄρα ponendum comma. subint. διαβάλωσι. *Si unquam modo trajiciant*, aut *possint trajicere. Reisk.*

122. In cod. Flor. legitur, teste Valck. ad Phœniss. 731.

Αἴθων γὰρ ὡ'νὴρ καὶ πεπύργωται θράσει.
Beck.

126. φυγὴν,] Debetur conjecturæ H. Steph. nam MSS. φυγῇ. Vide, citante Stephano, v. 54. et Soph. Ajac. v. 248.
Musg.

κἂν μὲν αἴρωνται φυγὴν,] Recte hunc locum restituit Henricus Stephanus, ut supra notavimus ad v. 54. Cujus verba huc attexere non gravabor: Dicunt Græci αἴρεσθαι φυγὴν, non φυγῇ, qua dixit forma

Πέμπειν δοκεῖ μοι· κἂν μὲν αἴρωνται φυγὴν,
Στείχοντες ἐμπέσωμεν Ἀργείων στρατῷ.
Εἰ δ' ἐς δόλον τιν' ἥδ' ἄγει φρυκτωρία,
Μαθόντες ἐχθρῶν μηχανὰς κατασκόπου,
Βουλευσόμεσθα· τήνδ' ἔχω γνώμην, ἄναξ.
ΧΟ. Τάδε δοκεῖ, τάδε μεταθέμενος νόει. στροφή.
Σφαλερὰ δ' οὐ φιλῶ στρατηγῶν κράτη.
Τί γὰρ ἄμεινον, ἢ
Ταχυβάταν νεῶν κατόπτην μολεῖν
Πέλας, ὅ τι ποτ' ἄρα δαΐοις

Mittendum censeo: et si parent fugam,
Euntes irruamus in Argivorum exercitum:
Si vero in dolum aliquem ducunt hi ignes accensi,
Cognitis hostium insidiis *ex* exploratore,
Consultabimus: hæc est, O Rex, mea sententia.
Cho. Hæc *mihi* quoque placent. Hæc mutata sententia probo.
Lubrica enim ducum imperia non amo.
Quid enim melius *est*, quam
Velocem cursorem ire naves
Prope, qui exploret, quid demum ab hostibus

131. μετατιθέμενος.

Sophocles in Ajace, ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι. Ideoque, ut supra loco citato Vetus Codex habet αἴρεσθαι φυγὴν, ita hic quoque αἴρωνται φυγὴν repono. Hæc ille. Dicitur etiam κλέος, πόνον, νίκην ἀρέσθαι. αἴρομαι φυγὴν, fugam capesso. *Barnes.*

Ed. Ald. φυγῇ. *Beck.*

128. Εἰ δ' εἰς] MSS. E. G. et Harl. εἰ δ' ὡς. *Musg.*

129. Μαθόντες] Piersonus (Veris. p. 80. qui v. 154. confert) μαθόντος, sed et ferri potest, vel ipso judice, vulgata. *Musg.*

μηχανὰς κατασκόπου,] Scaliger legit κατασκόπους, non, ut mihi videtur, recte. Duriusculum enim erit dicere μηχανὰς ἐχθρῶν κατασκόπους, pro δεδηλωμένας ὑπὸ κατασκόπου. Lego itaque vel disjunctim κατὰ σκοποῦ, pro παρὰ, vel ὑπὸ σκοποῦ, vel potius κατασκόπου, subintelligo ἐκ, ut sit κατασκόπου ἐκμαθόντες. Κατάσκοπος autem speculator optime sonat, et est verbum Thucydidi ac Xenophonti notum. Et legitur v. 125. et sequitur paulo infra ad v. 140. Ἐγὼ δὲ πέμψω πολεμίων κατάσκοπον. *Barnes.*

131. μετατιθέμενος] Lege ob metrum μεταθέμενος.

Pro νόει magis placeret νοῶ, *censeo.*

νόει.] Verecundius foret νοεῖν pro imperativo, more Hesiodi, positum. *Musg.*

Brunck. ad Eurip. Hippol. 847. sic strophen h. l. et antistrophen v. 195. ss. scribi jubet:

Στροφή.

τάδε δοκεῖ· τάδε μεταθέμενος νόει·
σφαλερὰ δ' οὐ φιλῶ στρατηγῶν κράτη.
τί γὰρ ἄμεινον, ἢ
ταχυβάταν νεῶν κατόπτην πέλας
μολεῖν, ὅ τι ποτ' ἄρα δαΐοις πυρὰ
κατ' ἀντίπρωρα ναυστάθμων φλέγει. —

Ἀντιστροφή.

μέγας ἀγών· μεγάλα δ' ἐπινοεῖς ἑλεῖν·
μακάριός γε μὴν κυρήσας ἔσῃ,
πόνος δ' εὐκλεής.
μέγα δὲ κοιράνοισι γαμβρὸν πέλειν.
τὰ μέν σοι θεόθεν ἐπιδέτω δίκα·
τὰ δὲ παρ' ἀνδράσι, τέλεα φαίνεται.

Sunt omnes versus asynarteti ex dochmai-

Πυρὰ κατ' ἀντίπρωρα ναυστάθμων δαίεται.
ΈΚ. Νικᾶτ', ἐπειδὴ πᾶσιν ἀνδάνει τάδε.
Στείχων δὲ κόσμει συμμάχους· τάχ' ἂν στρατὸς
Κινοῖτ' ἀκούσας νυκτέρους ἐκκλησίας.
Ἐγὼ δὲ πέμψω πολεμίων κατάσκοπον.
Κἂν μέν τιν' ἐχθρῶν μηχανὴν πυθώμεθα,
Σύμπαντ' ἀκούσει καὶ παρὼν εἴσει λόγον·
Ἐὰν δ' ἀπαίρωσ' ἐς φυγὴν ὁρμώμενοι,
Σάλπιγγος αὐδὴν προσδοκῶν καραδόκει,
Ὡς οὐ μενοῦντά μ'· ἀλλὰ προσμίξω νεῶν
Ὁλκοῖσι νυκτὸς τῆσδ' ἐπ' Ἀργείων στρατόν.

Ignes ante navium stationes accendantur.
Hec. Vincitis, quandoquidem omnibus hæc placent.
Discedens igitur compone socios: forsan enim exercitus
Moveri posset, auditis nocturnis concionibus.
Ego vero mittam exploratorem hostium:
Et si quos hostium dolos audiverimus,
Tu omnia audies, et præsens rationem scies.
Si vero abeant in fugam ruentes,
Tubæ vocem expecta: præstolare autem
Tanquam non mansuro me: sed accedam ad navium
Stationes hac nocte ad Argivum exercitum

142. σὺ πάντ'.

cis, excepto tertio in str. et in antistr. qui dochmaicus est. *Beck.*

133. ἄμεινον,] An legendum κρεῖσσον ob metrum. *Musg.*

137. Heath. νικᾶτ' pro imperat. habet, *vincite.* *Musg.*

138. κόσμει] *Compone, suo quemque ordini et loco remitte.* Sic κοσμεῖν, *imperium in aliquem exercere,* Soph. Ajac. v. 1127. Argonautæ apud Apollon. Rhod. vela στείλαντες ἐκόσμεον, *suis locis componebant.* Lib. I. Hinc non videtur necessarium legere cum Piersono κοίμα. *Musg.*

Piers. in Veris. emendandum censet κοίμα, ut sequentia his recte conveniant. *Beck.*

139. Reisk. vult κινεῖτο, pro ἐκινεῖτο, *fuit commotus.* *Beck.*

142. Σὺ πάντ'] MS. Flor. σύμπαντ'. *Musg.*

εἴσῃ λόγον·] Heath. vertit: *quæ renunciat, scies.* Reisk. legit οἴσῃ, *dices sententiam.* *Beck.*

144. προσδοκῶν καραδόκει,] Hæc, si ad idem comma referantur, perfrigida sunt. Legendum arbitror:

Σάλπιγγος αὐδὴν προσδοκᾷν· καραδόκει δ'
Ὡς οὐ μενοῦντά μ' — —

προσδοκᾷν pro imperativo προσδόκα, ut centies apud Hesiodum. *Musg.*

Σάλπιγγος αὐδὴν] Prolepsis. Nam nondum tubæ erant inventæ temporibus Trojanis, ut notavimus ad Iphig. Taur. v. 304. *Barnes.*

145. Ὡς οὐ μενοῦντά μ'·] Subaudi ὄψει. Homer. Iliad. δ'. v. 223. Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον, Οὐδὲ καταπτώσσοντα. *Brodæus.*

146. Ὁλκοὶ νεῶν] Videntur esse canales navibus in ναύσταθμα trahendis, licet Hesychius ὁλκοὺς per ναυστάθμους interpretetur, tanquam synonymæ essent voces. Quomodo enim, si synonymæ sunt,

ΑΙ. Πέμφ' ὡς τάχιστα· νῦν γὰρ ἀσφαλῶς φρονεῖς.
Σὺν σοὶ δέ μ' ὄψει καρτεροῦνθ', ὅταν δέῃ.
ἙΚ. Τίς δῆτα Τρώων, οἳ πάρεισιν ἐν λόχῳ,
Θέλει κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν;
Τίς ἂν γένοιτο τῆσδε γῆς εὐεργέτης;
Τίς φησιν; οὔτοι πάντ' ἐγὼ δυνήσομαι
Πόλει πατρῴᾳ συμμάχοις θ' ὑπηρετεῖν.

ΔΟΛΩΝ.

Ἐγὼ πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω
Ῥίψας κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν

Æn. Mitte quamprimum: nunc enim prudenter sentis,
Tecum vero videbis me fortiter agentem, quum opus fuerit.
Hec. Quisnam igitur Trojanorum, qui adsunt huic sermoni.
Vult explorator ad naves Græcorum ire?
Quisnam de hac regione bene mereri cupit?
Quis pollicetur? non enim ego omnia potero
Patriæ, et sociis opitulari.

DOLON.

Ego pro patria hoc periculum volo
Subiens, speculator ad naves Græcorum ire:

149. λόγῳ.

Noster infra, v. 669. ὁλκοὺς ναυστάθμοις, ut adjunctum, attribuit? ὁλκοὶ νεῶν habentur et apud Herodotum Lib. II. c. 154. Apollon. Rhod. Lib. I.

— ἐν δ' ὁλκῷ ξεστὰς στορέσαντο φάλαγγας.
Musg.

Ὁλκοῖσι προσμίξω νεῶν] Sic infra, v. 669. Φεύγειν πρὸς ὁλκοὺς ναυστάθμων. *Barnes.*

Heath. per ὁλκοὺς intelligit loca, in quibus naves e fluctibus in siccum attractæ conservabantur. V. Etym. M. V. Ὁλκός. *Beck.*

149. λόγῳ,] Male MSS. ἐν λόχῳ. Aristoph. Acharn. v. 512. φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ. Avibus, v. 30. ἡμεῖς γὰρ, ὦ ἄνδρες οἱ παρόντες ἐν λόγῳ. Quid quod λόχος nullum hic locum habet sive *cohortem*, sive *insidias* interpreteris? *Musg.*

Valcken. ad Herod. p. 258. corrigit οἵπερ εἰσὶν ἐν λόγῳ, *præstantes*; sed Diatr. p. 100. probat Heathii interpretationem verborum ἐν λόχῳ. *Beck.*

Codd. duo regii Pariss. ap. Hardion. Hist. Acad. Inscr. T. V. p. 70. ἐν λόχῳ, *in hac cohorte.* *Heath.*

150. κατόπτης] Κατάσκοπος, κατοπτήρ. Æschyl. Σκοποὺς δὲ κἀγὼ καὶ κατοπτῆρας στρατοῦ Πέμψω πρὸ γαίας. *Barnes.*

151. εὐεργέτης;] Trahit huc Barnesius morem Persarum, εὐεργέτην regis appellantium, quicunque utilem ei operam præstitisset. Sed et idem apud Græcos obtinuit. vid. Diod. Sic. XI. c. 26. et quæ ibi dat Wesselingius. *Musg.*

Τίς δ' ἂν γένοιτο τῆσδε γῆς εὐεργέτης;] Procul dubio doctissimus Poëta respicit ad Asianorum mores, ad Εὐεργέτας nempe et Ὀροσάγγας regum Persicorum, in regiis archivis honoris causa descriptos, de quibus nos ad Estheræ nostræ v. 1577. fusius paulo locuti sumus. *Barnes.*

Cod. Flor. Τίς ἂν γένοιτό γ' ὧσδε (scrip-

Καὶ πάντ' Ἀχαιῶν ἐκμαθὼν βουλεύματα
Ἥξω· 'πὶ τούτοις τόνδ' ὑφίσταμαι πόνον.
ἙΚ. Ἐπώνυμος μὲν κάρτα, καὶ φιλόπτολις
Δόλων· πατρὸς δὲ καὶ πρὶν εὐκλεᾶ δόμον
Νῦν δὶς τόσως ἔθηκας εὐκλεέστερον.
ΔΟ. Οὐκοῦν πονεῖν με χρὴ, πονοῦντα δ' ἄξιον
Μισθὸν φέρεσθαι. παντὶ γὰρ προσκείμενον
Κέρδος πρὸς ἔργῳ τὴν χάριν τίκτει διπλῆν.
ἙΚ. Ναὶ, καὶ δίκαια ταῦτα, κοὐκ ἄλλως λέγω.
Τάξαι δὲ μισθὸν, πλὴν ἐμῆς τυραννίδος.
ΔΟ. Οὐ σῆς ἐρῶμεν πολυόχλου τυραννίδος.
ἙΚ. Σὺ δ' ἀλλὰ γήμας Πριαμιδῶν γαμβρὸς γενοῦ.
ΔΟ. Οὐκ ἐξ ἐμαυτοῦ μειζόνων γαμεῖν θέλω.

Et omnibus Græcorum cognitis consiliis,
Redibo; hac autem conditione hunc laborem in me recipio.
Hec. Habes valde conveniens nomen rei, et es amator patriæ,
Dolon: patris vero domum et prius nobilem,
Nunc reddidisti nobiliorem, duplici gloria.
Dol. Nempe laborare me convenit: sed laborantem idoneam
Mercedem auferre. Additum enim omni
Negotio lucrum voluptatem parit duplicem.
Hec. Sane, et hæc æqua *sunt*, nec aliter dico.
Statue igitur mercedem, præter meum regnum.
Dol. Non desidero tuum populosum regnum.
Hec. Tu vero jam ducens uxorem Priamidarum affinis fias.
Dol. Nolo cum me potentioribus nuptias contrahere.

serat, opinor, ὧδε γῆς εὐεργέτης; *quis tanto beneficio patriam mactabit?* *Beck.*

152. Brunck. ad Phœn. 462. præfert lectionem duorum codd. regg.

τί φησιν; οὔ τι πάντ' ἐγὼ δυνήσομαι— *Beck.*

155. Ῥίψας] Scribere potuit in eundem sensum τόνδε κίνδυνον μεθεὶς, θέλω— Valck. ad Phœn. p. 419. *Beck.*

157. Reisk. et Heath. post ἥξω punctum jubent poni, ut verborum sensus sit: *redibo. his conditionibus subeo periculum hoc*, i. e. *tantum est, quod spondeo. Beck.*

158. Ἐπώνυμος] Δόλων enim ἀπὸ τοῦ Δόλου. *Barnes.*

159. πατρὸς δὲ πρὶν εὐκλεᾶ δόμον] Hom. Iliad. κ'. v. 314. Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δόλων, Εὐμήδεος υἱὸς, Κήρυκος θείοιο, πολύχρυσος, πολύχαλκος, etc. *Brodæus.*

160. τόσως] Ita MSS. G. Flor. et Harl. Vulgo δὶς τοσοῦτ'. *Musg.*

162. s. παντὶ γὰρ προσκείμενον Κέρδος πρὸς ἔργῳ] Gnome. Invitantur mortales ad strenue agendum præmiis et honore. Nam (ut inquit Sallustius) gloria industria alitur: ubi eam demseris, ipsa per se virtus amara atque aspera est. *Stiblinus.*

166. πολυόχλου τυρ.] Elegantissimam Reiskii et Valckenarii conjecturam recepi. Vulgo πολυόχου, nec variant MSS. E. G. nam Harl. πολιόχου. πολυοχλου valet *populosæ*, ut πολυοχλουμένη πόλις apud Diod. Sic. Lib. XIV. c. 95. est *urbs populosa. Musg.*

πολυόχου] Si ita scribitur, ut omnia præ se ferunt exemplaria, sonabit populosum, a πολὺς, sin πολιόχου, a πόλις, urbs.

ἙΚ. Χρυσὸς πάρεστιν, εἰ τόδ' αἰτήσεις γέρας.
ΔΟ. Ἀλλ' ἔστ' ἐν οἴκοις· οὐ βίου σπανίζομεν.
ἙΚ. Τί δῆτα χρῄζεις, ὧν κέκευθεν Ἴλιος;
ΔΟ. Ἑλὼν Ἀχαιοὺς, δῶρά μοι ξυναίνεσον.
ἙΚ. Δώσω· σὺ δ' αἴτει, πλὴν στρατηλάτας νεῶν.
ΔΟ. Κτεῖν', οὔ σ' ἀπαιτῶ Μενέλεω σχέσθαι χέρας.
ἙΚ. Οὐ μὴν τὸν Οἰλέως παῖδά μ' ἐξαιτεῖς λαβεῖν.
ΔΟ. Κακαὶ γεωργεῖν χεῖρες εὖ τεθραμμέναι.
ἙΚ. Τίν' οὖν Ἀχαιῶν ζῶντ' ἀποινᾶσθαι θέλεις;
ΔΟ. Καὶ πρόσθεν εἶπον· ἔστι χρυσὸς ἐν δόμοις.
ἙΚ. Καὶ μὴν λαφύρων αὐτὸς αἱρήσει παρών.
ΔΟ. Θεοῖσιν αὐτὰ πασσάλευε πρὸς δόμους.
ἙΚ. Τί δῆτα μεῖζον τῶνδέ μ' αἰτήσεις γέρας;

Hec. Aurum adest, si hoc præmium petis.
Dol. At *nobis etiam* est in ædibus: victus penuria non laboramus.
Hec. Quid igitur cupis *earum rerum*, quas Ilium possidet?
Dol. Cum tu viceris Græcos, promitte mihi dona.
Hec. Dabo; tu vero pete, præter duces navium.
Dol. Interfice, non postulo ut abstineas manus a Menelao.
Hec. Num Oilei filium postulas a me accipere?
Dol. Inutiles *sunt* ad agros colendos molliter educatæ manus.
Hec. Quem igitur Græcorum viventem pretio liberare cupis?
Dol. Atqui antea dixi domi aurum adest.
Hec. Atqui ex spoliis præsens ipse eliges *quæ vis*.
Dol. Spolia suspende diis in templis.
Hec. Quod igitur majus a me petis munus?

180. πρὸς δόμοις.

Hinc πολισσοῦχος, πολιήοχος, πολιάοχος, et πολιόχος, quod ultimum minus frequenter occurrit. *Barnes.*

Reisk. aut πολιούχου, *urbem continentis et moderantis*, aut πολυόχλου, *valde turbulentæ et tumultuosæ*, legit. Valck. conjectura, πολυόχλου, proposita ad Phœn. 543.

Heath. tuetur πολυόχου, et putat, ab ἔχειν eodem modo derivari, quo κάτοχος, μέτοχος, ὑπέροχος, etc. *Beck.*

168. Οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ μειζόνων γαμεῖν θέλω.] Alludit ad Proverbium: *Æqualem uxorem ducito.* De qua exstat in Anthologia suavissimum Epigramma, quod mihi jam penitus excidit, nisi quod est totius cardo — Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. *Barnes.*

169. πάρεστιν,] Ita MS. Flor. ut jam emendaverat Scal. Vulgo γάρ ἐστιν. *Musg.*

Χρυσὸς γάρ ἐστιν,] Scaliger legit πάρεστιν, acute: potest tamen γὰρ stare, quasi assentiret Hector dicenti, Priami filias supra illius sortem positas: imo, inquit: *est enim Auri* satis, si hoc forte expetas. Ex textu igitur nihil removi. *Barnes.*

170. οὐ βίου σπανίζομεν.] Simile Hecub. v. 12. Τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου. Βίος Græcis non tantum vitam, sed etiam victum, notat. Vitam quoque pro victu a Latinis usurpari, scribit Donatus. Hæc Joh. Brodæus. De variis autem significationibus τῦ Βίος vid. Scholiast. ad Hecub. v. 14. *Barnes.*

ΔΟ. Ἵππους Ἀχιλλέως· χρὴ δ' ἐπ' ἀξίοις πονεῖν,
Ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος.
ἙΚ. Καὶ μὴν ἐρῶντί γ' ἀντερᾷς ἵππων ἐμοί·
Ἐξ ἀφθίτων γὰρ ἄφθιτοι πεφυκότες
Τὸν Πηλέως φέρουσι θούριον γόνον.
Δίδωσι δ' αὐτοὺς πωλοδαμνήσας ἄναξ
Πηλεῖ Ποσειδῶν, ὡς λέγουσι, πόντιος.
Ἀλλ' οὔ σ' ἐπάρας ψεύσομαι· δώσω δέ σοι
Κάλλιστον οἴκοις κτῆμ' Ἀχιλλέως ὄχον.
ΔΟ. Αἰνῶ· λαβὼν δέ φημι κάλλιστον Φρυγῶν

Dol. Equos Achillis: decet enim me pro digna mercede laborare,
Vitam *incertæ* aleæ Fortunæ objicientem.
Hec. Atqui tu quoque eosdem, quos ego cupio, cupis equos:
Ex immortalibus enim immortales nati
Ferunt Pelei bellicosum filium.
Tradidit autem hos equorum domitor rex
Marinus Neptunus Peleo, ut dicunt.
Sed non te spe delectans fallam: dabo igitur tibi
Pulcherrimam domi possessionem, Achillis currum.
Dol. Laudo: et accipiens aio pulcherrimum inter Phryges

175. Leg. ἐξαίτει in imp. *Reisk.*

177. ἀποινᾶσθαι] Ab ἄποινα, Munera, pœnæ avertendæ causa data, fit verbum ἀποινάω Demostheni usurpatum, pro *Pecuniam exigo.* Hinc Euripides, Homeri vestigiis inhærens, verbum ἀπινᾶσθαι procudit. *Barnes.*

177. Heath. vertit: *Cujusnam igitur ex Achivis, qui vivus captus fuerit, redemtionis pretium accipere cupis?* Similiter fere Reisk. *Beck.*

ἀποινᾶσθαι] Ἀντὶ τοῦ τιμωρεῖσθαι καὶ ἀπεμπολεῖν. Florr. 1. 2. *Matthiæ.*

180. πρὸς δόμοις.] MS. Flor. πρὸς δόμους. *Musg.*

Hausit ex Æsch. Agam. 588.

Θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα
Δόμοις ἐπασσάλευσαν.

v. Abresch. ad Æsch. I. p. 317. *Beck.*

182. ἐπ' ἀξίοις] Digno pretio.

183. ἐν κύβοισι] Æschyl. Ἔργων δ' ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ. Vid. Erasm. in Adagio: Omnem jacere aleam. *Barnes.*

185. Ἐξ ἀφθίτων] Hom. Il. π'. v. 150. Τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἅρπυια Ποδάργη. In quem locum vid. Eustathium et alios Interpretes. Hos autem equos Homerus plus semel vocat immortales. *Barnes.*

187. Δίδωσι] De dono hoc citat Barnesius hujus fab. v. 241. Ptolemæi Hephæstion. Lib. VI. Apollodorum Lib. III. c. 12. sect. 5. Eustathium in Iliad. p. 1190. *Musg.*

187. s. Δίδωσι δ' αὐτοὺς πωλοδαμνήσας ἄναξ Πηλεῖ Ποσειδῶν,] Horum equorum nomina erant Xanthus et Balius, quos et olim Titanas fuisse, Diodorus memorat apud Eustathium, in Iliad. fol. 1190. lin. 54. Quum vero hic Neptuni socius fuerit, ille Jovis, verentes in Titanum pugna videri a fratribus suis contra illos pugnantes, equina specie latuerunt. Hos Neptunus postea dedit Peleo: ut paulo infra, v. 240. Τὰς πόντιος Αἰακίδᾳ Πηλεῖ δίδωσι Δαίμων. Huc refer illud Ptolemæi Hephæstionis Lib. VI. Ὡς Πηλεῖ ἐπὶ τῷ γάμῳ φασὶ δωρήσασθαι Ἥφαιστον μὲν μάχαιραν· Ἀφροδίτην δὲ φιάλην ἐγγεγλυμμένην ἔρωτα χρυσῆν· Ποσειδῶνα δὲ Ἵππους, Ξάνθον καὶ Βαλίον. Idem Apollodorus in Biblioth. Lib. III. §. 5. Καὶ δίδωσι Χείρων Πηλεῖ δόρυ μείλινον· Ποσειδῶν δὲ ἵππους Βαλίον καὶ Ξάνθον, Ἥφαιστος δὲ μάχαιραν. Quod

Δῶρον δέχεσθαι τῆς ἐμῆς εὐσπλαγχνίας.
Σὲ δ' οὐ φθονεῖν χρή· μυρί' ἐστὶν ἄλλα σοι,
'Εφ' οἷσι τέρψει, τῆσδ' ἀριστεύων χθονός.
ΧΟ. Μέγας ἀγών· μεγάλα δ' ἐπινοεῖς ἑλεῖν. ἀντιστρ.
Μακάριός γε μὴν κυρήσας ἔσει·
Πόνος δ' εὐκλεής.
Μέγα δὲ, κοιράνοισι γαμβρὸν πέλειν.
Τὰ θεόθεν ἐπιδέτω Δίκα,
Τὰ δὲ παρ' ἀνδράσιν τέλειά σοι φαίνεται.
ΔΟ. Στείχοιμ' ἄν· ἐλθὼν δ' ἐς δόμους ἐφέστιος

Donum me, meæ fortitudinis *causa*, accepisse.
Te vero non invidere oportet: infinita alia tibi sunt,
Quibus delectaberis, dominans huic regioni.
Cho. Magnum *est* periculum: magnaque consequi cupis.
His potitus profecto beatus eris:
Gloriosus est hic labor:
Magnum quoque *est*, affinem esse principum.
Hæc divina spectet Justitia:
Quod enim ad humana attinet, tibi videntur esse perfecta.
Dol. Abibo *igitur:* profectus vero ad *mearum* ædium lares,

199. τάδε θ. 200. ἀνδράσι.

etiam obiter notandum, Neptunus dicitur hic πωλοδαμνήσας, ut Ἵππειος Ποσειδῶν apud Hesychium, quem locum misere hactenus luxatum ita integrum restituo: Ἵππειος Ποσειδῶν, φυσικῶς φασί. Διὰ τὸ λέγειν Ποιητὴν (i. e. Hom. Odyss. δ'. v. 708.) αἵ θ' ἁλὸς ἵπποι ἀνδράσι γίνονται, κατὰ τὸν μῦθον· ἢ ὅτι ἵππους ἐγέννησε Ποσειδῶν, 'Αρίονά φασι καὶ Πήγασον. Quare et equis Neptunus a Romanis colebatur. Præterea de analogia navium et curruum vid. quæ nos ad Medeæ v. 1119. *Barnes.*

194. τῆσδ' ἀριστεύων χθονός.] Prev. explicat: *combattre vaillement pour ce pays.* Hector nunc aut in tentorium redit, aut remotus saltem consistit, neque in scena agit, dum Dolon cum Choro colloquitur. *Beck.*

τῆσδ' ἀριστεύων χθονός.] Verte: *Primum te hujus terræ præstans quoad virtutem et fortia facta. Heath.*

195. μεγάλα δ' ἐπινοεῖς ἑλεῖν.] Poëta ad illud Homericum respicit, Iliad. κ'. v. 401. Ἦ ῥά νύ τοι μεγάλων δώρων ἐπεμαίετο θυμὸς, Ἵππων Αἰακίδαο δαΐφρονος. Virgil. Æn. Lib. XII. v. 350. *Qui quondam castra ut Danaum speculator adiret, Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus. Barnes.*

197. Πόνος δ' εὐκλεής.] Frigidam sane sententiam præbet hic versus, qui neque metro satis convenit. An legendum; Χθονὸς ἀεὶ κλέος. In proximo jure mireris, commemorari regii connubii decus, cujus Dolon parum sane cupidum se ostenderat. Unde suspicabar, auctorem dedisse:

Μέγα δὲ κοιράνοις σε γαμβρὸν καλεῖν.

199. ἐπιδέτω] Malit H. Steph. ἐπιδότω. Sed metrum postulat potius ἔπιδ' ὦ. *Musg.*

Τάδε θεόθεν ἐπιδέτω Δίκα,] Hanc lectionem agnoscit veram Henricus Stephanus; seque aliquando simile esse putasse illi Ovid. Viderit ista Deus. Brodæi tamen lectionem ἐπιδότω probat; ego non item. Δίκα enim est Nemesis, quæ arrogantiam Dolonis erat vindicatura. Quamquam enim Chorus est Trojanorum vigilum, sciendum tamen est, Choros plerumque Poëtæ vices agere. *Barnes.*

Σκευῇ πρεπόντως σῶμ' ἐμὸν καθάψομαι,
Κἀκεῖθεν ἥσω ναῦς ἐπ' Ἀργείων πόδα.
ΧΟ. Εἴπ' εἴ τιν' ἄλλην ἀντὶ τῆσδ' ἕξεις στολήν;
ΔΟ. Πρέπουσαν ἔργῳ κλωπικοῖς τε βήμασιν.
ΧΟ. Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν·
Λέξον, τίς ἔσται τοῦδε σώματος σαγή;
ΔΟ. Λύκειον ἀμφὶ νῶτον ἅψομαι δορὰν,
Καὶ χάσμα θηρὸς ἀμφ' ἐμῷ θήσω κάρᾳ,
Βάσιν τε χερσὶ προσθίαν καθαρμόσας
Καὶ κῶλα κώλοις, τετράπουν μιμήσομαι

Ornatu meum corpus convenienter amiciam:
Inde vero pedem ad naves Argivorum immittam.
Cho. Sed quam habetis aliam vestem pro hac?
Dol. Convenientem huic negotio, et insidiatorio itineri.
A sapiente vero decet aliquam sapientiam discere.
Dicas quod erit tegmen tui corporis?
Dol. Alligabo lupinam pellem circum dorsum,
Et rictum feræ circa meum caput ponam,
Gressumque manibus anteriorem aptans,
Et pedes pedibus, quadrupedem imitabor

203. κεῖθεν δ' ἐφήσω. 204. Ἐπεὶ τίν'.

Vulgatam Heath. ita reddit: *Hæc quatenus a diis pendent, respiciat justitia.*

Jam ante Steph. quidam conjecerant, ἐπιδότω. Steph. vertit: *insuper largiatur.*

Reisk. emendat τὰ μὲν θεόθεν, sed tuetur ἐπιδέτω, quod idem esse putat, ac, μελέτω τῇ δίκῃ. Locum reddit: *dispiciat justitia, quid diis de te videatur; apud homines quidem es perfecte felix.* *Beck.*

200. Lege ἀνδράσιν, ut metrum antithetico respondeat. *Heath.*

201. ἐφέστιος] Ita Aldi editio, nec video exemplar, quod habet ἐφεστίους, quare non erat necessarium Brodæo, ut assereret hoc modo: *Ita omnino legendum est, non* ἐφεστίους: Nemo enim ἐφεστίους dixit legi oportere. Sed illius notam huc attexere placet. Sophocl. εἶτα τόνδ' ἐφέστιον Πῆξαι λαβόντα σκῆπτρον. Schol. ἐφέστιος ἁπλῶς καὶ ὁ ἐν οἰκίᾳ ὤν, ὡς ἐνταῦθα. Eustath. Ὥσπερ καὶ ἀπὸ ἑστίας τῆς τοῦ πυρὸς, ὡς ἐκ μέρους ἑστία τὸ ὅλον οἴκημα. Apollonii vero Glossographus Lacedæmonios τὴν Οἰκίαν, Ἑστίαν nominare prodit. Hæc ille. Et Scholiast. Eurip. ad Hecub. v. 22. Ἑστία λέγεται ἡ ὅλη κατοικία, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. *Barnes.*

ἐφεστίους cum Brodæo legi jubet Abresch. ad Æsch. T. I. p. 79. et illustrat ex Æschylo. *Musg.*

203. Cod. Flor. Κἀκεῖθεν ἥσω. Valck. D. p. 102. *Beck.*

204. Ἐπεὶ] Solent et alibi Poëtæ interrogationes ab hac voce ordiri. vid. Orest. v. 519. Æschyl. Choëph. v. 212. Minime igitur necessarium est cum Piers. legere εἶπ' εἰ. Duo tamen MSS. εἶπ' ἤ. *Musg.*

Ἐπεὶ τίν' ἄλλην ἀντὶ τῆσδ' ἕξεις στολήν;] Τὸ ἀντὶ, quod prius in multis desiderabatur, restitui, non Canteri modo, et Scaligeri, Duportique auctoritate, sed et Aldini libri, qui sic aperte legit. *Barnes.*

Lectionem MSS. commemoravit Hardion. — Piersonus, V. p. 82. negabat, ἐπεὶ significare *an.* Ad firmandam suam conjecturam laudat, v. 207. et Herc. Fur. 1109.

Piersono se jam opposuit Reisk. monuitque, ἐπεὶ esse i. q. ἔπειτα, *itane vero?* *Beck.*

Λύκου κέλευθον, πολεμίοις δυσεύρετον,
Τάφροις πελάζων καὶ νεῶν προβλήμασιν.
Ὅταν δ' ἔρημον χῶρον ἐμβαίνω ποδὶ,
Δίβαμός εἰμι· τῇδε σύγκειται δόλος.
ΧΟ. Ἀλλ' εὖ σ' ὁ Μαίας παῖς ἐκεῖσε καὶ πάλιν
Πέμψειεν Ἑρμῆς, ὅς γε φηλητῶν ἄναξ.
Ἔχεις δὲ τοὔργον, εὐτυχεῖν μόνον σε δεῖ.
ΔΟ. Σωθήσομαί τε καὶ κτανὼν Ὀδυσσέως
Οἴσω κάρα σοι — σύμβολον δ' ἔχων σαφὲς
Φήσεις, Δόλωνα ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν —

Lupi incessum, hostibus difficilem inventu,
Appropinquans ad fossam, et navium propugnacula.
Quum vero desertum in locum intrabo pedibus,
Bipes incedam: sic *meus* compositus est dolus.
Cho. Feliciter igitur te Maiæ filius illuc, et rursus *huc*
Deducat Mercurius, qui *est impostorum* rex.
Habes rationem operis. Oportet tantum te secunda uti fortuna.
Dol. Salvus revertar, et interfecto Ulysse,
Ejus caput tibi feram, certum autem signum habens
Dices Dolonem ad naves Græcorum ivisse,

205. κλωπικοῖς] Ita MS. Flor. Vulgo κλεπτικοῖς. *Musg.*

207. σάγη;] Ita tres MSS. Ed. Ald. σφάγη· MSS. Steph. στολή. *Musg.*

στολὴ;] In Aldina quidem editione per errorem legebatur σφαγή. De qua re ita Henricus Stephanus: Pro σφαγὴ sunt qui reponant σάγη, cujus certe verbi significatio huic loco convenit: malo tamen veteres Codices sequens reponere στολὴ, quum idem vocabulum eadem de re duobus tantum versibus interjectis præcedat. *Hæc ille.* Fateor equidem, nunc recte in nostris libris omnibus legi; sed Henrici Stephani diligentia, cui has correctiones debemus, non erat supprimenda. *Barnes.*

Steph. commemorat lectionem σάγη, defendit tamen στολή. *Beck.*

208. ἀμφὶ νῶτον ἅψομαι] Ita MS. Flor. Vulgo ἀμφὶ νῶτα θήσομαι. Commentum Dolonis irridet Valckenærius, quod tamen non soli Doloni placuit. Tradit enim Josephus de Bell. Jud. Lib. III. c. 7. sect. 14. fuisse revera, qui ad excubitores fallendos pellibus ferarum sese vestirent. *Musg.*

208. s. Lectiones cod. Flor. allatæ sunt a Valcken. ad Phœnis. 415. *Beck.*

209. χάσμα] Ita MS. Flor. et inter lineas Harl. Vulgo σχῆμα. *Musg.*

Toup. emend. in Suid. P. III. p. 308. etiam scripsit χάσμα θηρὸς, vertit: *et faciem feræ meo capiti adponam:* atque hanc emendationem firmat ex Herc. Fur. 363. Hes. V. Χάσμα θηρὸς, Long. Past. I. p. 19. et Virg. Æn. XI. 680. — Add. Valck. Diatr. p. 101.

211. Hunc versum adhibet Marius Victorinus Art. Gramm. Lib. I. *Beck.*

215. Δίβαμος] Sic παλιμβαμοὺς, Pindar. Pyth. IX. Epod. I. *Musg.*

217. φηλητῶν] Scaliger notat, legendum φιλητῶν, quod superfluum erat monere, cum utroque modo scribatur. Vid. quæ nos ad Supplices, v. 254. *Barnes.*

220. ἔχων] Ita MSS. E. G. Vulgo ἔχω. *Musg.*

Heath. etiam e codd. Reg. legi jubebat ἔχων, et præterea distinctionem post σαφὲς tolli. *Beck.*

Cod. Flor. σύμβολον σαφὲς δ' ἔχων, sed Valck. D. p. 103. corrigit σ. δ' ἔχων σαφὲς, quod in codd. Hard. *Beck.*

221. Collocandus post sequentem. Co-

Ἢ παῖδα Τυδέως· οὐδ' ἀναιμάκτῳ χερὶ
Ἥξω πρὸς οἴκους, πρὶν φάος μολεῖν χθόνα.
ΧΟ. Θυμβραῖε καὶ Δάλιε καὶ Λυκίας στροφὴ α'.
Ναὸν ἐμβατεύων,
Ἄπολλον, ὦ δία κεφαλὰ, μόλε το-
ξήρης, ἵκου δ' ἐννύχιος
Ἁγεμὼν, σωτήριος
Ἀνέρι πομπᾶς
Καὶ γενοῦ καὶ ξύλλαβε Δαρδανίδαις,

Aut filio Tydei: et non incruenta manu
Redibo domum, priusquam lumen terram adveniat.
Cho. Thymbræe, Delie, et Lyciæ
Templum occupans
Apollo, O divinum caput venias
Arcitenens, veni jam nocturnus,
Dux salutifer
Huic viro itineris
Et sis, et opitulare Dardanidis.

hæret enim παῖδα cum κτανών. occiso *Ulysse, aut Diomede*; hoc ordine: οἴσω— ἢ παῖδα — φήσεις. *Reisk.*

224. Θυμβραῖε] Epithetum Apollinis, ductum a Thymbra, ubi templum celebre ei dicatum. Meminit Auctor infra, v. 504. Strabo Lib. XIII. Scholiast. ad Iliad. κ'. v. 430. Virg. Æneid. III. v. 85. *Musg.*

Θυμβραῖε] Scaliger notabat Θυβραῖε, deceptus, quia hæc ad Tiberim Romanum referri putabat, qui tamen non modo Θύβρις, sed et Θύμβρις, Græcis vocatur. Apollo vero hic Thymbræus et Θυμβραῖος vocatur, a Thymbra, oppido Troadis, ubi in veneratione habebatur; hinc Poëta paulo infra, v. 504. Θυμβραῖον ἀμφὶ βωμὸν ἄστεος πέλας. Hinc Statius Sylv. Lib. III. §. 2. Littus ad Iliacum, Thymbræaque Pergama venit. Servius in illud Virgil. Æn. Lib. III. v. 85. Da propriam, Thymbræe, domum. Apollinis Thymbræi templum Strabo ea in parte ponit, qua Thymbrius fluvius in Scamandrum influit; quo in templo ferunt Achillem a Paride fuisse interemtum. Hom. Iliad. κ'. v. 430. Πρὸς Θύμβρης δ' ἔλαχον Λύκιοι, etc. In quem locum Schol. Πρὸς τὸ Θυμβραῖον πεδίον· Θύμβρα γὰρ τόπος ἐστὶ τῆς Τροίας· ἔνθα καὶ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐπιφανές. Καὶ Δάλιε] Ita dicitur Apollo a Delo insula, in qua genitus fertur. Λυκίας] De Apollinis oraculo in Lycia vid. quæ nos ad Alcest. v. 114. Quod λύκος Apollini sit animal sacrum, nihil hic loci habet. *Barnes.*

225. ἐμβατεύων,] Apposite Hesychius: ἐμβατεῦσαι, τὸ κατέχειν ἢ καρποῦσθαι χωρίον, ubi vide Interpretes. Adde Æschyl. Pers. 449. *Musg.*

226. ὦ δία] Malim ἀπία, *mitis, placida.* Eundem usum vocis κεφαλὰ vide Pindar. Olymp. VII. Antistr. 4. Pyth. IX. Stroph. 2. Pyth. XI. Stroph. 3. MSS. tres ὦ δία. *Musg.*

229. πομπᾶς] Legebat Scaliger πομπεὺς. Sed πομπὴ *viam* vel *iter* sonat Æschyl. Sept. c. Theb. v. 619. *Musg.*

ἀνέρι πομπεύς] Ita Scaliger recte, deleto, quod prius male aderat, ἀνέρι πομπᾶς. *Barnes.*

230. καὶ ante γενοῦ delendum, aut leg. συγγενοῦ, quo in casu erit comma post πομπεὺς ponendum. *Reisk.*

232. Τείχη παλαιὰ δείμας] Nota Fabula de Neptuno et Apolline, Trojæ muros ædificantibus: de qua videsis Hom. η'. v. 452. Et Eustath. in locum, item

Ὦ παγκρατὲς, ὦ Τροίας
Τείχη παλαιὰ δείμας.
Μόλοι δὲ ναυκλήρια, καὶ στρατιᾶς ἀντιστρ. α΄.
Ἑλλάδος διόπτας
Ἵκοιτο, καὶ κάμψειε πάλιν θυμέλας
Οἴκων πάτρας Ἰλιάδος.
Φθιάδων δ' ἵππων ἐπὶ
Ἄντυγα βαίη,
Δεσπότου πέρσαντος Ἀχαιὸν Ἄρη,

O omnipotens, O qui Trojæ
Antiquos muros ædificâsti.
Veniat autem *ad* navalia, et exercitus
Græcanici speculator
Veniat, et revertatur rursus *ad* Lares
Domus patriæ Iliacæ.
Phthiarum vero equarum in
Currum ascendat,
Domino prius Graium Martem superante

Ovid. Metam. Lib. XI. Fab. 6. Apoll. Biblioth. Lib. II. §. 9. *Barnes.*

233. Μόλοι δὲ ναυκλήρια,] Mihi quidem probatur ναυκληρίας, quod reponendum quidam censet. Ita Henricus Stephanus. Mihi vero ναυκλήρια probatur, veteri scriptione, accentu tantum in antepenultimam retracto; nec aliter stabit versus: Et τὰ ναυκλήρια classem optime denotat; sed ἡ ναυκληρία non item. *Barnes.*

H. Stephano probatur ναυκληρίας, quod quidam reponi volebant. *Beck.*

Lege ἀνδράσιν, ut metrum antithetico respondeat. *Heath.*

235. θυμέλας] De hac voce nos ad Suppl. v. 73. *Barnes.*

θυμέλας potest idem, atque ἑστίας, *focos*, significare: loca, in quibus θύεται, fumus et ignis excitatur. mallem tamen θεμέθλας. *Reisk.*

236. Οἴκων] Malim οἰκεῖν, *habitare. Musg.*

238. Ἄντυγι] Ita MS. Flor. estque tmesis pro ἐπιβαίη ἄντυγι. Vulgo male ἄντυγα. *Musg.*

239. Hectora δεσπότην dicit barbarorum more. conf. v. 263. Negat contra famulus Hippolyti, utpote Græcus, quenquam præter deos δεσπότην vocandum esse. Hippol. 87.

Ἄρη,] MSS. E. Harl. et Flor. Vulgo ἄρα. Sed et Ἀχαιὸν metri gratia legendum pro Ἀχαιῶν, et sic Fl. *Musg.*

Δεσπότου] Hic emendationem Henrici Stephani, Δεσπότου πεσόντος Ἀχαιῶν ἄρμα, libenter reciperemus; sed carminis ratio repugnat, quæ haud illi in mentem venit: Cuivis autem facilis jam perspectu erit, qui figurarum notationem observarit. Et hæc de aliis magni illius viri emendationibus dictum esto, quoties ratio carminis postulat, ut paulo post Μενέλαν retinendum. Lubentius hic Canterum accipimus, qui legit Δεσπότου πέρσας τὸν Ἀχαιὸν ἄρη. Nec durum est, si recte verba ordines: Φθιάδων δ' ἵππων ἐπὶ ἄντυγα βαίη ὁ Δόλων, πέρσας Ἀχιλλέως, τοῦ αὐτῶν δεσπότου, τὸ μένος, καὶ ἄρη Ἀχαϊκόν. Vel Δεσπότου ἡμῶν Ἕκτορος πέρσαντος, etc. quando videl. Hector everterit Græcorum opes. *Barnes.*

Stephanus malebat ἄρμα et πεσόντος, ut diceretur per appositionem ἄρμα δεσπότου Ἀχαιῶν πεσόντος. *Beck.*

Leg. Ἀχαιῶν στρατὸν. *Reisk.*

Probanda Barnesii conjectura, sed duæ voces metri causa transponendæ:

Δεσπότου πέρσαντος Ἄρη Ἀχαιῶν.

Versus enim asynartetus est ex basi trochaica et penthemimeri dactylica. *Heath.*

Τὰς πόντιος Αἰακίδᾳ
Πηλεῖ δίδωσι δαίμων.
Ἐπεὶ πρό τ' οἴκων πρό τε γᾶς ἔτλα μόνος· στροφὴ β'.
Ναύσταθμα βὰς κατιδεῖν.
Ἄγαμαι λήματος· ἦ σπάνις
Τῶν ἀγαθῶν; ὅταν ᾖ
Δυσάνιος ἐν πελάγει καὶ
Σαλεύῃ πόλις, ἔστι Φρυγῶν τις
Ἔστιν ἄλκιμος· ἔνι δὲ θάρσος

Quas equas Æacidæ marinus
Peleo dedit Deus.
Quia pro laribus et pro patria ausus est
Ad stationes navium ire speculator.
Illum ob animi fortitudinem suspicio! Certe *magna* raritas *est*
Bonorum, quoties est
Gubernari difficilis in pelago,
Et fluctuat civitas, adeo ut Phrygum aliquis
Sit, *vir* fortis: Inest autem audacia

246. δυσάλιος. 247. σαλεύει.

240. s. Τὰς πόντιος Αἰακίδᾳ Πηλεῖ δίδωσι Δαίμων.] Vid. supra ad v. 187. *Barnes.*

242. Pro Ἐπεὶ in Ald. ἐπὶ. *Beck.*

244. Leg. ἐ σπάνις ἀγαθῶν, quod confirmat v. 244. *Reisk.*

246. Δυσάλιος] Vox ignota est, nec metro conveniens, nec sententiæ. Lego: δυσάνιος, i. e. δυσήνιος, *immorigera.* Sic dici solent naves tempestatum vi abreptæ. vid. Pollux Lib. I. sect. 112. *Musg.*

Δυσάλιος] Joh. Brodæus nugatur, a σαλός deducens: est enim pro δυσήλιος, ut conferenti antistropham patebit: Præterea tum δύσσαλος esset. *Barnes.*

Forsitan, ὅταν ᾖ δυσαί' (i. e. δυσαία) ὡς ἐν πελάγει, *quando adversi venti, velut in æquore, flant,* δυσαία, *ventorum adversatio,* a δυσαής. *Reisk.*

248. Ἔστι] Ut hæc cum præcedentibus cohæreant, legendum videtur εὖτε, *quandoquidem.* Rem ipsam sic concipio: Chorus ex indigenis Trojæ constabat; Phryges vero nomen genericum est gentis, cujus Trojani pars tantum erant. Dicit igitur Chorus, esse aliquem e natione Phrygum fortem habitum (quod tamen ipsum mox per calumniam diluit: *nam et Mysos aliquando fortes esse*), esse igitur Phrygem quendam, qui in tanta mole et discrimine belli societatem suam detrectet. Illustrat hoc locus Dictyos Cretensis, nescio, annon ex vetustioribus Trojani belli scriptoribus depromtus: *Per idem tempus apud Trojam exercitus sociorum, quique auxiliares copias adduxerant, tempore multo frustra trito, tædione, an recordatione suorum, domuitionem cupiebant.* p. 50. Lib. I. c. 35.

Flor. ἔνι δὲ θάρσος. Valck. D. p. 103. *Beck.*

249. ποτὲ] Ita MSS. Steph. nec dissentiunt reliqui. Ed. Ald. ποτὶ. *Musg.*

Ἐν αἰχμαῖς ποτὲ Μυσῶν,] Mysi ob insignem ignaviam male olim audivere. Erasmus in adagio: Μυσῶν λεία. Ita Milesius vitio vertebatur, quod degeneres forent—πρὶν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Ita fere Phryges et Asiani omnes ab Europæis contemtui sunt habiti; quare hæc dicit jam Chorus, etiam inter Phrygas et Mysos fortes aliquando dari. *Barnes.*

250. Ὃς ἐμὰν συμμαχίαν ἀτίζει.] Id est, Ὅστις τὰς ἐμους συμμάχους, Μυσοὺς ὄντας δηλονότι, ἀτιμάζει. Ut enim sensus optime patescat, velim ὃς in hoc loco pro ὅστις poni: Nullo enim modo ad Mysorum aliquem referri potest: Mysi enim non auxiliares copias Trojanorum contemnebant, sed inter eos ipsi erant. *Barnes.*

Ἐν αἰχμαῖς ποτὲ Μυσῶν,
Ὃς ἐμὰν συμμαχίαν ἀτίζει.
Τίν' ἄνδρ' Ἀχαιῶν ὁ πεδοστιβὴς σφαγεὺς ἀντ. β'.
Οὐτάσει ἐν κλισίαις,
Τετράπουν μῖμον ἔχων ἐπὶ
Γαίας; ἕλοι Μενέλαν,
Κτανὼν δ' Ἀγαμεμνόνιον κρᾶθ'
Ἐνέγκοιθ' Ἑλένᾳ κακόγαμβρον
Ἐς χέρας γόον, ὃς ἐπὶ πῶλον,

In hastis Mysorum aliquando,
Qui nihili habet fœdus nostrum.
Quem virum ex Achivis iste quadrupedans interfector *Dolon*
Vulnerabit in tentoriis;
Imitationem quadrupedis impellens super
Humum, utinam Menelaum confodiat!
Peracta vero cæde *illius*, Agamemnonium caput
Afferat Helenæ in manus,
Luctum inauspicati connubii. Qui, de adolescentula,

255. Ἀγαμεμνόνειον. ἐνέγκοι Ἑλ.

ὃς Prev. refert ad populum Mysorum, qui indicetur per nomen Μυσῶν; qui quidem negligentia sua infamis fuerit. Cæterum ipse quoque insolentiam et obscuritatem constructionis miratur. *Beck.*

251. πεδοστιβὴς] Barnesii versionem hujus vocab. reprehendit Heath. *Beck.*

πεδοστιβὴς] Proprie *solum pedibus calcans*, a πέδον et στείβω. Hoc in loco exploratoris gressum designat, qui cautionis summæ causa viam pedibus tentare solet, ac præcipue Dolonis, qui et quadrupedis instar reptare designabat, cum castra Græcorum appropinquaret: Quod et nos in Latina versione expressimus. Quare in Esthera nostra, ubi Haman in Ahasueri propylæo meditabundus ambulabat, præstolans, ut ex sonitu pedum regem ad illum intromittendum excitaret, hoc verbo et nos utimur, v. 989. Ἀλλὰ πεδοστιβέος βασιλεὺς παρὰ δοῦπον ἀκούσας Ἀνθρώπου, δμώεσσιν εὔπτερον ἔννεπε μῦθον. Æschylo usurpatur pro simplici πεζὸς, ut Persæ, v. 126. Πᾶς γὰρ ἱππηλάτας τε καὶ πεδοστιβὴς λεώς.

253. s. ἐπὶ Γαίας] Ita MS. G. et Harl. retinentes tamen θηρὸς, quod præbet Aldina pro γαίας. MS. Flor. γαίᾳ et γαῖαν. θηρὸς haud dubie natum est ex glossemate, quod margini aliquis adjecerat ad explicandum τετράπουν μῖμον. *Musg.*

μῖμον] Nove hic dictum pro μίμημα. Ἐπὶ θηρὸς] Subaudi δορᾷ. Vel ita legas: ἑαυτὸν θηρὸς μῖμον τετράπουν ἐπέχων, ubi ἐπέχων pro ἐπιδεικνὺς et μῖμον recte pro imitator. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ἔχ. σκῦλος vel δοράν. *Beck.*

ἔχειν ἐπὶ reddi debere opinor, *indutus.* *Heath.*

254. Ex γαίας et θηρὸς non inepte facias χεῖρας. Confer Hecub. 1041, 2. *Musg.*

Μενέλαν,] Quanquam, ut Henricus Stephanus ait, vet. Codices habent Μενέλαον, non est tamen, cur rejiciamus Μενέλαν, quod est Doricum, ut Μενέλεως Atticum, et Μενέλαος commune. *Barnes.*

255. s. Κτανὼν δ' Ἀγαμεμνόνειον κρᾶτ' Ἐνέγκοι Ἑλένᾳ] Non hic Ἀγαμεμνόνειον κρᾶτα pro ipso *Agamemnone*, ut Ἑκτορέην κεφαλὴν pro Hectore, sed subauditur post κτανὼν Ἀγαμέμνονα, et τὸ Ἀγαμεμνόνειον κρᾶτα ad ἐνέγκοι referendum. Ἀγαμεμνόνεον autem legendum carminis gratia, vel τὸ ει ante vocalem corripitur. *Barnes.*

Ἀγαμεμνόνιον reponendum monet Valck. ad Phœn. p. 64. *Beck.*

256. Ἐνέγκοι] Lege ob metrum ἐνέγκοιθ'. *Musg.*

Ὃς ἐπὶ Τροίαν τὰν χι-
λιόναυν ἦλυθ' ἔχων στρατείαν.

Qui ad Trojam mille
Navium venit habens exercitum.

ARGUMENTUM ACTUS SECUNDI.

Pastor quidam Rhesum, regem Thracum, per Idæ nemora adventantem cum magno exercitu nunciat Hectori. Is vero, quod jam serius paulo venerat, cum jam victoriam ipse in manu habere videretur, primo aspernatur hæc auxilia: quibus, bello jam magna ex parte confecto, opus vix esset. Chorus et Pastor suadent, ne tantum regem fastidiret, sed reciperet. Tum Chorus tanti ducis adventum læto omine et faustis precationibus excipit.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἄναξ, τοιούτων δεσπόταισιν ἄγγελος
Εἴην τὸ λοιπὸν, οἷά σοι φέρω μαθεῖν.

NUNCIUS.

O rex, talium *rerum* nuncius dominis
Sim *etiam* deinceps, quales *nunc* tibi adfero cognoscendas.

258. τὰν δρ. χιλ. 259. στρατίαν.

256. s. κακόγαμβρον Ἐς χέρας γόον] Ad hunc locum Andreas Schottus Observat. Poëtic. Lib. II. c. 43. hæc ait — Præter rei historiam hoc dixit Poëta. Non enim Agamemnon gener fuit Helenæ; sed frater ratione Menelai; qui ambo erant Atridæ; ut vel pueris notum. Hæc ille. At quod ego dicturus sum, haud omnibus viris, et tamen peritis, notum est. Nam vox Γαμβρὸς proprie quidem gener significat: Aliquando tamen latiori ambitu πενθερὸς sonat: Item frater uxoris, nec non maritus sororis, notante Budæo. Sed et generalius pro affini ex Eustathio et Herodoto sumi, probat Henricus Stephanus in Thesauro suo. Et apud Sophoclem Œdipus vocat Jocastæ fratrem, Creontem, γαμβρὸν, tanquam ex ἐπιγαμβρίας συγγενῆ. Vid. Pollucis Onomast. de significatione harum vocum γαμβροὶ et πενθεροί. Item Phavorinum. Cæterum quod H. Stephanus addit, velle quosdam grammaticos a γαμῆσαι fieri γαμβρὸς, ut sit γαμηρὸς, per syncopen τοῦ ή, et per epenthesin literæ β γαμβρὸς, id quidem fit ex usu Græcæ linguæ διὰ καλλιφωνίαν, ne ρ sequatur μ' quod nunquam facit, ut nec λ nec ν Græce enim μ et ρ concurrere non possunt, nec μ et λ, nec ν et ρ. Ergo ὄμβρος pro ὄμρος, per syncopen pro ὁμόρος, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ῥεῖν, μεσημβρινὸς pro μεσημερινὸς, et ἀνδρὸς, pro ἀνέρος, ἀνρὸς, et Νιμβρώδης, pro Nimrod, et παρμέμβλωκε pro παραμεμόληκε dicitur. *Barnes.*

257. πῶλον,] MS. Flor. πόλιν et πτόλιν. Scaliger non male μῶλον. *Musg.*

Ὃς ἐπὶ πῶλον] Scaliger legit μῶλον, i. e. *prælium*, probabiliter satis; est enim verbum Homericum, satis notum. Non sunt tamen omittenda, quæ explicandi loci causa Joh. Brodæus huc attexit. Ἐπὶ πῶλον, *inquit*, ad recipiendum scortum, i. e. νέαν γυναῖκα. Helenam scilicet. Hesychius: Πῶλος, ἑταίρα· πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον Ἀφροδίτης πώλους, ἢ τοὺς νέους, καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους. Antiphanes ἐν παννυχίδι — Πώλους Κύπριδος ἐξησκημένας. Euripides Hippolyt. v. 547. Τὰν μὲν Οἰχαλίαν Πῶλον, ἄζυγα λέκτρων, Ἄνανδρον τοπρὶν καὶ Ἄνυμφον. Scholiast. Πῶλον ἄζυγα, παρθένον ἄπειρον γάμου, καθαράν. Πώλῳ δὲ τὸ ἀκμαῖον αὐτῆς εἴκασεν. Ita μόσχος de tenero quovis animalculo dicitur. Vid. quæ nos ad Iphig. Aul. v. 1622. *Barnes.*

Cod. Flor. Ὃς ἐπὶ πτόλιν. Valck. D. p.

ʽΕΚ. Ἦ πόλλ' ἀγρώσταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί·
Καὶ γὰρ σὺ ποίμνας δεσπόταις τελεσφόρους
Ἥκειν ἔοικας ἀγγελῶν, ἵν' οὐ πρέπει.
Οὐκ οἶσθα δῶμα τοὐμὸν, ἢ θρόνους πατρὸς,
Οἷ χρῆν γεγωνεῖν σ' εὐτυχοῦντα ποιμνίων;
ΑΓ. Σκαιοὶ βοτῆρες ἐσμέν· οὐκ ἄλλως λέγω.
Ἀλλ' οὐδὲν ἧσσόν σοι φέρω κεδνοὺς λόγους.
ʽΕΚ. Παῦσαι λέγων μοι τὰς προσαυλείους τύχας.
Μάχας πρὸ χειρῶν καὶ δόρη βαστάζομεν.
ΑΓ. Τοιαῦτα κἀγὼ σημανῶν ἐλήλυθα·
Ἀνὴρ γὰρ, ἀλκῆς μυρίας στρατηλατῶν,
Στείχει φίλος σοι σύμμαχός τε τῇδε γῇ.

Hec. Profecto multa rusticis absurda insunt in animo:
Etenim tu de gregibus, dominis armatis,
Videris venire nunciaturus aliquid, ubi non decet.
Nonne scis domum meam, aut sedem patris,
Quibus oportet nunciare te de gregibus bene habentibus.
Nun. Nos pastores sumus inepti, fateor:
Nihilominus tamen affero tibi sermones dignos cura.
Hec. Desine dicere mihi villanas fortunas:
In manibus gerimus prælia et hastas.
Nun. Talia et ego significaturus veni:
Vir enim exercitus numerosi dux
Venit tibi amicus, et belli socius huic terræ.

263. δ. τευχεσφόροις. 266. οἷς χρὴ γ. σ' εὐτ. ποίμνια.

103. qui vulgatum πῶλον absurdum vocat. *Beck.*

258. Lege ob metrum: Ὃς Τροίαν ἐπὶ τὰν χι—. *Heath.*

259. Versus est antispasticus ex genere τῶν πολυσχηματίστων, constans ex epitrito quarto pentasyllabo, diiambo, et syllaba. Nam ut metrum strophico respondeat, pro στρατιὰν legendum puto στρατείαν, quas voces sæpe in usu invicem permutari solere, testatur Ammonius περὶ διαφόρων λέξεων. *Heath.*

363. Καὶ γὰρ σὺ ποίμνας, &c.] Σὺ γὰρ ἔοικας ἥκειν νῦν ἐμοὶ, ἤδη πολεμοῦντι, ἀγγελῶν περὶ ποίμνης βασιλικῆς, ὃ μὲν οὐκ ἔπρεπε σὲ ποιεῖν. Εἴσι γὰρ ἐν τῇ πόλει, οἷς τὰ τῶν Πριάμου ποιμνίων μέλει. *Barnes.*

Cod. Flor. recte: Καὶ γὰρ σὺ ποίμνας δεσπόταις τελεσφόρους. Valck. D. p. 103. *Beck.*

266. γεγωνεῖν σ'.] Ita MS. G. Vulgo deest σ'. MS. Harl. γεγωνεῖς. In initio versus habet MS. Flor. οἷ χρὴ, in fine ποιμνίων, utrumque probante Valckenærio. *Musg.*

In duobus Codd. Reg. ap. Hard. Οἷς χρὴ γεγωνεῖν σ'.

Cod. Flor. etiam γεγωνειν σ'. Valck. D. p. 103. *Beck.*

267. λέγω.] MSS. E. G. Harl. et Flor. λέγεις. Confer Helen. v. 1106. *Musg.*

Σκαιοὶ βοτῆρες ἐσμὲν·] Basilius M. in Homil. de St. Mamante Martyre: Ποιμὴν οὐδὲν μέγα, οὐδὲ σοφὸν ἐπιτήδευμα. Et — Ποιμὴν οὐδὲν πλέον τῆς ἐφημέρου τροφῆς κεκτημένος, πήραν ἀνημμένος, καὶ κορύνην φέρων, τὰ πρὸς ἡμέραν ἐφόδια, οὐδεμίαν μέριμναν περὶ τῆς αὔριον ἔχων, etc. De simpli-

ʽΕΚ. Ποίας πατρῴας γῆς ἐρημώσας πέδον;
ΑΓ. Θρῄκης· πατρὸς δὲ Στρυμόνος κικλήσκεται.
ʽΕΚ. ʽΡῆσον τιθέντ' ἔλεξας ἐν Τροίᾳ πόδα;
ΑΓ. Ἔγνως· λόγου δὲ δὶς τόσου μ' ἐκούφισας.
ʽΕΚ. Καὶ πῶς πρὸς Ἴδης ὀργάδας πορεύεται,
Πλαγχθεὶς πλατείας πεδιάδος θ' ἁμαξιτοῦ;
ΑΓ. Οὐκ οἶδ' ἀκριβῶς, εἰκάσαι γε μὴν πάρα.
Νυκτὸς γὰρ οὔτι φαῦλον ἐμβαλεῖν στρατὸν,
Κλύοντα πλήρη πεδία πολεμίας χερός.
Φόβον δ' ἀγρώσταις, οἳ κατ' Ἰδαῖον λέπας

Hec. Cujus patriæ terræ solum deserens?
Nun. Thraciæ: Strymonis vero vocatur filius.
Hec. Rhesum advenisse narras in Trojanum agrum?
Nun. Scis: levâsti autem me sermone duplici.
Hec. Et quomodo ad Idæ saltus iter facit,
Aberrans a lata et plaustraria via?
Nun. Non scio certo: sed tamen conjicere licet.
Haud enim leviculum est exercitum noctu ducere,
Qui audiverit campos hostili manu plenos *esse*.
Terrorem vero rusticis, qui in Idæo mente

citate vitæ pastoritiæ lege plura in eadem oratione. *Stiblinus.*

270. Reisk. conjicit δόρυ. *Beck.*

δόρη] Δόρη, ἀπὸ γενικῆς τῆς δόρεος, δόρεα δόρη, ὡς βέλεα βέλη. *Scholiast.*

273. τῇδε γῇ.] Ita MSS. quatuor. [etiam Flor.] Ed. Ald. τῇ σῇ γῇ. *Musg.*

Στείχει φίλος σοι, σύμμαχός τε τῇδε γῇ] Olim erat σύμμαχός τε τῇ σῇ γῇ. Manifesto errore. Scazon enim ita fit. Canterus inprimis hæc ait — Videtur scribendum γῇ τε τῇ σῇ συμμαχός, vel σῇ χθονί. Quod posterius nimis remotum est, et tamen alias legimus τῇδε σύμμαχος χθονί. Ut infra v. 337. Prius quidem, excepto ordine, nil mutat, atque ideo Duportus in suo libro notabat, ut probabilem lectionem. Scaliger paulo aliter, verbis nempe leviter transpositis, legit τῇ τε σῇ γῇ σύμμαχος. Codex Regalis Coll. Præpositi τῇδε in margine habet; quæ lectio nobis probatur. *Barnes.*

276. ἐν Τροίᾳ] MS. Flor. εἰς Τροίαν. [probante Valck. D. p. 103.] *Musg.*

277. δὶς τόσου] Ita MSS. quatuor. Ed. Ald. τόσον. *Musg.*

λόγου δὲ δὶς τόσον μ' ἐκούφισας.] Eum bis nominare in animo habui, nisi sermonem meum interpellasses. Sophocles:—Ἆρ' ἐστι ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά. Addit et hoc alibi Schol. — Οἱ ἡδέως ἀκούοντες λόγου, κἂν πάνυ σαφῶς ἀκούσωσι, δὶς καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ ἀκούειν βούλονται. *Brodæus.*

Jam Reisk. emendaverat δὶς τόσου. *Beck.*

Heath reddit: *Sermone autem duplo proliriore me levâsti.* Homines enim e vulgo solent multis ambagibus producere sermonem.

In Flor. quoque δὶς τόσου. cf. v. 753. Eurip. Electr. 1092. Valck. D. p. 102. *Beck.*

278. ὀργάδας] Hesych. Ὀργὰς, λοχμῶδες καὶ ὀρεινὸν χωρίον καὶ ἀνέργαστον. Quare mihi videtur paulo supra corrigendus idem Grammaticus: Ὀργάδες, γεγεωργημένοι τόποι. Lego ἀγεώργητοι. *Barnes.*

ὀργάδας] Ὀργάδες κυρίως οἱ ἱεροὶ τῶν θεῶν τόποι. Fl. 1. 2. *Matthiæ.*

279. MS. Harl. πλατείαις πεδιάδος ἁμαξιτοῖς. *Musg.*

πλατείας] Ὁδοῦ subaudiendum. Πεδιά-

Οἰκοῦμεν αὐτόριζον ἑστίαν χθονὸς,
Παρέσχε, δρυμὸν νυκτὸς ἔνθηρον μολών.
Πολλῇ γὰρ ἠχῇ Θρῄκιος ῥέων στρατὸς
Ἔστειχε· θάμβει δ' ἐκπλαγέντες, ἵεμεν
Ποίμνας ἐς ἄκρας, μή τις Ἀργείων μόλῃ
Λεηλατήσων καὶ σὰ πορθήσων σταθμά,
Πρὶν δὴ δι' ὤτων γῆρυν οὐχ Ἑλληνικὴν
Ἐδεξάμεσθα καὶ μετέστημεν φόβου.
Στείχων δ' ἄνακτος προὐξερευνητὰς στρατοῦ
Ἀνιστόρησα Θρῃκίοις προσφθέγμασιν,

Habitamus, terræ larem priscum,
Incussit, noctu incedens *per* saltum plenum-feris.
Magno enim clangore Thracius exercitus fluens
Festinabat: stupore vero nos consternati, egimus
Greges in summitates montium, nequis Græcorum accederet
Prædam abacturus, et tua depopulaturus ovilia:
Priusquam per aurem vocem non Græcam
Accepimus, et tunc destitimus a metu.
Vadens vero in vallem speculatores exercitus
Interrogavi Thracio sermone,

δος, πεδίον ἐχούσης. Ἁμαξιτοῦ, ἁμαξηλάτου, λεωφόρου. *Brodæus.*

In ed. Ald. τ' ἀμαξιτοῦ. *Beck.*

281. Vertit Heath.: *Noctu enim non res nihili est, admovere exercitum. Beck.*

284. αὐτόριζον ἑστίαν χθονὸς,] Respicere videtur, quod tradit Homerus Iliad. Υ'. 216. Idam sc. prius habitatam fuisse, quam Troja in planitie condita esset. αὐτόριζον igitur vocat, quod radix esset gentis, nec incolæ ejus aliunde, aut ab alia radice, advenissent. ἑστίαν χθονὸς habet et Æschyl. Supplic. 377. in quo titulo sanctimoniam maxime spectatam puto, prout in domo sanctissimum est Ἑστία. *Musg.*

αὐτόριζον ἑστίαν χθονὸς,] Indigenas Trojani soli lares. Αὐτόριζον] Αὐτόχθονα: sunt enim Phryges omnium mortalium antiquissimi; testis est in Euterpe Herodot. *Brodæus.*

αὐτόριζον, etc.] *Ipsissimum radicalem larem terræ.* Nam per αὐτόριζον innuere velle videtur Poëta, montem Idam quasi radicem et originem fuisse omnium in ea regione urbium et pagorum. *Heath.*

285. εὔθηρον] Feris abundantem. Hom. Iliad. Θ'. v. 47. Ἴδην μητέρα θηρῶν propterea nuncupat. *Barnes.*

ἔνθηρον, pro quo in nonnullis libris εὔθηρον, tuetur Abresch. ad Æsch. T. I. p. 314. *Beck.*

286. ῥέων] Vox elegans et de exercitu non inusitata. vid. Iphig. in Taur. v. 1438. Æschyl. Sept. c. Theb. v. 80. Nihilominus cum Ruhnkenio verum puto βρέμων. MS. Harl. λέγων.

Omnium maxime placeret:

Πολλὴν γὰρ ἠχὴν Θρῄκιος ῥέων στρατός.

Πολλὴν ἠχὴν ῥέων, *magnum murmur edens.* ῥέων pro χέων, ut Hecub. 526. *Musg.*

292. Στείχων δ' ἄνακτος] Legendum στείχων δ' ἀν' ἄγκος, *iens in vallem.* Pastores, strepitu exercitus perterrefacti, greges in montium summitates abegerant. Dum ibi essent ex militum vocibus, quas clarius, utpote ex valli, percipiebant, intelligunt, non Argivum exercitum esse, sed Thracium. Descendit igitur hic, quisquis est, *in vallem,* ut cum militibus confabularetur. ἀνὰ pro εἰς paullo rarius est, neque desunt tamen exempla, ut ostendemus ad Helen. v. 1509. *Musg.*

Τίς ὁ στρατηγὸς καὶ τίνος κεκλημένος
Στείχει πρὸς ἄστυ Πριαμίδαισι σύμμαχος;
Καὶ πάντ' ἀκούσας, ὧν ἐφιέμην μαθεῖν,
Ἔστην· ὁρῶ δὲ Ῥῆσον, ὥστε δαίμονα,
Ἑστῶτ' ἐν ἱππείοισι Θρηκίοις ὄχοις.
Χρυσῆ δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρον
Πώλων ἔκληε, χιόνος ἐξαυγεστέρων.
Πέλτη δ' ἐπ' ὤμων χρυσοκολλήτοις τύποις
Ἔλαμπε· Γοργὼ δ', ὡς ἐπ' αἰγίδος θεᾶς,
Χαλκῆ, μετώποις ἱππικοῖσι πρόσδετος,
Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.
Στρατοῦ δὲ πλῆθος οὐδ' ἂν ἐν ψήφου λόγῳ

Quis dux, et cujus filius vocatus,
Pergat ad urbem Trojanis socius?
Et cum omnia audivissem, quæ cupiebam scire
Restiti. Ibi vidi Rhesum veluti deum
Stantem in Thraciis curribus equestribus,
Aureum autem jugamentum collum jugalium
Equorum claudebat nive candidiorum:
Pelta vero in humeris aureis figuris
Fulgebat: Gorgo vero velut in Deæ *Palladis* clypeo
Ærea, fronti equorum alligata,
Cum multis tintinnabulis sonum edebat.
Multitudinem vero exercitus neque in ratione calculi

ἄνακτος] Rhesi. *Προὐξερευνητὰς*] Homines exploratum præmissos, qui, quæ ad ducendum exercitum pertinent, omnia diligenter perscrutantur; quo e genere sunt *ἡμεροσκόποι* et *πρόδρομοι*, emissarii, antecursores. Arrianus — *Ἔχων τῶν τε ἑταίρων τὴν ὕλην τὴν ἐξ Ἀπολλωνίας καὶ τῶν προδρόμων καλουμένων.* *Brodæus.*

Στείχων δ' ἔναγχος corrigit Reisk. *Beck.*

295. *ἄστυ*] *Ilium.* *Ὥστε δαίμονα*] Homerus dicat — *Θεὸν ὥς.* *Barnes.*

297. *Ἔστην·*] Piersonus *ᾔσθην* nulla necessitate. Substitit Nuncius, ut exercitum transeuntem, saltem Rhesum, videret. *Musg.*

298. *Ἑστῶτ' ἐν ἱππείοισι Θρηκίοις ὄχοις.*] Ita optime MS. Flor. Vulgo *ἑστῶτ' ἐν ἵπποις Θρηκίοις τ' ὀχήμασι.* *Musg.*

299. *πλάστιγξ*] Vel hunc, vel similem locum respexit Hesychius, qui inter alias notiones *τὸ ζύγωμα*, velut synonymum, affert.

ζυγηφόρον] Sic eleganter MS. Flor. Vulgo *ζυγηφόρων.* *Musg.*

πλάστιγξ] Aliquando *μάστιξ*, a *πλήσσω*, et ita Scaliger putat, idem hic esse *πλάστιγξ* et infra v. 762. *πλῆκτρα.* Sed nescio, quomodo flagellum dicatur *colla equorum claudere.* Quare præstat, hic per *bullam* exponere, *collis* equorum appensam ornatus causa, ut *lanx* jugo appenditur, ubi librantur pondera. Est enim et lanx *πλάστιγξ.* *Barnes.*

306. *ἄπλαστον*] MSS. tres *ἄπλατον.* [etiam Flor.] *Musg.*

ἄπλατον] Scribi jubet Piers. ad Mœr. p. 25. Nam pro *ἄπλετος* Attici scripserunt *ἄπλατος.* *Beck.*

307. *πελταστῶν*] Thracum ea ab ini-

Θέσθαι δύναι' ἄν, ὡς ἄπλατον ἦν ἰδεῖν.
Πολλοὶ μὲν ἱππεῖς, πολλὰ πελταστῶν τέλη,
Πολλοί τ' ἀτράκτων τοξόται, πολὺς δ' ὄχλος
Γυμνὴς ὁμαρτῇ, Θρῃκίαν ἔχων στολήν.
Τοιόσδε Τροίᾳ σύμμαχος πάρεστ' ἀνήρ,
Ὃν οὔτε φεύγων, οὔθ' ὑποσταθεὶς δορὶ,
Ὁ Πηλέως παῖς ἐκφυγεῖν δυνήσεται.
ΧΟ. Ὅταν πολίταις εὖ σταθῶσι δαίμονες,
Ἕρπει κατάντης συμφορὰ πρὸς τἀγαθά.
ἙΚ. Πολλοὺς, ἐπειδὴ τοὐμὸν εὐτυχεῖ δόρυ
Καὶ Ζεὺς πρὸς ἡμῶν ἐστιν, εὑρήσω φίλους.
Ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν δεόμεθ', οἵτινες πάλαι

Ponere possem: adeo immensa erat visu.
Erant enim multi equites, et multi peltatorum ordines,
Et multi sagittarum jaculatores, et multa turba
Levis armaturæ sequebatur, Thracium vestitum gerens.
Hujusmodi Trojæ socius adest vir,
Quem neque fugiens, neque subsistens hasta
Pelei filius *Achilles* poterit effugere.
Cho. Quando civibus bene volunt dii,
Fortuna proclivis fertur in bonum.
Hec. Multos, quandoquidem hasta mea rem feliciter gerit,
Et Jupiter nobiscum est, inveniam amicos.
Sed nihil ipsis indigemus, qui olim

306. δυναίμην — ἄπλαστον. 309. ὁμαρτεῖ. 314. τἀγαθόν.

tio armatura fuit. Herodot. VII. c. 75. Hinc Xenophon Anabas. initio: ἔχων ὁπλίτας χιλίους καὶ πελταστὰς Θρᾷκας ὀκτακοσίους. Postea eodem more a Græcis recepto, in desuetudinem abiit ὁπλιτῶν nomen. Diod. Sic. Lib. XV. c. 44. Cornelius Nepos in Iphicrate. *Musg.*

308. MS. Flor. πομποί τ' ἀτράκτων τοξόται. *Musg.*

ἄτρακτος] Proprie *fusus* significat, metaphorice *jaculum*. Ita Sophocles Philoctet. — ὅ μοι βάλοι Νευροσπαδὴς ἄτρακτος. Hesych. Ἄτρακτος, μεταφορικῶς βέλος. *Barnes.*

309. Γυμνῆς] Miles levis Armaturæ. De qua re vide supra ad v. 31. Στολὴν] Thom. Magister: Ἰστέον, ὅτι ἐσθὴς καὶ στολὴ διαφέρει, τῷ τὴν μὲν ἐσθῆτα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς ἐνδυμάτων τάττεσθαι· τὴν δὲ στολὴν ἐπὶ τῶν διαφόρων σχημάτων· οἷον ἄλλη στολὴ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἄλλη τῶν Βαρβάρων. *Brodæus.*

Cod. Flor. ὁμαρτῆ, θρηκίαν στολὴν ἔχων. Valck. D. p. 103. *Beck.*

313. Ὅταν πολίταις] Hæc Chorus loquitur, tanquam jam Trojanis, diutina afflictis obsidione, præsens auxilium numinum favore ex adventu Rhesi affulgeat. Cæterum non abs re est, Thraces Trojanis auxilio venisse: siquidem magna inter ipsos fuit quondam affinitas, ut testatur Strabo; adeo ut nomina quædam et vocabula, nec non et linguæ usus communis ipsis exstiterit. *Stiblinus.*

Μὴ ξυμπονῶσιν, ἡνίκ' ἐξώστης Ἄρης
Ἔθραυσε λαίφη τῆσδε γῆς μέγας πνέων.
Ῥῆσος δ' ἔδειξεν, οἷος ἦν Τροίᾳ φίλος·
Ἥκει γὰρ ἐς δαῖτ', οὐ παρὼν κυνηγέταις
Αἱροῦσι λείαν, οὐδὲ συγκαμὼν δορί.
ΧΟ. Ὀρθῶς ἀτίζεις κἀπίμομφος εἶ φίλοις·
Δέχου δὲ τοὺς θέλοντας ὠφελεῖν πόλιν.
ἙΚ. Ἀρκοῦμεν οἱ σώζοντες Ἴλιον πάλαι.
ΧΟ. Πέποιθας ἤδη πολεμίους ᾑρηκέναι;

Non una laboraverunt, quando violentus Mars
Disscidit vela hujus terræ graviter spirans.
Rhesus vero ostendit, qualis sit Trojæ amicus:
Venit enim ad convivium, cum non adfuerit venatoribus
Capientibus prædam, neque una laborârit hasta.
Cho. Merito culpas et succenses amicis:
Recipe tamen eos, qui volunt juvare civitatem.
Hec. Sufficimus nos, qui Ilium a longo tempore servavimus.
Cho. Putas jam te hostes debellasse?

318. ξυμπονοῦσιν.

314. πρὸς τἀγαθά.] Cod. Flor. Valck. l. l. *Beck.*

315. Πολλοὺς ἐπειδὴ τοὐμὸν εὐτυχεῖ δόρυ] Sic Ovid. *Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris.* *Barnes.*

318. ξυμπονοῦσιν,] Ita MSS. E. G. Vulgo ξυμπονῶσιν.

ἐξώστης Ἄρης] Metaphora a vento ducta, qui, cum vehementior solito est, ἐξώστης dicitur, vid. Suidam, v. ἐξώστης. Euripid. Cyclop. v. 279. Æschin. Epist. I. *Musg.*

ξυμπονοῦσιν Reiskii quoque conjectura. *Beck.*

319. Ἔθραυσε] Sic optime MS. Flor. ἔφαυσε, quod in vulgatis est, viros eruditos frustra exercuit. *Musg.*

Ἔφαυσε] Ἔφαυσε ducitur ab ἐπὶ et αὔω, ut ἄφαυσε, qua voce ipse Euripides utitur et Aristophan. in Pace, fol. 477. Brodæus ἔφασε legit, quod apud illum *confregit* sonat, nullo, quod sciam, exemplo; Hen. Stephanus ἔθραυσε substituit, quod certe id significat, nullo autem cum sensu; mox itaque ἔπαυσε, nihilo felicius, veram lectionem putat. Nos vero ἔφυσε legendum putamus, optimo cum sensu; Hector enim indignatur, Rhesum non tum illi adjutorio fuisse, quum dudum belli tempestas violenter spirans impleverat vela Trojanæ terræ; nunc autem adesse, quum multum se Mars remiserit. Ἔφυσε autem pro ἐφύσα, sicut et φύσας pro φυσήσας, Hesych. φύσας, γεννήσας, ἢ τοὺς ἀσκοὺς πληρώσας. Sic Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν. et Homer. — Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυσεν. Utrobique exponas — *Inspiro*, licet ἐμφύω *ingenero* et *insero* plerumque significat. Miror, hic Scaligerum, Heinsium, Rutgersium, Æmil. Portum et Duportum hoc verbum silentio præteriisse. Et tamen Andr. Schottus Observat. Poëtic. Lib. II. c. 43. dicit, se præferre ἔθραυε; sed ea lectio nec mihi placet, et magis, quam ἔθραυσε, displicet, quam tamen Henrico Stephano non satis placuisse supra ostendimus. *Barnes.*

Veram lectionem esse ἔπαυσε existimat Henr. Steph.

Dawes. Misc. Cr. p. 249. de hoc verbo nihil decernit, monet tantum, Barn. conjecturam esse ineptam.

In Flor. ἔθραυε λαίφη, teste Valck. D. p. 103. *Beck.*

Leg. aut ἔφλασε, *tutudit*, aut ἔφλυσε,

ἙΚ. Πέποιθα· δείξει τοὐπιὸν σέλας θεοῦ.
ΧΟ. Ὅρα τὸ μέλλον· πόλλ' ἀναστρέφει θεός.
ἙΚ. Μισῶ φίλοισιν ὕστερον βοηδρομεῖν.
ΑΓ. Ἄναξ, ἀπωθεῖν συμμάχους ἐπίφθονον.
Φόβος γένοιτ' ἂν πολεμίοις ὀφθεὶς μόνον.
ΧΟ. Ὅδ' οὖν, ἐπείπερ ἦλθε, σύμμαχος μὲν οὔ,
Ξένος δὲ, πρὸς τράπεζαν ἡκέτω ξένων·
Χάρις γὰρ αὐτῷ Πριαμιδῶν διώλετο.
ἙΚ. Σύ τ' εὖ παραινεῖς, καὶ σὺ καιρίως σκοπεῖς.

Hec. Puto; ostendet sequens Dei jubar.
Cho. Vide quid sit futurum: multa invertit Deus.
Hec. Odi sero opitulari amicis.
Nun. O rex, repellere socios, odiosum *est*:
Terrori *enim* erit hostibus conspectus tantum.
Cho. Hic itaque quia advenit, non quidem belli-socius,
Sed hospes, ad mensam veniat hospitum:
Gratia enim ei Priamidum periit.
Hec. Tu recte mones, et tu *quoque* opportune *rem* consideras.

h. e. *turgere*, φλύειν, ζεῖν, *æstuare fecit.* priori favet vetus lectio εφασε. εφυτε non potest locum habere, nisi ἐφύσησε legas. *Reisk.*

Ἔφαυσε h. l. compositum puto ex αὔω, *spiro*, Aristophanem tamen nusquam reperio usum fuisse verbo ἀφαύω, nisi in significatione *exsiccandi*. *Heath.*

320. Τροίᾳ] Sic optime MS. Flor. Vulgo Τροίας. *Beck.*

321. Ἥκει γὰρ ἐς δαῖτ', οὐ παρὼν κυνηγέταις] Elegans proverbium, antiquam simplicitatem redolens. *Barnes.*

323. ἀτίζειν] Legendum, ni fallor, κακίζεις. ἀτίζειν est contumeliose aliquem tractare: κακίζειν non item. κακίζομεν nonnunquam, quos magni facimus, ut Alexander Macedonas, Arrian. p. 279. Ed. Gronov. alii Alexandrum et facta ejus, p. 311. et 312. MS. Flor. ἔλεξας, quod correctori imputandum. *Musg.*

Ὀρθῶς] Hoc verbum Canterus in hoc loco putat incongruum, οὐκ ὀρθῶς. ἐπειὴ ὀρθῶς ὀρθῶς γε πάρεστιν. *Barnes.*

Recte vidit Canterus, contrarium τοῦ ὀρθῶς hic postulare sententiam; nemo enim certe eos, qui simpliciter dicuntur φίλοι, ὀρθῶς ἀτίζει. Forsan scripsit poëta:

Ὅρα, ὡς ἀτίζεις, κἀπίμομφος εἶ φίλοις.

Considera, quomodo amicos contemnis et culpam iis imputas. ὡς pro ὅπως, *quomodo*, i. e. *quanto periculo*. *Musg.*

In cod. Flor. Ὀρθῶς ἔλεξας, teste Valcken. ad Eurip. Hippol. 712. et D. p. 103. ubi monet, id Tragicis esse usitatum, et improbat emendationem Heathii. *Beck.*

325. πάλαι.] Ita optime MS. Flor. Vulgo πόλιν. *Musg.*

Pro πόλιν Reisk. legendum conjicit πάλαι, aut μόνοι. *Beck.*

327. τοὐπιὸν] Τὸ ἐπιὸν σέλας θεοῦ· ἡμέρα. Θεοῦ absolute pro ἡλίου. Ut Medeæ v. 353. Supplicum v. 219. et v. 479. *Barnes.*

Cod. Flor. τοὐπιὸν θεοῦ σέλας. Valck. D. p. 103. *Beck.*

328. Ὅρα τὸ μέλλον·] Chorus hic, ut Gasp. Stiblinus ait, comminatur lubricas fortunæ et aleæ Martis vices. *Prudens enim* (ut Flaccus canit) *futuri temporis* exitus *Caliginosa nocte premit Deus.* *Barnes.*

329. Cod. Flor. habet quidem βοηδρομεῖν, sed Valck. l. l. mavult βοηδρόμον.

334. Χάρις γὰρ αὐτῷ Πριαμιδῶν διώλετο.] Δηλονότι, διὰ τὸ βραδέως αὐτὸν ἐληλυθέναι. Huc referatur illud suavissimum ex Anthologia Epigram. Ὠκεῖαι χάριτες γλυ-

Ὁ χρυσοτευχὴς δ' οὕνεκ' ἀγγέλου λόγων,
Ῥῆσος παρέστω τῇδε σύμμαχος χθονί.
ΧΟ. Ἀδράστεια μὲν, ἁ Διὸς παῖς, στροφὴ α'.
Εἴργοις στομάτων φθόνον·
Φράσω γὰρ δὴ, ὅσον μοι
Ψυχᾷ προσφιλές ἐστιν εἰπεῖν.
Ἥκεις, ὦ ποταμοῦ παῖ,
Ἥκεις, ἐπλάθης φιλίαν πρὸς αὐλὰν
Ἀσπαστὸς, ἐπεί σε χρόνῳ

Armatus igitur aureis armis, ob sermones nuncii,
Rhesus adsit auxiliator huic terræ.
Cho. Adrastea, Jovis filia,
Avertas a verbis meis invidiam *Deorum:*
Dicam enim jam quæcunque meo
Animo dicere gratum est.
Ades, O Fluminis fili?
Ades, appropinquâsti ad aulam amici?
Acceptissimus utique, quando te tandem

343. Φρυγίαν.

κηρώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ, Πᾶσα χάρις κενὴ, μηδὲ λέγοιτο χάρις. *Barnes.*

335. Σύ κ' εὖ παραινεῖς,] Chorum alloquitur. Καὶ σὺ καιρίως σκοπεῖς] Nunc autem Pastorem. *Barnes.*

Pro Σύ κ' εὖ, ut Barn. edidit, in vett. edd. Σύ τ' εὖ—quod restitui jubent Heath. et Reisk. *Beck.*

337. Cod. Flor. male παρέσται. Valck. D. p. 103. *Beck.*

338. De Adrastea videndi Interpretes Hesychii et Suidæ v. Ἀδράστεια. *Musg.*

Ἀδράστεια μὲν, ἁ Διὸς παῖς, Εἴργοις στομάτων φθόνον·] Nemesin arrogantiæ et insolentiæ vindicem habitam a veteribus, omnibus notum. Vid. Erasmi Adag. in Adrastea Nemesis. Etiam quæ nos ex Philostrato aliisque de Adrastea, regibus Persarum conciliata, ne quid supra homines efferantur, ad Estheræ v. 105, 106, 107, et 108. Et quia, ut Sophocles ait Antigone, v. 131. Ζεὺς μεγάλης γλώσσης κόμπους Ὑπερεχθαίρει, ideo veteres, cum de re quapiam magnifice loqui vellent, ut ait Gaspar Stiblinus, sive de excellenti virtute et potentia invicta, sive de felicitate aliqua nova, cui maxime fiderent, Nemesin, quæ spes immoderatas vetaret ac puniret, deprecari ac præfatiuncula placare studebant. Hinc Chorus Trojanorum, qui de Rhesi virtute ac viribus nihil non sperabat, sibi Nemesin conciliare prius aggreditur. Huc referas illud Sophocl. Ajac. v. 127. Τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν, ὑπέρκοπον Μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος, Μηδ' ὄγκον ἄρῃς μηδέν', εἴ τινος πλέον Ἢ χειρὶ βρίθεις, ἢ μακροῦ πλούτου βάρει: Ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν Ἅπαντα τἀνθρώπεια· τοὺς δὲ σώφρονας Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς. *Barnes.*

338. s. Hardion. in diss. super Rheso Comm. Acad. Inscr. Par. T. XIV. p. 513. hæc ita accipit, ac si Chorus magniloquentiæ, qua usus fuerat Hector, pœnas apud Nemesin deprecaretur. Sed in toto hoc systemate Chorico ne unum quidem verbum reperitur, quod aut Hectorem, aut colloquium, quod inter eum et Chorum præcesserat, respiciat. Quid excusari velit, satis ostendit Chorus sequentibus verbis; fiduciam scilicet, quam in Rheso exercituque, quem secum ducebat, immodicam habebat, declaraturus, Nemesin prius deprecatur, ne, si quæ forte superbiora exciderint sibi, ultione digna esse censeat. *Heath.*

Πιερὶς μάτηρ ὅ τε καλλιγέφυ-
ρος ποταμὸς πορεύει
Στρυμὼν, ὅς ποτε τᾶς μελῳδοῦ   ἀντιστρ. α'.
Μούσας δι' ἀκηράτων
Δινηθεὶς ὑδροειδὴς
Κόλπων σὰν ἐφύτευσεν ἥβαν.
Σύ μοι Ζεὺς ὁ φαναῖος
Ἥκεις διφρεύων βαλιαῖσι πώλοις.
Νῦν, ὦ πατρὶς ὦ Φρυγία,

Pieris mater, et pulchris pontibus instratus
Fluvius ducit *huc*
Strymon: qui olim cantatricis
Musæ per intemeratos
Volutatus specie-aquæ
Sinus, tuam procreavit pubertatem.
Tu mihi Jupiter Phanæus
Venis, velocibus equis currum agens.
Nunc, O patria, O Phrygia,

339. στομάτων φθόνον·] i. e. invidiam deorum propter arrogantes sermones. *Musg.*

εἴργοι scribit Reisk. *Beck.*

343. ἐπλάθης] Ita MSS. tres. Vulgo ἐπλάσθης. Mox pro φιλίου vir doctus in margine Aldinæ editionis apud me φιλίαν; id autem ex MS. excerptum esse fidem facit, quod alia nonnulla ibidem notata ipse in MSS. inveni. MS. Flor. Φρυγίαν, quod non dubitavi recipere. *Musg.*

Ἐπλάσθης pro ἐπελάσθης. Sicut enim supra v. 14. πλάθω pro πελάθω, sic πλάζω pro πελάζω dicitur. Φιλίου] Ἀνδρὸς subaud. i. e. Ἕκτορος. Scaliger legit φίλιον. *Barnes.*

In ed. Commel. post αὐλὰν punctum est, non post Ἀσπαστός.

Cod. Flor. Ἐπλάσθης Φρυγίαν πρὸς αὐλάν. *Beck.*

Leg. φίλιον. *Reisk.*

344. ἐπεί σε] Ita lego, deleto, quod adhuc obtinebat, ἔπεισε, quia πορεύει est verbum transitivum: nec mater putanda est filio bellum suasisse. *Barnes.*

345. Ed. Ald. ὅτε. *Beck.*

347. Στρυμών· ὃς μελῳδοῦ Μούσας, &c.] Homerus quidem Rhesum filium Eionei asserit, Iliad. κ'. v. 435. Ἐν δέ σφιν Ῥῆσος βασιλεὺς, παῖς Ἠϊονῆος. De qua re vid. Eustathium in locum. Sed Neoterici Poëtæ Fluvii Strymonis et Musæ Terpsichoræ, sive, ut alii, Euterpæ, filium fingunt. Et quidem, quanquam Musæ a Poëtis virgines reputantur; ut Eustathius et Didymus enumerant, nonnullas earum matres vocabant omnes hi Heroës. Orpheus erat filius Calliopæ, vel, ut alii, Clius; Linus Terpsichoræ, vel, ut alii, Euterpæ; Rhesus Terpsichoræ et ipse, vel Euterpæ; Thaliæ Palæphatus; Eratus Thamyris Thrax; Melpomenæ et Acheloi filiæ erant Sirenes: Polymniæ Triptolemus. Sola Urania adhuc virgo est. *Barnes.*

351. Ζεὺς ὁ φαναῖος] Quam hic emphasin habeat φαναῖος, nemo interpretum docet, nec quidquam suppeditant veteres grammatici. Videtur vox a φάναι fluere, quo nomine auctor infra v. 940. mysteria designat. *Musg.*

Ζεὺς ὁ φαναῖος] Ita hic Jupiter dicitur, quasi *coram apparens oculis.* Idem nomen Apollini datur apud Achæum Poëtam in Omphale, teste Hesychio—Φαναῖος Ἀπόλλων. Ἀχαιὸς ὀμφάλῃ. παρὰ Χίοις οὕτω λέγεται. *Barnes.*

352. διφρεύων] Ita MS. Flor. Vulgo διφρεύσων. *Musg.*

βαλιαῖσι πώλοις,] Βαλιὸς aperte noc in

Ξὺν θεῷ νῦν σοι τὸν ἐλευθέριον
Ζῆνα πάρεστιν εἰπεῖν.
Αρά ποτ' αὖθις ἁ παλαιὰ στροφὴ β'.
Τροία τοὺς προπότας παναμερεύσει
Θιάσους ἐρώτων
Ψαλμοῖσι καὶ κυλίκων οἰνοπλανήτοις
Ἐπιδεξίαις ἁμίλλαις,
Κατὰ πόντον Ἀτρειδᾶν

Favente deo, nunc tibi liberatorem
Jovem licebit cantare.
Ergo tandem rursus antiqua
Troja celebrabit-toto-die propinatorios
Cœtus amorum
Cantilenis, et poculorum in orbem redeuntibus
Dextrorsum certaminibus:
Per mare Atridis

360. ὑποδεξίαις.

loco non significat *varius*, aut *maculosus*, quia Rhesi equi fuere candidi, Iliad. κ'. v. 437. Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Virgil. Æn. Lib. XII. v. 84. Qui candore nives anteirent, cursibus auras. Quare expono hoc in loco per *velox*. Usitatum autem est Græcis Poëtis, Equos optimos per fœmininum genus equas vocare; ut in hoc loco, quos equos aperte Homerus vocat ibid. v. 436. Τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον, ἠδὲ μεγίστους· Λευκότεροι, &c. eosdem βαλιὰς πώλους vocat Euripides. Hoc vero obiter notandum, quandocunque ἵππος pro equitatu ponitur, singulari numero semper et fœminino genere occurrit, ut ἡ ἵππος. *Barnes.*

354. Ξὺν θεῷ] Synesius σὺν θεῷ δὲ εἰρήσθω. Plato σὺν θεῷ εἰπεῖν ῥᾴδιον ἔσται. Demosthenes Οἴομαι καὶ σὺν θεοῖς εἰρῆσθαι. Joh. Brodæus. Hic vero rursus hæc verba dicuntur ad invidiam aversandam. Vid. supra ad v. 338. Ἐλευθέριον Ζῆνα] Chorus, sperans ex Rhesi adventu obsidii finem, Græcorumque aut internecionem, aut fugam, Jovem liberatorem Trojæ jam adesse pronuntiat, quod Homerus in fine Iliad. ζ'. hoc modo fere attigit, v. 526. αἴκε πόθι Ζεὺς Δώῃ, ἐπουρανίοισι θεοῖς αἰειγενέτῃσι Κρητῆρα στήσασθαι ἐλεύθερον ἐν μεγάροισιν, Ἐκ Τροίης ἐλάσαντες ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς. Græci autem Jovem Eleutherium, victis fusisque ad Platæas Persis, coluerunt. De cujus Ara, Simulacro, Festo, et Porticu vid. Pausaniam. *Barnes.*

355. εἰπεῖν.] Ferri posset εἰπεῖν Ζῆνα de aliquo, qui hymnum vel ἔπος in Jovem pangeret. Hic intelligitur hymnis *canendis* celebrare, quod verbum diversum postulat:

— νῦν σοι τὸν Ἐλευθέριον
Ζῆνα πάρεστι μέλπειν.

Jupiter Eleutherius quanto honore a Græcis cultus fuerit, passim docent auctores antiqui. *Musg.*

358. Θιάσους] Vid. quæ nos ad Phœniss. v. 808. *Barnes.*

359. Ψαλμοῖσι] Ita recte Barnesius ex Canteri conjectura. Ed. Ald. ψάλμασι.

οἰνοπλανήτοις] An legendum δινοπλανήτοις, *in orbem redeuntibus. Musg.*

Ψαλμοῖσι] Ita restituo pro ψάλμασι, Canteri Scaligerique auctoritate et versus postulatione. *Barnes.*

360. Ὑποδεξίαις] Omnino legendum ἐπιδεξίαις. Hom. Odyss. φ'. v. 141.

ὄρνυσθ' ἑξείης ἐπιδέξια πάντες ἑταῖροι
ἀρξάμενοι τοῦ χώρου, ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει.

Eupolis apud Pollucem, Lib. II. sect. 159. ὅταν δὲ πίνωσι τὴν ἐπιδέξια. Adde

Σπάρταν οἰχομένων Ἰλιάδος παρ' ἀκτᾶς;
Ὦ φίλος, εἴθε μοι
Σᾷ χερὶ καὶ σῷ δορὶ πρά-
ξας τάδ' ἐς οἶκον ἔλθοις.
Ἐλθὲ, φάνηθι, τὰν ζάχρυσον ἀντιστρ. β'.
Πηλείδᾳ προβαλοῦ κατ' ὄμμα πέλταν, 371
Δοχμίαν πεδαίρων
Ξεστὰν παρ' ἄντυγα, πώλους ἐρεθίζων

Spartam abeuntibus a littore Iliaco.
O amice, utinam mihi
Tua manu et tua hasta confectis
His, domum revertaris!
Veni, appare, auro-micantem
Peltam Pelidæ objicias ob oculos,
Obliquam elevans,
Juxta politum currum equos turbans,

362. ἀκτᾶς. 369. σχιστὰν — κώλοις.

Critiam in Eleg. apud Athen. Lib. X. c. 9.

361. s. Ita hæc metra constituenda:

Κατὰ πόντον Ἀτρειδᾶν Σπάρταν οἰ—anapæsticus dimeter.

Χομένων Ἰλιάδος παρ' ἀκτὰς, antispasticus ex epitrito quarto pentasyllabo, diiambo, et syllaba.

et in antistropha:

Σὲ γὰρ οὔτις ὑποστὰς, Ἀργείας
Ποτ' ἐν Ἥρας δαπέδοις χορεύσει.

Heath.

364. s. Ita hæc metra constituenda:

Σᾷ χερὶ, καὶ σῷ basis anapæstica.

Δορὶ πράξας τάδ', ἐς οἶκον ἔλθοις antispasticus similis supra memorato.

et in antistropha:

Καταφθίμενον Θρῃ-
κὶ μόρῳ φίλτατον ἄχθος οἴσει.

Secunda τοῦ καταφθίμενον syllaba corripitur, ut pes primus sit proceleusmaticus. Vid. Clark. ad Hom. Il. β'. 537. *Heath.*

366. Ζάχρυσον] Prior brevis. Vid. Alcest. v. 514. *Barnes.*

367. πέλταν,] Πέλτη, ἡ ἀσπὶς δέρματι κεκαλυμμένη αἰγὸς, ἢ οἰός. Hic vero χρυσῆ ἀσπὶς, ut χαλκείη κυνέη. *Barnes.*

368. Lego et interpungo:

δοχμίαν πεδαίρων
ξεστὰν παρ' ἄντυγα, πώλους ἐρεθίζων.

ξεστὰν ἄντυγα, ut ξεστὸν δίφρον, Pindar. Pyth. II. Antistroph. 1. ξεστᾷ ἀπήνᾳ, Pyth. IV. Stroph. 5.

πώλους ἐρεθίζων elegans Reiskii et Tyrwhitti emendatio est. conf. Bacch. v. 148. *Musg.*

Δοχμίαν πεδαίρων] Πεδαίρω est verbum poëticum, idem valens, ac ἐκ πέδου αἴρω, *ex solo tollo, humo tollo, attollo.* Pro quo συνωνύμως dicitur πεδόθεν ἐπαείρω. Eurip. Troad. v. 98. Ἄνα δυσδαίμων, πεδόθεν κεφαλὴν ἐπάειρε. Est autem Euripidi plus semel dictum, ut Phœniss. v. 1041. πεδαίρουσα. Et Herc. Furens, v. 815. Νωθὲς πέδαιρε κῶλον. Et v. 868. Στεῖχ' ἐς οὔλυμπον πεδαίρουσ', Ἶρι, γενναῖον πόδα. Sunt tamen, qui putant, τὸ πεδαίρειν Æolice dictum pro communi μεταίρειν. Caninius in suis Hellenismis, p. 60. hoc ipsum his verbis confirmat: *Æolii (ut docent Grammatici) non nunquam mutant μ. in π. ut ὄππατα pro ὄμματα, πετ' ἐμοῦ pro μετ' ἐμοῦ.* Quod ad πετ' attinet, nihil me tale legisse unquam memini; sed πέδα pro

Δίβολόν τ' ἄκοντα πάλλων.
Σὲ γὰρ οὔτις ὑποστὰς
Ἀργείας ποτ' ἐν Ἥρας δαπέδοις χορεύσει·
Ἀλλά νιν ἅδε γᾶ
Καταφθίμενον Θρῃκὶ μόρῳ
Φίλτατον ἄχθος οἴσει.
Ἰὼ, ἰώ.
Μέγας ὦ βασιλεῦ, καλὸν, ὦ Θρῄκη,
Σκύμνον ἔθρεψας πολίαρχον ἰδεῖν.
Ἴδε χρυσόδετον σώματος ἀλκὴν,
Κλύε καὶ κόμπους κωδωνοκρότους,
Παρὰ πορπάκων κελαδοῦντας.
Θεὸς, ὦ Τροία, θεὸς αὐτὸς Ἄρης,
Ὁ Στρυμόνιος πῶλος ἀοιδοῦ
Μούσης ἥκων καταπνεῖ σε.

Vibransque hastam duplicem.
Te enim nullus sustinens,
Saltabit unquam in templo Argivæ Junonis:
Sed eum hæc terra
Peremptum Thracio fato
Charissimum onus feret.
Io, io.
Maxime rex, eximium, O Thracia,
Catulum aluisti civitatis-principem aspectu.
Vide auro-ornatum corporis munimentum:
Audi etiam strepitus tintinnabulorum-crepitantium,
A scuti loris resonantes.
Deus, O Troja, deus ipse Mavors,
Pullus Strymonius cantatricis
Musæ veniens aspirat tibi.

μετὰ quidem plus semel reperi *simpliciter* positum, ut Theocr. Idyll. XXIX. v. 28. Βαίην καὶ φύλακον νεκύων πέδα Κέρβερον. In compositione autem frequens est, ut πεδέρχομαι, Theocr. Idyll. XXIX. v. 15. Ἀλλὰ πέριξ ἀπαλῶ στόματός σε πεδέρχομαι. Et Pindar. Nem. Od. 7. Antistr. 4. Εἰ πόνος ἦν, τὸ τερπνὸν πλέον πεδέρχεται. Πεδάρσιος item ponitur pro μετάρσιος: vid. Suidam in voce πεδάρσιος. Item Lascar. p. 637. et 731. ubi de Æolica Dialecto verba fuse fiunt. Eodem modo dicitur πεδαμείβειν, ut Pindar. Olymp. Od. 12. Antistr. 1. Ἐν μικρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ. In quem locum vid. Joh. Benedicti Notas. Πέδα igitur Æolice dicitur pro communi μετά. Sed ut in τῷ πεδέρχεσθαι et in τῷ πεδαμείβειν jam hunc Æolismum habere locum concedam, in illo tamen πεδαίρειν eandem Æolismi necessitatem semper inesse haud crediderim, ita ut alteram ἐτυμολογίαν ἀβασανίστως rejiciamus. Quinetiam si quis τὸ πεδαμείβειν interdum ἀντὶ τοῦ πέδον ἀμείβειν, *solum transire*, sumen-

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Rheso Hectoris tentorium ingresso, Hector cum illo expostulat, ingratitudinem ei objiciens, ut qui multis olim affectus beneficiis, jamdudum vocatus et muneribus donatus, sero tandem, nec nisi rebus pæne accisis, venerit amicis auxilio. Rhesus moræ longioris culpam in bellum Scythicum transfert, quod se hucusque ad Trojam properantem retardaverat. Quin jam operam suam expromtam offert, certamque de Græcis victoriam pollicetur; Choro interim alacritati ejus et potentiæ applaudente. Rhesus, suarum virium conscius, post victoriam, quam certissimam fore judicabat, expeditionem in Græciam se Hectoris gratia habiturum spondet. Hujus fiduciam Hector moderari conatur, ut cui notiores Græcorum essent vires, quas toties ipse expertus esset; eique tandem stationis locum assignat. Chorus Vigilum dispensat custodias.

ΡΗΣΟΣ.

Χαῖρ', ἐσθλὸς ἐσθλοῦ παῖ, τύραννε τῆσδε γῆς,

RHESUS.

Salve, bone boni patris fili, domine hujus terræ,

dum censeret, ei nequaquam acriter adversarer. Hæc levi variatione Æmil. Portus. Plurima sane ἐκ τοῦ πέδον composita occurrunt, ut πεδοστιβὴς, πεδοσκαφὴς, πεδοτρεφὴς, et hujus generis πεδαίρω per me esto: sed πεδάρσιος et πεδήορος non ego tum a πεδαίρω, sed pro μετάρσιος et μετήορος poni velim. Sic πεδαίχμιος Æschyl. Choëph. v. 587. et πεδάφρων Pindar. Pythior. Od. 8. *Barnes.*

369. Σχιστὰν παρ' ἄντυγα κώλοις ἐρεθίζων] Ἄντυξ est verbum ambiguæ significationis: Currum enim sonat et orbem clypei, seu potius oram et limbum. *Barnes.*

Forte, πώλους ἐρεθίζων, *equos incitans.* *Reisk.*

Eodem modo Heath. rescribit. *Beck.*

370. Δίβολον ἄκοντα] Duplicem hastam ab heroibus gestatam fuisse, multa Homeri loca ostendunt; quibus adde Pindari Pyth. IV. Antistroph. 4. Ex aliis tamen Veterum locis colligas, hastam duplici cuspide instructam in usu iis fuisse. Talem sc. Achilli tribuunt Æschylus et Sophocles citati Scholiastæ Pindari ad Nem. VI. Antistr. 3. ξεστοὶ ἀμφίβολοι κάμακες commemorantur Anthol. H. Steph. p. 444. *Musg.*

Δίβολόν τ' ἄκοντα *bina jacula* significare puto, ut δίπαλτα ξίφη, Iph. in Taur. 324. *binos enses.* *Heath.*

372. Ἀργείας ποτ' ἐν Ἥρας δαπέδοις] Argis, grato sacroque Junoni oppido. Juno ipsa Hom. Il. δ'. v. 51. Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες, Ἄργος τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη. Et Pindar. Nemeor. Od. X. Stroph. 1. Ἄργος, Ἥρας δῶμα θεοπρεπές. Hinc Virgil. Æn. Lib. I. v. 37. Id metuens, veterisque memor Saturnia belli, Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis. *Barnes.*

374. Καταφθίμενον] An ob metrum κατφθίμενον. vid. Suppl. 994. *Musg.*

376. Ἰὼ, ἰώ.] Hæ voculæ extra metrum sunt. *Heath.*

378. πολίαρχον] Ita Ed. Ald. et MSS. Vulgo πολύαρχον. Præstiterit, si quid mutandum, πολέμαρχον. Exstat vox Æschyl. Choëph. v. 1072. *Musg.*

380. Κλύε καὶ] Editi recentiores, errore typographico, κλύε δέ. κωδωνοκρότους quid sit, docet Æschyl. Sept. c. Theb. v. 391. Tintinnabula hujusmodi a Trojanis præcipue gestata esse, colligas licet ex fragmento Sophoclis apud Plut. Symp. Problem. Lib. II. c. 5. *Musg.*

Κλύε καὶ in codd. Regg. apud Hard. præfert quoque Heath. ut concinnius; qui etiam ex Æschyl. l. l. docet, tintinnabula heroicis temporibus clypeorum manubriis appendi solita fuisse. *Beck.*

381. Cod. Flor. παρὰ πορπάκων κελαδοῦντας. Valck. D. p. 103. *Beck.*

382. Leg. Θεὸς ὡς, Τροία, *tanquam deus, O Troja.* *Reisk.*

383. πῶλος] *Pullus,* i. e. *filius.* Vid. quæ nos supra ad v. 257. *Barnes.*

384. καταπνεῖ σε.] Perflat ac refrigerat, i. e. reficit te, O Troja. Metaphora ducta ab æstuantibus, qui flabellis recreantur. *Brodæu.*

Ἕκτορ· παλαιᾷ σ' ἡμέρᾳ προσεννέπω.
Χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα καὶ προσήμενον
Πύργοισιν ἐχθρῶν· συγκατασκάψων δ' ἐγὼ
Τείχη πάρειμι καὶ νεῶν πρήσων σκάφη.
ἙΚ. Παῖ τῆς μελῳδοῦ μητέρος, Μουσῶν μιᾶς,
Θρῃκός τε ποταμοῦ, Στρυμόνος, φιλῶ λέγειν
Τἀληθὲς ἀεὶ, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.
Πάλαι, πάλαι χρῆν τῇδε συγκάμνειν χθονὶ
Ἐλθόντα, καὶ μὴ τοὐπί σ' Ἀργείων ὕπο
Τροίαν ἐᾶσαι πολεμίων πεσεῖν δορί.
Οὐ γάρ τι λέξεις, ὡς ἄκλητος ὢν φίλοις

Hector, ex longo tandem te tempore alloquor.
Gaudeo autem tibi res secundas esse, et te assidere
Turribus hostium, et ego simul eversurus
Muros Græcorum adsum, et incensurus naves.
Hec. O fili canoræ matris, unius ex Musis,
Et Strymonis Thracii fluminis, studeo loqui
Vera semper, nec sum duplex vir.
Jam pridem, jam pridem oportebat te opitulari huic terræ
Advenientem, et non, quantum in te est, ab Argivis
Hostibus Trojam sinere everti armis.
Non enim dices, quod non vocatus ab amicis,

392. *αἰεί.* 394. *τοὐπίσ'.*

389. *νεῶν σκάφη.*] Ἓν διὰ δυοῖν. *Barnes.*

390. Παῖ τῆς μελῳδοῦ μητέρος, Μουσῶν μιᾶς,] De matre Rhesi, Musa, quam tamen Euripides nominatim nullibi assignat, vid. supra v. 347. *Barnes.*

391.s. *φιλῶ λέγειν Τἀληθὲς*] Hector apud Homerum semper generosus, apertus, et *φιλαλήθης* repræsentatur, ut Eustathius sæpissime observat, et præsertim in fine Iliad. ζ'. Tragici pro suo arbitrio fingunt; hic vero Euripides characteris veri est studiosus. *Barnes.*

392. *κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.*] Duplex vir est, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει: ut Homerus canit. Huc referatur Æsopi de Satyro et Rustico Fabula. Vid. Erasmum in Adagio Duplices Viros. *Barnes.*

In duobus codd. regg. est *ἀεί.* v. Brunck. ad Phœn. 84. *Beck.*

394. *τοὐπί σ'*] Τὸ ἐπί σε. Vid. Hecub. v. 512. Male itaque Brodæus per *τὸ ὀπίσω* exponit. *Barnes.*

397. Cod. Flor. omisit hunc v. quem Valck. p. 105. suspicatur e vicinis factum esse. *Beck.*

398. *γερουσία, legatio,* ut infra v. 933. Plerumque Græci *πρεσβεία* hac notione dicunt, vocem a *πρέσβυς* derivatam, ut *γερουσία* a *γέρων.* *Musg.*

γερουσία] Male in hoc loco Senatus exponebatur, licet id proprie significet; quis enim Senatum legationes obire dixit, quanquam Senatorios Viros id facere concedam? Est itaque *πρεσβεία,* hoc est legatio, exponendum in hoc loco. *Barnes.*

401. *βαρβάρους*] MS. Flor. non male *βαρβάρου.* *Musg.*

Σὺ δ' ἔγγ. ὢν] Hanc lectionem tuetur Valck. D. p. 105. *Beck.*

402. *προὔπιες*] Propinasti, i. e. prodidisti. Orta ab his metaphora, qui aliis

Οὐκ ἦλθες, οὐδ' ἤμυνας, οὐδ' ἐπεστράφης.
Τίς γάρ σε κῆρυξ, ἢ γερουσία Φρυγῶν
'Ελθοῦσ' ἀμύνειν οὐκ ἐπέσκηψεν πόλει;
Ποῖον δὲ δώρων κόσμον οὐκ ἐπέμψαμεν;
Σὺ δ' ἐγγενὴς ὢν βάρβαρός τε βαρβάρους
Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος.
Καίτοι σε μικρᾶς ἐκ τυραννίδος μέγαν
Θρῃκῶν ἄνακτα τῇδ' ἔθηκ' ἐγὼ χερὶ,
Ὅτ' ἀμφὶ Πάγγαιόν τε Παιόνων τε γῆν
Θρῃκῶν ἀρίστοις ἐμπεσὼν κατὰ στόμα,
Ἔρρηξα πέλτην, σοὶ δὲ δουλώσας λεὼν

Non veneris, neque opem tuleris, neque curaveris *nos*.
Quis enim præco, aut legatio Phrygum
Profectus *ad te*, non obtestatus est, ut opem ferres civitati?
Quorum vero donorum ornatum non misimus *tibi?*
Tu vero cognatus existens, et barbarus, barbaros
Græcis nos propinâsti, quantum in te fuit.
Atqui te ex parvo imperio magnum
Thracum regem feci ego hac dextra,
Quando circa Pangæum *montem* et Pæoniam terram,
Fortissimis Thracum irruens fronte adversa,
Rupi hastam et tibi subactum populum

400. Ποίων.

propinantes poculum porrigunt. Demosthenes περὶ στεφάνου—Τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες, πρότερον μὲν Φιλίππῳ, νῦν δὲ 'Αλεξάνδρῳ. Hermogenes: Προπέποται τὰ τῆς πόλεως πράγματα· ἀντὶ τοῦ προδέδοται. Joh. Brodæus. Terentius in Eunuch.—Hunc vobis deridendum et comedendum propino. Gasp. Stiblinus. Τὸ σὸν μέρος] Idem, quod τοὐπίσ', supra v. 394. Idem Demosthenes; Οὕτω γὰρ διέθηκας αὐτοῦς, οἶμαι, τὸ μέρος σοῦ. Sic Isæus τὸ κατὰ σαυτοῦ μέρος, Dinarchus Καθ' αὐτοῦ μέρος dixere. *Brodæus.*

προὔπιες, *prodidisti.* Citat Gasp. Stiblinus ex Demosthene de Cor. τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες — Φιλίππῳ. Alia vide in Lexicis. *Musg.*

405. Πάγγαιον] Thraciæ montem, in confiniis Macedoniæ, Philippis urbi imminentem; hinc Virgil. Georg. Lib. IV. v. 463. Altaque Pangæa et Rhesi Mavortia tellus. *Barnes.*

406. κατὰ στόμα,] A fronte, ut inquit Brodæus, non a tergo, neque a lateribus. Eustathius fol. 469. lin. 40. Οὐρὰ γὰρ καὶ κατὰ Ξενοφῶντα, τὸ ὀπίσω τῆς φάλαγγος· ὥσπερ στόμα καθ' Ὅμηρον, ὁ τόπος τῶν προμάχων. Et hæc exercitus ad animal comparatio usitata et ex Africano sic defenditur — Ὅτι οἱ παλαιοὶ τὴν φάλαγγα ἐν ταῖς κινήσεσι ζώῳ εἰκάζοντες, τὸ μὲν αὐτῆς πρόσωπον ὀνομάζουσι καὶ στόμα· τὸ δὲ κέρας καὶ κεφαλὴν, ἄλλο δὲ ὀφθαλμὸν, ἢ ὀμφαλὸν, καὶ ἄλλο πλευρὰν καὶ οὐρὰν ἄλλο. Vid. Andr. Schotti Observat. Human. Lib. III. c. 28. Hinc ἀμφίστομος φάλαγξ Æliano. *Barnes.*

407. Ἔρρηξα πέλτην,] *Hastam fregi.* Confer Hom. Iliad. ζ'. 306. Æschyl. Agam. 65. Nostri Herc. Fur. 192. Virg.

Παρέσχον· ὧν σὺ λακτίσας πολλὴν χάριν,
Φίλων νοσούντων, ὕστερος βοηδρομεῖς.
Οἱ δ' οὐδὲν ἡμῖν ἐγγενεῖς πεφυκότες,
Πάλαι παρόντες, οἱ μὲν ἐν χωστοῖς τάφοις
Κεῖνται πεσόντες, πίστις οὐ σμικρὰ πόλει,
Οἱ δ' ἔν θ' ὅπλοισι καὶ παρ' ἱππείοις ὄχοις
Ψυχρὰν ἄησιν δίψιόν τε πῦρ θεοῦ
Μένουσι καρτεροῦντες, οὐκ ἐν δεμνίοις
Πυκνὴν ἄμυστιν, ὡς σὺ, δεξιούμενοι.
Ταῦθ', ὡς ἂν εἰδῇς Ἕκτορ' ὄντ' ἐλεύθερον,

Tradidi: quorum magnam gratiam tu calcibus repellens,
Amicis laborantibus sero opitularis.
Qui vero nobis non sunt cognati,
Jam pridem præsentes, alii quidem in aggestis tumulis
Jacent mortui, documentum fidei non exiguum civitati:
Alii vero hic *in* armis, et juxta equestres currus,
Frigidos flatus, et sitibundum ignem dei
Manent constanter sustinentes, non in lectis convivalibus,
Ut tu, propinantes crebros haustus.
Hæc, ut scias Hectorem esse liberum,

413. *οἱ δ' ἐνθάδ' ὅπλοις καί.*

Æneid. XI. 484. Horat. Lib. II. Satyr. I. v. 14. Nonius in *Sonere* hæc ex antiquo Poëta citat:

Sonit, *franguntur hastæ*, terra sudat sanguine.

Hinc patet, Poëtam de *hasta*, non de *Clypeo*, loqui. Πέλτη autem *jaculum* nonnunquam valere, ostendet Bacch. 772. et Hesych. in voce. *Musg.*

Toup. Emendd. in Suid. P. III. p. 25. s. ita vertit locum: *Cum Thracum præstantissimis in prima acie congressus diffregi hastam.* πέλτη idem, quod ξυστόν. *Beck.*

409. ὕστερος] MS. G. ὕστερον. vid. v. 440. *Musg.*

Cod. Flor. βοηδρομεῖν, quod præfert Valck. D. p. 103. *Beck.*

410. Valck. D. p. 105. emendat: Οἱ δ' οὐδὲν ἡμῖν ἐν γένει πεφυκότες, et confert Alcest. 929. Dicæog. Stob. Grot. p. 261. *Beck.*

412. πίστις] Malim θλίψις, vel, si exstet, πταῖσις a πταίω. *Musg.*

413. Cod. Flor. rectius: Οἱ δ' ἔν θ' ὅπλοισι, καὶ παρ' ἱππείοις ὄχοις. Valck. D. p. 105. *Beck.*

414. Ψυχρὰν ἄησιν] Hyemem et noctis vapores frigidos. Δίψιόν τε πῦρ θεοῦ] Æstatem et diei immodicos calores. *Barnes.*

415. De amystide Thracia videri possunt loca citata ab Interpretibus Hesychii v. ἄμυστις. *Musg.*

Ἐν δεμνίοις] In toris convivalibus. *Barnes.*

416. Πυκνὴν ἄμυστιν, ὡς σὺ, δεξιούμενοι] Est Ἄμυστις genus poculi, ex quo facile et large bibitur, item potatio sine respiratione, aut intermissione; de quo verbo vide Eustathium et Aristoph. Scholiast. ad illum versum in fine Acharnens. καὶ πρός γ' ἄκρατον ἐγχέας ἄμυστιν ἐξέλαψα. Horat. Bacchum Threicia vincat Amystide. Pollux Onomast. Lib. VI. Ἀμυστὶ πίνειν, ἀμυστίζειν, χανδὸν πίνειν· Θρακία πρόποσις. *Barnes.*

Καὶ μέμφομαί σοι καὶ λέγω κατ' ὄμμα σόν.
ΡΗ. Τοιοῦτός εἰμι καὐτὸς, εὐθεῖαν λόγων
Τέμνων κέλευθον, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.
Ἐγὼ δὲ μεῖζον, ἢ σὺ, τῆσδ' ἀπὼν χθονὸς, 425
Λύπη πρὸς ἧπαρ δυσφορῶν ἐτειρόμην·
Ἀλλ' ἀγχιτέρμων γαῖά μοι, Σκύθης λεὼς,
Μέλλοντι νόστον τὸν πρὸς Ἴλιον περᾷν
Ξυνῆψε πόλεμον· Εὐξένου δ' ἀφικόμην
Πόντου πρὸς ἀκτὰς, Θρῆκα πορθμεύσας στρατόν.
Ἔνθ' αἱματηρὸς πέλανος ἐς γαῖαν Σκύθης 431

Expostulo tecum, et dico tibi in os.
Rhe. Talis sum et ego, rectam sermonum
Viam secans, nec sum duplex vir.
Ego vero magis, quam tu, absens ab hac terra,
Dolore ad hepar iniquo ferens animo cruciabar.
Sed confinis mihi terræ Scythicus populus
Mihi volenti conficere iter ad Ilium
Intulit bellum. Euxini vero veni
Maris ad littus ut traducerem Thracium exercitum,
Ibi cruentus sanguis Scythius in terram *cadens*

426. πορθμεῦσαι.

Ἄμυστιν] Ἄμυστις εἶδος ποτηρίου. Fl. l. 2. *Matthiæ.*

418. Flor. κατ' ὄμμα σὸν λέγω. Valck. l. l. *Beck.*

421. Leg. μεῖζον', i. e. μείζονι λύπῃ. *Reisk.*

423. ἀγχιτέρμων γαῖά μοι,] Ita lego, rejecto γαίᾳ, quod male prius aderat, ut versui sua constet mensura. Quod miror Canterum non vidisse; Brodæum quidem culpam vidisse et defendisse: vertit enim regno meo: Scaliger vidit et emendavit, ut et Duportus. Nec est, quod quis metuat, cum alias esset spondeus in quarto loco. *Barnes.*

Leg. γαῖ' ἐμῇ (i. e. γαίᾳ ἐμῇ) in vet. ed. est γαίᾳ μοί. *Reisk.*

424. νόστον] Non *reditum*, ut plerumque, sed simpliciter *profectionem*. Idem de verbo νοστέω obtinet. vid. Helen. v. 428, 474, 891. Odyss. ο'. v. 119. *Musg.*

Μέλλοντι νόστον τὸν πρὸς Ἴλιον περᾷν] Νόστος in hoc loco simpliciter pro iter, profectio, non, ut sæpe, pro reditus; ut Homer. Odyss. ο'. v. 119. Κεῖσέ με νοστήσαντα. *Illac me profectum*, non *redeuntem*. Hinc Phavorinus: Νοστῆσαι ἐπὶ τοῦ οἴκαδε ἐπανελθεῖν εἴρηται· Κεῖται δὲ παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ἐλθεῖν. *Barnes.*

427. Ἔνθ' αἱματηρὸς πέλανος] Ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος. Mirum, quod hæc Rhesi Fabula nonnullis Veterum putabatur aliena ab Euripide fuisse, et Sophocleum characterem potius servare, ut in argumento hujus Fabulæ Græco videmus: Cum tamen ibidem agnoscatur, quod ἐν μὲν ταῖς Διδασκαλίαις ὡς γνήσιον ἐπιγέγραπται, hoc est, in Publicis Titulis Euripidi inscribitur. Et profecto, si qua mihi in his rebus perspicacitas, non modo Sophoclei characteris omnino nihil sapit, sed totum penitus Euripidem ad vivum exprimit. Hoc centum plus instantiis possem probare. Unicam, aut alteram profero ex Alcestide, v. 867. Πρὸς αἱματηρὸν πέλανον. Ut hic loci Ἔνθ' αἱματηρὸς πέλανος. Sic hujus Fabul. v. 366. et 436. Ζάχρυσον et ζαχρύσοις legitur, et v. 438. ἐπιζάρει.

Ἠντλεῖτο λόγχῃ, Θρῄξ τε συμμιγὴς φόνος.
Τοιάδε τοί μ' ἀπεῖργε συμφορὰ πέδον
Τροίας ἱκέσθαι συμμαχόν τέ σοι μολεῖν.
Ἐπεὶ δ' ἔπερσα, τῶνδ' ὁμηρεύσας τέκνα,
Τάξας ἔτειον δασμὸν ἐς δόμους φέρειν,
Ἥκω περάσας ναυσὶ πόντιον στόμα,
Τὰ δ' ἄλλα πεζὸς γῆς περῶν ὁρίσματα·

Hauriebatur hasta, et Thracia mixta cædes.
Talis calamitas remorata est me, ne *ad* campum
Trojæ proficiscerer, bellique socius tibi venirem.
Postquam vero expugnavi *illos*, et accepi obsides horum liberos,
Constituens ut annuum tributum domum mihi ferrent,
Veni trajiciens navibus ponti fauces,
Alios vero terræ fines trajiciens pedes,

Τὢπίσ', v. 394. etc. quæ omnia sunt Euripidis verba fere propria. Jam vero Alcest. v. 514. Ζάχρυσος occurrit. Phœniss. v. 45. ἐπεζάρει iterum legitur. Hecub. v. 512. Τὢπί σ' pro τὸ ἐπί σε rursus; ut Iphig. Aul. v. 1556. Τὢπί μ' pro τὸ ἐπ' ἐμέ. Quod Andreas Schottus aliique auctorem hujus Fabulæ ignorantiæ accusant, id eorum ignorantiæ signum est, ut supra ad v. 260. contra Schottum probavimus. Sed hæc in hoc loco sufficiant. Ibid. Σκύθης] Pro Σκυθικός. Nec hoc veteres Critici inobservatum reliquerunt: Eustath. ad Hom. Iliad. ω΄. v. 58. Ἕκτωρ μὲν θνητός τε, γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. Ἀττικοὶ καὶ Δωριεῖς τοῖς κυριωτέροις χρῶνται ἀντὶ Κτητικῶν, ὥς φασιν οἱ παλαιοί· Οἷον Ἕλληνα στρατὸν, τὸν Ἑλληνικόν· Ἄνθρωπον ἦθος, ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπινον· Ἑλλάδα διάλεκτον, Δοῦλον γένος, Σκύθην οἶμον. Idem ad Iliad. v. 628. Κασιγνήτοιο φόνοιο] Ὥσπερ δὲ παρ' Αἰσχύλῳ Σκύθης οἶμος ὁ Σκυθικός· Καὶ Δοῦλον δέ που γένος, τὸ Δουλικόν· οὕτω καὶ κασίγνητος φόνος, κτητικῶς, ὁ κασιγνητικός. Sic Martialis, Indos Sardonychas, Scythas Smaragdos. Vid. Tho. Stanleii Commentarium in Æschyl. ad Prometh. v. 2. *Barnes.*

αἱματηρὸς πέλανος.] Eadem vocabula in Alcest. 867. Duxit poëta ex Æsch. Pers. 818. Τόσος γὰρ ἔσται πέλανος αἱματοσφαγὴς Πρὸς γῇ Πλαταιῶν Δωρίδος λόγχης ὕπο. Vid. Abresch. ad Æsch. T. I. p. 233. *Beck.*

αἱματηρὸς πέλανος] Ὡς πέμμα ξηρανθὲν τὸ αἷμα τοῦ φόνου. Fl. 1. 2. *Matthiæ.*

428. φόνος.] Ita optime MS. Flor. Ed. Ald. et reliqui MSS. φόνῳ. *Musg.*

Leg. φόνων, *sanguinum.* πέλανος φόνων. *massa quasi pista et subacta, placenta sanguinea. Reisk.*

429. Τοιάδε] Τοιήδε, et in puris dictionibus communiter α pro η ponitur, ut Ἀθηναία. Τροία, etc. *Barnes.*

431. ὁμηρεύειν] Debet hic accipi pro, *accipere obsides,* non, quod alias solet, *obsidem agere.* Pari modo geminum significatum habet στρατεύειν, tam *militem agere,* quam *conscribere, adsciscere in militiam. Reisk.*

432. ἔτειον δασμὸν] *Annuum tributum.* Ἔτειος, ἐτήσιος, ab ἔτος, *annus. Barnes.*

435. τὰς ἐμὰς] Desiderari videtur verbum. An legendum ἑλκύσας, ut Cyclop. 416. *Musg.*

τὰς ἐμὰς ἀμύστιδας,] Subaudi δεξιούμενος. Ut Hector ei objecerat supra, v. 416. Πυκνὴν ἄμυστιν, ὡς σὺ, δεξιούμενοι.

Barnes.

Forte, οὐχ ἃς σὺ κομπεῖς τὰς πυκνὰς ἀμυστίδας. scil. περῶν. Quod a communi repetendum e præcedente versu. cf. v. 415. *Reisk.*

437. φυσήματα, πνεύματα. *Scholiast.*

438. Ed. Ald. et MSS. ἐπεζάτει, quod Glossographus in MS. Harleiano per ἐπεβάρει explicat, Barnesii conjecturam, hic etiam receptam, egregie confirmans. Sic utique explicari solet ἐπεζάρει. vide Hesychium in voce et Schol. ad Phœniss. v.

Οὐδ', ὡς σὺ κομπεῖς τὰς ἐμὰς ἀμύστιδας,
Οὔτ' ἐν ζαχρύσοις δώμασιν κοιμώμενος,
Ἀλλ' οἷα πόντον Θρήκιον φυσήματα
Κρυσταλλόπηκτα Παίονάς τ' ἐπεζάρει,
Ξὺν τοῖσδ' ἄϋπνος οἶδα τλὰς πορπάμασιν.
Ἀλλ' ὕστερον μὲν ἦλθον, ἐν καιρῷ δ' ὅμως·
Σὺ μὲν γὰρ ἤδη δέκατον αἰχμάζεις ἔτος,

Non, ut tu objicis-superbe, hauriens amystidas,
Neque in aureis ædibus dormiens:
Sed ventos, quales Pontum Thracium,
Glaciem-facientes, et Pæoniam perflant,
Sustinui cum his insomnis fibulatis sagis.
Sed sero quidem veni, tamen adhuc satis tempestive:
Tu enim jam decimum pugnas annum

439. Ξὺν τοῖσδ' ἀόπλοις οἷα τλ. πορπήμασιν.

45. denique Eustathium ibi a Valckenærio citatum. *Musg.*

ἐπεζάρει,] Canterus; nam *rejicimus* ἐπεζάτει; quod nihil significat; vid. hoc verbum Phœniss. v. 45. *Barnes.*

Forte, ἐπιζάει a ζάημι, ζάω, *flo, spiro,* unde ζαὴς, *vehementer spirans,* aut ἐπιψαρεῖ, *radit super,* superficiem radit. *Reisk.*

439. ἀόπλοις] MS. Vaticanus, Schotto citatus (Observat. Poëtic. Lib. II. c. 23.) et duo Florentini ἄϋπνος, quod verum non puto, cum desideretur epithetum vocis πορπήμασι, et tale quidem, quod ea frigori arcendo parum idonea fuisse indicet. Ad hunc enim quasi scopum dirigitur Rhesi oratio, ut miseriis, quas cum exercitu passus erat, depingendis Hectoris criminationes redarguat. Toupius V. Cl. ad Suidam v. ἁπλοΐδας, reponendum statuit ἁπλοῖσιν (potuit minori mutatione ξὺν τοῖσιδ' ἁπλοῖς), quod non displiceret, si aliunde constaret, ἁπλοΐδας (sic vocat Homerus Il. ώ. 230. Odyss. ώ. 275.) Thracum gestamen fuisse. Sine dubitatione legerem ἀούλοις, *minime mollibus, tepidis,* si certo constaret, Græcos, ut οὔλην χλαῖναν, οὖλα ἔρια dixerunt, ita contrario sensu ἄουλος dixisse, quod credere nihil vetat. Esset enim hoc Historiæ conveniens. Docet utique Herodotus IV. c. 74. Thracas vestimenta ex cannabe facta gestasse, quæ minus tepida haud dubie erant, quam lanea. De Thracum vestitu alia habet Herod. VII. 75, 76. Xenoph. de Cyr. Exped. Lib. VII. *Musg.*

οἷα] Sic Ed. Ald. et tres MSS. Hesychius: οἷα, τὰ δεινὰ, Αἰολεῖς, quod huc non incommode transferri potest. Neque obstat, quod vox Æolica sit, cum multa ejus gentis vocabula in Scena Attica occurrant, ut τάλις. Soph Antig. 640. πεδαίρω, Herc. Fur. 815. et 868. ἐορτὶς, Electr. v. 625. Toupium equidem scio hanc glossam in suspicionem vocare; cur tamen suspecta esse debeat, nec is, nec quisquam adhuc alius, ostendit. MS. Vaticanus, Schotto, ubi supra, citatus, et unus ex Florentinis οἶδα habent, quod post tam longam participiorum seriem, sententiam invenuste claudit. *Musg.*

Ξὺν τοῖσδ' ἄϋπνος οἶδα] Ante hæc in impressis libb. omnibus legebatur, ξὺν τοῖσδ' ἀόπλοις οἷα, quod multorum torsit ingenia; præcipue cum οἷα sine causa sic reduplicaretur, et Rhesus non esset ἄοπλος. Quare elegantem illam lectionem, quam Andr. Schottus Observat. Poëtic. Lib. II. c. 43. ex Membranis Vaticani prolatam invenit, nos in textum nunc admisimus. *Barnes.*

Toup. Emend. in Suid. I. p. 51. reponit: Ξὺν τοῖσδ' ἁπλοῖσιν οἶδα τλὰς πορπήμασιν, et intelligi monet ἁπλοΐδα, s. vestimentum simplex fibulatum, quod διπλοΐδι opponitur, sed gestabant interdum etiam mulierculæ.

Hanc Toupii emendationem probat

Κοὐδὲν περαίνεις, ἡμέραν δ' ἐξ ἡμέρας
Ῥίπτεις κυβεύων τὸν πρὸς Ἀργείους Ἄρην·
Ἐμοὶ δὲ φῶς ἓν ἡλίου καταρκέσει,
Πέρσαντι πύργους ναυστάθμοις ἐπεισπεσεῖν
Κτεῖναί τ' Ἀχαιούς· θατέρᾳ δ' ἀπ' Ἰλίου
Πρὸς οἶκον εἶμι, συντεμὼν τοὺς σοὺς πόνους.
Ὑμῶν δὲ μή τις ἀσπίδ' αἱρέτω χερί·
Ἐγὼ γὰρ ἕξω τοὺς μέγ' αὐχοῦντας δορὶ

Et nihil efficis, sed diem de die
Frustraris, Martis alea ludens adversus Argivos.
Mihi vero lux unica solis sufficiet,
Expugnanti Græcorum turres ad irrumpendum in *eorum* navalia,
Et ad cædendos Achivos: altero vero *die* ab Ilio
Domum redibo, brevi finitis tuis laboribus.
Nullus vero vestrûm clypeum tollet manu:
Ego enim cohibebo valde gloriantes bello

443. Πίπτεις. 446. θ' ἡτέρᾳ τ' ἀπ'.

Heath. in Add., sed nec Vaticani cod. scripturam rejiciendam monet.

Cod. Flor. Ξὺν τοῖσδ' ἄϋπνος οἶδα τλὰς πορπάσμασιν. Valck. p. 105. Diatr. miratur eruditorum judicia de hoc versu, censetque, post ὁρίσματα punctum poni, tumque scribi debere: Οὐδ', ὡς σὺ—Οὔτ' ἐν— *Beck.*

πορπάμασιν, ἐνδύμασιν. *Scholiast.*

442. Reisk. scribi vult Κ' οὐδὲν περαίνεις, ut in ed. vet. *Beck.*

443. Πίπτεις] Legunt ῥίπτεις uno consensu viri docti, quæ quidem vox de Aleæ jactu solenniter adhibetur. Notum est Cæsaris ἐῤῥίφθω κύβος. Potest tamen hoc loco defendi πίπτεις, *adversa fortuna uteris*, quo sensu non raro occurrit. *Musg.*

Πίπτεις] Canterus legit πέττεις, ingeniose satis, si πέττω significaret *calculis*, vel *alea*, *ludo*, ut ille deceptus putabat; cum πέττω et πέσσω et πέπτω *coquo* significet: πεττεύω autem et πεσσεύω *calculis ludo.* Quin magna est differentia inter πεσσεύω et κυβεύω, quem ille unum eundemque ludum putabat. Quare insigniter errat vir magnus. Πίπτω autem per Ἑβραϊσμὸν, Euripidi plus una vice usurpatum, significat in hoc loco *cadere facio.* Vide, quæ nos ad Hecub. v. 526. et alias alibi. *Barnes.*

κυβεύων] Fortunæ arbitrio committens. Plato Polit. ί. Καὶ ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὐτοῦ πράγματα. *Brodæus.*

Ῥίπτεις legunt Sallier. Hist. de l'Acad. des Inscr. T. V. p. 125. Hemst. ad Arist. Plut. p. 205. Reisk. Heath. Valck. D. p. 105. qui Abreschium notat.

Abresch. Anim. ad Æschyl. T. I. p. 636. ss. cum Cantero emendat Πέττεις, accipitque *coquendi* notione, et translate *consumendi*, ut πέσσειν αἰῶνα ap. Pindar. *Beck.*

κυβεύων, ἀνωμάλως διατιθέμενος, ἐκ μεταφορᾶς τῆς κύβης. *Scholiast.*

446. Κτεῖναί τ' Ἀχαιούς. Θ' ἡτέρᾳ τ' ἀπ' Ἰλίου] Pro τῇ ἑτέρᾳ. *Barnes.*

Valcken. Diatr. p. 105. scribit θ' ἀτέρᾳ, sed Brunck. quoque ad Eurip. Hippol. 898. θατέρᾳ, ob præceptum Thomæ M. p. 121.

Præterea Valck. e cod. Flor. reposuit δ' ἀπ'. *Beck.*

Leg. θατέρᾳ τ' ἀπ'] Particula τε, quæ Barnesianæ deest, est in vet. ed. et in ipsis Barn. notis, ut constet, vitium typothetas hic fecisse. *Reisk.*

Πέρσας Ἀχαιοὺς, καίπερ ὕστερον μολών.
ΧΟ. Ἰὼ, ἰώ. φίλα θροεῖς,
Φίλος Διόθεν εἶ· μόνον
Φθόνον ἄμαχον ὕπατος Ζεὺς
Ἐθέλοι ἀμφὶ σοῖς λόγοισιν εἴργειν.
Τὸ δὲ ναΐον Ἀργόθεν δόρυ
Οὔτε πρὶν, οὔτε νῦν τιν᾽ ἀν-
δρῶν ἐπόρευσε σέθεν κρείσσω.

Achivos expugnans, quamvis sero venerim.
Cho. Io, io, grata dicis,
Tu radicitus es amicus, tantum
Summus Jupiter invictam invidiam
A tuis sermonibus velit
Arcere. Navale autem lignum ab Argis,
Neque prius, neque nunc ullum virum
Advexit te præstantiorem.

454. θέλοι.

447. εἶμι,] Pro εἴσομαι. Præsens pro futuro. Ita Hecub. v. 160. Ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ κείναν στείχω; pro στείξω. Item Arist. Plut. Act. 2. scen. 5. v. 18. Ἔῤῥ᾽ εἰς κόρακας θᾶττον ἀφ᾽ ἡμῶν. Εἶμι δὲ ποῖ γᾶς; Vid. Pfochenii Diatrib. de Græc. Ling. N. T. Puritate. *Barnes.*

448. Cod. Flor. ἀσπίδ᾽ αἴρηται χερὶ, probante Valck. D. p. 105. *Beck.*

449. ἕξω, *cohibebo.* Sic Il. ν'. v. 51.

ἕξουσιν γὰρ ἅπαντας ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί. *Musg.*

450. Πέρσας Ἀχαιοὺς,] Πέρθω, quod proprie de locis dicitur, nunc de personis usurpatur, nove quidem; at non prorsus sine exemplo. Supra enim, v. 239. Δεσπότου, πέρσας τὸν Ἀχαιὸν Ἄρη. καίπερ ὕστερον μολών.] Hoc ei enim Hector supra objecerat, v. 409. Φίλων νοσούντων ὕστερος βοηδρομεῖς. *Barnes.*

451. Optime Tyrwhittus: "Lego et distinguo:

φίλα θροεῖς
φίλος Διόθεν εἶ· μόνον
φθόνον ἄμαχον ὕπατος Ζεὺς
θέλοι ἀμφὶ σοῖς λόγοισιν
εἴργειν ——

Modo Jupiter invidiam arceat, etc. Deorum scilicet invidia quædam, sive Nemesis, mortalium insolentiam insequi credebatur: unde hæ passim deprecationum formulæ, ξὺν θεῷ supra 354. ξὺν Ἀδραστείᾳ infra 464. ἄνευ φθόνου, Soph. Electr. 1463. quem locum pessime cor ruptum sic emendo. Ægisthus Orestem, ut credebat, mortuum spectans exclamat:

ὦ Ζεῦ, δέδορκα φάσμ᾽, ἄνευ φθόνου μὲν, ΕΥ͂
πεπτωκὸς, εἰ δ᾽ ἔπεστι Νέμεσις, οὐ λέγω.

Vulgo legitur, ἄνευ φθόνου μὲν οὐ.

Age vero, quoniam in hanc Sophoclis Tragœdiam incidimus, ignosces mihi, credo, si versui etiam 1506. misere, ut videtur, laboranti medelam afferre coner. Orestes loquitur:

οὐ γὰρ αἰσθάνῃ πάλαι
ζῶν τοῖς θανοῦσιν οὕνεκ᾽ ἀνταυδᾷς ἴσα;

Frustra est Interpres, dum sensum ex his elicere tentat. Tu mecum sic rescribe:

οὐ γὰρ αἰσθάνῃ πάλαι
ζῶντας θανοῦσιν οὕνεκ᾽ ἀνταυδᾷς ἴσα;

Non enim sentis, quod dudum VIVOS, quasi mortuos, alloqueris? Si totam scenam attente perlegas, conjecturam nostram, ni fallor, verissimam putabis."

Πῶς μοι Ἀχιλλεὺς τὸ σὸν ἔγχος ἂν δύναιτο,
Πῶς δ' Αἴας ὑπομεῖναι;
Εἰ γὰρ ἐγὼ τόδ' ἦμαρ ἐσίδοιμ', ἄναξ,
Ὅπως πολυφόνου
Χειρὸς ἀποινάσαιο λόγχᾳ.
ΡΗ. Τοιαῦτα μέν σοι τῆς μακρᾶς ἀπουσίας
Πρᾶξαι παρέξω· σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγω,
Ἐπειδὰν ἐχθρῶν τήνδ' ἐλευθέραν πόλιν
Θῶμεν θεοῖσί τ' ἀκροθίνι' ἐξέλης,
Ξὺν σοὶ στρατεύειν γῆν ἐπ' Ἀργείων θέλω,
Καὶ πᾶσαν ἐλθὼν Ἑλλάδ' ἐκπέρσαι δορὶ,
Ὡς ἂν μάθωσιν ἐν μέρει πάσχειν κακῶς.
ἙΚ. Εἰ τοῦ παρόντος τοῦδ' ἀπαλλαχθεὶς κακοῦ

Quomodo Achilles tuam hastam poterit,
Quomodo etiam Ajax, sustinere?
Utinam vero ego hunc diem videam, O rex,
Quo multorum-cædibus imbuta
Manu tua in bello fruaris.
Rhe. Talia igitur tibi pro longa absentia
Mercedem præstabo; cum bona autem Adrastiæ venia *hæc* dicam,
Postquam ab hostibus hanc urbem liberam
Fecerimus, et diis spolia exemeris,
Tecum in agrum Argivum cum exercitu proficisci volo,
Et profectus totam Græciam armis vastare,
Ut et *ipsi* vicissim malis affligi discant.
Hec. Si ab hoc præsenti malo liberatus,

460. εἰσίδοιμ'. 462. ἀπονάσαιο.

μόνον pro μόνος præbet Flor. unde sine ulla dubitatione recepi. *Musg.*

453. Φθόνον ἄμαχον ὕπατος Ζεὺς θέλοι ἀμφὶ σοῖς λόγοισιν εἴργειν.] Simile supra v. 339. Quod videsis. Et infra v. 464. *Barnes.*

461. s. Frustra in his sensum quæras. Legendum:

ὅτῳ πολυφόνου
χειρὸς ἀπονάσαιτο λόγχα.

in quo hasta manus cædibus imbutæ ab his regionibus amoveatur. *Musg.*

464. Πρᾶξαι] Legi potest πρᾶξιν, i. e. ποινὴν, compensationem. Sic Iph. in Aul. v. 270.

τὰς φυγούσας μέλαθρα —
πρᾶξιν Ἑλλὰς ὡς λάβοι. *Musg.*

Πρᾶξαι hic est i. q. εἰσπρᾶξαι δίκην, vel τίσιν, vel ἄποινα, *repetere compensationem longæ absentiæ.* *Reisk.*

MS. Flor. legit Ἀργείων. Valck. D. 105. qui præfert. *Beck.*

472. Πολλὴν] Ita MS. Flor. ut recte Æm. Portus. Vulgo πολλοῖς. *Musg.*

Ἦ κάρτα πολλὴν θεοῖς ἂν εἰδείην χάριν.] Olim erat scriptum πολλοῖς. Æmilius Portus vidit, illud non æque commode dici potuisse; πολλὴν vero *optime*; et illius quidem in hac parte judicium suffragio nostro comprobamus. *Barnes.*

Πόλιν νεμοίμην, ὡς τὸ πρίν ποτ', ἀσφαλῆ,
Ἦ κάρτα πολλὴν θεοῖς ἂν εἰδείην χάριν.
Τὰ δ' ἀμφί τ' Ἄργος καὶ νομὸν τὸν Ἑλλάδος
Οὐχ ὧδε πορθεῖν ῥᾴδι', ὡς λέγεις, δορί.
ΡΗ. Οὐ τούσδ' ἀριστεῖς φασὶν Ἑλλήνων μολεῖν;
ἙΚ. Κοὐ μεμφόμεσθά γ', ἀλλ' ἅδην ἐλαύνομεν.
ΡΗ. Οὐκοῦν κτανόντες τούσδε, πάντ' εἰργάσμεθα.
ἙΚ. Μὴ νῦν τὰ πόῤῥω, τἀγγύθεν μεθεὶς, σκόπει.
ΡΗ. Ἀρκεῖν ἔοικέ σοι παθεῖν, δρᾶσαι δὲ μή;
ἙΚ. Πολλῆς γὰρ ἄρχω κἀνθάδ' ὢν τυραννίδος.
Ἀλλ' εἴτε λαιὸν, εἴτε δεξιὸν κέρας,
Εἴτ' ἐν μέσοισι συμμάχοις, πάρεστί σοι
Πέλτην ἐρεῖσαι καὶ καταστῆσαι στρατόν.

Urbem incolerem, ut olim, tutam,
Certe diis haberem valde multam gratiam:
Quod vero ad Argos attinet, et regionem Græciæ,
Non sic, ut dicis, *eam* armis expugnare facile *est*.
Rhe. Nonne Græcorum fortissimos dicunt *huc* venisse?
Hec. Non vituperamus *eos*, sed abunde repellimus.
Rhe. Igitur istis interfectis, omnia confecimus.
Hec. Ne nunc, quæ procul sunt, considera, omittens quæ sunt in manu.
Rhe. Satis esse videtur tibi accipere injurias, non inferre etiam?
Hec. Satis enim magno principatui impero, etiam hic manens:
Verum sive ad sinistrum, sive dextrum cornu,
Sive inter medios socios licet tibi
Peltam ponere, et collocare *tuum* exercitum.

475. ἀριστέας.

473. τὸν Ἑλλάδος] Ita MSS. G. Harl. et Flor. Vulgo τῆς Ἑλλάδος. νόμον illustratum vid. ad Iphig. in Taur. v. 1113. *Musg.*

475. ἀριστῆς scribi jubet Brunck. ad Phœn. 1236. licet etiam in duobus codd. reg. sit ἀριστέας.

Cod. Flor. ἀριστεῖς. Valck. D. p. 105. *Beck.*

476. οὐ μεμφόμεσθά γ', ἀλλ' ἅδην ἐλαύνομεν.] Ita optime MS. Flor. Vulgo κ' οὐ μεμφόμεσθά γ', ἀλλὰ δήν. Homerum hic ob oculos habuit Auctor. Iliad. τ'. 423.

— πρὶν Τρῶας ἅδην ἐλάσαι πολέμοιο. *Musg.*

477. εἰργάσμεθα.] MS. G. εἰργάσμεθ' ἄν. *Musg.*

Probat Heath. lectionem codd. Regiorum ab Hardion. commemoratam, πάντ' εἰργάσμεθ' ἄν, utpote Græcæ linguæ genio congruam. *Beck.*

481. Ἀλλ' εἴτε λαιὸν, εἴτε δεξιὸν κέρας,] Subaudi κατά. De exercitu vero ad animal comparato, vide, quæ nos supra ad v. 406. *Barnes.*

483. Πέλτην ἐρεῖσαι] De pelta, et quod Thracum erat propria. vid. supra ad v. 367. Quod vero ad ejus formam spectat, conjectura assequeris ex hoc Virgilii versu, Æn. Lib. I. v. 494. *Ducit Amazonidum lunatis agmina Peltis.* *Barnes.*

ΡΗ. Μόνος μάχεσθαι πολεμίοις, Ἕκτορ, θέλω.
Εἰ δ' αἰσχρὸν ἡγεῖ μὴ συνεμπρῆσαι νεῶν
Πρύμνας, πονήσας τὸν πάρος πολὺν χρόνον,
Τάξον μ' Ἀχιλλέως καὶ στρατοῦ κατὰ στόμα.
ἙΚ. Οὐκ ἔστ' ἐκείνῳ θοῦρον ἐντάξαι δόρυ.
ΡΗ. Καὶ μὴν λόγος γ' ἦν, ὡς ἔπλευσ' ἐπ' Ἴλιον.
ἙΚ. Ἔπλευσε καὶ πάρεστιν· ἀλλὰ μηνίων
Στρατηλάταισιν οὐ συναίρεται δόρυ.
ΡΗ. Τίς δὴ μετ' αὐτὸν ἄλλος εὐδοξεῖ στρατοῦ;
ἙΚ. Αἴας ἐμοὶ μὲν οὐδὲν ἡττᾶσθαι δοκεῖ,
Χὠ Τυδέως παῖς· ἔστι δ' αἱμυλώτατον

Rhe. Solus pugnare cum hostibus, Hector, volo.
Sed si turpe putas non simul incendere navium
Puppes, cum tam longo tempore prius laboraveris,
Colloca me in prima acie adversus Achillem et exercitum.
Hec. Non licet contra illum martiam hastam attollere.
Rhe. Atqui sermo fuit, quod navigârit ad Ilium.
Hec. Navigavit, et adest; sed iratus
Imperatoribus, non simul præliatur.
Rhe. Quis vero post eum clarus est in exercitu?
Hec. Ajax mihi quidem nullo inferior videtur,
Et Tydei filius: est autem facundissimum

485. s. Εἰ δ' αἰσχρὸν ἡγῇ μὴ συνεμπρῆσαι νεῶν Πρύμνας,] Canterus hic putat μοι legendum pro μὴ, deceptus, quia credidit, Rhesum novisse, quod separatim a navibus jaceret Achilles iratus cum Agamemnone: quum tamen ex sequentibus pateat, id penitus adhuc nescire. Quare μὴ omnino retinendum, etiamsi Scaliger suum Cantero addat calculum. Is enim sensus — *Quod si turpe tibi duxeris, nobis pugnantibus ad naves, te a bello quiescere, nec simul nobiscum naves incendere; at certe detur hoc mihi; ut ego et non alius contra* Achillem *me opponam. Barnes.*

μὴ rectum est. *Si turpe putas, tibi nullam communionem esse mecum in combustione navium Græcarum, colloca me in fronte tui exercitus, stans ipse pone me. Reisk.*

488. ἐντάξαι δόρυ.] Legendum forte: ἀντᾶραι δόρυ, *hastam contra attollere.* Sic ὅπλα et χεῖρας ἀνταιρόμενοι, Thucyd. I. 53. III. 32. *Musg.*

Leg. ἀντάξαι, *fieri nequit, ut adversus illum aliquis producat copias militares;* aut potius ἀντᾶραι, *tollat hastam contrariam. Reisk.*

489. λόγος γ' ἦν,] Ita MSS. G. et Harl. [etiam Flor.] In Aldina deest γ'. *Musg.*

491. Στρατηλάταισιν] Hoc est, Στρατηλάταιν, vel duobus Atridis, de quibus Hom. Iliad. α'. v. 16. Ἀτρείδα δὲ μάλιστα, δύω κοσμήτορε λαῶν. *Barnes.*

492. Cod. Flor. Τί δαί; Valck. D. p. 105. *Beck.*

495. Hesychius: κρότημα, ἐπὶ τῶν δολίων τάσσεται. *Musg.*

Κρότημ' Ὀδυσσεὺς,] Aristoph. Nub. fol. 74. Λέγειν γενήσει τρίμμα· κρόταλον· παιπάλη. Vid. Scholiasten ibid. Et Eustathium de eodem Comici loco fol. 1327. l. 24. Hic vero, ut Eustathius ait fol. 838. l. 24. Ὁ στωμύλος καὶ παρὰ τὸ δέον ἐν λαλιαῖς ὀχληρός. *Barnes.*

497. ἔννυχος] Ita MSS. quatuor. Ed. Ald. ἔναγχος. *Musg.*

εἴναγχος] Ita lego pro ἔναγχος car-

Κρότημ' Ὀδυσσεὺς, λῆμά τ' ἀρκούντως θρασὺς,
Καὶ πλεῖστα χώραν τήνδ' ἀνὴρ καθυβρίσας.
Ὃς, εἰς Ἀθάνας σηκὸν ἔννυχος μολὼν,
Κλέψας ἄγαλμα ναῦς ἐπ' Ἀργείων φέρει.
Ἤδη δ' ἀγύρτης, πτωχικὴν ἔχων στολὴν,
Εἰσῆλθε πύργους· πολλὰ δ' Ἀργείοις κακὰ
Ἠρᾶτο, πεμφθεὶς Ἰλίου κατάσκοπος,
Κτανὼν δὲ φρουροὺς καὶ παραστάτας πυλῶν,
Ἐξῆλθεν· ἀεὶ δ' ἐν λόγοις εὑρίσκεται
Θυμβραῖον ἀμφὶ βωμὸν ἄστεος πέλας
Θάσσων· κακῷ δὲ μερμέρῳ παλαίομεν.

Crepitaculum Ulysses, et satis ferox animo,
Qui vir affecit contumelia hanc regionem plurima.
Qui in templum Palladis profectus noctu,
Furatus Palladium, ad naves Argivorum tulit.
Deinde etiam circulator, habens vestem mendici,
Ingressus est mœnia; et multa Argivis mala
Precatus est, missus in Ilium explorator.
Interfectis autem custodibus et præsidibus portarum,
Egressus est, et semper in insidiis invenitur,
Thymbræum juxta templum prope urbem
Sedens: luctamur autem cum gravi malo.

497. Ἀθηνᾶς. 500. Ἀργείους. 503. αἰεί.

minis gratia; sicut εἰνάλιος: εἰν enim pro ἐν Poëtis dicitur. Scaliger legit, ut nos. *Barnes.*

In Cod. Flor. et Par. Ὅς, εἰς Ἀθάνας σηκὸν ἔννυχος μολὼν Κλ. — quæ vera lectio. Valck. ad Phœn. p. 69.

Eodem modo judicat Heath. *Beck.*

Num ἄγνωστος, *incognitus*, a nemine agnitus? *Reisk.*

498. Κλέψας ἄγαλμα] Ἀγαλμάτιον Παλλάδος, διïπετές. Vid. Iphig. Taur. v. 88. Palladium, quo servato, Troja dirui non potuit. Sive vero apotelesmatica erant hæc simulacra, sive dæmonibus locorum obsita, fatum et securitas loci uniuscujusque, sive urbis, sive regni, putabatur iis inesse. Tyrii itaque Herculem suum magicis vinculis apud se manere constringebant; et Romani deos populorum, quos vincebant, ad Romam invitabant: et in templo Hierosolymorum paulo ante Titi eversionem audita est vox, Ἀποβαίνωμεν ἐντεῦθεν, *Migremus hinc.* Unde Virgil. Æn. Lib. II. v. 351. *Excessere omnes, Adytis Arisque relictis, dii, quibus Imperium hoc steterat. Barnes.*

499. Ἤδη δ' ἀγύρτης, πτωχικὴν ἔχων στολὴν,] Hom. Odyss. δ'. v. 244. Αὐτὸν μὲν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας, Σπεῖρα κακ' ἀμφ' ὤμοισι βαλὼν, οἰκῆϊ ἐοικὼς, Ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν. Hinc Eurip. Hec. v. 239. Οἶσθ', ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος, Δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος. *Brodæus.*

500. πολλὰ δ' Ἀργείους κακὰ Ἠρᾶτο] Scaliger legit Ἀργείοις. Potest utroque modo legi; vel cum duplici accusativo, vel cum dativo et simplici. *Barnes.*

502. Κτανὼν δὲ φρουροὺς] Ita Hom. ibid. v. 257. Πολλοὺς δὲ Τρώων κτείνας ταναήκεϊ χαλκῷ Ἦλθε μετ' Ἀργείους. *Barnes.*

Cod. Flor. πυλῶν παραστάτας. Valck. D. p. 105. *Beck.*

ΡΗ. Οὐδεὶς ἀνὴρ εὔψυχος ἀξιοῖ λάθρα
Κτεῖναι τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὼν κατὰ στόμα.
Τοῦτον δ', ὃν ἵζειν φῂς σὺ κλωπικὰς ἕδρας
Καὶ μηχανᾶσθαι, ζῶντα συλλαβὼν ἐγὼ,
Πυλῶν ἐπ' ἐξόδοισιν ἀμπείρας ῥάχιν,
Στήσω πετεινοῖς γυψὶ θοινατήριον.
Ληστὴν γὰρ ὄντα καὶ θεῶν ἀνάκτορα
Συλῶντα, δεῖ νιν τῷδε κατθανεῖν μόρῳ.
ἙΚ. Νῦν μὲν καταυλίσθητε· καὶ γὰρ εὐφρόνη.
Δείξω δ' ἐγώ σοι χῶρον, ἔνθα χρὴ στρατὸν
Τὸν σὸν νυχεῦσαι, τοῦ τεταγμένου δίχα.

Rhe. Nullus vir fortis vult clam
Interficere hostem, sed vadens in conspectum.
Illum vero, quem tu sedere dicis *in* sede insidiatoria,
Et struere dolos, vivum comprehendens ego
In exitu portarum, transfigens spinam dorsi,
Faciam epulas volucribus vulturibus.
Prædonem enim existentem, deorumque templa
Spoliantem, oportet eum hoc fato mori.
Hec. Nunc quidem capite locum castris, nox enim *jam est.*
Monstrabo vero tibi locum, ubi oportet exercitum
Tuum pernoctare seorsum ab ordinibus.

504. Θυμβραῖον] Vid. quæ nos supra ad v. 224. *Barnes.*

506. s. Leguntur ap. Tzetz. Chil. 4. 965. ss. *Beck.*

507. ἰὼν κατὰ στόμα.] Palam et ex adverso; non ex insidiis. Vid. quæ nos supra ad v. 114. Σὸν βλέποντας εἰς δόρυ. *Barnes.*

508. κλωπικὰς ἕδρας] Ita optime MS. Flor. Vulgo κλωπικαῖς ἕδραις. *Musg.*

510. ἀμπείρας] Ita MS. Flor. Vulgo ἐμπείρας. Hesychius: ἀμπείρας, διχάσας. *Musg.*

511. Στήσω] MS. Flor. θήσω.

Hes. Θοινατήριον· κατάβρωμα, τροφή. *Beck.*

512. θεῶν ἀνάκτορα] Vid. Iphig. Taur. v. 41. *Barnes.*

517. Ξύνθημα δ' ἡμῖν Φοῖβος,] Vid. supra v. 12. de tessera. *Barnes.*

519. προταινὶ] Vox rarissima, et vix alibi exstans. *Musg.*

Ὑμᾶς δὲ βάντας] Vigiles alloquitur Hector. Προταινὶ τάξεων] Exponitur *ante acies*: προταίνιος et προταίνιον Hesych. προταινὶ Phavorinus. Sed est quoddam τῶν ἅπαξ ἁπλῶς εἰρημένων. Phavorinus exponit προταινὶ, προσφάτως, προφρόνως. Hesych. προταίνιον, πρὸ μικροῦ, παλαιόν. Idem Phavorin. Quod miror, quum προταινὶ exponatur recte προσφάτως. Et προταίνιον Æschyl. Prom. v. 102. νέον, πρόσφατον, οὐ προορατὸν, ἀπροσδόκητον, ἄγνωστον. Ut Virgil. novum et inopinum dicit — Æn. Lib. VI. v. 103. *Non ulla laborum, O Virgo, nova mi facies, inopinave surgit, Omnia præcepi atque animo mecum ante peregi. Barnes.*

Conf. Hes. V. προταινί. *Beck.*

520. Huc respexit Hes. cujus corrupta verba Ἐγεργεῖ, etc. ita constituit Valck. D. p. 94. Ἐγερτί· ἐγρηγόρως. *Beck.*

522. Hæc postquam dixit Hector, abit,

Ξύνθημα δ' ἡμῖν Φοῖβος, ἤν τι καὶ δέῃ,
Μέμνησ' ἀκούσας, Θρῃκί τ' ἄγγειλον στρατῷ.
Ὑμᾶς δὲ βάντας χρὴ προταινὶ τάξεων
Φρουρεῖν ἐγερτὶ, καὶ νεῶν κατάσκοπον
Δέχθαι Δόλωνα· καὶ γὰρ, εἴπερ ἐστὶ σῶς,
Ἤδη πελάζει στρατοπέδοισι Τρωϊκοῖς.
ΧΟ. Τίνος ἁ φυλακά; τίς ἀμείβει στροφή.
Τὰν ἐμάν; πρῶτα
Δύεται σημεῖα καὶ ἑπτάποροι
Πλειάδες αἰθέριαι·
Μέσα δ' αἰετὸς οὐρανοῦ ποτᾶται.

Tesseram vero nobis esse Phœbus, si quid opus fuerit,
Memento te audiisse; et significa Thracio exercitui.
Vos vero euntes oportet paululum ante ordines
Excubias agere vigilando, et exploratorem navium
Excipere Dolonem: etenim si modo salvus est,
Jam appropinquat castris Trojanis.
Cho. Cujus *jam est* vigilia? quis per vices succedit
Mihi? Prima
Jam occidunt signa, et septem-gradæ
Pleiades in æthere apparent.
Volat autem Aquila in medio cœli.

ut Rhesum in suum locum deducat. *Prev.*

524. Distinguo, Tyrwhitto jubente, post ἐμάν. Vulgo interrogationis nota post πρῶτα ponitur. *Musg.*

πρῶτα] Adverbial. et recte, licet Scalig. legit πρώται. Quomodo enim, si hæc esset *prima* vigilia, Chorus ad v. 534. quæreret, cuinam sit *prima* vigilia indicta? Et sane apparet, esse *quartam vigiliam* hoc hemichorium ex v. 538. *Barnes.*

Leg. τὰν ἐμὰν ὦπα, *meam vocem.* *Reisk.*

525. Δύεται σημεῖα] Ἄστρα. Aratus σήματα dixit Phænom. v. 10. Ibid. Ἑπτάποροι Πλειάδες] Vid. Iphig. Aul. v. 7. Joh. Miltonus non vult hic Vergilias quoque occidere, sed exponit αἰθέριαι, matutinæ, ut ἠέριαι, Hom. Iliad. α'. v. 497. Ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανόν. Scholiast. Ἑωθινὴ, ὀρθρινή. *Tum enim,* ut inquit ille, *vernum tempus: Vergiliis enim mane surgentibus, Aquila cœli media tenet; quod fit sole in Tauro existente. Barnes.*

525. s. Verte ad mentem Miltoni: *Jam occidunt signa, et septemgradæ Pleiades, jam in æthere* vel *cœlo videntur,* i. e. jam surgunt. Vid. tamen Petiti Misc. III. 22. p. 186. ss. *Heath.*

526. αἰθέριαι] Summus Poëta et Philosophus, Joh. Miltonus, *matutinæ* interpretatur; "Quo sensu Homerus ἠερίη habet Il. α'. v. 497.

Ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν ——

Scholiastes: ἑωθινὴ, ὀρθρινή." Additque rationem: "Tum enim vernum tempus. Vergiliis enim mane surgentibus, Aquila cœli media tenet, quod sit sole in Tauro existente."

Mihi αἰθέριαι sunt, quæ in æthere, i. e. supra horizontem, sese conspiciendas præbent, plane ut πελάγιαι νῆες sunt, quæ in pelago versantur. conf. Med. v. 441. *Musg*

῎Εγρεσθε — τί μέλλετε; — κοιτᾶν
῎Εγρεσθ' εἰς φυλακάν.
Οὐ λεύσσετε μηνάδος αἴγλαν;
Ἀὼς δὴ πέλας, ἀὼς
Γίγνεται, καί τις πρὸ δόμων
῞Οδε γ' ἔστιν ἀστήρ.

ἩΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Τίς ἐκηρύχθη πρώτην φυλακήν;

Expergiscimini, quid cunctamini? e lectis,
Expergiscimini ad vigiliam.
Non videtis lunæ splendorem?
Aurora jam prope *est*, aurora *jam*
Accedit, et quædam præcurrentium
Stella hic jam adest.

SEMICHORUS.

Cuinam indicta est prima vigilia?

529. ῎Εγρεσθε πρὸς φ. 532. καὶ τίς πρὸ δόμων; 533. ῞Οδε γάρ ἐστιν ἀνήρ.

527. αἰετὸς] Sidus cœleste, de quo vid. Arati Phænom. Manilii et Buchanani Sphæras. Mæro autem, Poëtria Byzantina, cœlo fixum memorat, quod Jovem infantem nectare lactaret, ob Saturni παιδοφαγίαν absconditum — Νέκταρ δ' ἐκ πέτρης μέγας Αἰετὸς αἰὲν ἀφύσσων Γαμφηλῇ φορέεσκε πετῶν Διῒ μητιόεντι· Τὸν καὶ νικήσας πατέρα Κρόνον εὐρυόπα Ζεὺς Ἀθάνατον ποίησε, καὶ οὐρανῷ ἐγκατένασσε. *Barnes.*

528. κοιτᾶν] Κοιτῶν. *Barnes.*

530. μηνάδος] Rarissima vox, et vix alibi lecta. Sed et sic matrem Mercurii promiscue vocant Μαῖαν et Μαιάδα. *Musg.*

533. ἀνὴρ.] MSS. G. et Harl. ἀστὴρ, unde facilis reliquorum emendatio:

— καὶ τίς προδρομῶν
ὅδε πάρεστιν (vel met. gr. γ' ἔστιν) ἀστήρ·

Et metrum et sententia postulant, ut reponatur:

῟Ωδε γάρ ἐστιν ἀνήρ.

Hic adest enim homo, qui successorem scilicet quærit. *Heath.*

534. Τίς ἐκηρύχθη πρώτην φυλακήν;] Nota syntaxin, quia dicimus Κηρύσσω σοι πρώτην φυλακὴν, ergo passive fit etiam Κηρύσσομαι φυλακήν· Sic πιστεύομαι τὴν ἀρχήν· et πλήσσομαι τὴν κεφαλήν. *Barnes.*

535. φασι Κόροιβον.] Ita Barnesius ex Virgil. Æneid. II. v. 341. Meminit et Pausanias, p. 344. l. 3. Ed. Sylburg. Ed. Ald. φασιν Κόρυβον. MSS. G. et Harl. φασι Κόρυβον. Videtur hic Corœbus Pæonum ductor fuisse. Alioqui non constat excubiarum numerus. *Musg.*

Κόροιβον] Ita lego, rejecto illo veteri Κόρυβον, Virgilii auctoritate. Vid. Æn. Lib. II. v. 341. —Juvenisque Corœbus Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus Venerat, insano Cassandræ incensus amore, Et Gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat. Mygdon autem et Otreus erant filii Dymantis, quem nonnulli statuunt fuisse Hecubæ patrem, et ipse Homerus Asium, Dymantis quoque filium, Hecubæ fratrem germanum vocat: Euripides vero, Athenion et Teleclides Cissei eam filiam volunt. Vid. hac de re Eustathium in Iliad. fol. 1082. lin. 60. &c. et fol. 643. lin. 28. De Corœbo autem, et unde Virgilius illius notitiam invenerit, vid. Jacobi

ʽΗΜ. Μυγδόνος υἱόν φασι Κόροιβον.
ʽΗΜ. Τίς γὰρ ἐπ᾽ αὐτῷ;
ʽΗΜ. Κίλικας Παιὼν στρατὸς ἤγειρεν.
ʽΗΜ. Μυσοὶ δ᾽ ἡμᾶς.
ʽΗΜ. Οὐκοῦν Λυκίους πέμπτην φυλακὴν
Βάντας ἐγείρειν
Καιρὸς κλήρου κατὰ μοῖραν.
ΧΟ. Καὶ μὴν ἀΐω· Σιμόεντος ἀντιστρ.
ʽΗμένα κοίτας

Sem. Corœbo Mygdonis filio dicunt.
Sem. Cui vero post eum?
Sem. Cilices excitavit exercitus Pæonius.
Sem. Mysi vero nos.
Sem. Lycios igitur ad quintam vigiliam
Nos hinc digressos excitare
Tempus *est*, pro ordine sortis.
Cho. Atqui audio: Simoëntis
Insidens ripas

535. φασιν Κόρυβον. 537. Παιόνων στρ.

Nicolai Loensis Miscel. Epithyll. Lib. II. c. 3. *Barnes.*

537. Recte ex Ed. Ald. Παίων restituit Barnesius pro Παιόνων, typothetarum errore hic relicto. *Musg.*

Παίων] Cum et olim recte scriptum erat Παίων στρατὸς, pro Παιονικὸς, de qua re vid. supra ad v. 427. Canterus *sensui* consulens, *versui* fuit incommodo, legendo Παιόνων, cum παίων tantum litera majuscula erat scribendum. *Barnes.*

538. Leg. Μυσὸν δ᾽ ἡμεῖς, *nos excepimus Mysum.* Ordo vigiliarum hic est: 1. Cilices. 2. Pæones. 3. Mysi. 4. Trojani. 5. Lycii. Trojanos quartas vigilias obtinuisse patet ex v. 539. et clare e v. 558. *Reisk.*

539. πέμπτην φυλακὴν Prev. defendit sic, ut dicat esse primam diei custodiam. *Beck.*

542. Distinguo:

Καὶ μὴν ἀΐω· Σιμόεντος
ἡμένα κοίτας —

ἡμένα præbet Ed. Ald. frustra ab Editoribus in ἡμέναν mutatum. *Musg.*

Σιμόεντος] Παρὰ subaudi. *Barnes.*

Ad finem hujus v. plene distinguendum. Sensus: *Atqui audio Simoëntis labentis sonitum. Heath.*

Legendum:

Καὶ μὴν ἄϊ᾽ (i. e. ἄϊε, audi) ὡς Σιμόεντος
ʽΗμένα ᾽ν (i. e. ἀνὰ) κοίτας φονίας.

Atqui audi, quomodo sedens in Simoëntis cubilibus sanguinolentis. Reisk.

543. ʽΗμέναν κοίτας φονίας] Aldi editio habet ἡμένα. Joh. Brodæus legebat ὑμένα, et explicat vel per ὕφασμα, quod vix feret, vel per Hymenæum. Ego hoc modo verba ordino: Καὶ μὴν ἀΐω Σιμόεντος· Hoc est, ut supra diximus, παρά. ʽΗμένα, κοίτας φονίας ὑμνεῖ ᾽Αηδονὶς μέριμνα, ἤγουν ἀηδὼν μεριμνῶσα· ᾽Αηδονὶς μὲν, ἡ ἀηδόνος νεοσσὸς, καὶ ἐνταῦθα ἐπίθετον. Nota Fabula Terei et Philomelæ. Vid. Ovid. Metam. Lib. VI. Fab. 8. *Barnes.*

ʽΗμέναν] Ita Virgilius de Philomela: *ramoque sedens.* Vid. infra v. 546. *Barnes.*

543. ss. Non potest ἀηδονὶς adjective poni, et cum μέριμνα junctum significare,

Φονίας ὑμνεῖ πολυχορδοτάτᾳ
Γήρυϊ παιδολέτωρ
Μελοποιὸς ἀηδονὶς μέριμναν.
Ἤδη δὲ νέμουσι κατ' Ἴδαν
Ποίμνια· νυκτιβρόμου
Σύριγγος ἰὰν κατακούω·
Θέλγει δ' ὄμματος ἕδραν
Ὕπνος· ἅδιστος γὰρ ἔβα
Βλεφάροις πρὸς ἀοῦς.

Cruentatas, canit multiplici
Voce, liberorum interfectrix
Luscinia, suavis cantus artifex, ærumnas.
Jam autem pascuntur in Ida
Greges; noctu-strepentis
Fistulæ vocem audio.
Demulcet vero oculorum sedem
Somnus: dulcissimus enim *is* venit
Palpebris circa Auroram.

546. μέριμνα. 548. νυκτιδρόμου. 552. Βλεφάροισι.

luscinia sollicita. Μερίμνας igitur aut μέριμναν reponendum, et lectio Ald. Ἡμένα revocanda. Structura loci sic procedit: Ἀηδονὶς μελοποιὸς παιδολέτωρ ἡμένα ὑμνεῖ πολυχορδοτάτᾳ γήρυϊ μερίμνας vel μέριμναν κοίτης φονίας. *Lusciniola cantus artifex liberorum interfectrix sedens canit* multitona voce ærumnas thalami funesti. Ideo autem κοίτη φονία dicitur, quia stuprum, quod a Tereo passa est, cædi Ityos occasionem dederat. Petitus Misc. III. 22. totam hanc clausulam de Ardea, quam pro ostento Diomedi et Ulyssi in nocturna hac expeditione oblatam et ab iis visam et clangore auditam narrat Homerus, interpretatur; sed vocibus singulis vim infert. *Heath.*

544. Πολυχορδοτάτᾳ γήρυϊ] *Voce quamplurimas lyræ chordas ac tonos imitanti.* Huc refer elegantissimam Philomelæ et Citharœdi contendentium descriptionem. Fam. Stradæ Prolus. VI. *Barnes.*

545. Leg. παιδολέτειραν et μέριμναν. *canit sollicitudinem suam ob liberos amissos.* *Reisk.*

546. μέριμνα.] Lego μερίμνας accusativo plurali. μέριμνα de dolore, quantumvis acerbo, dici posse ostendit Hecub. v. 885. *Musg.*

Ἀηδονὶς μέριμνα] Ad verbum *Lusciniosa cura*, vel *sollicitudo*, hoc est Luscinia *sollicita.* Nam, ut Virgil. Georg. IV. v. 513. — *Illa Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen Integrat, et mœstis late loca questibus implet. Barnes.*

548. Ποίμνια·] Non convenit metro. An scripserunt Græci ποιμνεῖα, et ποίμνια, ut ἵππειος et ἵππιος. Sic Homerus συβόσεια plus semel pro συβόσια.

νυκτιδρόμου] Optime Piersonus νυκτιβρόμου. *Musg.*

Leg. νυκτιβρόμου, aut νυκτιθρόου, aut νυκτικρότου. Primum horum commendavit etiam Pierson. p. 32. *Reisk.*

Hic versus antithetico non convenit; deest enim syllaba, quæ ita suppleri potest:

Ποίμνια καὶ νυκτιδρόμου anapæsticus dimeter brachycatalectus.

Heath.

549. ἰὰν] Vox rara, sed quæ legatur tamen Æschyl. Pers. v. 940. Herodot. I. c. 85. *Musg.*

ἩΜ. Τί ποτ' οὐ πελάθει σκοπός, ὃν ναῶν ἐπῳδ.
Ἕκτωρ ὤτρυνε κατόπταν;
ἩΜ. Ταρβῶ· χρόνιος γὰρ ἄπεστιν.
ἩΜ. Ἀλλ' ἦ κρυπτὸν λόχον εἰσπαίσας
Διόλωλεν; τάχ' ἂν εἴη φοβερόν.
ἩΜ. Αὐδῶ Λυκίους πέμπτην φυλακὴν
Βάντας ἐγείρειν
Ἡμᾶς κλήρου κατὰ μοῖραν.

Sem. Cur tandem non appropinquat speculator, quem navium
Hector misit exploratorem?
Sem. Metuo: diu enim abest.
Sem. At ne si in occultas insidias incidens
Perierit forte, mihi formidolosum.
Sem. Jubeo Lycios *ad* quintam vigiliam
Digressos excitare
Nos, pro ordine sortis.

556. Ἀλλ' εἰ κρ. λ. εἰσπαίσας. 557. Διόλωλε, τάχ' ἄν.

Σύριγγος ἰὰν κατακούω] Hic occurrit vox ἰὰ pro φωνὴ, quam Eustathius veteribus in usu dixit, unde et Λοξίας, quasi ἀπὸ λοξῆς τῆς ἰᾶς. Dicitur autem pro ἰωὴ, eodem Eustathio asserente fol. 794. lin. 54. Quare et ego Retractationem hanc facio eorum, quæ supra dixi ad Iphig. Taur. v. 1014. ubi Eustathio, Hesychio et Suidæ dicam impegi; quod ἰὰ pro voce sumserint. Obiter tamen notandum est, nos huic voci accentum in ultima assignare, quia omnia Euripidis exemplaria ita legunt. Est autem ἴα plurale, ab ἴον, *viola*, et ἴα singulare pro *μία, una;* quæ tamen vox, Aristarcho testante, præter exemplum in genitivo et dativo circumflectitur in ultima. *Barnes.*

550. ἕδραν] Confer v. 8. *Musg.*

551. ἄδιστος] Moschus Idyll. II.

— ἐγγύθι δ' ἠὼς,
Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων.

Proximo versu legendum forte ob metrum βλεφάροις, et in Stropha ὅδε γ' ἔστιν ἀστήρ. πρὸς ἀοῦς, *versus Auroram.* *Musg.*

553. Πελάθει] Pro πελάζει, hinc πλάθω per syncopen pro πελάθω. Th. πέλας. Vid. supra v. 14. *Barnes.*

Lege νηῶν, ut constet metrum. *Heath.*

556. Pro ἀλλ' εἰ MSS. G. et Harl. ἀλλ' ἦ. MS. Flor. insigniter variat; habet enim sic:

ἐμπεσὼν ἀλλ' ἦ κρυπτὸν λόχον εἰσπαίσας
διώλεσεν, τάχ' ἂν εἴη φοβερόν μοι.

Harleianus quoque μοι in fine agnoscit. Quid si legamus:

ἀλλ' εἰ κρυπτὸν λόχον εἰσπαίσας
διόλωλε τύχᾳ, φοβερόν μοι.

ut ἂν εἴη supplementum sit Grammatici. εἰσπαίσας idem, quod εἰσπηδήσας. vide ad Aristoph. Plut. v. 805. *Musg.*

Pro εἰσπεσὼν lege εἰσπίπτων, cogente metro. *Heath.*

557. Ut constet metrum, ita hic versus restituendus:

Διόλωλεν, φοβερὸν τάχ' ἂν εἴη. *Heath.*

558. *αὐδῶ, jubeo.* vid. Bacch. v. 496. *Musg.*

560. Ad h. l. Prev. observat: "Tout le choeur sort, pour l'y conduire; peut-être cependant le premier demi-chœur reste-t-il endormi sur le devant de la scène, où étoit sa place ordinaire." *Beck.*

ARGUMENTUM ACTUS QUARTI.

Diomedes et Ulysses, Græci exploratores, quum Hectoris tentorium vacuum offendunt, deliberant, quid ultra faciendum. Jam itaque, Dolone tantum occiso, cum abituri essent, Minerva illis supervenit, et ad occidendum Rhesum hortatur, ac, quomodo id facerent, ostendit. Ipsa interea, sub Veneris persona, Paridi, qui insidias metueret a Græcis, imponit. Diomedes et Ulysses, interfecto jam Rheso et duodecim aliis Thracum primoribus, in Vigiles incidunt; et tum plane actum fuisset de ipsis, nisi Ulysses, edita jam Trojanorum tessera, illos decepisset. Choro demum de his motibus nocturnis conjecturas et metus suos expromit, quum supervenit Auriga Rhesi et ipse vulneratus, Domini sui miseram et inopinatam cædem nuntiaturus. A qua re tamen Actus ultimus auspicatur.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Διόμηδες, οὐκ ἤκουσας — ἢ κενὸς ψόφος
Στάζει δι' ὤτων; — τευχέων τινὰ κτύπον;

ΔΙΟΜΗΔΗΣ.

Οὐκ· ἀλλὰ δεσμὰ πωλικῶν ἐξ ἀντύγων
Κλάζει σιδήρου· κἀμέ τοι, πρὶν ᾐσθόμην
Δεσμῶν ἀραγμὸν ἱππικῶν, ἔδυ φόβος.
ΟΔ. Ὅρα κατ' ὄρφνην μὴ φύλαξιν ἐντύχῃς.

ULYSSES.

Diomedes, nonne audivisti, an inanis strepitus
Stillat per aures, armorum quendam sonum?

DIOMEDES.

Non: sed vincula ex rotis equestribus
Clangunt ferreum, et me, priusquam sensi
Collisionem esse vinculorum equestrium, subiit metus.
Ulys. Vide ne per noctem incidas in excubitores.

566. ὄρφναν.

561. ἢ κενὸς ψόφος] Ita recte ex Aldina Barnesius. Ante eum ediderant καινὸς ψόφος.

Διόμηδες, οὐκ ἤκουσας ἢ κενὸς ψόφος, etc.] Ita recte Aldi editio. In posterioribus erat ἤκουσας, καινὸς, etc. magna et aperta versus jactura. Duportus supplebat ὡς ante καινὸς, Scaliger pro καινὸς, αἰανὴς verbo Sophocleo, uterque non male; sed vetus lectio, quam Aldina editio etiamnum reservat, est longe præferenda. *Barnes.*

562. τινὰ] Forte, κενὸν, aut ἡμῖν potius. *Reisk.*

564. σιδήρου·] Legendum σιδηροῦν, ferreum. σιδήρειος δ' ὀρυμαγδὸς est apud Hom. Iliad. ρ'. 424. vid. et Suid. v. σιδήρειος ἦχος. *Musg.*

567. κἂν σκότῳ.] *Etiam in tenebris.* Quasi vero luce caute incedendum esset, secus aliquando in tenebris. An legendum:

ΔΙ. Φυλάξομαί τοι κἀν σκότῳ τιθεὶς πόδα.
ΟΔ. Ἢν δ' οὖν ἐγείρῃς, οἶσθα σύνθημα στρατοῦ;
ΔΙ. Φοῖβον Δόλωνος οἶδα σύμβολον κλύων.
ΟΔ. Ἔα. εὐνὰς ἐρήμους τάσδε πολεμίων ὁρῶ.
ΔΙ. Καὶ μὴν Δόλων γε τάσδ' ἔφραζεν Ἕκτορος
Κοίτας, ἐφ' ᾧπερ ἔγχος εἵλκυσται τόδε.
ΟΔ. Τί δῆτ' ἂν εἴη; μῶν λόχος βέβηκέ πη;
ΔΙ. Ἴσως ἐφ' ἡμῖν μηχανὴν στήσων τινά.
ΟΔ. Θρασὺς γὰρ Ἕκτωρ νῦν, ἐπεὶ κρατεῖ, θρασύς.
ΔΙ. Τί δῆτ', Ὀδυσσεῦ, δρῶμεν; οὐ γὰρ εὕρομεν
Τόνδ' ἄνδρ' ἐν εὐναῖς, ἐλπίδων δ' ἡμάρτομεν.
ΟΔ. Στείχωμεν ὡς τάχιστα ναυστάθμων πέλας.
Σώζει γὰρ αὐτὸν ὅσπερ εὐτυχῆ θεῶν
Τίθησιν· ἡμῖν δ' οὐ βιαστέον τύχην.

Dio. Cavebo omnia per tenebras iter faciens.
Ulys. Si vero excitâris *aliquem*, nôsti tesseram exercitus?
Dio. Phœbum scio *esse* tesseram, ex Dolone audiens.
Ulys. Vah! Hæc hostium cubilia video deserta.
Dio. Atqui Dolon hæc *esse* dixit Hectoris
Cubilia, adversus quem *Hectorem* hasta stricta est hæc.
Ulys. Quid rei est? num cohortem aliquo duxit?
Dio. Fortasse adversus nos structura aliquas insidias.
Ulys. Hector enim nunc *est* audax rem gerere, quandoquidem vincit.
Dio. Quid igitur, Ulysses, faciemus? non enim invenimus
Hunc virum in stratis: spe vero frustrati sumus.
Ulys. Eamus quam celerrime ad stationem navium,
Servat enim eum Deus, qui et fortunatum
Facit: nobis vero non *est* violenter agendum contra fortunam.

578. ναυστάθμου.

φυλάξομαί τοι πᾶν, σκότῳ τιθεὶς πόδα. *Musg.*

570. Ἔα.] Hoc extra versum numerandum. Vid. ad Hecub. v. 1098. *Barnes.*

573. Τί δῆτ'] MSS. E. G. ποῖ δῆτ'. Pro πῆ MS. Flor. ποῖ. Dein legendum forte: μῶν λόχον βέβηκέ πη: *An cohortem* (sc. prætoriam) *aliquo duxit?* vel *transtulit?* In MS. Harl. Ulyssi tribuuntur, v. 573, 4, 5. *Musg.*

575. Θρασὺς repetitum quam emphasin habeat, non video. An legendum: Δράσαι γὰρ Ἕκτωρ — Atque hoc quidem in versione secutus sum. Æque tamen placeret: Γαῦρος γὰρ Ἕκτωρ· νῦν ἐπεὶ κρατεῖ, θρασύς. *Musg.*

In initio versus legendum forte Δράστης. Hesychius: Δράστης, πράττειν δυνάμενος, ἢ νοηματικὸς κατ' ἐπιβουλήν. *Musg.*

578. ναυστάθμου] MS. Flor. ναυστάθμων. *Musg.*

581. Οὐκοῦν ἐπ' Αἰνέαν,] Ita scribimus pro Αἰνείαν, quod stare non potuit, ac

ΔΙ. Οὐκοῦν ἐπ' Αἰνέαν, ἢ τὸν ἔχθιστον Φρυγῶν
Πάριν μολόντε, χρὴ καρατομεῖν ξίφει.
ΟΔ. Πῶς οὖν ἐν ὄρφνῃ πολεμίων ἀνὰ στρατὸν
Ζητῶν δυνήσει τούσδ' ἀκινδύνως κτανεῖν;
ΔΙ. Αἰσχρόν γε μέντοι ναῦς ἔπ' Ἀργείων μολεῖν,
Δράσαντε μηδὲν πολεμίους νεώτερον.
ΟΔ. Πῶς δ' οὐ δέδρακας; οὐ κτανόντε ναυστάθμων
Κατάσκοπον Δόλωνα σώζομεν τάδε
Σκυλεύματ'; ἢ πᾶν στρατόπεδον πέρσειν δοκεῖς;
Πείθου, πάλιν στείχωμεν· εὖ δ' εἴη τυχεῖν.
ΑΘ. Ποῖ δὴ λιπόντε Τρωϊκῶν ἐκ τάξεων
Χωρεῖτε, λύπῃ καρδίαν δεδηγμένοι,
Εἰ μὴ κτανεῖν σφῷν Ἕκτορ', ἢ Πάριν, θεὸς

Dio. An ergo ad Æneam, aut invisissimum Phrygum
Parim euntes, oportet caput amputare gladio?
Ulys. Quomodo vero noctu per exercitum hostium
Quærens, poteris hos interficere sine periculo?
Dio. Turpe tamen est redire ad Græcorum naves,
Nullo insigni facinore in hostes perpetrato.
Ulys. Quomodo vero nihil perpetrâsti? nonne interfecto navium
Exploratore Dolone, servamus hæc
Spolia? an putas te totum exercitum esse eversurum?
Obtempera, retro abeamus; utinam vero et hoc bene consequi liceat!
Min. Quonam euntes ex Trojanis stationibus,
Disceditis, mœstitia cor morsi?
Quod si vobis non interficere Hectorem, aut Parim, Deus

581. Αἰνείαν.

proinde τὸ εαν per συνίζησιν in unam syllabam contractum versum sanabit. Sic supra v. 90. Hoc Scaliger etiam vidit. *Barnes.*

582. μολόντε,] Ita Edd. recentiores, nec variant MSS. præter Flor. qui μολόντες cum Aldina habet.

χρὴ] Ita MS. Flor. Vulgo χρῆν.

586. Leg. δράσαντα ob sequens δέδρακας v. 587. *Reisk.*

590. πάλιν στείχωμεν·] Redeamus. Εὖ δ' εἴη τυχεῖν] *Utinam in discessu bene nobis eveniat.* *Brodæus.*

591. λιπόντε] Merito hæc vox Reiskio displicet. Legerim λιπέντε, *victi, frustranei,* si participium λιπεὶς ullibi invenire possem. MSS. E. G. λιπόντες. Videndum tamen, annon λιπόντε sit *discedentes, abeuntes.* Thucyd. V. 4. ἀπολιπόντες ἐκ Συρακουσῶν. Xenophon de Cyri Exped. Lib. I. τὴν πόλιν ἐξέλιπον οἱ ἐνοικοῦντες — εἰς χωρίον ὀχυρόν. Noster Androm. 1019. Ἐκ δ' ἔλειπον οἴκους Πρὸς — εὐνάτορα. Confer Æsch. Sept. c. Theb. 224. Pers. 128. *Musg.*

Ποῖ δὴ λιπόντε] Importune hic introducitur Pallas; nec enim *nodus* erat *deo vindice dignus;* putantur enim intra sonitum Rhesi currus esse, et ex Dolone prius de eo inaudiverant. Sed dabitur Poëtæ venia, qui desiderio τερατικόν τι proferendi, et Græcis suis gratificandi, *deos* ad eorum arbitria descendere fecit. Præterea Euripides, ethicæ philosophiæ

Δίδωσιν; ἄνδρα δ᾽ οὐ πέπυσθε σύμμαχον
Τροίᾳ μολόντα Ῥῆσον οὐ φαύλῳ τρόπῳ;
Ὃς εἰ διοίσει νύκτα τήνδ᾽ ἐς αὔριον,
Οὔτε σφ᾽ Ἀχιλλέως, οὔτ᾽ ἂν Αἴαντος δόρυ,
Μὴ πάντα πέρσαι ναύσταθμ᾽ Ἀργείων, σχέθοι,
Τείχη κατασκάψαντα καὶ πυλῶν ἔσω
Λόγχῃ πλατεῖαν ἐσδρομὴν ποιούμενον·
Τοῦτον κατακτὰς, πάντ᾽ ἔχεις. τὰς δ᾽ Ἕκτορος
Εὐνὰς ἔασον καὶ καρατόμους σφαγάς·
Ἔσται γὰρ αὐτῷ θάνατος ἐξ ἄλλης χερός.
ΟΔ. Δέσποιν᾽ Ἀθάνα, — φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην
Τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν· ἐν πόνοισι γὰρ
Παροῦσ᾽ ἀμύνεις τοῖς ἐμοῖς ἀεί ποτε.

Dat; virum tamen non audivistis socium
Trojæ venisse Rhesum, haud contemnendo apparatu?
Qui si produxerit *hanc* noctem in crastinum,
Non ipsum Achillis, neque Ajacis hasta,
Quin evertat tota castra Græcorum, coërcuerit,
Demolientem muros, et intra portas
Facientem hasta latam irruptionem:
Isto interfecto omnia habes. Hectoris vero
Cubilia omitte, capitisque truncationem:
Contingat enim ipsi mors ab alia manu.
Ulys. O domina Minerva, vocis enim sensi
Tuæ consuetum sonum: in periculis enim
Præsens meis opitularis *mihi* semper,

596. τὴν ἐς. 600. εἰς δρομήν.

summus magister, nihil magnum, aut fortunatum, sine deorum auxilio fieri unquam permisit. *Barnes.*

Leg. Ποῖ δὴ 'λίτοντε, i. e. ἀλίτοντε, *errantes, peccantes. Reisk.*

592. καρδίαν δεδηγμένοι,] Ita supra in Alcest. v. 1119. Λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι. Quod et inter alia argumenta reponas, quæ supra v. 427. breviter attigi; ut probarem, hanc fabulam Rhesi genuinam esse Euripidis. Hanc figuram usurpat et Aristophan. Acharnens. v. 1. Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. Utrisque autem præivit Homer. Iliad. ε'. v. 593. Δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος. Unde et θυμοδακὴς id. Odyss. θ'. v. 185. Θυμοδακὴς γὰρ μῦθος ἐπώτρυνας δέ με εἰπών. Ejusdem generis est Δακέθυμος ἄτα, et δηξίθυμος ἄλμη Athenæ. Et Æschyl. Agam. v. 752. Δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος. *Barnes.*

595. Τροίαν μολόντα reponit Valck. ad Eurip. Phœn. 110. ut præpositio omissa sit. Assentitur Heath. *Beck.*

τὴν] Legendum, ni fallor, νύκτα τήνδ᾽. *Beck.*

596. Reiskius jam legit νύκτα τήνδ᾽ ἐς αὔριον. Etiam Heath. mavult τήνδ᾽. *Musg.*

599. Τείχη] Castrorum mœnia. *Barnes.*

Τὸν ἄνδρα δ' ἡμῖν, ποῦ κατεύνασται, φράσον,
Πόθεν τέτακται βαρβάρου στρατεύματος;
ΑΘ. Ὅδ' ἐγγὺς ἧσται κοὺ συνήθροισται στρατῷ,
Ἀλλ' ἐκτὸς αὐτὸν τάξεων κατεύνασεν
Ἕκτωρ, ἕως ἂν νὺξ ἀμείψηται φάος.
Πέλας δὲ πῶλοι Θρηκίων ἐξ ἁρμάτων
Λευκαὶ δέδενται, διαπρεπεῖς ἐν εὐφρόνῃ·
Στίλβουσι δ', ὥστε ποταμίου κύκνου πτερόν.
Ταύτας, κτανόντε δεσπότην, κομίζετε,
Κάλλιστον οἴκοις σκῦλον· οὐ γάρ ἐσθ' ὅπου
Τοιόνδ' ὄχημα χθὼν κέκευθε πωλικόν.
ΟΔ. Διόμηδες, ἢ σὺ κτεῖνε Θρήκιον λεών,

Hunc igitur virum nobis ubi dormiat, dic,
Et quo loco stationem habeat in barbarico exercitu.
Min. Hic prope locatur, neque conjunctus est cum exercitu;
Sed extra ordines collocavit eum
Hector, donec nocti succedat lux *diei.*
Prope autem equi Thracios ad currus
Albi ligati sunt, *vel* noctu conspicui:
Fulgent enim veluti fluvialis cygni penna:
Hos, interfecto domino, abducite,
Pulcherrimam prædam domibus: non enim est ubi
Hujusmodi currum terra equestrem capiat.
Ulys. Aut tu Diomedes, trucida Thracium populum,

615. κτανόντες.

604. Δέσποιν' Ἀθάνα φθέγματος γὰρ ἠσθόμην, &c.] Et ἐν πόνοισι γὰρ παροῦσ' ἀμύνεις τοῖς ἐμοῖς ἀεί ποτε] Hic Euripides suo more Homerum præcipue respicit, qui, quamvis Minervam ipsam haud introduxerit, Ἐρωδιὸν tamen in faustum signum ait eam misisse, quem licet illi ob noctem non viderint, ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσαν. Et eodem modo Ulysses Minervam precatur, Iliad. κ'. v. 278. Κλῦθί μευ, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ἥ τε μοι αἰεὶ Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι, &c. *Barnes.*

606. Verba παροῦσ' ἀμύνεις illustravit L. Bos Animadv. ad Scriptor. Græc. p. 5. *Beck.*

608. Vox πόθεν rei non satis quadrat. legendum πόθ' (i. e. πόθι) ἐντέτακται. *Musg.*

609. Ὅδ' ἐγγὺς ἧσται] Expono, *locatur;* non enim *sedens* dormiebat Rhesus, sed *cubans. Barnes.*

611. ἕως ἂν, *donec.* v. Brunck. ad Phœn. 89. *Beck.*

617. κέκευθε est *continet*, complectitur ambitu suo, monstrare potest. *Reisk.*

618. Ἢ σὺ κτεῖνε Θρήκιον λεὼν,] Homerus Iliad. κ'. v. 480. ἀλλὰ λῦ' ἵππους, Ἠὲ σύ γ' ἄνδρας ἔναιρε, μελήσουσιν δέ μοι ἵπποι. *Barnes.*

619. πάρες γε,] Ita recte restituit Barnesius ex Aldina. Ante eum dederant παρέσχε. *Musg.*

Ex ed. vet. lectione Reisk. format hanc lectionem, quam restitui vult, ἥ μοι παράσχεις. σοὶ, &c. *Beck.*

621. Τρίβων] Exstat et cum accusativo Med. v. 684. vid. et Bacch. v. 706. Aristoph. Nub. v. 867. *Musg.*

Ἢ 'μοὶ πάρες γε, σοὶ δὲ χρὴ πώλων μέλειν.
ΔΙ. Ἐγὼ φονεύσω, πωλοδαμνήσεις δὲ σύ.
Τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ καὶ νοεῖν σοφός.
Χρὴ δ' ἄνδρα τάσσειν, οὗ μάλιστ' ἂν ὠφελῇ.
ΑΘ. Καὶ μὴν καθ' ἡμᾶς τόνδ' Ἀλέξανδρον βλέπω
Στείχοντα, φυλάκων ἔκ τινος πεπυσμένον
Δόξας ἀσήμους πολεμίων μεμβλωκότων.
ΔΙ. Πότερα σὺν ἄλλοις, ἢ μόνος πορεύεται;
ΑΘ. Μόνος πρὸς εὐνὰς, ὡς ἔοικεν, Ἕκτορος
Χωρεῖ, κατόπτας σημανῶν ἥκειν στρατοῦ.
ΔΙ. Οὐκοῦν ὑπάρχειν τόνδε κατθανόντα χρή;
ΑΘ. Οὐκ ἂν δύναιο τοῦ πεπρωμένου πλέον.

Aut mihi permitte; te vero oportet curare equos.
Dio. Ego occidam: tu vero domabis equos.
Tu enim es exercitatus in rebus elegantibus, et invenire solers:
Oportet vero quemlibet *ibi* collocare, ubi maxime utilis fuerit.
Min. Atqui ad nos hunc Alexandrum video
Venientem, qui ex aliquo custode rescivit
Rumores incertos *de* hostibus advenientibus.
Dio. Utrum cum aliis, an solus vadit?
Min. Solus, ut videtur, ad cubilia Hectoris
Vadit, indicaturus speculatores exercitus advenisse.
Dio. Num oportet illum prius mori?
Min. Non poteris plus fato:

622. ὠφελοῖ.

Τρίβων] Ὁ ἐν πράγμασιν ἐντριβὴς ἄνθρωπος, Eustathius. Idem quoque, quod τρίμμα supra v. 495. in Notis. Item assuetus, aut peritus, ut Aristoph. Vesp. Ἐτύγχανεν γὰρ οὐ τρίβων ὢν ἱππικῆς. Scholiast. οὐκ ἔμπειρος. Item Nub. Καὶ τῶν κρεμαθρῶν οὐ τρίβων τῶν ἐνθάδε. *Barnes.*

623. καθ' ἡμᾶς] Superscribitur in MS. Harleiano ἐφ' ἡμᾶς. Sed videtur legendum καθ' ὑμᾶς. *Musg.*

625. μεμβλωκότων.] Pro μεμοληκότων, Th. μολέω. Syncope τοῦ ο prioris et epenthesi τοῦ β διὰ καλλιφωνίας. Male igitur Eustathius a μέλω deducit, μέλω, μέμλω, μέμβλω, cum in hoc loco μέλω locum habere nequit, μολέω maxime. De hac καλλιφωνίᾳ vid. quæ nos supra v. 260. *Barnes.*

628. ἥκειν] Ita MS. E. Ed. Ald. ἥκει. Post σημανῶν interpolavit Barnesius δ'.

κατόπτης scribendum esse pro forma Dorica, contra vero hanc v. 134. e cod. Fl. reponendam monet Valck. ad Phœn. p. 7. *Beck.*

629. Οὐκοῦν ὑπάρχειν τόνδε κατθανόντα χρή;] Scaliger legit κατθανεῖν δὲ χρή. Quasi esset, οὐ χρὴ τοῦτον ὑπάρχειν, i. e. ζῆν, ἀλλὰ κατθανεῖν: cum ita sint verba accipienda: Οὐκοῦν χρὴ τοῦτον κατθανόντα ὑπάρχειν, i. e. εἶναι. Non enim est τὸν δὲ, sed τόνδε pro τοῦτον. Est et ὑπάρχω *initium facio*, ut Androm. v. 273. in Scholiis. Aldi editio rogandi notam non habet. Quod si eo modo acceperis, præstabit κατθανεῖν legere. *Barnes.*

630. Οὐκ ἂν δύναιο τοῦ πεπρωμένου πλέον.]

Τοῦτον δὲ πρὸς σῆς οὐ θέμις χερὸς θανεῖν.
Ἀλλ' ᾧπερ ἥκεις μορσίμους φέρων σφαγὰς,
Τάχυν'. ἐγὼ δὲ τῷδε σύμμαχος Κύπρις
Δοκοῦσ' ἀρωγὸς ἐν πόνοις παραστατεῖν,
Σαθροῖς λόγοισιν ἐχθρὸν ἄνδρ' ἀμείψομαι.
Καὶ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εἶπον· ὃν δὲ χρὴ παθεῖν,
Οὐκ οἶδεν, οὐδ' ἤκουσεν, ἐγγὺς ὢν, λόγου.
ΠΑ. Σὲ τὸν στρατηγὸν καὶ κασίγνητον λέγω,
Ἕκτορ, καθεύδεις; οὐκ ἐγείρεσθαί σε χρή;
Ἐχθρῶν τις ἡμῖν χρίμπτεται στρατεύματι,
Ἢ κλῶπες ἄνδρες, ἢ κατάσκοποί τινες.
ΑΘ. Θάρσει· φυλάσσει σ' ἥδε πρευμενὴς Κύπρις.
Μέλει δ' ὁ σός μοι πόλεμος, οὐδ' ἀμνημονῶ
Τιμῆς, ἐπαινῶ δ' εὖ παθοῦσα πρὸς σέθεν.
Καὶ νῦν ἐπ' εὐτυχοῦντι Τρωϊκῷ στρατῷ

Hunc enim a tua manu mori nefas *est*:
Sed cui venis fatalem cædem afferens, *ad illum*
Propera: ego vero hujus adjutrix Venus
Visa ipsi auxiliatrix in laboribus adesse,
Inanibus sermonibus inimicum virum excipiam.
Atque hæc quidem ego dixi *vobis*: sed *is*, quem oportet interfici,
Non novit, nec audivit, quamvis sit prope, sermonem.
Par. Te ducem, et fratrem appello;
Hector, dormis? non expergisci te convenit?
Aliquis hostium appropinquat nostro exercitui,
Aut fures, aut speculatores quidam.
Min. Bono sis animo: servat te hæc benevola Venus.
Curæ vero est mihi tuum bellum, nec sum immemor
Honoris *a te delati*, faveoque *tibi*, beneficio affecta a te.
Et nunc Trojano exercitu feliciter agente

Vid. quæ nos περὶ Εἱμαρμένης et Πεπρωμένου diximus ad Iphig. Taur. v. 1487. *Barnes.*

633. Τάχυν'.] *Propera.* Intransitive. Nec aliter est Æsch. Pers. v. 694. Sic θάρσυνε pro θάρσει, Soph. Electr. v. 922. *Musg.*

636. Verba ὃν δὲ χρὴ παθεῖν nominativi vice funguntur, verba οἶδεν et ἤκουσεν regentis, et de Paride dicuntur, non de Rheso: *Is vero, qui debet pati* (i. e. decipi), *nec novit, nec audivit, quamvis colloquio nostro propinquus sit.* Rhesus ἐγγὺς εἶναι λόγου dici non poterat, cum hæc a Minerva prope Hectoris tentorium proferantur, ille autem cum exercitu longe abesset. *Heath.*

637. λόγου.] Non absurde reponas μόγου. Quanquam nihil forte opus mutatione, si λόγου ad ἤκουσεν referas, hac distinctione:

Οὐκ οἶδεν, οὐδ' ἤκουσεν, ἐγγὺς ὢν, λόγου. *Musg.*

642. Θάρσει·] Hic Pallas se Venerem esse simulat, Paridi imponens. *Barnes.*

Ἥκω, πορεύουσ' ἄνδρα σοι μέγαν φίλον,
Τῆς ὑμνοποιοῦ παῖδα Θρήκιον θεᾶς
Μούσης, πατρὸς δὲ Στρυμόνος κικλήσκεται.
ΠΑ. Ἀεί ποτ' εὖ φρονοῦσα τυγχάνεις πόλει
Κἀμοὶ, μέγιστον δ' ἐν βίῳ κειμήλιον
Κρίνας σέ φημι τῇδε προσθέσθαι πόλει.
Ἥκω δ' ἀκούσας οὐ τορῶς· φήμη δέ τις
Φύλαξιν ἐμπέπτωκεν, ὡς κατάσκοποι
Ἥκουσ' Ἀχαιῶν. χὼ μὲν οὐκ εἰδὼς λέγει,
Ὁ δ' εἰσιδὼν μολόντας, οὐκ ἔχει φράσαι,
Ὧν οὕνεκ' εὐνὰς ἤλυθον πρὸς Ἕκτορος.
ΑΘ. Μηδὲν φοβηθῇς· οὐδὲν ἐν στρατῷ νέον·
Ἕκτωρ δὲ φροῦδος, Θρῇκα κοσμήσων στρατόν.
ΠΑ. Σύ τοί με πείθεις, σοῖς τε πιστεύων λόγοις,
Τάξιν φυλάξων εἶμ', ἐλεύθερος φόβου.

Adsum adducens tibi magnum amicum,
Thracium filium cantatricis deæ
Musæ, patris vero Strymonis vocatur *filius*.
Par. Semper benevola es *huic* urbi,
Et mihi, maximum in *hac* vita thesaurum,
Quum tibi palmam detulit huic urbi addidisse dico.
Venio autem audita *re* non perspicue: rumor enim quidam
Custodes pervasit, quod exploratores *huc*
Venerint Græcorum, et qui quidem *eos* non vidit, *hoc* dicit,
Qui vero venientes vidit, non potest certo dicere,
Ob quæ ad tentorium Hectoris veni.
Min. Nihil metuas, nihil in exercitu novi.
Hector enim abest, ordinaturus Thracium exercitum.
Par. Tu quidem mihi rem persuades, et tuis credens verbis
Ordinem servaturus abeo liber a metu.

650. deest δ'. 659. *σοί τε πιστεύω λ.*

649. Sic disting. et scrib. *πόλει κἀμοὶ μέγιστόν τ' ἐν βίῳ κειμήλιον, semper favisti patriæ et mihi.* et ego aio, te conciliasse huic urbi maximum præsidium eo, quod te prætuli cæteris deabus in judicio, *κρίνας σε* (pro *σοι*) *τὴν δίκην τοῦ κάλλους. κρίνειν τινὰ, alicui litem addicere. Reisk.*

651. Κρίνας σε] Xenophon: *τοὺς δὲ μὴ ἑαυτὸν κρίνοντας ἐμίσει*, p. 212. E. Polybius: *κριθείσης δὲ τῆς τοῦ Ζεύξιδος γνώμης*, p. 396. B. *Musg.*

657. *νέον·*] Nihil est periculi. Νέον enim pro malo accipitur Euripidi in Medeæ, v. 37. *Δέδοικα δ' αὐτὴν, μή τι βουλεύσῃ νέον.* *Brodæus.*

658. *κοσμήσων*] Piersonus *κοιμήσων.* vide supra ad v. 138. *Musg.*

659. Obvia emendatio est *σοῖς τε πιστεύω λόγοις*, sed et sic tautologia relinquitur, quam non nisi hoc modo sustuleris:

σύ τοι μὲ πείθεις, σοῖς τε πιστεύων λόγοις.
τάξιν φυλάξων εἶμ', ἐλεύθερος φόβου. *Musg.*

ΑΘ. Χώρει· μέλειν γὰρ πάντ' ἐμοὶ δόκει τὰ σὰ,
Ὡς εὐτυχοῦντας συμμάχους ἐμοὺς ὁρᾶν.
Γνώσει δὲ καὶ σὺ τὴν ἐμὴν προθυμίαν.
Ὑμᾶς δ' αὐτῷ τοὺς ἄγαν ἐῤῥωμένους,
Λαερτίου παῖ, θηκτὰ κοιμίσαι ξίφη.
Κεῖται γὰρ ὑμῖν Θρῄκιος στρατηλάτης,
Ἵπποι τ' ἔχονται, πολέμιοι δ' ᾐσθημένοι
Χωροῦσ' ἐφ' ὑμᾶς, ἀλλ' ὅσον τάχιστα χρὴ
Φεύγειν πρὸς ὁλκοὺς ναυστάθμων. τί μέλλετε,
Σκηπτοῦ 'πιόντος πολεμίων, σῶσαι βίον;

Min. Abi: et existima ista mihi curæ fore,
Ut videam, meos amicos florere.
Et tu quoque experieris meam promptam voluntatem.
Vobis vero valde animosis dico,
Fili Laërtis, acutos enses condite,
Jacet enim vobis Thracius dux,
Et equi *capti* tenentur: hostes vero *re* cognita,
Vadunt adversus vos, itaque quam celerrime oportet
Fugere ad stationes navium. Quid cunctamini,
Turbine veniente hostium, servare vitam?

661. δοκεῖ τάδε. 664. ἄγαν γ' ἐρωμένους. 666. ἡμῖν. 668. τάχιστ' ἐχρῆν.

σοῖς] Corrigunt Heath. et Reisk. etsi interdum poëtæ duo conjungunt dativos, quorum alter est pro genit. *Beck.*

661. τάδε,] MSS. E. G. τὰ σά. *Musg.* Heath. assentitur Porto reponenti δόκει, *existima.* *Beck.*

664. ἐρωμένους,] MSS. E. G. ἐῤῥωμένους, quod vulgata non deterius. Valckenærius legendum suadet ὁρμωμένους, sed non persuadet. *Musg.*

Ὑμᾶς δ' αὐτῷ] Ulyssem et Diomedem alloquitur Minerva, a cæde revocans; quia Trojani vigiles accedebant. *Barnes.*

Docet Valckenarius Diatr. p. 106. ἐρωμένους hic plane locum non habere, sed ὁρμωμένους in talibus adhiberi solere. *Beck.*

Forte, ἄγραν θηρωμένους, aut ἄγραν ἠγρευμένους. *Reisk.*

665. θηκτὰ κοιμίσαι ξίφη.] Metaphora. Sic Hom. Iliad. μ'. v. 281. Κοιμήσας ἀνέμους dixit. Sed quod κοιμάω Homero, Tragici Poëtæ et Νεωτερικοὶ κοιμίζω dixerunt. Vid. Eustath. in locum. Κοιμάω autem et κοιμίζω significat *sopio*, in *lecto colloco, ad dormiendum compono*, et metaphorice in vaginam repono. *Barnes.*

666. ἡμῖν] Emendat Valcken. ὑμῖν, cui hic quidem planissime assentior. *Musg.*

667. Citat R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxxvii. *Burn.*

668. ἐφ' ὑμᾶς,] Ita MS. Harl. Vulgo ἐφ' ἡμᾶς. *Musg.*

Etiam in codd. Pariss. teste Hard. ὑμᾶς, quod præfert Heath. Idem mox mavult scribi: ἀλλ' ὅσον τάχιστα χρή. *Beck.*

669. ὁλκοὺς ναυστάθμων.] Vid. supra ad v. 146. *Musg.*

670. Σκηπτοῦ 'πιόντος πολεμίων,] Σκηπτὸς, *fulmen*, *vortex* procellosus, *turbo*. Sophocl. Antigone: Τυφῶς ἀείρας σκηπτόν. Hic vero metaphorice pro inimicorum et hostium irata turba. Sic Virgil. Æn. Lib. X. v. 809. Æneas nubem belli, dum detonet, omnem sustinet. Sic Homer. πολέμοιο νέφος. Æschyl. autem eodem verbo utitur Pers. v. 717. Λοιμοῦ τις ἦλθε σκηπτὸς, ἢ στάσις πόλει. Scholiast. Σκηπτὸς] Ταραχὴ, ἐμφύλιος πόλεμος ἀντὶ τοῦ

ΧΟ. Ἔα, ἔα. βάλλε, βάλλε, βάλλε, βάλλε,
Θεῖνε, θεῖνε· τίς ὅδ' ἀνήρ;
Λεύσσετε, τοῦτον αὐδῶ.
Κλῶπες, οἵτινες κατ' ὄρφναν
Τόνδε κινοῦσι στρατόν.
Δεῦρο, δεῦρο πᾶς.
Τούσδ' ἔχω καὶ τούσδ' ἔμαρψα.
Τίς ὁ λόγος; πόθεν ἔβας; ποδαπὸς εἶ;
ΟΔ. Οὔ σε χρὴ εἰδέναι· θανεῖ γὰρ σήμερον δράσας κακῶς.
ἩΜ. Οὐκ ἐρεῖς ξύνθημα, λόγχην πρὶν διὰ στέρνων μολεῖν;

Cho. Age, age: feri, feri, feri, feri,
Occide, occide, quis hic vir?
Videte, hunc dico.
Fures sunt, qui noctu
Hunc turbant exercitum.
Huc, huc, quilibet *veniat:*
Hos ego, et hos comprehendi.
Quis sermo? unde venis? cujus es?
Ulys. Non oportet te scire: morieris enim hodie si quid male feceris.
Sem. 1. Non dicis tesseram, priusquam hasta per pectus eat?

672. τίς δ' ἀνήρ; 680. σύνθημα.

φθορὰ εἶπε σκηπτόν· ὡς γὰρ ἐκεῖνος, εἴ τινος ἐπιδράττεται, καίει, καὶ φθείρει, καὶ ἀφανίζει· οὕτω καὶ ὁ λοιμός. *Barnes.*

672. τίς δ' ἀνήρ;] Concinnius esset τίς ὅδ' ἀνήρ. *Musg.*

674. Κλῶπες,] Interpretor: *fures sunt ii, qui noctu exercitum turbant. Musg.*

677. Τούσδ' ἔχω] Legendum puto:

τούσδ' ἐγὼ καὶ τούσδ' ἔμαρψα.

Musg.

678. Τίς ὁ λόγος,] *Quis sermo?* i. e. quid dicitis?

πόθεν ἔβας; ποδαπὸς εἶ;] Ita MS. Vatican. teste Andrea Schotto (Observ. Poët. Lib. II. c. 43.) Ed. Ald. πόθεν ἔβας πόδα; τίς εἶ; MS. E. πόθεν σοῦ φέρεις πόδα; τίς εἶ; MS. G. πόθεν σὸν φέρεις πόδα; πῶς εἶ; MS. Harl. πῶς εἶ; in reliquis non discrepans ab Aldina. *Musg.*

Τίς ὁ λόγος; πόθεν ἔβας; ποδαπὸς εἶ;] Prius cum exemplaria impressa omnia haberent πόθεν ἔβας πόδα; τίς εἶ; Andr. Schotto testante, (Observ. Poëtic. Lib. II. c. 43.) vetus liber ex Vaticano legit ποδαπὸς εἶ; Quam lectionem et ego probo et in textum admittendum duco. *Barnes.*

679. Οὔ σε χρὴ] Ita MS. Harl. Vulgo οὐ χρή σ'. *Musg.*

Ne spondeus sit in prima sede, Heath. corrigit: Εἰδέναι σ' οὐ χρή. *Beck.*

679. Rationem scenicam hujus loci Prev. illustrat ita: "Ce choeur, qui arrive subitement en poussant des cris d'alarme, est certainement celui, qui étoit à la garde avancée et qui poursuit les deux princes Grecs, sans les connoître et sans sçavoir ce qui vient de se passer: il a entendu du bruit et marche de ce côté avec trouble et précipitation. Il paroît donc que les deux guerriers, après avoir tué Rhésus dans sa tente, repassent celle d'Hector (qui est le lieu de la scène) pour retourner à leurs vaisseaux. Le choeur se partage. Cela peut être l'effet du désordre de sa marche. Cependant je préférerois de supposer que le premier demi-choeur est le même ici, que celui de la dernière scène de l'acte précé-

ΟΔ. Ἴσχε. θάρσει πᾶς. ʽΗΜ. β΄. Πέλας ἴθι. παῖε, παῖε, πᾶς τις ἄν.
ʽΗΜ. α΄. Ἦ σὺ δὴ ʽΡῆσον κατέκτας; ΟΔ. Ἀλλὰ τὸν κτενοῦντά σε.
ʽΗΜ. β΄. Ἴσχε πᾶς τις. ʽΗΜ. α΄. Οὐ μενῶ. ʽΗΜ. β΄. Ἆ, φίλιον ἄνδρα μὴ θένῃς.

Uly. Contine; confide quivis. *Sem.* 2. Accede, feri, feri, quivis vir.
Sem. 1. An tu Rhesum interfecisti? *Ulys.* Te certe interfecturum.
Sem. 2. Abstine quivis. *Sem.* 1. Minime vero. *Sem.* 2. Ah! Virum amicum ne occidas.

681. Ἴστω, θάρσει. ΧΟ. Πέλας τις ἴθι. 682. deest δή. Ib. om. persona ΟΔ. κτανοῦντά σε. 683. ἆ ἆ φίλον. Præfig. ΟΔ.

dent. Il est peut-être resté endormi sur le devant de la scène comme je l'ai fait remarquer; il se réveille subitement, et ne distinguant que les chevaux de Rhésus il prend la défense de leur conducteur." *Beck.*

681. Hujus versus quod Choro tribuitur MS. Harl. ita legit: πέλας ἴθι, παῖε πᾶς, et omittit τίς ἄν. Totum sic refingendum puto:

ΟΔ. Οἶσθ' ὃ δρασείεις; ΧΟ. Πέλας ἴθι, παῖε, παῖε, πᾶς ἀνήρ.

Uly. Nostin', quid factum eas? *Cho.* Propius ito, ferito, ferito, omnis vir.

Musg.

Ἴστω] Pro ἵστασω: sic ἐπίστω pro ἐπίστασο Sophocl. Ajac. Mastigoph. — Εὖ μέντοι τοῦτ' ἐπίστω. Joh. Brodæus. At pro ἵστασο sumit Æmil. Portus, ab ἵστημι, sto, ἵστασο communiter, ἵσταο Ionice, ἵστω Attice. Ut hic sibi versus constet, πέλας τις esto Bacchius, ἴθι trochæus, priori syllaba præter morem producta; nec tamen exemplum suppetit, præter illud — Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετερείων — oraculum Delphicum Augusto datum, quod tamen, cum nunquam hactenus satis defæcatum et emendatum prodierit, sic obiter corrigo — Παῖς ʽΕβραῖος κέλεταί με, θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων, Τόνδε Δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι· Λοιπὸν ἄπει σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετερείων. De hoc Oraculo vid. Suid. in Αὔγουστος. Nicephor. Lib. I. c. 17. Baronii Apparat. §. 25. p. 11. Cedren. Cluverii Epit. Hist. Orosium et Mornæum de Verit. Christianæ Relig. c. 32. p. 472. Et nos in nostra Ecclesiast. Hist. Lib. I. c. 7. *Barnes.*

Aut Bacchium, aut amphibrachyn, vice trochæi in carmine trochaico locum habere posse nemo unquam, nisi Barn. somniavit. Omnino igitur legendum est τὶς πέλας ἴθι. At non uno tantum mendo laborat hic versus; insuper enim spondeum in prima sede habet. Pro ἴστω igitur reponendum ἴσθι, aut ἴσχε. In versus etiam fine pro πᾶς τὶς ἂν malim πᾶς τὶς οὖν. *Heath.*

Forte ἵστω, *sta.* hoc ad Ulyssem; reliqua ad commilitones. ἄρασσε, *feri*, πᾶς τὶς. ἴθι, *age dum.* παῖε, παῖε, πᾶς τὶς αὖ, *iterum hoc dico.* aut etiam ἴσχ' ἄρασσε, et reliqua, ut modo posui *tene, feri.* *Reisk.*

682. ʽΗΜ. Ἦ σὺ δὴ ʽΡῆσον κατέκτας;] Ex scena præcedenti apparet, Rhesum a Poëta occisum fingi eo ipso tempore, quo Minerva cum Paride colloquitur. Nihilominus Chorum de morte ejus nondum quidquam suspicatum esse, nedum cognovisse, ex sequentibus æque certum est. Quomodo igitur Ulyssem hic, an Rhesum interfecisset, interrogat? An, visis Rhesi equis, quod Petito et Heathio placet, statim mortem ejus subodoratur? Primo, quid vetabat equos, vivo Domino, abduci? Deinde quam frivolum est id, quo Ulysses, si viros doctos audimus, Chori suspiciones sedavit: *Ego vero interfeci aliquem, qui te alioqui interfecisset*, i. e. hostem? Persuasit scilicet Choro, se Rhesi equos, quos vel in tenebris propter candorem agnovisses, in Græcorum castris invenisse, et inde abegisse, domino interemto. Astutum profecto commen-

ἩΜ. α΄. Καὶ τί δὴ τὸ σῆμα; ΟΔ. Φοῖβος. ἩΜ. β΄. Ἔμαθον· ἴσχε πᾶς δόρυ.
ἩΜ. α΄. Οἶσθ', ὅποι βεβᾶσιν ἄνδρες; ἩΜ. β΄. Τῇδέ πῃ κατείδομεν.
ἩΜ. α΄. Ἕρπε πᾶς κατ' ἴχνος αὐτῶν, ἢ βοὴν ἐγερτέον.

Cho. Quidnam igitur tessera est? *Ulys.* Phœbus. *Sem.* 2. Audio: contine quivis hastam.
Sem. 1. Scin' quo abierunt viri? *Sem.* 2. Hac fere vidimus.
Sem. 1. Sequere quivis vestigium ipsorum, an clamor excitandus *est?*

685. ἄνδρες. Ib. verbis τῇδέ πῃ præfig. ΟΔ.

tum! Ego vero rem sic concipio: Ulysses et Diomedes, dum, Rheso occiso, ad castra Græcorum contendunt, in excubitores Trojanos incidunt, a quibus circumfusi transitu prohibentur. Impetum in eos facere non audent, ne totus exercitus clamore et tumultu excitatus ipsis spem reditus intercluderet. Invenienda igitur aliqua fallacia est, qua se ex hoc tanto periculo extricent. Jam quid probabilius, i. e. ad decipiendum accommodatius, erat, quam ut Ulysses, equis Rhesi vectus, ipse se Rhesum esse simularet? Hoc si quis non ineptum judicat, versum sic emendare potest:

ΟΔ. Ἦ σὺ δὴ Ῥῆσόν γ' ἀτακτεῖς; ΧΟ. Ἀλλὰ τὸν κτανοῦντα Σύ.

Ulys. An tu erga Rhesum insolenter te geris? *Cho.* At tu erga aliquem, qui te interficiet.

ἀτακτεῖν transitive, ut ἀσεβεῖν, de quo vide ad Phœniss. v. 1341. Herodotus: ἀπορέοντι τὴν ἔλασιν, III. 5. vid. et IV. 197. Thucydides: ἀθυμοῦμεν τὴν τελευτὴν, V. 91. Pro ἦ συ in MS. G. superscribitur οὐ σύ. *Musg.*

Ἀλλὰ τὸν κτανοῦντά σε.] Ὁρᾷς, ἔχεις, aut quid simile, subintelligendum. *Barnes.*

Petito assentior, qui Miscell. III. 22. p. 196. partem versus alteram tribuit Ulyssi. Equis, quos abducebant Diomedes et Ulysses, visis, suspicatur Chorus, Rhesum ab illis interfectum esse. Respondet Ulysses, se non Rhesum interfecisse, sed hominem potius, qui, si adhuc viveret, Chorum forsan fuisset interfecturus, hoc est, aliquem Græcorum principem. Fingit igitur, se Trojanum, vel Trojanorum socium, esse, et exploratis Græcorum castris, viroque primario peremto, equos ejus abducere. *Heath.*

Heathii interpretationem probabilem esse censet Valck. D. p. 108.

Verba Ἦ — κατέκτας ab una Chori parte, et ἀλλὰ τ. κτ. σε ab altera pronunciari censet. Prevostus: κατέκτας autem ut futurum reddit: veux-tu tuer Rhésus? Sed omnem tamen locum vix recte cepisse videtur, dum censet verba ἀλλὰ τ. κτ. σε dici ab altero Semichoro, qui intellexerit non adesse Rhesum, et ei se opposuerit, qui interfecturus fuisset Ulyssem. Immo et hæc ἀλλὰ κ. τ. λ. minantis esse videntur, ut subintelligatur ὁρᾷς ἐμὲ, aut simile quid: incidisti in me, qui te interfecturus sum. *Beck.*

In τὸν κτανοῦντά σε puto subintelligi ἐὰν ζῇ, vel ἔζη, *eum, qui te occisurus esset,* aut *est, si adhuc viveret,* aut *vivit. Reisk.*

683. Omittit τις MS. Harl. Idem pro φίλον, φίλιον. Legendum:

ΟΔ. Ἴσχε πᾶς τις. ΧΟ. Οὐμενοῦν. ΟΔ. Ἆ, φίλιον ἄνδρα μὴ θένῃς. *Musg.*

θένῃς.] Aor. 2. subjunct. verbi θείνω. *Barnes.*

οὐμενοῦν, *neutiquam,* Reisk. quoque reponebat.

Verba ἆ, ἆ, φίλον κ. τ. λ. Ulyssi tribuenda censet Heath. *Beck.*

685. ὅποι] MS. Harl. ὅπῃ. Mox, eodem auctore, Ὀδ. pro Ἡμ. id est, personam Ulyssis pro Semichoro, restituimus Pro τῇδε πῃ, quod dedi ex MSS. E. G. Ed. Ald. οὐδὲ πῃ. MS. Harl. τί δὲ πῃ. *Musg.*

ʽΗΜ. β΄. Ἀλλὰ συμμάχους ταράσσειν δεινὸν ἐν νυκτῶν φόβῳ.
ΧΟ. Τίς ἀνδρῶν ὁ βάς; στροφή.
Τίς, ὃς μέγα θράσος ἐπεύξεται,
Χεῖρα φυγὼν ἐμάν;
Πόθεν νιν κυρήσω;
Τίνι προσεικάσω;
Ὅστις δι' ὄρφνας ἦλθ' ἀδειμάντῳ ποδὶ
Διά τε τάξεων καὶ φυλάκων ἕδρας;
Θεσσαλὸς, ἢ
Παραλίαν Λοκρῶν νεμόμενος πόλιν;

Sem. 2. Atqui socios turbare malum *est* terrore per noctem.
Cho. Quis virorum *est*, qui venit *huc?*
Quis *est*, qui *ob suam* magnam audaciam gloriabitur,
Se effugisse meam manum?
Ubinam ipsum consequar?
Cui assimilabo *eum*,
Qui per noctem venit intrepido pede.
Per ordinum, et vigilum sedes?
Thessalus*ne aliquis*, an
Maritimam Locrensium inhabitans civitatem?

688. Præfig. ʽΗμιχ.

686. In MS. Harl. finis hujus versus, sc. ἢ βοὴν ἐγερτέον, Choro (i. e. Choro universo) tribuitur, una cum versu proxime sequenti. *Musg.*

687. ἐκ νυκτῶν] MS. Harl. ἐν νυκτῶν, ut legi voluit Æm. Port. sed vide supra v. 13. et 17. Theogn. Gnom. v. 460. Hesiod. Op. et D. v. 724. *Musg.*

690. Χεῖρα] Metrum postulat χέρα. *Musg.*

694. Reisk. legit ἕδρα, tert. sing. aor. 2. a verbo δίδρημι, vel antiquo δράω. Cohærere hoc censet cum διὰ, διέδρα τάξεων. *Beck.*

695. Θεσσαλὸς,] Thessali adeo Astuti, ut Θεσσαλὸν σόφισμα in proverbium abierit. Vid. Eurip. Phœniss. v. 1420. τὸ Θεσσαλὸν Εἰσήγαγεν σόφισμ' ὁμιλίᾳ χθονός. et quid Scholiastes in locum. *Barnes.*

696. Λοκρῶν νεμόμενος πόλιν;] Locrorum Opuntiorum Metropolim. Παραλίαν] Strabo enim dicit—Ἀπέχει δὲ θαλάσσης περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους. Joh. Brodæus. Νεμόμενος est verbum Homericum: Οἵ θ' Ὑρίην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν. Locrenses autem perfidi sunt habiti, unde Eustathius Iliad. fol. 275. lin. 43. Φέρεται δὲ ἀπ' αὐτῶν Παροιμία ἥδε· Λοκρῶν σύνθημα, ἐπὶ ἀπατεώνων. Δοκοῦσι γὰρ Λοκροὶ, Πελοποννησίοις συνθέμενοί ποτε, εἶτα Ἡρακλείδαις βοηθῆσαι. *Barnes.*

697. Ἢ νησιώτην σποράδα κέκτηται βίον;] An Insulas habitat, quæ Sporades nominantur? Adi Plinium Lib. IV. c. 12. *Brodæus.*

699. Ὁποῖον εὔχεται τὸν ὕπατον θεῶν;] Joh. Brodæus acute πατρῷον supplet. *Barnes.*

Minus recte dicit Barn., Brodæum acute supplere πατρῷον. Non vocem istam quasi supplementum adducit, sed velut interpretamentum, ut doceat significationem vocis ὕπατον. *Heath.*

700. Leg. ἢ δῆνος τόδε, opus aut *consi-*

Ἢ νησιώτην σποράδα κέκτηται βίον;
Τίς, ἢ πόθεν, ἢ ποίας πάτρας;
Ὁποῖον εὔχεται τὸν ὕπατον θεῶν;
ἩΜ. Ἆρ' ἔστ' Ὀδυσσέως τοὔργον, ἢ τίνος τόδε;
ἩΜ. Εἰ τοῖς πάροιθε χρὴ τεκμαίρεσθαι, τί μή;
ἩΜ. Δοκεῖς γάρ; ἩΜ. Τί μὴν οὔ;
ἩΜ. Θρασὺς γοῦν ἐς ἡμᾶς.
ἩΜ. Τίν' ἀλκήν; τίν' αἰνεῖς; ἩΜ. Ὀδυσσῆ.
ἩΜ. Μὴ κλωπὸς αἴνει φωτὸς αἱμύλον δόρυ.
ΧΟ. Ἔβα καὶ πάρος ἀντιστρ.

Aut *qui* vitam in sparsis insulis possidet?
Quis? aut unde, aut cujus patriæ *civis?*
Quem deorum supremum precibus colit?
Sem. Num est Ulyssis hoc factum, aut cujusnam?
Sem. Si ex prioribus oportet conjecturam facere, quid ni?
Sem. Existimasne *hoc illius esse facinus?* *Sem.* Cur non?
Sem. *Est* saltem audax contra nos.
Sem. Quam fortitudinem *prædicas?* quem laudas? *Sem.* Ulyssem.
Sem. Ne laudes furis martem versutum.
Cho. Venit et ante

lium hoc. δῆνος est βούλευμα, *consilium, machinatio. Reisk.*

706. s. Ἔβα καὶ πάρος Κατὰ πτόλιν, ὕπαφρον ὄμμ' ἔχων] Vid. Hecub. v. 239. Οἶσθ', ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος, Δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο Φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν; Vid. etiam supra v. 497. Andreas autem Schottus Observat. Poët. Lib. II. c. 43. ad hos versus: Ὃς εἰς Ἀθηνᾶς σηκὸν εἴναγχος μολὼν Κλέψας ἄγαλμα ναῦς ἔπ' Ἀργείων φέρει: *Non,* inquit, *servatus hic temporum ordo ab Euripide; post hæc enim gesta Palladium Ulysses abstulit.* Vellem equidem, Schottum suam sententiam non tantum pronuntiasse, sed probasse; quod tamen vix posse puto. Variant enim de hac re auctores: alii enim ab Ulysse et Diomede Palladium surreptum dicunt, alii ab Ulysse solo; alii eos, cuniculis factis, in Arcem adscendisse, nonnulli per cloacas; alii post Achillem occisum, alii longe ante hæc fingunt. Quare et Euripidi sua debetur auctoritas, certe Andreæ Schotti nequaquam inferior. Præterea Poëtis semper licuit, semperque licebit, veras etiam Historias paulo aliter inflexas ad rem suam variare. Quæ dico, ne quis vel hinc causam arripiat, de hujus Fabulæ Auctore dubitandi. Vid. supra v. 427. De Palladio autem vid. Iphig. Taur. v. 88. et hujus Fabulæ, v. 498. *Barnes.*

707. ὕπαφρον] De hac voce, quæ et veteribus obscura visa est, nonnulla habet Hesychius, plura et luculentiora Erotianus, explicans Hippocratis illud: τούτων οὐδὲν ὅ, τι οὐχ ὕπαφρόν ἐστιν, καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας. Ex Libro περὶ τέχνης. *Beck.*

ὕπαφρον hinc enotavit Hes. V. Wess. Probab. p. 47. *Beck.*

ὕπαφρον] Ὕπαφρος ὁ μὴ φανερὸς, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὑπ' ἀφρὸν νηχομένων, ἢ τῶν ὑφάλων πετρῶν, αἷς ἐπανθεῖ ἀφρός· ἢ ὁ καταπληκτικὸς, ὁ μανικός. *Scholiast.*

Κατὰ πτόλιν, ὕπαφρον ὄμμ' ἔχων
'Ρακοδύτῳ στολᾷ
Πυκασθεὶς, ξιφήρης
Κρυφαῖος ἐν πέπλοις.
Βίον δ' ἐπαιτῶν εἷρπ' ἀγύρτης τις λάτρις,
Ψαφαρόχρουν κάρα πολυπινές τ' ἔχων·
Πολλὰ δὲ τὰν
Βασιλίδ' ἑστίαν 'Ατρειδᾶν κακῶς
Ἔβαζε δῆθεν ἐχθρὸς ὢν στρατηλάταις.
Ὄλοιτο δ', ὄλοιτο πανδίκως,
Πρὶν ἐπὶ γᾶν Φρυγῶν ποδὸς ἴχνος βαλεῖν.
'ΗΜ. Εἴτ' οὖν 'Οδυσσέως, εἴτε μὴ, φόβος μ' ἔχει.

In urbem *Trojam* vultum morionis instar habens,
Lacera veste
Amictus, gladium gestans
Furtim in veste.
Victum autem mendicans ibat *ceu* circulator quidam servus,
Habens caput squalidum, et sordibus obsitum.
Multa vero
Regiæ domui Atridarum male
Dixit, scilicet inimicus imperatoribus.
Utinam periisset, utinam periisset justissime,
Priusquam in terram Phrygum pedis vestigium tulisset.
Sem. Sive igitur *hoc sit facinus* Ulyssis sive non, metus me tenet.

708. στολῇ. 712. πουλυπινές τ'. 713. τήν. 714. 'Ατρειδῶν.

711. Citat R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxiii. *Burn.*

712. πουλυπινές τ'] Ita MS. G. ut recte Barnesius, Scaligero auctore. Ed. Ald. πουλυπίνητ'.

Ψαφαρόχρουν] Puto, colorem cineritium intelligi. Euphorion: Ψαφαρῇ ἰνδάλλετο τέφρῃ, apud Theonem in Arati Phænom. 514. *Musg.*

Ψαφαρόχρουν κάρα πουλυπινές τ' ἔχων·] Ita rectissime Scaliger, quare πουλυπίνητ' ego penitus rejicio, et πουλυπινές τ' admitto, vocem sanam. Duportus in margine scripsit — vel πουλὺ ὑπήνην τ', sed nullius ista conjectura pretii; τὸ πίνος autem *sordes* sonat; hinc πολυπινὴς et Ionice πουλυπινής. *Barnes.*

715. ἐχθρὸς ὢν] Cum ὢν in multis exemplaribus deesset, Canterus, ut versui consuleret, pro ἐχθρὸς legebat πολέμιος, Scaliger melius ὢν addidit, quam Lectionem Aldi Editio confirmat. Στρατηλάταις] Agamemnoni et Menelao. *Barnes.*

717. Πρὶν ἐπὶ] Metrum postulat πρὶν ἢ 'πί. *Musg.*

718. Εἴτ' οὖν 'Οδυσσέως,] Ἔργον subaudi. *Brodæus.*

720. Τί λάσκων;] Vid. Androm. v. 669. Τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Δυσοίζων] Laconice pro δυσφορῶν, δυσχεραίνων. Οἴω pro φέρω, οἴσω, δυσοίζω. Hesych. δυσοίζει, δυσχεροῖ, ὑπονοεῖ. Δυσοίζειν, φοβεῖσθαι, ὑποπτεύειν. Sic infra hujus Fabulæ, v. 801. Μηδὲν δυσοίζου πολεμίους δρᾶσαι τάδε. *Barnes.*

ʽΗΜ. Ἕκτωρ γὰρ ἡμῖν τοῖς φύλαξι μέμψεται.
ʽΗΜ. Τί λάσκων; ʽΗΜ. Δυσοίζων.
ʽΗΜ. Τί δρᾷς δή; τί ταρβεῖς;
ʽΗΜ. Καθ' ἡμᾶς περᾶσαι—ʽΗΜ. Τίν' ἀνδρῶν;
ʽΗΜ. Οἳ τῆσδε νυκτὸς ἦλθον εἰς Φρυγῶν στρατόν.

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Ἰώ. δαίμονος τύχα βαρεῖα. φεῦ, φεῦ.
ʽΗΜ. Ἔα· σίγα πᾶς.
ʽΗΜ. Ἀβρίξ· ἴσως γὰρ εἰς βόλον τις ἔρχεται.
ΟΙ. Ὦ συμφορὰ βαρεῖα Θρῃκῶν συμμάχων.
ʽΗΜ. Τίς ὁ στένων;

Sem. Hector enim nobis custodibus succensebit.
Sem. Quid dicens vel objiciens? *Sem.* Suspicans.
Sem. Quid agis? quid formidas?
Sem. Per nos, transiisse. *Sem.* Quem virorum?
Sem. *Illos,* qui hac nocte venerunt in Phrygium exercitum.

AURIGA.

Heu fortunæ gravis casus, heu, heu!
Sem. Hem, tacete omnes.
Sem. Vigilanter; fortasse enim aliquis in retis jactum venit.
Aur. O gravis calamitas Thraciorum sociorum.
Sem. Quis est qui gemit?

In ed. vet. est τίς λάσκων. forte igitur inde efficiendum erit τί σε λάσκων, *quibus te verbis incessens.* δυσοίζων idem, ac δυσφορῶν, *ægre ferens. Reisk.*

721. Leg. τί θράσσῃ, *quid æstuas?* Hes. Θρᾶξαι. ταράξαι, λυπῆσαι. Εὐριπίδης Πειρίθῳ. vid. v. 860. *Beck.*

723. Hic quinti actus initium facit Hardion. Mem. T. X. p. 328. probante Valck. D. p. 108. *Beck.*

724. Duplicatur ἰὼ in MS. Harl.

726. Ἀβρίξ·] Ita MS. Steph. Ed. Ald. ὕβριζ'. MS. Vatic. teste Andrea Schotto (Observ. Poët. Lib. II. c. 43.) ὕφισος εὐβόλου γὰρ ἴσως τις ἔρχεται: in quibus vestigia vulgatæ lectionis facile agnoscas.

MSS. E. G. βολὴ, superscripto βόλον. Legi posset εἰσβολὴ, sed præstat vulgata. *Musg.*

Ἄβριζε] i. e. ἀπόβριζε, evigila. Vel quid si legamus cum H. Stephano ἀβρὶξ, quod Hesychius exponit ἐγρηγόρως, vigilanter: etc. Certe, illo affirmante, Vetus Codex habet ἀβρίξ. Duportus scribit: al. ὕβριζ', recte σύριζ'. Sed hæc est mera illius conjectura. Fruatur tamen is, cui arriserit. Andreas Schottus Observat. Poëtic. Lib. II. c. 43. prodigio fere ex MS. primum producto, Ὕφισος εὐβόλου γὰρ ἴσως τὶς ἔρχεται, addit: *Suspicor legendum* Ὕφισ' ἴσως γὰρ, etc. Quod ego nequaquam capio. Voluit forte ὕφιζ', ab ὑφίζω, *subsideo. Barnes.*

εἰς βόλον τις ἔρχεται.] Metaphora a piscibus, jactum rete subeuntibus. Euripid. in Bacchis — ἀνὴρ εἰς βόλον καθίσταται. Lucretius — amoris retia, Xenophon δίκτυα, simili figura utentes nominarunt. Ovid. Decidit in Casses præda petita meas. *Brodæus.*

ΟΙ. Ἰώ. ἰώ.
Δύστηνος ἐγὼ, σύ τ', ἄναξ Θρηκῶν.
Ὦ στυγνοτάτην Τροίαν ἐσιδών·
Οἷόν σε βίου τέλος εἷλεν;
ΧΟ. Τίς εἶ ποτ' ἀνδρῶν συμμάχων; κατ' εὐφρόνην
Ἀμβλῶπες αὐγαὶ, κοὔ σε γιγνώσκω τορῶς.
ΟΙ. Ποῦ τιν' ἀνάκτων Τρωϊκῶν εὕρω;
Ποῦ δῆθ' Ἕκτωρ
Τὸν ὑπασπίδιον κοῖτον ἰαύει;
Τίνι σημήνω διόπων στρατιᾶς;
Οἷα πεπόνθαμεν. οἷά τις ἡμᾶς
Δράσας ἀφανῆ φροῦδος, φανερὸν
Θρῃξὶν πένθος τολυπεύσας.
ΧΟ. Κακὸν κυρεῖν τι Θρῃκίῳ στρατεύματι

Aur. Hei, hei.
Miser ego, et tu rex Thracum!
O qui funestissimam Trojam aspexisti;
Qualis te cœpit vitæ finis?
Cho. Quis tandem es sociorum? per noctem
Caligant *oculorum* acies, neque te clare agnosco.
Aur. Ubi aliquem principem Trojanorum inveniam?
Ubinam Hector
Sub clypeo somnum carpit?
Cui principum exercitus indicabo,
Qualia passi sumus? qualia nobis quidam
Cum fecerit occulta *mala* evanidus *abierit*, manifestum
Thracibus luctum parans, agglomerans.
Cho. Aliquid mali accidisse Thracio exercitui

729. s. ἰώ· Δύστ.

E lectione Cod. Vatic. effici potuerat ὕφιζε aut ὕφησο, *subside*, σοὺς (aut ὑφίζεσ', i. e. ὑφίζεσο in medio, *subside*, ἐς) βόλους γὰρ ἴσως. Multis modis, utram vis harum conjecturarum, melior est isto putido ἄβριζε. Jubet corpus humiliando, subsidendo, conspectum devitare. *Reisk.*

Heath. tamen præfert Ἄβριζ', *vigila*. —In Ald. est 'Τβριζ'. *Beck.*

Θρῃκὶ σ. R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxvii. *Burn.*

734. τορῶς.] Ita MS. G. Superscribitur etiam in MS. Harleiano. Vulgo γ' ὅλως. *Musg.*

αὐγαὶ,] Αὐγὴ pro ὀφθαλμὸς, ut apud Latinos *lumen* pro *oculo*: Sic Virgil. Æn. Lib. III. v. 658. *Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum.* Sic Nicander: κοιλωπίες αὐγαὶ, cavi oculi. *Barnes.*

τορῶς conjecerat Reisk. *Beck.*

735. Τρωϊκῶν] Scaliger legit Τρωΐων, quasi Τρωϊκὸς non esset verbum æque bonum; cum tamen quinquies ipsi Homero

Ἔοικεν, οἷα τοῦδε γιγνώσκω κλύων.
ΟΙ. Ἔῤῥει στρατιὰ, πέπτωκεν ἄναξ
Δολίῳ πληγῇ.
Οἵα μ' ὀδύνη τείρει φονίου
Τραύματος εἴσω; πῶς δ' ἂν ὀλοίμαν.
Χρῆν γάρ μ' ἀκλεῶς Ῥῆσόν τε θανεῖν,
Τροίᾳ κέλσαντ' ἐπίκουρον.

Videtur, quantum hunc audiens cognosco.
Aur. Periit exercitus, cecidit rex
Dolosa plaga.
Qualis me dolor conficit letalis
Vulneris intus? quomodo vero peream?
Oportebat enim me et Rhesum turpiter mori,
Ut appulit ad Trojam auxiliator.

747. ὀλοίμην.

ARGUMENTUM ACTUS QUINTI.

Auriga Rhesi deplorat et suam vulnerati et Domini occisi vicem, exponitque, quomodo nec opinato ex insidiis fuerint oppressi; cujus facti ipsos Trojanos insimulat. Hector in Vigiles adversurum se minatur, quorum negligentiæ Rhesi cædem acceptam refert. Hanc culpam Chorus sedulo deprecatur. Auriga ad Hectoris ædes ducitur, vulneris curandi causa. Dea Musa subito apparens Rhesi filii obitum deplorat, exsecraturque auctores cædis. Filio autem suo immortalitatem pollicetur, hanc autem cædem altera cujusdam Græci Herois (Achillis nimirum) cæde compensandam. Hector copias ad prœlium instrui jubet.

ΧΟ. Τάδ' οὐκ ἐν αἰνιγμοῖσι σημαίνει κακά·

Cho. Hæc mala non obscure significat *iste :*

sit usurpatum; plus centies Euripidi nostro. *Barnes.*

737. Τίνι σημήνω διόπων στρατιᾶς] Olim διοπῶν legebatur, circumflexum in ultima, quod ferendum non erat. Est enim ὁ Δίοπος dux, princeps, ὃς διέπει τὴν ἡγεμονίαν. *Barnes.*

In utroque cod. reg. male διοπῶν. v. Brunck. ad fragm. Hippol. n. 15. *Beck.*

738. Præponit huic versui MS. Harl. ἆ, ἆ, ἆ. Idem etiam in MS. E. inveni, sed cum nota in margine: περισσόν. *Musg.*

740. ἀφανῆ, ἀφανεὶ, an ἀφανὲς legas, perinde est, primum certe adverbialiter debet accipi pro ἀφανῶς, *clam.* *Reisk.*

741. Τολυπεύσας hinc habet Hes. *Beck.*

747. Post hunc versum addit Aldina τοῖς Θρῃξὶν πένθος τολυπεύσας, quod recte ejicit Tyrwhittus, quippe ex v. 741. manifesto natum. Deest etiam in Harleiano, et in MS. G. margini tantum adscribitur. *Musg.*

747. Aut πᾶς δ' ἂν ὀλοίμην, *peream to-*

Σαφῶς γὰρ αὐδᾷ συμμάχους ὀλωλότας.
ΟΙ. Κακῶς πέπρακται, κἀπὶ τοῖς κακοῖσι πρὸς
Αἴσχιστα· καίτοι δὶς τόσον κακὸν τόδε·
Θανεῖν γὰρ εὐκλεῶς μὲν, εἰ θανεῖν χρεὼν,
Λυπρὸν μὲν οἶμαι τῷ θανόντι·—πῶς γὰρ οὔ;—
Τοῖς ζῶσι δ' ὄγκος καὶ δόμων εὐδοξία.
Ἡμεῖς δ' ἀβούλως κἀκλεῶς ὀλώλαμεν.
Ἐπεὶ γὰρ ἡμᾶς εὔνασ' Ἑκτορεία χεὶρ,
Ξύνθημα λέξας, εὕδομεν πεδοστιβεῖς,
Κόπῳ δαμέντες, οὐδ' ἐφρουρεῖτο στρατὸς
Φυλακαῖσι νυκτέροισιν, οὐδ' ἐν τάξεσιν
Ἔκειτο τεύχη, κλῆθρά τ' οὐκ ἐπὶ ζυγοῖς
Ἵππων καθήρμοσθ', ὡς ἄναξ ἐπεύθετο

Clare enim loquitur socios periisse.
Aur. Male acta res est, et præter mala
Etiam turpissime; atqui hoc duplex est malum.
Mor ienim gloriose, si omnino moriendum est,
Acerbum quidem puto esse ei qui moritur: quomodo enim non?
Viventibus vero gloriatio *est* et decus familiæ.
Nos vero inconsulte et turpiter periimus.
Postquam enim nos collocavit in castris Hectorea manus,
Dicta tessera, dormiebamus jacentes-in-campo,
Fatigatione victi, neque custodiebatur exercitus
Nocturnis vigiliis, neque in ordinibus
Posita erant arma, et seræ non jugis
Equorum applicatæ erant, quia *noster* rex audiverat

762. πλῆκτρά τ'.

tus, quantus, quantus sum; aut potius πῶς δ' οὐκ ἂν ὀλοίμην, *quomodo fieri potest, ut non peream. Reisk.*

748. γὰρ est *nempe*, mirantis et indignantis. *Reisk.*

752. s. κἀπὶ τοῖς κακοῖσι πρὸς Αἴσχιστα·] Levi flexu κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖσι πρὸς ἄλγιστα. Adumbratio est illius Hesiodei Ἔργ. etc. v. 209. Νίκης τε στέρεται, πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει. *Barnes.*

Ἑκτορεία χεὶρ Ξύνθημα λέξας,] Σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. Ἑκτορεία χεὶρ περιφραστικῶς ἀντὶ τοῦ ὁ Ἕκτωρ. *Barnes.*

759. πεδοστιβεῖς,] Ἐν πέδῳ στιβάδας ἔχοντες. Quid præterea significet πεδοστιβὴς, vid. supra ad v. 254. *Barnes.*

762. πλῆκτρα] Non explicant Grammatici Veteres. Interpres quidem *scuticam* intelligit, sed frustra. Parum enim intererat, utrum *scutica* jugo apposita esset, necne. Ex versu 299. colligi potest, colla jugalium sibi invicem sera connexa esse:

χρυσῆ δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρων
πώλων ἔκληε — —

Nota hic vocem ἔκληε, ut et in loco, qui nunc præ manibus est, καθήρμοσθ', et eam quoque de rebus obseratis adhibitam. vid. Phœn. v. 115. Hinc sine ulla dubitatione corrigo:

Κρατοῦντας ὑμᾶς κἀφεδρεύοντας νεῶν
Πρύμναισι· φαύλως δ' εὕδομεν πεπτωκότες.
Κἀγὼ μελούσῃ καρδίᾳ λήξας ὕπνου
Πώλοισι χόρτον, προσδοκῶν ἑωθινὴν
Ζεύξειν πρὸς ἀλκὴν, ἀφθόνῳ μετρῶ χερί.
Λεύσσω δὲ φῶτε περιπολοῦνθ' ἡμῶν στρατὸν
Πυκνῆς δι' ὄρφνης· ὡς δ' ἐκινήθην ἐγὼ,
'Επτηξάτην τε κἀνεχωρείτην πάλιν.
Ἤπυσα δ' αὐτοῖς, μὴ πελάζεσθαι στρατῷ,
Κλῶπας δοκήσας συμμάχων πλάθειν τινάς.
Οἳ δ' οὐδέν· οὐ μὴν οἶδ' ἐγὼ τὰ πλείονα.
Εὗδον δ' ἀπελθὼν αὖθις ἐς κοίτην πάλιν.
Καί μοι καθ' ὕπνον δόξα τις παρίσταται·

Vos vincere, et imminere navium
Puppibus: negligenter autem dormivimus decumbentes.
Et ego solicito corde desinens a somno,
Equis pabulum, existimans matutinam
Me juncturum *eos* ad pugnam, larga metior manu.
Video autem duos viros circumeuntes nostrum exercitum
Per densam noctem: postquam vero ego motus sum,
Subterfugerunt, et retro recesserunt,
Inclamavi autem ipsis, ne accederent ad exercitum,
Existimans aliquos ex sociis fures accedere:
Illi vero nihil: non sane scio ego plura.
Dormivi enim reversus iterum in cubile,
Et mihi in somno imago quædam offertur.

κλῇθρά τ' οὐκ ἐπὶ ζυγοῖς
ἵππων καθήρμοσθ' — —

Nonnus Lib. XXVIII. v. 77. πολυκλήϊστον ὑπὸ ζυγὸν. Non sine causa hoc commemorat Auriga: neque enim adeo facile abduci potuissent equi, si colla eorum, sive inter se, sive currus forte temoni, sera connexa fuissent. *Musg.*

πλῆκτρα] Hoc in loco, contra quod alii de scuticis et flagellis velint, ego potius pro κώδωνες sane sumendum duco; vid. supra v. 380. Nihil enim ad rem erat, sive flagellum appendere ad jugum, sive non; sin vero tintinnabula iis adhuc appensa forent, non potuisset Diomedes et Ulysses equos abigere ad naves ob strepitum; quo proderentur. Et Homerus agnoscit, flagellum in curru adesse positum, sed quia id Ulysses nesciret, arcu pro scutica usum, Iliad. κ'. v. 500. Τόξῳ ἐπιπλήσσων, ἐπεὶ οὐ μάστιγα φαεινὴν Ποικίλου ἐκ δίφροιο νοήσατο χερσὶν ἑλέσθαι. *Barnes.*

Nunquam πλῆκτρον de tintinnabulo dicitur, quo sensu accipit Barn. Igitur retinenda vulgaris interpretatio, ex qua de *scutica* intelligitur. *Heath.*

765. φαύλως, *temere, sine cura aut consilio.* Adverbium hoc adhiberi testatur Scholiastes Aristoph. de omni re, quæ συντόμως, i. e. festinanter, fit.

φαύλως, *negligenter. Heath.*

768. ἀφθόνῳ μετρῶ χερί.] Olim μέτρῳ,

Ἵππους γὰρ, ἃς ἔθρεψα κἀδιφρηλάτουν
Ῥήσῳ παρεστὼς, εἶδον, ὡς ὄναρ δοκῶν,
Λύκους ἐπεμβεβῶτας ἑδραίαν ῥάχιν·
Θείνοντε δ' οὐρᾷ πωλικῆς ῥινοῦ τρίχα,
Ἤλαυνον. αἱ δ' ἔρεγκον ἐξ ἀντηρίδων
Θυμὸν πνέουσαι, κἀνεχαίτιζον φόβῳ.
Ἐγὼ δ' ἀμύνων θῆρας ἐξεγείρομαι
Πώλοισιν· ἔννυχος γὰρ ἐξώρμα φόβος.
Κλύω δ' ἐπάρας κρᾶτα μυχθισμὸν νεκρῶν.

Equorum enim, quos alui, et currui junctos regebam,
Rheso astans, vidi ut in somnis aspiciens,
Lupos conscendere robustam spinam dorsi.
Verberantes autem cauda equinæ pellis setas, *eos*,
Agitabant: ipsi vero stertebant, ex pulmonibus
Iram spirantes, et reluctabantur metu.
Ego vero arcens bestias excitor,
Ab equis, nocturnus enim terror excitabat me.
Audio vero levans caput gemitus morientium.

sed ita Henricus Stephanus et Joh. Brodæus emendarunt rectissime. *Barnes.*

Ald. μέτρῳ] Steph. jam reposuit μετρῶ, ut structura sit: πώλοισι χόρτον μετρῶ ἀ. χ. et verba προσδοκῶν ζεύξειν in parenthesi posita. *Beck.*

771. κἀνεχωρείτην] MS. E. κἀνεχωρεῖτον. *Musg.*

773. πλάθειν] Pro πελάθειν, idem, quod πελάζω et πελάω. V. supra v. 14. *Barnes.*

774. Leg. οὐκοῦν οὐδ' ἐγώ τοι πλείονα, scil. εἶπον, quod etiam in οἱ δ' οὐδὲν intelligendum. *Reisk.*

777. Ἵππους] Legendum videtur ἵπποις. *Musg.*

Leg. ἵπποις. *Reisk.*

779. Leg. ἐπεμβεβῶτ' ἐς ἑδραίαν] Sequitur enim de duobus lupis, ut statim θείνοντε. *Reisk.*

ἑδραίαν ῥάχιν vertendum: *eam dorsi equini partem, quæ sessioni apta est. Heath.*

781. ἀντηρίδων.] Suidas ἀντηρίδα *fenestram* interpretatur; alii *postem*, vel denique *tibicen ædem labantem suffulciens:* quæ omnia ab hoc loco alienissima sunt. Legendum scilicet ἀρτηριῶν, *ex gutture.* Guttur enim seu asperam Arteriam plurali, enunciabant veteres, teste Polluce Lib. II. sect. 114, 218. fidemque facit, Soph. Trachin. v. 1071. *Musg.*

ἀντηρίδων] Musgravii emendationem Prev. probat assensu et reddit: "Je les entends frémir et souffler la colère par leurs *narines.*" *Beck.*

αἱ δ' ἔρεγκον] Ἐκ τῶν μυκτήρων ποιεῖν (leg. ποιὸν) ἦχον ἀπετέλουν. Fl. 1, 2. *Matthiæ.*

Leg. φόβην, *jubam. Reisk.*

785. μυχθισμὸν] Ita MSS. E. G. Vulgo μυχθισμῶν. *Musg.*

κρᾶτα μυχθισμῶν] Μυχθίζω, *suspiro, gemo:* de quo verbo consule Eustathium in Homer. fol. 440. lin. 25. et fol. 1965. lin. 48, 49. etc. *Barnes.*

μυχθισμὸν conjecerat Reisk. *Beck.*

μυχθισμὸν, ποιὸν στεναγμόν. Fl. 1, 2. *Matthiæ.*

786. σφαγαῖς] Lego σφαγῆς genitivo singulari. *Musg.*

787. δυσθνήσκοντος] Δυσθνήσκω est verbum Euripideum: Electr. enim v. 842.— πᾶν δὲ σῶμ' ἄνω κάτω Ἤσπαιρεν, ἠλάλαξε δυσθνῆσκον φόνῳ. *Barnes.*

788. Ὀρθὸς δ' ἀναΐσσω] Ἀναίσσω legendum in scansione, τρισυλλάβως, ac si esset sine nota διαιρέσεως, ut Supplices, v. 1075. quem locum adeas. *Barnes.*

790. νείεραν] Ita Ed. Ald. quod deinde editores in νείαιραν mutaverunt, quæ forma est Homero usurpata. Apud Suidam scribitur νείαρα, ab Hesychio νείρη et νεῖρος.

Θερμὸς δὲ κρουνὸς δεσπότου παρὰ σφαγαῖς
Βάλλει με δυσθνήσκοντος αἵματος νέου.
Ὀρθὸς δ᾽ ἀναίσσω χειρὶ σὺν κενῇ δορός.
Καί μ᾽ ἔγχος αὐγάζοντα καὶ θηρώμενον
Παίει παραστὰς νειάτην πλευρὰν ξίφει
Ἀνὴρ ἀκμάζων· φασγάνου γὰρ ᾐσθόμην
Πληγῆς, βαθεῖαν ἄλοκα τραύματος λαβών.
Πίπτω δὲ πρηνής· οἱ δ᾽ ὄχημα πωλικὸν
Λαβόντες ἵππων ἵεσαν φυγῇ πόδα.

Nam calidus torrens a cæde domini
Aspergit me sanguinis juvenilis, illius difficulter-morientis.
Erectus vero surgo cum manu inermi,
Et me gladium respicientem et venantem,
Ferit adstans gladio in imum ile,
Vir robustus: sensi enim hoc gladii,
Ictu accipiens profundum sulcum vulneris:
Cado autem pronus: ipsi vero currum equestrem
Rapientes equorum, abierunt fugientes pedibus.

788. ἀναΐσσω. 790. νείαιραν εἰς.

Auctor Christi Patientis [v. 1220.] citatus Piersono ad Mœridem [p. 268.] ita hunc versum παρῳδεῖ:

νύσσει παραστὰς νειάτην πλευρὰν ξίφει.

Unde V. Cl. apud Euripidem reponendum putat νειάτην πλευρὰν, quod etsi magnam speciem habet, nondum penitus admitto. Quod dicit, νείαιραν cum πλευρὰν nunquam conjungi, tantum cum γαστέρα, id minime mirandum est, cum paucis admodum in locis occurrat. Deinde hoc argumentum labefactat, quod apud Homerum vox νείαιρα adjectivi locum occupet, et a Scholiaste per νειάτην exponatur. Legendum puto:

νειρὰν εἰς πλευρὰν ξίφει.

vide Hesychium in voce. νειροῖς μυχοῖς apud Lycophronem habemus eadem forma, Cassandr. v. 896. Pro πλευρᾶν MSS. G. et Harl. πλευροῦ. *Musg.*

πάρος] Olim παραστὰς legebatur magno versus incommodo. Scaliger legit πάρος rectissime et optimo cum sensu. Παραστὰς enim non modo versui, ut diximus, adversatur, sed et frigide sonat; nec enim, nisi παρασταδὸν, potuit aliquis vir alium gladio ferire. Πάρος vero optime hic stabit: dicit enim Auriga, se, *hastam*, aut *gladium* quærentem, prius, quam invenerit, percussum ab aliquo *Barnes.*

Emendatio Scaligeri πάρος pro παραστὰς frigida est. — νειάτη γαστὴρ de imo ventre dicitur, eamque locutionem recte Hippocrati restituit Heringa Obss. p. 8. Sed νείαιρα πλευρὰ nuspiam occurrit. Scribendum censeo:

Παίει παραστὰς πλευρὰν ἐς νεάτην ξίφει.

vel:

Παίει παραστὰς νειάτην πλευρὰν ξίφει.

Expressit Homericum νείατον ἐς κενεῶνα, Iliad. V. 857. Piers. l. l. *Beck.*

792. Πληγῆς,] Legendum πληγῇ. *Sensi, virum robustum esse, ex ictu gladii, quippe profundo vulneris sulco accepto. Musg.*

βαθεῖαν ἄλοκα etiam Æschyl. S. C. Theb. 599. *Beck.*

Distingue post πληγῆς, ut constructio sit: ᾐσθόμην γὰρ πληγῆς φασγάνου. *Heath.*

793. s. Hæc ita accipit Scaliger ad Culicem, v. 326. quasi currus cum equis

Ἆ, ἆ. ὀδύνη με τείρει, κοὐκέτ' ὀρθοῦμαι τάλας.
Καὶ ξυμφορὰν μὲν οἶδ' ὁρῶν, τρόπῳ δ' ὅτῳ
Τεθνᾶσιν οἱ θανόντες, οὐκ ἔχω φράσαι,
Οὐδ' ἐξ ὁποίας χειρός. εἰκάσαι δέ μοι
Πάρεστι, λυπρὰ πρὸς φίλων πεπονθέναι.
ΧΟ. Ἡνίοχε Θρῃκὸς τοῦ κακῶς πεπραγότος,
Μηδὲν δύσοιζ' οὐ πολεμίους δρᾶσαι τάδε.
Ἕκτωρ δὲ καὐτὸς, συμφορᾶς πεπυσμένος,
Χωρεῖ· συναλγεῖ δ', ὡς ἔοικε, σοῖς κακοῖς.
ἙΚ. Πῶς, ὦ μέγιστα πήματ' ἐξειργασμένοι,

Heu, heu. Dolor me cruciat, nec amplius rectus stare possum miser.
Et calamitatem quidem *hanc* novi, quia vidi: quo vero modo
Interfecti sint mortui, non possum dicere,
Neque cujus manu. Sed tamen conjicere mihi
Licet, *nos hæc* tristia ab amicis passos esse.
Cho. Auriga Thracis misere affecti,
Ne suspiceris hostes non fecisse hæc.
Hector autem et ipse audita clade
Accedit: condolet autem, ut par est, tuis malis.
Hec. Quomodo qui fecistis maxima mala,

fuisset abductus. At ex v. 615. ss. 671. ss. equos tantum abductos patet, et ὄχημα ἵππων nihil aliud, quam ἵπποι, ut ὄχημα κανθάρου, Aristoph. Pac. 865. ipse κάνθαρος. Heath. Cf. Valck. D. p. 106. *Beck.*

795. Ἆ ἆ.] Hæc verba sunt extra versum, ut nos plus centies supra observavimus. *Barnes.*

800. Ἡνίοχε Θρῃκὸς] Hæc Chori compellatio confirmat nostram Personæ hujus nominationem, quem, cum prius Οἰκέτης diceretur, nos Ῥήσου ἡνίοχον appellamus. *Barnes.*

801. Μηδὲν δυσοίζου] Legendum:

Μηδὲν δύσοιζ' οὐ πολεμίους δρᾶσαι τάδε.

Ne suspiceris, alios, quam hostes, hoc fecisse. Recte judicabat Valckenærius, vulgatam ferri non posse; non recte verbum δυσοίζω in suspicionem vocavit. Agnoscit enim præter Euripidem et Hesychium locuples auctor Æschylus Agam. v. 1325. *Musg.*

Μηδὲν δυσοίζου] Vid. supra v. 720. *Barnes.*

δυσοίζων, v. 720. est *moleste ferens*, sed glossa Hes. Δυσοίζου et ipsa corrupta est. Vulgata hic locum non habet, et corrigendum Μηδὲν δοιάζου, vel potius Μηδ' ἐνδοιάζου πολεμίους δ. τ. *dubitare omnino noli, quin hostes hoc facinus patraverint. Valck.*

812. ὀμώμοσται] Ita MSS. G. et Harl. Ed. Ald. ὠμόμοσται. *Musg.*

Ζεὺς ὀμώμοσται] Ita lego: est enim Atticum pro ὤμοσται: sic ὤμοκα, Attice ὀμώμοκα. Joh. Brodæus ait: "*Quidam ὠνόμασται*, et ipse, quod miror, Henricus Stephanus, in Vet. Cod. ὠνόμασται, *quod mollius est, quam ὠμόμοσται*:" cum tamen neque ὠνόμασται, neque ὠμόμοσται per versum stare queat; tum enim trochæus esset in quarto loco; quare ὀμώμοσται omnino legendum. *Barnes.*

Cod. H. Steph. ὠνόμασται. *Beck.*

813. καρανιστὴς μόρος,] Idem, quod καρανιστῆρες δίκαι, Æschylo Eumen. v. 186. μαράγνα satis explicatum dabunt veteres grammatici. *Musg.*

Ἤτοι μάραγνά γ', ἢ καρανιστὴς μόρος,] De Maragna inprimis dicendum, et sane, ut inquit Æmilius Portus, hunc locum inter-

Μολόντες ὑμᾶς πολεμίων κατάσκοποι
Λήθουσιν αἰσχρῶς, καὶ κατεσφάγη στρατός;
Κοὔτ' εἰσιόντας στρατόπεδ' ἐξαπώσατε,
Οὔτ' ἐξιόντας; τῶνδέ τις τίσει δίκην,
Πλὴν σοῦ; σὲ γὰρ δὴ φύλακά φημ' εἶναι στρατοῦ.
Φροῦδοι δ' ἄπληκτοι, τῇ Φρυγῶν κακανδρίᾳ
Πόλλ' ἐγγελῶντες τῷ στρατηλάτῃ τ' ἐμοί.
Εὖ νῦν τόδ' ἴστε, Ζεὺς ὀμώμοσται πατὴρ,
Ἤτοι μάραγνά γ', ἢ καρανιστὴς μόρος,
Μενεῖ σε δρῶντα τοιάδ', ἢ τὸν Ἕκτορα

Profecti speculatores hostium vos
Latuerunt turpiter, et exercitus interfectus est?
Neque intrantes castra depulistis,
Neque abeuntes? horum quis pendet pœnam,
Præter te? te enim custodem dico esse exercitus.
Illi vero abierunt illæsi, Phrygum ignaviam
Multum irridentes, et me imperatorem.
Hoc nunc certo sciatis, Per Jovem juro patrem,
Aut flagellum, aut capitalis mors,
Manet te facientem hæc: aut Hectorem

pretes parum commode videntur interpretati. Julius Pollux, Onomast. Lib. X. c. 13. Ὁ μέντοι Πλάτων, ὁ κωμικὸς, ἐν Κλεοφῶντι μάραγναν τὴν μάστιγα ὠνόμασεν. Hic igitur μάραγναν Hector vocat supplicium, quo quis propter sua delicta flagris virgisque cæditur. Hesych. Μάραγνα, μάστιξ, ῥάβδος, ταυρεία. Unde insulse Gaspar Stiblinus colligit, nescio quid, de terra Taurica, additque, se in re minuta curiosiorem fortasse, quam par sit; cum revera in re supra illius captum magis sit delirus, quam par sit. Deceptus autem erat ex incorrecto Hesychii loco: Μαράγνᾳ, γῇ Ταυρείᾳ: quum omnium doctorum consensu legendum sit, vel Μάραγνα ἡ Ταυρεία, vel certe in dativo τῇ, etc. ταυρεία autem est supplicium, Taurea apud Latinos dictum, flagello nempe inflictum, quod est ταύρειος ἱμὰς, scutica *videl.* ex taurino corio, vel pene taurino, de quo Juvenalis Satyr. 6. v. 492. — *Taurea punit Continuo flexi crimen facinusque capilli.* Vide plura in hanc rem apud Cœlium Rhodiginum Antiq. Lection. Lib. X. c. 5. Johannes præterea Brodæus de hac voce non male — Μάραγνά γε, flagrum. Id est, *hunc virgis ac loris cædam;* est enim μάραγνα, scutica e corio bubulo. Æschylus in Agamemnone — Ἀλλὰ διπλῆς γὰρ τῆσδε μαράγνης Δοῦπος ἱκνεῖται. Μαράγνᾳ, inquit Hesychius, γῇ ταυρείᾳ. Scribendum est τῇ ταυρείᾳ, qui error non modo Varinum, sed claros alioqui viros, fefellit. Artemidorus Oneirocrit. α. Δούλοις δὲ βασάνους διὰ τὸν ἱμάντα καὶ τὴν ταυρείαν. Eutropius, de Tarquinio Superbo loquens: Ille primus excogitavit vincula, taureas, fustes, compedes, latomias, metalla. Hæc de Maragna. Καρανιστὴς μόρος] Capitale supplicium significat, — παρὰ τὸ κάρα, vel κάρανον pro κάρηνον, caput. Hinc Æschyl. in Choëphoris, v. 526. Καὶ πῆ τελευτᾷ καὶ καρανοῦται λόγος. Scholiast. Κεφαλαιοῦται. v. 703. Τοιόνδε πρᾶγμα μὴ καρανῶσαι φίλοις. Scholiast. Καρανῶσαι, κεφαλαιῶσαι. Sed et idem in Eumenidibus καρανιστὴρ habet eodem sensu, quo καρανιστὴς in hoc loco. Æschyl. Eumenid. v. 186. Ἀλλ' οὗ καρανιστῆρες ὀφθαλμώρυχοι Δίκαι. Scholiast. καρανιστῆρες] Αἱ ἀποκεφαλίζουσαι. *Barnes.*

μάραγνά] Οὕτως παροξύνει ὁ Ἡρωδιανὸς

Τὸ μηδὲν εἶναι καὶ κακὸν νομίζετε.
ΧΟ. Ἰώ. ἰώ.
Μέγας ἐμοὶ, μέγας ἀγών.
Ὦ πολιοῦχον κράτος,
Τότ' ἄρ' ἔμολον, ὅτε σοι ἄγγελος ἦλθον, ἀμ-
φὶ ναυσὶν πυραίθειν Ἀργείων στρατὸν,
Ἐπεὶ ἄγρυπνον ὄμμ' ἐν εὐφρόνη
Οὔτ' ἐκοίμισ', οὔτ' ἔβριξα,
Οὐ μὰ τὰς Σιμοεντίδας
Πηγάς· μή μοι κότον, ὦναξ, θῆς·
Ἀναίτιος ἔγωγε πάντων.
Ἢν δὲ χρόνῳ παρὰ καιρὸν
Ἔργον, ἢ λόγον πύθῃ,

Nihil esse, et ignavum existimate.
Cho. Io, io,
Magnum mihi, magnum periculum.
O civitatis potens regimen,
Tunc utique venerunt, quando tibi nuncius veni,
Circa naves ignes accensos habere Græcos.
Quia vigilans oculus *meus* in *hac* nocte
Neque sopitus est, neque dormivi
Non per Simoëntios
Fontes, ne mihi irascaris, O rex :
Ego enim extra culpam *sum horum* omnium.
Si vero *ullo* tempore intempestivum *meum*
Factum, aut sermonem audiveris,

819. ἄρ'. 820. ναυσί. 824. ὦ ἄνα. 825. ἀν. γὰρ ἔγ. 826. εἰ δὲ χρ. 827. ἔργ' ἢ λ.

ἐν τῇ καθόλου. δηλοῖ δὲ τὴν μάστιγα. ἤτοι μαστίγων πλήγμασιν, ἢ τῷ καρατομηθῆναι. *Scholiast.*

815. Τὸ μηδὲν εἶναι] Sophocl. Ajac. Flagel. Ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας ἐν τροπῇ δορός. Unde et exstinctum esse significat. Idem in Electra — Νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν ὄντα βαστάζω χεροῖν. *Brodæus.*

Τὸ μηδὲν εἶναι hic non valet *mortuum esse*, ut Brodæus interpretatur, sed *hominem futilem et nullius pretii.* V. Andr. 639. Iph. Aul. 945. *Heath.*

817. μέγας ἀγών.] Vox ἀγὼν abest ab Aldina et MSS. In recentiores Edd. transiit ex Plantiniana Anni 1571. quo autem auctore in eam recepta sit, nescimus. Conf. Helen. v. 1090. *Musg.*

819. ἔμολον,] Ita MS. Harl. Vulgo ἔμολ'. *Musg.*

820. πυραίθειν Ἀργείων στρατὸν,] Vid. supra v. 41. Πυραῖθει στρατὸς Ἀργόλας. *Barnes.*

822. ἔβριξα,] Ita MSS. E. G. Vulgo ἔβριξεν. *Musg.*

ἔβριξεν,] Scaliger legit ἔβριξα, deceptus: ab ὄμμα enim regitur. Βρίζω verbum Homericum. Vid. supra v. 726 *Barnes.*

ἐκοίμισ' est ἐκοίμισα non ἐκοίμισε. *Reisk.*

Omnino cum Scal. legendum ἔβριξα. Ab eoden. enim nominat. pendent verba

Κατά με γᾶς ζῶντα πόρευσον·
Οὐ παραιτοῦμαι.
ΟΙ. Τί τοῖσδ' ἀπειλεῖς, βάρβαρός τε βαρβάρου
Γνώμην ὑφαιρεῖ τὴν ἐμὴν, πλέκων λόγους;
Σὺ ταῦτ' ἔδρασας· οὐδέν' ἂν δεξαίμεθα
Οὔθ' οἱ μαθόντες, οὔτ' ἂν οἱ τετρωμένοι
Ἄλλον· μακροῦ γε δεῖ σε καὶ σοφοῦ λόγου,
Ὅτῳ με πείσεις μὴ φίλους κατακτανεῖν,
Ἵππων ἐρασθεὶς, ὧν ἕκατι συμμάχους
Τοὺς σοὺς φονεύεις, πόλλ' ἐπισκήπτων μολεῖν.
Ἦλθον, τεθνᾶσιν· εὐπρεπέστερον Πάρις
Ξενίαν κατῄσχυν', ἢ σὺ, συμμάχους κτανών.
Μὴ γάρ τι λέξῃς, ὥς τις Ἀργείων μολὼν

Demitte me viventem sub terram,
Non deprecor.
Aur. Quare istis minaris? et ipse barbarus barbari
Animum meum decipere conaris, nectens sermones?
Tu hæc fecisti: neminem recipiemus,
Neque qui mortui sunt, neque qui vulnerati *sumus*,
Alium: longa et perita oratione tibi opus est,
Qua mihi persuadeas, te amicos non interfecisse,
Equorum amore captum, quorum causa socios
Tuos interficis; cum multum obtestatus sis ut venirent.
Venerunt, obierunt. Honestius Paris
Hospitii jus dedecorans violavit, quam tu, qui socios interfecisti.
Ne dicas enim, quod aliquis Argivus *huc* profectus.

828. γᾶ. 833. οἱ θανόντες.

ἐκοίμισα et ἔβριξα, a nomin. autem ὄμμα pendere non potest ἐκοίμισ', cum hoc verbum significet, *ut aliquis dormiat, facere.* Sic v. 665. θηκτὰ κοιμίσαι ξίφη, et Soph. Œd. Tyr. 1245. Κατεκοίμισα τοὐμὸν ὄμμα. *Heath.*

Vid. Æschyl. Eumen. 276. *Burn.*

ἔβριξα] Βρίξαι τὸ μετὰ βορᾶς ὀλίγον κοιμηθῆναι. *Scholiast.*

833. θανόντες,] Magis mihi arridet MS. Harleiani lectio μαθόντες, ut sensus sit; *nec qui audiunt, nec qui vulnerati sunt.* MSS. Steph. παθόντες. *Musg.*

Οὔθ' οἱ θανόντες,] Hic loci quanquam Hen. Stephanus, magni et ipse nominis, veteres codices jactet, qui et plurimum apud me valere debent ac solent, et παθόντες substituendum pro θανόντες velit: non ego assentio: dicit enim Auriga, neque illos, qui mortui sunt, neque ipsum, qui tantum sit vulneratus, ullum alium hujus calamitatis auctorem habere, quam Hectorem; παθόντες non æque feliciter opponitur τῷ τετρωμένοι, ac θανόντες, quare quicquid erroris, ex horum vocabulorum permutatione alias oriatur, nihil hic metuendum, si textum incorruptum recipiamus. *Barnes.*

μαθόντες etiam Ed. Ald.

Num forte finxit Stephanus lectionem

Διώλεσ' ἡμᾶς· τίς δ' ὑπερβαλὼν λόχους
Τρώων ἐφ' ἡμᾶς ἦλθεν, ὥστε καὶ λαθεῖν;
Σὺ πρόσθεν ἡμῶν ἧσο καὶ Φρυγῶν στρατός.
Τίς οὖν τέτρωται, τίς τέθνηκε συμμάχων
Τῶν σῶν, μολόντων, ὡς σὺ, πολεμίων, λέγεις;
Ἡμεῖς δὲ καὶ τετρώμεθ', οἱ δὲ μειζόνως
Παθόντες οὐχ ὁρῶσιν ἡλίου φάος.
Ἁπλῶς δ' Ἀχαιῶν οὐδέν' αἰτιώμεθα.
Τίς δ' ἂν χαμεύνας πολεμίων κατ' εὐφρόνην
Ῥήσου μολὼν ἐξεῦρεν, εἰ μή τις θεῶν
Ἔφραζε τοῖς κτανοῦσιν; οὐδ' ἀφιγμένον
Τὸ πάμπαν ᾖσαν· ἀλλὰ μηχανᾷ τάδε.

Nos perdiderit: quis enim superans cohortes
Trojanorum, ad nos venisset, ut etiam lateret?
Tu sedisti ante nos, et Phrygum exercitus:
Quis vero *vestrum* vulneratus est? quis sociorum obiit
Vestrorum, hostibus advenientibus, ut tu dicis?
Nos vero vulnerati sumus, et qui graviora *mala*
Passi sunt, *illi* non vident *amplius* lumen solis.
In summa, nemini Græcorum incusamus:
Quis enim hostium noctu cubilia
Rhesi profectus *huc* invenisset, nisi quis deorum
Dixisset interfectoribus? quem ne advenisse quidem,
Omnino noverunt. Ergo hæc commenta sunt.

852. ἦσαν.

codd. ut suæ conjecturæ pondus adderet? *Beck.*

Leg. οὔτ' αὖ οἱ τετρωμένοι. *Reisk.*

834. Quamvis etiam auctor Chr. Pat. 2331. habeat: Ἀλλ' οὖν μακροῦ σοι καὶ σφοδροῦ δέῃ λόγου, Ὅτῳ με πείσεις — tamen Reiskii emendationem vanam censet Valck. ad Hippol. 23. *Beck.*

Leg. μακροῦ δεῖ σοί γε καὶ σοφοῦ, aut δεῖ γέ σοι καὶ σοφοῦ, metro non violato. Nam et diphthongi syllabam non producunt, et spondeus locum habet in quarta sede, σοι certe necessarium est. *Reisk.*

840. Reisk. conjicit: μὴ γὰρ ἔτι λέξεις. *Beck.*

845. Leg. τῶν σῶν μολόντων πολεμίων, ὥς σύ γε λέγεις. *Reisk.*

In cod. Reg. A. pro ὡς σὺ est καὶ σύ. Markl. ad Iph. Aul. 173. *Beck.*

850. Toup. ad Suid. P. II. p. 21. legit Ῥῆσον. *Beck.*

εἰ μή τις θεῶν] Prev. adscripsit bene: "Il y a sans doute quelqu' adresse à justifier par cette insinuation l'emploi que le poëte a fait d'un personnage surnaturel." *Beck.*

851. οὐδ' ἀφιγμένον] Ita MSS. tres, ut elegantissime restituit Piersonus. [p. 82. Veris.] Toupius tamen aliquanto melius: ἔφραζε τοῖς κτανοῦσ', ὃν οὐδ' ἀφιγμένον — ad Suidam v. ᾖσαν [P. II. p. 21.] Nam quod idem Ῥῆσον quoque legi vult, non assentior. Constructio est: τίς δ' ἂν πο-

ἙΚ. Χρόνον μὲν ἤδη συμμάχοισι χρώμεθα,
Ὅσον περ ἐν γῇ τῇδ' Ἀχαϊκὸς λεὼς,
Κοὐδὲν πρὸς αὐτῶν οἶδα πλημμελὲς κλύων·
Ἐν σοὶ δ' ἂν ἀρχοίμεσθα. μή μ' ἔρως ἕλοι
Τοιοῦτος ἵππων, ὥστ' ἀποκτείνειν φίλους.
Καὶ ταῦτ' Ὀδυσσεύς· τίς γὰρ ἄλλος ἄν ποτε
Ἔδρασεν, ἢ 'βούλευσεν, Ἀργείων ἀνήρ;
Δέδοικα δ' αὐτόν. καὶ τί μου θράσσει φρένας,
Μὴ καὶ Δόλωνα συντυχὼν κατακτάνῃ·
Χρόνον γὰρ ἤδη φροῦδος ὢν, οὐ φαίνεται.
ΟΙ. Οὐκ οἶδα τοὺς σοὺς, οὓς λέγεις, Ὀδυσσέας·
Ἡμεῖς δ' ὑπ' ἐχθρῶν οὐδενὸς πεπλήγμεθα.

Hec. Longo jam tempore sociis utimur,
Quanto tempore Achaicus populus in hac terra est,
Et ab ipsis nullum delictum scio mihi objectum.
An a te inciperemus? non me invadat amor
Tantus equorum, ut amicos interficiam.
Hæc verò Ulysses *fecit:* quis enim alius unquam *hæc*
Fecisset aut machinatus fuisset ex Argivis vir?
Metuo eum, et nonnihil turbat animum meum,
Ne et in Dolonem incidens interfecerit *eum.*
Diu enim jam abest, et nusquam apparet.
Aur. Non novi tuos, quos narras, Ulysses.
Nos vero a nullo hostium percussi sumus.

854. Ἀχαιϊκὸς. 860. Δέδοικά γ' αὐτόν.

λεμίων κατ' εὐφρόνην μολὼν χαμεύνας Ῥήσου ἐξεῦρεν. *Musg.*

852. ᾔσαν·] Ita recte idem Piersonus. Ed. Ald. et MS. Harl. ᾖσαν. MSS. E. G. ἴσαν, et in margine ἴσαν, ἠπίσταντο. In fine versus legendum ἀλλὰ μηχαναὶ τάδε (non μηχανᾷ), *sed hæc omnia fabulæ sunt. Musg.*

ᾔισαν·] Aldi editio habet ᾖσαν: Henricus Stephanus ἴσαν reponendum duxit, id est, norunt; sed quantitas id non permittet: Lego itaque ᾔσαν, literis Aldinæ editionis receptis, et sensu Henrici Stephani, aliorumque. ᾖσαν autem pro ᾔϊσαν Apollonio usurpatur, ἴσασαν, per syncopen ἴσαν, Attice εἴσαν, Ionice ᾔϊσαν, hinc ᾖσαν. *Barnes.*

Ed. Comm. ἴσαν.

Etym. M. editus et Cod. Lugd. Batum et Suid. habet οὐδ' ἀφιγμένον — ᾖσαν. Et Dio Chrysost. Or. 55. p. 561. D. de Dolone — καὶ τὸν Ῥῆσον (ἐμήνυσε), ὃν οὐδεὶς ᾔδει ἀφιγμένον. quibus locis conjecturam suam firmat Piers. Ver. Cf. idem ad Mœr. p. 174.

Toupius locum, ut constituit, vertit: *Quis vero hostium cubilia noctu profectus Rhesum invenisset, nisi deorum aliquis interfectoribus indicasset, quem quidem nec huc advenisse noverant. Beck.*

Leg. οὐδ' ἀφιγμένοι Τὸ πάμπαν ᾖσαν,] *Prorsus nunquam venissent huc,* nedum invenissent Rhesi cubile et tanta patrassent. Quod si tamen cum interpretibus ᾖσαν exarari et *sciebant* interpretari velis, debet legi: ὃν οὐδ' ἀφιγμένοι τὸ πάμπαν

ΈΚ. Σὺ δ' οὖν νόμιζε ταῦτ', ἐπείπερ σοι δοκεῖ.
ΟΙ. Ὦ γαῖα πατρὶς, πῶς ἂν ἐνθάνοιμί σοι.
ΈΚ. Μὴ θνῆσκ'· ἅλις γὰρ τῶν τεθνηκότων ὄχλος.
ΟΙ. Ποῖ δὲ τράπωμαι δεσποτῶν μονούμενος;
ΈΚ. Οἶκός σε κεύθων οὑμὸς ἐξιάσεται.
ΟΙ. Καὶ πῶς με κηδεύσουσιν αὐθεντῶν χέρες;
ΈΚ. Ὅδ' αὖ τὸν αὐτὸν μῦθον οὐ λήξει λέγων.
ΟΙ. Ὄλοιθ' ὁ δράσας. οὐ γὰρ ἐς σὲ τείνεται
Γλῶσσ', ὡς σὺ κομπεῖς· ἡ Δίκη δ' ἐπίσταται.

Hec. Tu igitur putes ista, quando tibi *ita* videtur.
Aur. O patria terra, quomodo moriar in te?
Hec. Ne morere: satis magna enim mortuorum turba *est*.
Aur. Quo vero me vertam dominis orbatus?
Hec. Mea domus recipiens te curabit.
Aur. Quomodo vero manus interfectorum curabunt me?
Hec. Iste eundem sermonem non desinet dicere.
Aur. Pereat quicunque *hæc* fecit: non enim in te tenditur
Lingua, ut tu dicis; sed Justitia scit.

ἦσαν, *quem ne venisse quidem norant.* Ducit eo Piersonus, qui parum a vero afuit. *Reisk.*

ἦσαν ponitur pro ἤδεισαν. v. Etym. V. Ἡισμεν et Suid. Verte: *Rem omnem norant. Sed tu hæc ad decipiendum fingis. Heath.*

ἦσαν, ἠπίσταντο. *Scholiast.*

858. ταῦτ' Ὀδυσσεύς·] Confer Helen. v. 706. *Musg.*

860. θράσσει] Per syncopen pro ταράσσει. Vid. θράττειν apud Suidam. *Barnes.*

867. Merito hunc versum ut frigidum et ineptum irridet Valckenærius. Nescio, an præstiterit:

Μὴ νύσσ'· ἅλις γὰρ τῶν τεθνηκότων ἄχος.

Ne crucia me: sufficit enim dolor, quem ob mortuos sentio. Musg.

870. αὐθεντῶν, τῶν Τρώων· αὐτοὺς γὰρ ἐδόκει τοῦ Ῥήσου φονεῖς γενέσθαι. *Scholiast.*

874. Λάζυσθ'·] Ita MS. E. Vulgo λάζοισθ'. *Musg.*

Λάζυσθ' emendaverant quoque Reisk. et Valck. *Beck.*

875. Valck. D. p. 110. s. Οὕτως θ'. *Beck.*

Leg. Οὕτως δ' ὅπως — *Reisk.*

876. ἐν τείχει] Quia mox addit Πριάμῳ καὶ γέρουσι, legendum videtur τοῖσιν ἐν τέλει, i. e. *magistratibus. Musg.*

878. λαοφόρου] Ita MSS. E. et Harl. Vulgo λεωφόρους, Ed. Ald. λαοφόρους. Alteram tamen formam λεωφ.—Cum Valckenærio præfero. *Musg.*

Θάπτειν κελεύειν λεωφόρους πρὸς ἐκτροπάς.] Vid. Joh. Kirchmann. de Funerib. Roman. Lib. II. c. 22. Ubi de sepulcris propter vias publicas. *Barnes.*

λεωφόρος forma est Attica. v. Valck. D. p. 110.

Valcken. D. p. 112. hunc et seqq. versus sic emendat:

Τίς ποτ' εὐτυχίας
Ἐκ τῆς μεγάλης Τροίαν ἀνάγει
Πάλιν εἰς πένθη
Δαίμων ἕτερόν τι φυτεύων;

ἕτερον et ἕτερόν τι per εὐφημισμὸν dicebatur τὸ κακόν. *Beck.*

879. Leg. τίς ποτ'. *Reisk.*

880. ἄγει] Lego κατάγει, *deprimit.* Sic τοὺς μεγάλους κατάγει. Anthol. H. Steph. p. 114. *Musg.*

Ut constet metrum, legendum:

ἙΚ. Λάζυσθ᾽· ἄγοντες αὐτὸν ἐς δόμους ἐμοὺς,
Οὕτως, ὅπως ἂν μὴ ᾽γκαλῇ, πορσύνετε·
Ὑμᾶς δ᾽ ἰόντας τοῖσιν ἐν τείχει χρεὼν
Πριάμῳ τε καὶ γέρουσι σημῆναι, νεκροὺς
Θάπτειν κελεύειν λεωφόρους πρὸς ἐκτροπάς.
ΧΟ. Τί ποτ᾽ εὐτυχίας ἐκ τῆς μεγάλης
Τροίαν ἀνάγει πάλιν εἰς πένθη
Δαίμων ἄλλος, τί φυτεύων;
Ἔα, ἔα. ὢ, ὤ.

Hec. Prehendatis ducentes ipsum in meam domum,
Sic, ne quid conqueratur, curate.
Vos vero profectos, illis qui *sunt* in urbe oportet,
Priamoque, et principibus significare, mortuos
Ut jubeant sepeliri in publicarum viarum diverticulis.
Cho. Curnam ex magna felicitate
Trojam deducit iterum in luctus
Numen aliud quid ferens?
Atat, atat: papæ, papæ.

878. λαοφόρους. 880. Τροίαν ἄγει, 881. δαίμων, ἄλλό τι φ.

Τροίαν ἀνάγει πάλιν εἰς πένθη. *Heath.*

881. ἄλλο,] Optime Tyrwhittus:

Δαίμων ἄλλος, τί φυτεύων; *Musg.*

φιτεύων metri causa scribit Heath. *Beck.*

882. Musam sine necessitate inductam esse censet Hardionius; nullum enim esse nodum dea vindice dignum, in quo solvendo laboret, nisi ut Hectorem a frivola suspicione Rhesi occisi liberet. At nulla magis evidenti necessitate urgente ab Eurip. in Androm. inducitur Thetis, in Supplicibus Minerva. Apud Athenienses gratiam aucupatur auctor Rhesi, ut in Suppl. fecerat Euripides, et simul, ejusdem Eurip. in Andromacha consilium secutus, ægritudinem, quam auditores ex miseranda Rhesi cæde eversaque funditus Trojanorum spe conceperant, lenire voluit narrando, eum ad divinos honores evectum esse. Neque enim eidem assentiri possum, dum catastrophen fabulæ misericordiæ et terrori excitando non aptam dicit. Quid enim hominibus, secundis rebus nimium elatis, graviorem incutere poterat terrorem, quam exemplum Rhesi, omnibus bonis abundantis, et tamen inter suos improviso occisi? Et viri fortissimi, non virtute, sed dolo, superati, clades, et Trojanæ fortunæ subita mutatio, commovere quoque spectatorum animos debebant. Aristoteles quidem videtur Hard. sententiæ favere. Nam c. 14. dicit, si inimicus inimicum occidit, hoc non commovere misericordiam. At concedit tamen, miserabile et terribile ex ipso casu oriri. Non quidem fabulæ, quarum hic exitus, finem suum æque attingunt, ac illæ, quæ amicorum vel consanguineorum cædem exhibent; nec tamen plane omni miserationis affectu carent. Alias Persæ Æschyli, Sophoclis Ajax, Antigone, Œdipus Col. et Philoctetes, Euripidis Hecuba, Andromache, Supplices, Troades, Heraclidæ et Helena, fine suo excidissent. *Heath.*

Τίς ὑπὲρ κεφαλῆς θεὸς, ὦ βασιλεῦ,
Τὸν νεόκμητον νεκρὸν ἐν χειροῖν
Φοράδην πέμπει;
Ταρβῶ, λεύσσων τόδε πῆμα.

ΜΟΥΣΑ.

Ὁρᾶν πάρεστι, Τρῶες· ἡ γὰρ ἐν σοφοῖς
Τιμὰς ἔχουσα Μοῦσα, συγγόνων μία,
Πάρειμι, παῖδα τόνδ' ὁρῶσ' οἰκτρῶς φίλον
Θανόνθ' ὑπ' ἐχθρῶν· ὅν ποθ' ὁ κτείνας χρόνῳ
Δόλιος Ὀδυσσεὺς ἀξίαν τίσει δίκην.
Ἰαλέμῳ αὐθιγενεῖ, στροφή.
Τέκνον, σ' ὀλοφύρομαι, ὦ
Ματρὸς ἄλγος, οἵαν

Quis supra caput deus, O rex,
Recens cadaver in manibus
Sublatum gestat?
Stupesco videns hoc portentum.

MUSA.

Licet videre, Trojani: ego enim quæ a sapientibus
Color Musa, *novem* sororum una
Adsum, filium hunc cernens charum miserabiliter
Interfectum ab hostibus: cujus interfector tandem
Dignam dabit pœnam dolosus Ulysses,
Luctu domestico,
O fili, te lugeo, O
Matris dolor, qualem

884. νεόδμητον — χεροῖν. 893. ὀλοφύρομ' ω.

884. νεόδμητον νεκρὸν] Ita Ed. Ald. et MSS. Vulgo deest νεκρὸν. *Musg.*

Τὸν νεόδμητον] Τὸν νεωστὶ δμηθέντα, ἤγουν τὸν Ῥῆσον, ἢ Ῥήσου νεκρόν. *Barnes.*

In ed. Ald. νεόκμητον.

Valcken. D. p. 111. corrigit: Τὸν νεόδμητον Ῥῆσον χειροῖν. *Beck.*

Ut metrum constet, legendum puto ἐνὶ χεροῖν, et in fine versus excidisse ξεῖνον, aut simile quid. *Heath.*

885. πέμπει Valck. l. l. vitiosum putat, conjicit πενθεῖ, *quæ dea manibus gestans Rhesum luget?* *Beck.*

886. πῆμα.] Legendum, σῆμα, *ostentum*, ut Hom. Il. β'. v. 308. δ'. v. 381. *Musg.*

Num τόδε δεῖμα, *terriculamentum*, an σῆμα. *Reisk.*

892. Ἰαλέμῳ] Quid sit ἰάλεμος, vid. Supplices v. 291. Αὐθιγενεῖ] Οἰκεῖος· αὕτη γὰρ ἦν τοῦ τεθνεῶτος μήτηρ. Τοὐναντίον δὲ ὕστερον ὁ χορὸς ὀθνείῳ ἰαλέμῳ ὀλοφύρεται· λέγει γάρ· ὅσον προσήκει μὴ γένους κοινωνίαν ἔχοντι, ἤγουν ἐμοὶ, λύπῃ τὸν σὸν οἰκτείρω γόνον. *Barnes.*

897. Ἀποπεμψαμένας] Ita MSS. et Harl. Vulgo ἀπομεμψαμένας, quod vix Græcum est. ἀποπέμπεσθαι est *abominari*

Ἔκελσας ὁδὸν ποτὶ Τροίαν,
Ἦ δυσδαίμονα καὶ μελέαν
Ἀποπεμψαμένας ἐμοῦ πορευθεὶς,
Ἀπὸ δ' ἀντομένου πατρὸς βιαίως.
Ὤμοι ἐγὼ σέθεν. ὦ φιλία
Φιλία κεφαλὰ, τέκνον, ὤμοι.
ΧΟ. Ὅσον προσήκει μὴ γένους κοινωνίαν
Ἔχοντι, λύπῃ τὸν σὸν οἰκτείρω γόνον.
ΜΟ. Ὄλοιτο μὲν Οἰνεΐδας, ἀντιστρ.
Ὄλοιτο δὲ Λαρτιάδας,
Ὅς μ' ἄπαιδα γέννας
Ἔθηκεν ἀριστοτόκοιο·
Ἃ θ' Ἑλένα προλιποῦσα δόμον
Φρυγίων λεχέων ἔπλευσε πλαθεῖσ'·

Viam appulisti ad Trojam?
Certe inauspicatam, et miseram,
Me abominante profectus,
Et adversante patre vehementer.
Hei mihi propter te: O charum,
Charum caput, O fili, heu te!
Cho. Quantum convenit *mihi* nullam generis cognationem
Habenti *tecum*, dolore tuum deploro filium.
Mus. Pereat Œneides
Pereat etiam Laërtiades,
Qui me orbam sobole
Fecit præstantissima.
Et Helena, quæ relicta domo,
Phrygios *ad* thalamos accedens, navigavit,

904. Λαερτίδας·

ut Hecub. v. 72. Q. Calabro Lib. VII. *Musg.*

Dirimenda vox in duas ἀπὸ μεμψαμένας. *Reisk.*

898. Ἀπὸ δ' ἀντομένου] Lego metri causa, ἀπαντομένου δὲ, et in antistropha Τροία, vel Τροίᾳ, pro κατὰ Τροίας. *Musg.*

Ἀπὸ δ' ἀντ.] Heath. reddit: *deprecante vero. Beck.*

901. Ὅσον προσήκει] Vid. supra Not. ad v. 892. *Barnes.*

903. Οἰνεΐδας,] Diomedes, Œneo avo prognatus. Parthaon, Œneus, Tydeus, Diomedes. *Barnes.*

904. Λαερτίδας,] Lege ob metrum Λαρτίδας. *Musg.*

Λαερτίδας,] Ulysses, filius Laërtæ, Laërtes, Arcesii, Arcesius Jovis, ut supra ad Iphig. Aul. v. 524. Eustathius tamen contra Homeri et Ovidii auctoritatem Arcesium Mercurii, qui erat Jovis, facit. *Barnes.*

Heath. legit Λαρτιάδας: versum esse prosodiacum ex Ionico a majore et choriambo. *Beck.*

906. ἀριστοτόκοιο·] Hom. Iliad. σ'. v. 54. Ὤ μοι ἐγὼ δειλὴ, ὤ μοι δυσαριστοτόκεια.

[Ὑπ'] Ἰλίῳ ὤλεσε μέν σε κατὰ Τροίας,
Φίλτατε, μυριάδας τε πόλεις
Ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐκένωσεν.
Ἦ πολλὰ μὲν ζῶν, πολλὰ δ' εἰς Ἅιδου μολὼν,
Φιλάμμονος παῖ, τῆς ἐμῆς ἥψω φρενός·
Ὕβρις γὰρ, ἥ σ' ἔσφηλε, καὶ Μουσῶν ἔρις
Τεκεῖν μ' ἔθηκε τόνδε δύστηνον γόνον.
Περῶσα γὰρ δὴ ποταμίους διαῤῥοὰς,
Λέκτροις ἐπλάθην Στρυμόνος φυταλμίοις,
Ὅτ' ἤλθομεν γῆς χρυσόβωλον ἐς λέπας
Πάγγαιον ὀργάνοισιν ἐξησκημέναι

Ad Ilium! Perdidit enim te in Troja,
O charissime, et innumeras urbes
Evacuavit præstantibus viris.
Profecto multum quidem vivens, multum etiam in Plutonis *ædes* profectus,
O fili Philammonis cruciâsti meum animum.
Tua enim arrogantia, quæ te perdidit, et contentio cum Musis.
Fecit me parere hanc infelicem sobolem.
Transiens enim flumineas undas,
Admota sum thalamis genitalibus Strymonis,
Quum ivimus terræ glebarum-aurearum-fertilem in montem
Pangæum, instructi *musicis* instrumentis

909. ὑπ' sine uncis.

Hunc locum procul dubio poëta noster suo more respexit. *Barnes.*

907. Ἅ θ' Ἑλένα προλιποῦσα] Scaliger, ut sensui consuleret, legebat: Ἅ θ' Ἑλένα γ', ἃ προλιποῦσα: sed tum versus syllaba una tumet; lego itaque totidem literis, ut ante: Ἅ θ' Ἑλένα, i. e. Quæque Helena, pro atque Helena, quæ, &c. *Barnes.*

Vetus lectio ἅ θ' Ἑλέν' ἁ, quam recte restituit Italus. *Reisk.*

908. πλαθεῖσα·] Pro πλασθεῖσα. Vellem equidem πλασθεῖσ' in hoc loco, et id versus non modo feret, sed postulat; alia enim res est, quam πλάθω in præsenti pro πελάθω. Et paulo post v. 917. ἐπλάσθην occurrit. *Barnes.*

πλαθεῖσ'·] Frequentius dativum adsciscit, interdum tamen et genitivum: vid. Soph. Tyr. v. 1120. Trachin. v. 17. Philoct. v. 1374. *Musg.*

Heath. cum Barn. vult legi πλασθεῖσ', i. e. πελασθεῖσ', postulante metro (at vide supra) et sententia. Ad Φρυγίων λεχέων subaudit ἕνεκα. *Beck.*

909. Metri causa delendum ὑπ', quod et salva sententia abesse potest. *Heath.*

Punctum post Ἰλίῳ delendum. Nam ἃ (i. e. ἣ, *quæ*) cohæret cum ὤλεσε μὲν et ἐκένωσε δέ.—Vitiosum est ἔπλευσε. Quodammodo incrustes vitium sic: Φρυγίων λεχέων πλεύσασα πόθοις ἐπ' Ἴλιον ὤλεσε μέν. *Reisk.*

910. Leg. aut μυρίας, aut πόλεων. *Reisk.*

915. Φιλάμμονος παῖ,] *O Thamyris.* Vid. Suidam in voce Φιλάμμων. De Thamyri Musas ad certamen provocante vid. Hom. Iliad. β'. v. 595. *Barnes.*

Φιλάμμονος, τὸν Θάμυριν φησί. *Scholiast.*

917. ἐπλάθην] Ita MS. G. Vulgo ἐπλάσθην. *Musg.*

921. σοφιστῇ.] *Musices perito.* vid.

Μοῦσαι μεγίστην εἰς ἔριν μελῳδίας
Κείνῳ σοφιστῇ Θρηκὶ, κἀκτυφλώσαμεν
Θάμυριν, ὃς ἡμῶν πόλλ᾿ ἐδέννασεν τέχνην.
Κἀπεί σε τίκτω, συγγόνους αἰδουμένη
Καὶ παρθενείαν, ἧκ᾿ ἐς εὐύδρου πατρὸς
Δίνας· τρέφειν δ᾿ ἐς οὐ βροτείαν ἐσχάραν
Στρυμὼν δίδωσιν, ἀλλὰ πηγαίαις κόραις.
Ἔνθ᾿ ἐκτραφεὶς κάλλιστα παρθένων ὕπο,
Θρήκης ἀνάσσων πρῶτος ἦσθ᾿ ἀνδρῶν, τέκνον.
Καί σ᾿ ἀμφὶ γῆν μὲν πατρίαν φιλαιμάτους
Ἀλκὰς κορύσσοντ᾿, οὐκ ἐδείμαινον θανεῖν·

Musæ, ad maximum certamen artis suaviter canendi,
Cum celebri sophista Thracio: et excæcavimus
Thamyrin, qui nostram artem multis conviciis insectatus fuerat.
Et postquam te peperi, sorores reverens,
Et virginitatem, misi ad aquosi patris
Vortices: te vero alendum non ad mortalem focum
Dat Strymon *pater*, sed fontanis Nymphis.
Ubi, enutritus optime a virginibus,
Imperans Thraciæ, primus eras virorum, fili:
Et te in patrio quidem solo sanguinolentas
Acies instruentem, non metuebam moriturum esse.

Athen. p. 632. Pro κείνῳ multa non incommoda occurrunt, ut δεινῷ, κενῷ, καινῷ, et alia. Præ omnibus tamen placet Χαύνῳ.

Aristides: σοφιστοῦ νόμῳ καὶ χαυνότητι. Tom. III. p. 675. *Musg.*

κἀκτυφλώσαμεν] Hinc patet, Euripidem πηρὸν pro τυφλὸν accepisse, ut Eustathius recte explicat, fol. 298. *Barnes.*

Pro Κείνῳ Valcken. ad Hippol. 925. corrigit Δεινῷ. *Beck.*

922. ἐδέννασεν] Exstat verbum Soph. Ajac. v. 244. Antigon. v. 770. monente etiam Barnesio. *Musg.*

ἐδέννασεν] Idem verbum occurrit iterum paulo infra v. 948. Est vero a δεννάζω, διαβάλλω, βλασφημῶ, παρὰ τὸ δέννος, ὄνειδος, ὡς Ἡρόδοτος ἐν Καλλιόπῃ, 9, 107. Παρὰ δὲ τοῖσι Πέρσῃσι γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι, δέννος μέγιστός ἐστι. Hinc δεννάζω verbum Sophocli plus semel usurpatum, ut Ajac. 243. Παίει λιγυρᾷ μάστιγι διπλῇ, κακὰ δεννάζων ῥήμαθ᾿, ἃ δαίμων, κοὐδεὶς ἀνδρῶν ἐδίδαξεν. Idem in Antigone: ἀλλ᾿ οὐ χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ. Hinc nobis in heroico nostro Poëmate Franciados nomen Dennastor effictum, sub quo Diabolum latentem volo: δεννάζω enim, διαβάλλω, et δεννάστωρ, διάβολος. *Barnes.*

925. τρέφειν δ᾿ ἐς οὐ βροτείαν ἐσχάραν δίδωσιν,] Electr. v. 18. Στροφίῳ τ᾿ ἔδωκε Φωκέων ἐς γῆν τρέφειν, ubi cave legendum putes φέρειν. Non enim in Phocidem detulit Strophius, opibus quippe et natalibus clarus, sed delatum a Pædagogo (Electr. v. 286.) nutrivit. MS. Harl. τρέφειν δέ γ᾿ οὐ. *Musg.*

Leg. βροτείαν εἰς χέρα, *in manum humanam tradit.* Vitium forte inde natum, quod novi Græci dicunt χέραν in accusat. *Reisk.*

926. πηγαίαις κόραις.] De iis vide Hesiod. Theog. 346. et seq. *Musg.*

928. Heath. reddit: *Primus hominum Thraciæ imperabas, fili.* *Beck.*

Τροίας δ' ἀπηύδων ἄστυ μὴ κέλσαι ποτὲ,
Εἰδυῖα τὸν σὸν πότμον· ἀλλά σ' Ἕκτορος
Πρεσβεύμαθ' αἵ τε μυρίαι γερουσίαι
Επεισαν ἐλθεῖν κἀπικουρῆσαι φίλοις.
Καὶ τοῦδ', Ἀθάνα, παντὸς αἰτία μόρου,
Οὐδὲν δ' Ὀδυσσεὺς, οὐδ' ὁ Τυδέως τόκος
Ἔδρασε δράσας, μὴ δόκει λεληθέναι.
Καίτοι πόλιν σὴν σύγγονοι πρεσβεύομεν

Interdicebam vero ne ad urbem Trojæ unquam appelleres,
Sciens tuum fatum. Sed te Hectoris
Legationes, et frequentes senatus-nuncii
Induxerunt ut *huc* ascenderes, et opem ferres amicis.
Sed hujus totius cladis Minerva autor
Nihil autem Ulysses, nihil Tydei filius
Fecit, etsi fecerit, ne putes *me* latuisse.
Etenim tuam civitatem, O Minerva, nos sorores colimus

933. αἵ τε μυρίαι γερουσίαι] Ita tres MSS. Vulgo in singulari hæc efferuntur. *Musg.*

934. Ἔπεισαν ἐλθεῖν] Ita MSS. E. G. Vulgo ἔπεισ' ἀνελθεῖν. *Musg.*

Hanc lectionem codd. Reg. confirmat Trag. Chr. Pat. 1376.

935. s. Impedita est in Vulgatis horum versuum constructio, quam parentheseos notæ hic adjectæ dilucidam reddunt. *Musg.*

936. Ut Musgr. edidit, conjecerat jam Reisk. *Beck.*

Heath. hic et v. præced. præfert vulgatas lectiones, cæterum reprehendit Hardionium, qui, in μυρία ultimam produci, male negaverat.

Post τόκος punctum figendum. Scilicet a communi repetitur αἴτιος τοῦ μόρου. *Reisk.*

936. s. Etiam Valck. D. p. 112. scripsit: (Οὐδὲν δ' Ο. οὐδ' ὁ Τ. γόνος Ἔδρασε, δράσας·) μὴ δόκει λελ. *Beck.*

937. δράσας, μὴ δόκει λεληθέναι.] Vel hic δρῶντας legendum, quod ad Diomedem et Ulyssem respicit, vel post δράσας comma fac, ut mutatam syntaxin persentiscas. Vid. Phœniss. v. 290. Μέλλων δὲ πέμπειν με, etc. ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν. Sic Helen.—Κλείθροις ἂν εἰργοίμεσθα, τὴν ὑπ' Ἰλίῳ Δοκοῦντες Ἑλένην Μενέλεω μ' ἐλθεῖν μέτα. Vid. quæ nos ad Iphig. Tauric. v. 696. *Barnes.*

Heath. sic corrigit:

Ἔδρασ'· ἔδρασας, οὐ δόκει λεληθέναι.

Nihil vero Ulysses, nec Tydei filius, fecit Tu (O Minerva) *fecisti, ne putes, te me latuisse. Heath.*

Leg. ἔδρας, ἔδρας γάρ. μὴ δόκει λεληθέναι. *fecisti enim* (Minervam alloquitur, ut e v. 938. patet) *fecisti. falleris, si putas, id ignorari. Reisk.*

938. πόλιν σὴν, i. e. Athenas. Minervam enim alloquitur. *Musg.*

Καίτοι πόλιν σὴν] Alloquitur jam occisum filium Rhesum, per πόλιν vero σὴν h. l. terram Thraciam intelligit. Ad hunc locum respicit Eustathius, doctissimus Grammaticus, Iliad. β'. fol. 299. lin. 5. Καὶ ὅτι Θρᾷκες ἦσαν οἱ ἐπιμεληθέντες τῆς ἀρχαίας Μουσικῆς, Ὀρφεὺς, Μουσαῖος, καὶ Θάμυρις sunt testes. Quanquam nonnulli Musæum dicunt Eleusinium, et Thamyrin fuisse Thebanum. *Barnes.*

204. s. Versuum scripturam corruptam esse, vel hinc constat, quod νέα, casu recto, ultimam habet natura longam, in secundo autem versu vox ista recto casu necessario accipienda est, simulque syllaba ejus ultima corripitur. Legendum igitur conjicio:

> Νέατος τεκέων σώματα λεύσσω.
> Νέατος μόχθους ἕξω κρείσσους.

Plene autem dist. post κρείσσους, et ita verto: *Postremum video gnatorum corpora, postremum curis defungar honestioribus.* *Heath.*

νέα non est nom. sing. f. sed acc. plur. et pertinet ad σώματα. deinde quoque λούσω leg. *lavabo corpora recentia a partu,* aut *pueritia.* *Reisk.*

205. κρείσσους,] *Graviores, deteriores,* ut κρεῖσσον ἀγχόνης, Œd. Tyr. v. 1387. vid. et Hippol. v. 1212. Hec. v. 636. *Musg.*

Leg. νέας, *habebo injunctos mihi labores, qui vel juvenculæ vires superent.* *Beck.*

Post μόχθους addenda esse videtur copula δ'. *Seidl.*

206. πλαθεῖσ'] Vulgo πλασθεῖσ'. Vid. Porson. ad Eurip. Hec. 878. *Seidl.*

206. s. Tollenda distinctio post Ἑλλάνων, et minus plena ponenda post δαίμων. Hæc enim cum seqq. cohærent. πλασθεῖσα nominat. absolutus pro genit. Sensus: *Aut me ad Græcorum thalamorum participationem adacta periit etiam ipsa nox et fortuna pristina.* *Heath.*

207. Hic versus per parenthesin interponitur, ut recte statuit Tyrwhittus, qui et pari felicitate ἔρροι, consentiente etiam MS. Harleiano, pro ἔρρει reponit. *Musg.*

Vulgatam lectionem αὐτὰ mutavi in αὖτα, i. e. *nox, qua ad Græcorum lectos mihi accedendum erit.* Ad δαίμων ex prægresso αὖτα subintellige οὗτος. *Seidl.*

208. Ἢ Πειρήνας] Pirene fons est apud Corinthum. Hæc vero ex Homero Euripides transcripsit, Iliad. ζ'. v. 457. Καί κεν ἐν Ἄργει ἐοῦσα πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνοις· Καὶ κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηΐδος, ἢ Ὑπερείης. *Brodæus.*

209. Hic verum hauddubie vidit Hermannus, qui ἔσομαι ex interpretatione adjectum existimat. Conf. supra v. 197. Uncis igitur includendum curavi et delevi articulum τῶν, qui vulgo ad σεμνῶν apponitur. *Seidl.*

210. Hunc et quinque sequentes versus Hecubæ tribuit Tyrwhittus. *Musg.*

Heath. conjicit: εἴτ' ἐλθοίμαν. *Beck.*

Hic versus vulgo adscriptam habet Chori personam. *Seidl.*

212. Μὴ γὰρ δὴ δίναν γ' Εὐρώτα] Ita optime MS. Flor. Ed. Ald. μηδ' ἐν δίνᾳ γ' E. MS. Harl. μὴ γὰρ ἐν δίνᾳ γ' E. *Musg.*

Μηδ' ἐν δίνᾳ γ' Εὐρώτα] Hoc in loco Scaliger delet Hecub. vult enim, esse continuationem Chori loquentis, et ʽΕκαβ. ante v. 216. Τὰν Πηνειοῦ, &c. ponit; quasi non esset mos Poëtis, ubi multis Personis eadem res dicenda est, aliam facere aliam excipere, prout libuerit. Præterea nemini magis conveniebat, Menelai patriam deprecari, quam Hecubæ, cui ille tot malorum causa. *Barnes.*

Forte, μὴ γείτονά γ' Εὐρώτα, *non veniam ad vicinam Eurotæ Therapnam.* *Reisk.*

Τῷ τᾶς Τροίας πορθητᾷ.
ʽΗΜ. β΄. Τὰν Πηνειοῦ σεμνὰν χώραν, ἀντιστρ. γ΄.
Κρηπῖδ᾽ Οὐλύμπου καλλίσταν,
῎Ολβῳ βρίθειν φάμαν ἤκουσ᾽
Εὐθαλεῖ τ᾽ εὐκαρπείᾳ.
ʽΗΜ. α΄. Τάδε δεύτερα μοι μετὰ τὰν ἱερὰν

Expugnatori Trojæ.
Sem. 2. Penei sacram regionem,
Fundamentum pulcherrimum Olympi *montis*,
Fama audivi multis opibus abundare,
Et fertili frugum ubertate.
Sem. 1. Hæc mihi secundo loco sunt post sacram

217. ʼΟλύμπου M. 219. εὐκαρπίᾳ M.

Vid. Viger. de Idiot. p. 456. Schæfer. Melet. Crit. p. 15. Vulgo ab hoc inde versu omnia usque ad v. 232. Hecubæ dantur. Sed vid. ad v. 200. *Seidl.*

213. Lego et distinguo:

τάν τ᾽ ἐχθίσταν Θεράπναν, ʽΕλένας
ἔνθ᾽ ἀντάσω, Μενέλᾳ δούλα —

Et invisam illam Therapnam, ubi Helenæ obviam ero, Menelao serva. Therapne vicus Laconiæ erat, cujus meminere Herodot. VI. c. 61. Isocrates de laude Helenæ. Pausanias, p. 102. l. 21. Ed. Sylburg.

Verbum ἀντάω, genitivo subjecto, habetur Hom. Odyss. III. v. 44. Æschyl. Supplic. v. 37. Soph. Œd. Col. v. 1515. Pindar. Olymp. X. Epod. 2. Oppian. Cyneg. IV. v. 224. Pro δούλα MS. Flor. δουλοῦν. *Musg.*

Τὰν ἐχθίσταν Θεράπναν ʽΕλένας] Utinam neque Therapnas! Plinio Theramnas, sacrum Helenæ oppidum. Pausanias in Laconicis: Καὶ Μενέλαον καὶ ʽΕλένην ἐν Θεράπνῃ ταφῆναι λέγουσιν. Isocrates de laude Helenæ. ῎Ετι γὰρ καὶ νῦν ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς θυσίας αὐτοῖς (ἤγουν ʽΕλένᾳ καὶ Μενελάῳ) ἁγίους καὶ πατρίους ἐπιτελοῦσι. Stephanus eam urbem Theramnas vocat. Hæc Joh. Brodæus. Vide etiam, quæ nos ad Iph. Aul. v. 1498. *Barnes.*

214. δούλα] MS. Flor. δουλοῦν. Ald. et Vett. Edd. δούλαν. *Seidl.*

216. Τὰν Πηνειοῦ] Hunc et tres sequentes versus Choro tribuit Tyrwhittus. *Musg.*

217. Κρηπῖδ᾽] i. e. basin, ὑπωρείαν. Nimirum ad pedem montis Olympi sita erant Tempe Thessalica, quæ hic respicit Poëta. *Musg.*

Οὐλύμπου] Vulgo ʼΟλύμπου. Erfurdtius meus mavult κρηπῖδά τ᾽ ʼΟλύμπου. Sed alteram formam ipse quodammodo defendit animadversione sua ad Soph. Ant. 86. In hoc spondiaco versuum genere non poterat non accepta esse productio epica. At Hercul. Fur. v. 868. pro οὔλυμπον legere malim οὐρανόν. *Seidl.*

Ut constet metrum, legendum Οὐλύμπου. *Heath.*

218. ῎Ολβῳ] Ita MSS. Steph. Ed. Ald et MS. Harl. ὄλβον. *Musg.*

Quamvis non incommoda sit vulgata lectio φάμαν in Acc. sing. videtur tamen Euripides potius φάμας in genit. sing. aut φαμᾶν in gen. plur. scripsisse, ut subintelligeretur ὑπό. *Reisk.*

219. Εὐθαλεῖ i. e. εὐθηλεῖ. Sic Iphig. Aul. v. 188. νεοθαλεῖ penultimam producit; at Ion. v. 112. νεοθαλὲς penultimam habet brevem.

εὐκαρπείᾳ.] Omnes libri εὐκαρπίᾳ contra metrum. Παγκαρπεία ipse Euripides habet idque pariter in anapæstis, Fragment. incert. CLV. 4. *Seidl.*

220. Τάδε δεύτερα] Hunc et sequentem versum Hecubæ tribuit admodum probabiliter Tyrwhittus. *Musg.*

220. s. ἱερὰν Θησέως ζαθέαν χώραν.] Ita supra v. 211. Θησέως εὐδαίμονα χώραν. Hanc gratiam recte pius Poëta Athenis suis refert, ut pluribus in locis observare licet de illo, et de Sophocle quoque. *Barnes.*

Θησέως ζαθέαν ἐλθεῖν χώραν.
Καὶ τὰν Αἰτναίαν Ἡφαίστου
Φοινίκας ἀντήρη χώραν,
Σικελῶν ὀρέων ματέρ', ἀκούω
Κηρύσσεσθαι στεφάνοις ἀρετᾶς.
ΗΜ. β'. Τάν τ' ἀγχιστεύουσαν γᾶν

Thesei valde divinam regionem.
Et Ætnæam Vulcani,
Phœniciæ oppositum, regionem,
Siculorum montium matrem, audio
Prædicari virtutis laudibus.
Sem. 2. Et proxime jacentem terram

221. ἐλθεῖν deest M. 225. στεφάνοις τ' ἀρετάς M.

Versus trochaicus Euripideus interdum inter anapæstica insertus reperitur. V. Hecub. 210. Ion. 889. *Heath.*

221. ζαθέαν χώραν.] MS. Flor. ζαθέαν ἐλθεῖν χώραν. *Musg.*

Hunc versum, qui in omnibus Edd. duabus syllabis brevior est, supplevi ex MS. Flor. qui ἐλθεῖν post ζαθέαν inserit. Omissio vocabuli nata est ex insigni literarum similitudine in vv. ΕΛΘΕΙΝ et ΖΑΘΕΑΝ. Construe: τάδε μοι δεύτερα (ἐστὶ), ἐλθεῖν. *Seidl.*

222. Καὶ τὰν] Reliqua hujus scenæ, i. e. ab hoc versu ad finem versus 236. Choro assignat Tyrwhittus.

Αἰτναίαν Ἡφαίστου] Solinus: Eminet montibus Ætna et Eryx: Vulcano Ætna sacer est, Eryx Veneri. Theocriti Schol. Σιμωνίδης δὲ ἐν τῷ περὶ Σικελίας Αἴτνην φησὶ κρῖναι Ἥφαιστον καὶ Δήμητρα περὶ τῆς χώρας ἐρίσαντας. *Brodæus.*

Idem tradit Corn. Severus Ætna, v. 30. nec in obscuro ratio est. Cui enim potius dicetur mons ardens, quam Vulcano, ignis Deo? *Seidl.*

223. ἀντήρη] *Adversarium,* ἀντίπαλον, propter frequentia cum Carthaginiensibus bella, quorum meminit et Pindarus Pyth. I. Antistroph. 4. et Epod. sequent. Nem. IX. Dodecad. 6. Vel, si malis, *situ oppositam.* Pro Φοινίκας monet Barnesius Miltonum legisse Φοίνικος, quod minime necessarium puto. Cum enim Carthaginienses, utpote ortu Phœnices, non raro Phœnices audiant, quid vetat et regionem quoque Carthaginiensium Phœnicen, a Poëta præsertim, dictam fuisse. *Musg.*

Φοινίκας] Johannes Miltonus legit Φοίνικος, i. e. Carthaginiensis. *Barnes.*

φοιν. χώρας,] Prev. censet Carthaginem ideo hic Phœnicen dici oppositam Siciliæ, quod et fuerit Phœnicum colonia, et cum Siculis sæpe bellum gesserit. *Beck.*

ἀντήρη] "*Adversariam,* ἀντίπαλον, vel, si malis, *situ oppositam.*" Musgravius. Alterum verum est, ne sine causa Euripidi anachronismum obtrudamus. *Seidl.*

Miltoni emendatio non necessaria. E Phœnicia enim occidentem versus navigantibus opposita quodammodo est Sicilia. *Heath.*

224. ματέρ',] Intellige: *omnium excellentissimam. Principem* dicerent Latini. Hesychius: Μήτηρ, ἡ πρεσβυτάτη πᾶσα. Pindarus, Olymp. VIII. v. 1. Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων ἀέθλων Οὐλυμπία. Dionysius Perieg. v. 356. de Roma:

Μητέρα πασάων πολίων — —

Statius: *Et nemorum Dodona parens.* Theb. III. 106. *Musg.*

In hoc Euripidis loco, ut in omnibus, quos Musgravius affert, præter illum Dionysii, qui huc non pertinet, voce μήτηρ nihil aliud significatur, quam regio, in qua sunt montes, certamina, nemora. *Seidl.*

225. στεφάνοις τ' ἀρετάς.] Ætnæorum virtutem ob res bello gestas non immerito celebrat Poëta. vid. quæ dedi ad v. 223. et Diod. Sic. Lib. XI. Interea quis non miretur, decantatam illam soli Ætnæi fertilitatem silentio penitus transmissam

Ἰονίῳ ναύταις πόντῳ,
Ἂν ὑγραίνει καλλιστεύων

Ionium pelagum navigantibus,
Quam humectat pulcherrimus

227. ναίεσθαι M. 228. ὑδραίνει M.

esse? Vel potius non suspicetur, Librariorum culpa hanc ejus laudem obscuratam esse, cum præsertim particula τ', ut nunc locum legimus, vim suam non obtineat? Reponendum forte:

Κλιτύν τ' Αἰτναίαν Ἡφαίστου
Φοινίκας ἀντήρη, χώρα
Σικελῶν ὀρέων ματέρ' ἀκούω
κηρύσσεσθαι, στεφάνοις τ' ἀρετάς.

Clivum quoque Ætnæum Vulcani, Carthagini ex adverso positum, celebrari audio Siculorum montium principem, et solo, et virtutis laude. Κλιτὺν, ut κλιτὺν Λιβάνοιο, Dionys. Perieg. v. 954. *Musg.*

στεφάνοις τ' ἀρετάς.] Scaliger legit ἀρετᾶς, propter Hieronem, a Pindaro celebratum. Brodæus mavult ἀρετὰν, (quasi ἀρεστὰν) *gratam*. Ait tamen, quosdam ἀρετᾷν legere, i. e. ob herbarum florumque jucunditatem, e quibus coronæ fiunt, beatos incolas reddere. Hom. Odyss. Θ'. v. 329. Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα. Solinus — hic ibidem campus Ætnensis, floribus semper et omni vernus die. Et Ovid. Fastor. Lib. IV. Tot fuerant illic, quot habet Natura colores: Pictaque dissimili flore nitebat humus. Ubi πιαίνειν (inquit Strabo) ἐπὶ τοσοῦτον τὰ πρόβατά φασιν, ὥστε πνίγεσθαι. Meminit Aristoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. *Brodæus.*

Reiskius delet τε. κηρύσσεσθαι στεφάνοις accipit pro πρὸς στεφάνους, *evocari voce præconis ad accipiendas coronas*, i. e. coronari virtutis laudibus. *Beck.*

Delendum puto τὸ τε, et cum Scalig. legendum ἀρετᾶς, sublata distinctione post κηρύσσεσθαι, ut subaudiatur ἐπὶ, et ita hæc reddantur: *Celebrari propter virtutis coronas*, i. e. propter virtutes, quibus ornabantur ejus incolæ. Similis ellipsis Helen. 78. Quod dicit Barn. Scaligerum legere ἀρετᾶς propter Hieronem a Pindaro celebratum, absurdum est. — Nec Brodæi conjecturæ per linguæ rationem procedunt. *Heath.*

Post στεφάνοις omnes libri præbent τ' ἀρετάς. Sed Interpretum plerique ejiciendum putaverunt τ' et ἀρετὰς mutandum in ἀρετᾶς. Neque ego meliorem rationem novi. *Seidl.*

226. Versum hunc et sequentem sic emendo:

τάν τ' ἄγχιστ' εὖ φύσαν γᾶν
Ἰονίῳ παίεσθαι πόντῳ.

Terram vero, quæ proxime (ad Siciliam) *soli bonitate accedit, Ionio pelago pulsari.* De voce παίεσθαι vide ad Hecub. v. 115. ναίεσθαι, quod habent Edd. recent. MSS. Steph. debetur. Ed. Ald. MSS. Flor. et Harl. ναῦται. *Musg.*

Τάν τ' ἀγχιστεύουσαν γᾶν] Thurios innuit, coloniam Atheniensium, urbem autem magnæ Græciæ, ad sinum Tarentinum, sitam inter Crathin et Sybarin amnes. *Barnes.*

227. E lectione ναῦται Reisk. efficit ναστὰν, *humectatam*, a νάω, *fluo*. Constructionem esse vult: *audio, virtutis coronis sub famæ præconio coronari Siciliam, eique vicinam terram* (nam ad ἄγχιστ. subauditur αὐτῇ) *ponto Ionio humectatam, quam Crathis*, &c. *Beck.*

ναῦται] Ita Edd. Vett. et MSS. Flor. et Harl. Unus Henr. Stephanus ex MSS. suis, quorum ope non unam in hac Tragœdia lacunam primus explevit, variam lectionem enotavit ναίεσθαι, quam tamen metrum repudiat. Equidem legendum putabam νεῖσθαι, i. e. εὔχομαι νεῖσθαι. Persimili ratione infinitivus usurpatur in precationibus, ut Nostri Suppl. 3. εὐδαιμονεῖν με. Æschyl. Suppl. 255. μή με δουλείας τυχεῖν. Subjectum nostro loco facile intelligitur. Vid. omnino, quæ de infinitivo disputat Matthiæ in Gramm. Gr. §. 546. et 547. ubi et alios auctores excitatos invenies.

Jam facilior hujus loci emendandi ratio in mentem venit. Post ἀρετᾶς, v. 225. cum Aldo pono comma, ut sequens etiam accusativus ad infinitivum κηρύσσεσθαι referatur, et proxima lego sic:

Ὁ ξανθὰν χαίταν πυρσαίνων
Κρᾶθις, ζαθέαις παγαῖσι τρέφων

Comam flavedine inflammans
Crathis, sacris fontibus alens,

229. πυρσεύων.

τάν τ' ἀγχιστεύουσαν γᾶν
Ἰονίῳ ναύταις πόντῳ.

ναύταις Ἰονίῳ πόντῳ, i. e. πλέουσιν ἐν Ἰονίῳ πόντῳ. Corruptum videtur, quod σ ante π facile negligebatur. Vid. Bast. ad Gregor. Cor. p. 733. Nam, quod facilius etiam videri possit, ναύτᾳ, id ambiguitatem parit, ut nescias, quo referri debeat adjectivum Ἰονίῳ. *Seidl.*

228. ὑδραίνει, *lavat.* MS. Flor. ὑγραίνει, quod esset *humectat.* *Musg.*

ὑγραίνει] Ita optimus Cod. Flor. quocum consentit Theocriti Scholiastes ad Idyll. V. v. 16., et firmat Noster Hel. v. 3. ubi de Nili inundationibus hoc verbum adhibet. Silius Ital. Lib. VIII. v. 438. Statque humectata Vomano Adria. — Edd. omnes ὑδραίνει. *Seidl.*

229. De Crathi fluvio capillos flavos reddente videndi auctores Brodæo et Barnesio citati, sc. Theocriti Scholiastes ad Idyll. V. v. 16. Tzetzes ad Lycophron. v. 1021. Plin. Hist. Natural. XXXI. c. 2. Ovid. Metamorph. XV. v. 315. Quibus adde Strabonem, p. 263. D. Pro πυρσεύων, MS. Flor. πυρσαίνων. Sed alterum tuetur Pollux, Lib. I. sect. 49. καὶ ἡ ἀκτὶς αὐτὴν ἀναπυρσεύει καὶ πλείω ποιεῖ καὶ φαιδροτέραν τὴν αὐγήν.

Si quis tamen legere malit πορσαίνων, *alens*, non valde repugnem. Scholiastes Pindari ad Olymp. VI. πορσαίνειν, ἤγουν ἀνατρέφειν, αὔξειν. Idem ad Pyth. IV. Antistr. 7. πορσύνοντ' interpretatur αὔξοντα. *Musg.*

Ὁ ξανθὰν χαίταν πυρσεύων Κρᾶθις] Theocriti Scholiast. Νυμφόδωρος δὲ καὶ Θεόφραστος φασὶ, τοῦ Κράθιδος τὸ ὕδωρ ξανθίζειν. Tzetzes: Κρᾶθις, ποταμὸς Ἰταλίας, τῶν λουομένων τὸ ὕδωρ αὐτοῦ πυρσαίνων τὰς χαίτας, καθά τε Ἡσίγονος, ὁ Ἱστορικὸς, φησὶ, Σωτίων τε καὶ Ἀγαθοσθένης φιλόσοφοι, καὶ Εὐριπίδης ὁ Τραγικὸς, οὑτωσὶ λέγων· Ἂν ὑγραίνει καλλιστεύων, &c. Eustathius ex Strabone: Ὁ Κρᾶθις δὲ τοὺς ἐν αὐτῷ λουομένους ξανθοτριχεῖν ποιεῖ καὶ λευκοτριχεῖν, ὃ καὶ περὶ τοῦ Ὁμηρικοῦ Ξανθοῦ ὁ Ἀριστοτέλης ἱστόρησεν. Plinius vero, Lib. II. c. 103. Xanthum ruffas facere oves indicat. Idem Lib. XXXI. c. 2. Theophrastus in Thuriis Crathin Candorem facere tradit. Joh. Brodæus hæc notavit. Meminit hujus miraculi et Ovidius Metamorph. Lib. XV. Fab. 18. *Crathis, et hinc Sybaris vestris conterminus oris, Electro similes faciunt auroque capillos.* *Barnes.*

πυρσαίνων etiam Tzetz. l. l. idque præfert Heath. soni suavioris caussa.

Reisk. legit: Ὁ ξανθᾶν χαιτᾶν, in genit. plural. ut subintelligatur ὑπὸ, vel ἀπὸ, vel ἐκ, *a flavis suis crinibus fulvescens*, fulveum, igneum, adspectum præbens.

Prev. censet, non respici ad fluvii eam virtutem, quam alii celebrant, sed tantum ad comæ ejus splendorem auro similem. *Beck.*

πυρσαίνων] Quam unice veram lectionem iterum suppeditat præclarus Cod. Flor. et habet Tzetzes ad Lycophron. v. 1021. et Eustathius monente Hadriano Junio in Comment. de Coma in Gruteri Thes. Crit. Tom. IV. p. 542. Reliqui omnes πυρσεύων. Sed πυρσεύειν non significat *rutilum reddere.* Hesychius, Suidas, Photius explicant per δᾳδουχεῖν, λάμπειν, πῦρ ἅπτειν, ἐκφαίνειν. Atque omnino ejusmodi verba, quæ ab adjectivis derivata, reddere aliquid tale significant, quale adjectivo indicatur, terminari solent in νω (άνω, αίνω, ύνω) aut όω. Raro, quæ in ζω, rarissime, siquidem recte quæque explicamus, quæ in έω et εύω desinunt, hanc significationem habent. Rem claram faciet, ut alia taceam, discrimen inter ψυχρεύω et ψυχραίνω. Locus, quem Musgravius affert ex Polluce, Libr. I. sect. 49. non unam ob causam cum nostro minus apte comparatur. *Seidl.*

230. Κρᾶθις,] Ita, ut quidem videtur, MSS. Steph. Ed. Ald. et MS. Harl. Κράνθις. *Musg.*

παγαῖσι] Vulgo πηγαῖσι. Vid. ad v. 152. *Seidl.*

Εὔανδρόν τ' ὀλβίζων γᾶν.
ΧΟ. Καὶ μὴν Δαναῶν ὅδ' ἀπὸ στρατιᾶς
Κήρυξ, νεοχμῶν μύθων ταμίας,
Στείχει, ταχύπουν ἴχνος ἐξανύων.
Τί φέρει; τί λέγει; δοῦλαι γὰρ δὴ
Δωρίδος ἐσμὲν χθονὸς ἤδη.

Et beans terram populosam.
Cho. Atqui a Græcorum exercitu hic
Præco, novorum sermonum promus,
Venit velox pedis vestigium accelerans.
Quid affert? quid dicit? Servæ enim profecto
Jam sumus Doriensis terræ.

232. ss. Hi quinque anapæsti ex vulgari iterum genere transitum faciunt ad sequentia, cui usui apud omnes tragicos anapæsti non raro inserviunt. *Seidl.*

234. ss. Hos tres versus ex MSS. restituit H. Stephanus. Ed. Ald. initio mutilos exhibet hoc modo:

ἐξανύων
δοῦλαι γὰρ δὴ
χθονὸς ἤδη. *Musg.*

236. Per Δωρίδα Spartam aut Laconiam intelligi monet Prev. Dum Talthybium accedere vident, metus mulierum augetur, ne forte Spartam captivæ abducantur. *Beck.*

238. Lege Ἀχαϊκοῦ, coll. not. ad v. 659. *Seidl.*

240. Ταλθύβιος ἥκω] Ita fere Poëtæ scenici facere solent, *videl.* nomina personarum per ipsas personas explicare. Talthybius autem et Eurybates erant Agamemnonis præcones, vel Haraldi nostra dialecto; ut ex Homero constat. *Barnes.*

241. Τόδε τόδ' ὦ φίλαι.] Ὦ Adjeci metri causa. Vulgo τόδε τόδε φίλαι. Possis dicere, facilius etiam esse, si scribatur, τόδε τόδε φίλιαι; sed, præterquam, quod versus sit deterior, forma φίλιος h. l. non satis commoda est. Neque enim simpliciter verum est, quod Brunckius negavit ad Orest. v. 100. utramque illam formam significatu differre. Differunt eodem modo, quo ξένος et ξένιος, ἐλεύθερος et ἐλευθέριος, καθαρὸς et καθάριος aliaque hoc genus; cf. Hemsterh. ad Schol. in Aristoph. Plut. p. 190. et Kuster. ad Aristoph. p. 52.—Φίλιος, perinde atque φίλος, duplicem habet significationem, activam et passivam. Activa quidem opponitur πολεμίῳ, unde recte hanc formam Critici restituerunt in Hec. 846. Rhes. 11. 683. Restituenda adhuc est in Rhes. 343. ubi parum caute genuino φιλίαν interpretamentum Φρυγίαν Musgravius anteposuit. Item in Dionys. Halic. H. R. Libr. II. 30. reponendum est ex Cod. Vat. φίλιον et Libr. VI. c. 80. ex eodem Cod. φιλίων. Passiva autem significatione φίλιος est *carus, tanquam* φίλος, seu *carus propter amicitiam, cognationem, usum* cet. Sic dicuntur φιλία ἄλοχος, φίλια τέκνα, φιλία κεφαλὴ, χεὶρ, φίλιον στόμα et similia. Transfertur etiam ad *res*, ut infra 844. φίλιον φέγγος ἁμέρας, v. 784. φίλιον πρόσφθεγμα. Suppl. 1148. φίλιαι προσβολαὶ προσώπων. Hercul. Fur. 746. φίλιον μέλος ἐμοὶ κλύειν. Hac postrema demum, eaque perrara, significatione proxime ad vim primitivi φίλος accedit. Verum in compellationibus, ubi simpliciter alicui caritatem significamus, nusquam pro ὦ φίλε, ὦ φίλοι, dici poterit ὦ φίλιε, ὦ φίλιοι. Neque objici potest locus Soph. Electr. 226. ὦ φιλία γενέθλα; hoc enim epitheto alludit Electra ad Ægisthum et Clytæmnestram, quos sæpius vocat ἐχθροὺς et δυσμενεῖς. Sic Æschyl. Prometh. 128. φιλία τάξις. Eandem explicationem habere posset φίλιαι δμωΐδες, Æschyl. Choëph. 713. nisi ex Codd. et Aldi lectione scribendum videretur φιλίᾳ. Ceterum φίλιος, ut ξένιος et ἐλευθέριος, epithetum etiam est deorum, Jovis, Apollinis, Veneris.

γυναῖκες] Restitui ex Cod. Flor. partim antistropha monitus, partim, quod

ARGUMENTUM ACTUS SECUNDI.

Talthybius, præco Agamemnonis, Hecubæ narrat, quomodo sortito dispositæ fuerint Trojanæ nobiles captivæ, videl. ipsa Hecuba, Polyxena, Cassandra et Andromache: quare illa lamenta redintegrat, seque, suosque, et patriam misere deplorat. Cassandra e tentorio lymphata prosilit, tædasque prætendens Hymenæum canit, ceu nuptura mox Agamemnoni, quæ nuptiæ ipsi duci futuræ erant exitio. Quare Græcorum miserias prædicit, præque illis Trojanas longe optandas probat, præcipue autem Ulyssis labores Agamemnonisque cædem auguratur. Hecuba, filiæ insania nonnihil tacta, deliquium patitur; dein a Choro revocata præsentem fortunam adversam cum præterita florenti et prospera confert, ut per comparationem miseriarum immensitas appareat. Chorus nænia Ilii prosequitur excidium, quod fatalis, ille equus, intra mœnia receptus, urbi florentissimæ intulit.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

Ἑκάβη, — πυκνὰς γὰρ οἶσθά μ' ἐς Τροίαν ὁδοὺς
Ἐλθόντα, κήρυκ' ἐξ Ἀχαϊκοῦ στρατοῦ·
Ἐγνωσμένος δὲ καὶ πάροιθέ σοι, γύναι,
Ταλθύβιος ἥκω, κοινὸν ἀγγελῶν λόγον.
ἙΚ. Τόδε, [τόδε] φίλαι γυναῖ-

TALTHYBIOS.

Hecuba, crebras enim scis me ad Trojam vias
Ivisse, præconem ab Achaico exercitu *missum*,
Notus igitur etiam ante tibi, mulier,
Talthybius venio, *tibi* publicum nunciaturus mandatum.
Hec. Hoc, hoc illud est, amicæ Trojanæ,

238. Ἀχαιϊκοῦ. 241. Τόδε, τόδε, φίλαι Τρῳάδες. M. τόδε, τόδ' ὦ φ. γυναῖκες S.

Τρῳάδες facilius explicationis causa adscribi potuit ad γυναῖκες, quam γυναῖκες ad Τρῳάδες. Versus iambicus est, quod genus sæpissime dochmiis interponitur. Omnino breviter moneo, variare admodum Tragicos in rhythmis dochmiaco carmini aut præmittendis aut medio inserendis. Non raro, apud nostrum inprimis, brevibus tantum aliquot syllabis ab initio augetur. Quæ hic breviter attigi, eorum quoque uberior expositio facta est in libro de Verss. Dochm. Vid. Argum. p. XIX. seq. Multo plura hujus generis exempla non tantum in Sophocle, sed etiam in Æschylo postea inveni, quæ recensentur in libro illo de dochmiacis. *Seidl.*

242. πάλαι.] Ita recte Ed. Ald. Recentiores jam inde a Commeliniana πάλιν. Pro Τρῳάδες MS. Flor. non male γυναῖκες. *Musg.*

* * μοι πάλαι.] Hic versus vix dubitari potest, quin fuerit dochmiacus; vid. ad v. 241. Excidit initium, quod genus corruptelæ in hac vicinia admodum frequens est. cf. v. 186. 203. 238. ubi vulgo trium versuum initia desiderantur, infra v. 265. 275. 334. etc. (ed. Seidl.) Euripidem scripsisse puto:

γυναῖκες, ὃ φόβος ἦν
φόβος ἐμοὶ πάλαι.

Vocabulorum repetitio tam est frequens in versibus dochmiacis, ut primum quodque hujus generis carmen exempla ejus

κες, ὃ φόβος ἦν μοι πάλαι.
ΤΑΛ. Ἤδη κεκλήρωσθ᾽, εἰ τόδ᾽ ἦν ὑμῖν φόβος.
ʽΕΚ. Αἶ αἶ. τίνα γ᾽ ἢ
Θεσσαλίας πόλιν, ἢ
Φθιάδος εἶπας, ἢ Καδμείας χθονός;
ΤΑΛ. Κατ᾽ ἄνδρ᾽ ἑκάστη, κοὐχ ὁμοῦ λελόγχατε.
ʽΕΚ. Τίν᾽ ἄρα τίς ἔλαχε; τίνα πότμος εὐτυχὴς
Ἰλιάδων μενεῖ;

Quod jampridem ego metuebam.
Tal. Jam sortitione facta estis electæ, si hoc vobis formido erat.
Hec. Æ. æ. Quam in urbem, aut
Thessaliæ, aut
Phthiadis dixisti *nos abductum iri,* aut Cadmei soli?
Tal. Singulis viris singulæ, non simul *omnes,* sortito assignatæ estis.
Hec. Quæ igitur, quem sortita est? sors beata quam
Iliadum expectans excipiet?

242. ἦν * * μοι S. 246. εἶπάς γ᾽ M. 249. τῶν Ἰλ. M.

offerat. Timendi vocabula repetita habes in Phœn. v. 310. τρομερὰν φρίκα τρομερὰν φρέν᾽ ἔχω. Hec. 182. δειμαίνω, δειμαίνω, et paulo ante φρίσσει, ταρβεῖ.

πάλαι.] Ita recte Musgravius ex Ald. quacum consentiunt Hervagg. et Brub. Recentiores inde a Commeliniana πάλιν, propagato errore typographico. *Seidl.*

243. κεκλήρωσθ᾽,] Κεκλήρωσθε. *Barnes.*

244. s. τίνα γ᾽ ἢ Θεσσαλίας πόλιν, etc.] Similem locum habes supra ad hujus Fabulæ, v. 188. et Rhesi v. 695. *Barnes.*

246. Καδμείας χθονός;] Proprie Thebanæ. Cadmus enim Thebas condidit. Sed, ut Johannes Brodæus recte observat, Bœotia tota hic est potius intelligenda, quæ Thebarum imperio aliquando subjacebat, quam ipsa Thebana terra; et id ex Poëtæ verbis liquet, τίνα πόλιν Καδμείας χθονός. Bello enim Trojano, ut idem vir Cl. observat, videntur Thebani non interfuisse. Eustathius — ʽΩς γὰρ δηλοῖ καὶ τὰ εἰς τὸν Λυκόφρονα ὑπομνήματα, οὐκ ἐστράτευσαν εἰς Τροίαν οἱ Θηβαῖοι, νεωστὶ πορθηθέντες ὑπὸ Ἀργείων, καὶ ἄρτι τὴν πόλιν συνοικίσαντες. Artemidorus in Oneirocrit. — ἐπειδὴ μόνοι οἱ Θηβαῖοι τῶν Βοιωτῶν οὐκ ἐστράτευσαν εἰς Ἴλιον. Videntur Brodæus et Henr. Stephanus legisse χθονὸς ἤδη. *Barnes.*

Φθιάδος εἶπας, ἢ Καδμείας χθονός;] Ejeci incommodum γ᾽, quod vulgo additur post εἶπας. Ne quem offendat bis in fine versus positum ἢ, monendum est, Euripidem sæpe voculis ἢ et ἀλλ᾽ versus finire. Immo in fine rhythmi ἢ supra habuimus, v. 195.—Iidem plane numeri, qui nostro loco, dochmiacum finalem proxime prægrediuntur, quum alibi, tum Orest. 1260.

εἶτα πάλιν. ΧΟΡ. σκοπιὰν
ἔχομεν, ὡς θροεῖς.

Ita enim hic locus corrigendus est. Παλινσκοπιὰν, quod Porsonus proponit, auctoritate caret.

Καδμείας χθονός;] His opposita sunt in antistropha ἄλεκτρον ζωάν. Possis numeros plane æquales reddere transponendo χθονὸς Καδμείας. Sed nihil necesse. Adjectivum Καδμεῖος pariter primam dochmii sedem occupat, Hercul. Fur. 1036. et 1076. Neque rara omnino apud Euripidem exempla sunt spondei in dochmii initio, ut Hec. 1057. Orest. 146. 316. Hippol. 874. Iph. Taur. 869. Bacch. 1023, etc. rariora apud Sophoclem, ut Œd. Col. 836. Antig. 1276. 1299. 1311. 1316. nulla dum apud Æschylum animadverti præter Sept. adv. Theb. 149. Ὄγκα πρὸ πόλεως, quem versum necessitas Æschylo videtur extorsisse. conf. Schol. ad h. l.—

ΤΑΛ. Οἶδ'· ἀλλ' ἕκαστα πυνθάνου, μὴ πάνθ' ὁμοῦ.
ʽΕΚ. Τοὐμὸν δὲ τίς ἆρ' ἔλαχε τέκος, ἔννεπε,
Τλήμονα Κασάνδραν;
ΤΑΛ. Ἐξαίρετόν νιν ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ.
ʽΕΚ. Ἦ τᾷ Λακεδαιμονίᾳ νύμφᾳ
Δούλαν; ὤ μοί μοι.
ΤΑΛ. Οὔκ' ἀλλὰ λέκτρων σκότια νυμφευτήρια.
ʽΕΚ. Ἦ τὰν Φοίβου παρθένον, ᾇ γέρας ὁ

Tal. Scio: sed singula interroges, non omnia simul.
Hec. Meam vero quis per sortem accepit filiam dicito,
Miseram Cassandram?
Tal. Delectam eam extra sortem accepit rex Agamemnon.
Hec. An sponsæ Lacedæmoniæ
Servam? hei mihi, mihi.
Tal. Non: sed lectorum occultum concubitum.
Hec. An Phœbi virginem, cui Auricomus munus

251. δὲ om. S. 255. ἰώ μοί μοι M.

At vero de nostro loco quæstio possit moveri, utrum omnino exemplis istis adnumerandus sit, an potius Pindari et Theocriti (vid. Schæfer. ad Idyll. XXIX. v. 33. et 34.) more scribendum sit Καδμείας. Certe Hermannus pro explorato habet, in Æschyl. Suppl. 60. antistropha postulante, reponendum esse Τηρείας. *Seidl.*

Perperam Barn. existimavit, Stephanum et Brodæum hic legere χθονὸς ἤδη. Non hic ita legunt, sed v. 236. ubi etiam ita editum. *Heath.*

248. Τίν' ἄρα τίς ἔλαχεν;] *Ecquem igitur ecquæ sortita est?* Ita optime MS. Flor. Ed. Ald. τίν' ἄρα, τίν' ἔλαχον; *ecquem igitur, ecquem sortita sum?* Sed magis decorum est, Hecubam de reliquarum sorte prius, quam de sua, Talthybium interrogare. *Musg.*

Τίν' ἄρα τίς ἔλαχεν;] Hanc optimam lectionem rursus debemus Cod. Flor.—Ald. et Vett. Edd. τίν' ἄρα τίν' ἔλαχον. Barnes. ἆρα, nescio unde aut cur.—Si quis in stropha malit retinere Τρῳάδες, possit hic scribere ἔλαχε, omisso ν, ut tribus dochmiis carmen inchoëtur, ad exemplum cognati carminis Heracl. 75. Hoc enim modo ultima primi dochmii syllaba esset soluta, de qua memorabili solutione mox pluribus dicendum erit. *Seidl.*

249. Ante Ἰλιάδων omnes libri addunt articulum τῶν, quem amoveri jubet et dictio poëtica et numerorum ordo. *Seidl.*

251. Hic versus non satis antistrophico respondet. Responsionem non una ratione possumus consequi, quam ob causam nihil in textu novavi præter ἔλαχε mutatum in ἔλαχεν. Facillima tamen est Erfurdtii mei conjectura, qui ante τλάμονα articulum τὰν inserit, cujus perfacilis omissio erat ob sequentem litteram. In antistropha tum scribendum esset ἰὼ ἰώ μοί μοι. *Seidl.*

254. s. Hos versus Heath. constitui ita jubet:

Ἦ τᾷ Λακεδαιμονίᾳ νύμφᾳ anapæsticus dimeter.
Δούλαν, ἰώ μοι, μοι. idem brachycatalectus. *Beck.*

257. Heath. dividit in duos ita:

Ἦ τὰν Φοίβου παρθένον, ᾇ γέρας dactylicus tetrameter.
Ὁ χρυσοκόμας basis anapæstica. *Beck.*

Χρυσοκόμας ἔδωκ' ἄλεκτρον ζωάν;
ΤΑΛ. Ἔρως ἐτόξευσ' αὐτὸν ἐνθέου κόρης.
ἙΚ. Ῥίπτε, τέκνον, ζαθέας κλῇδας καὶ ἀπὸ χροὸς ἐνδυ-
τῶν στεφέων ἱεροὺς στολμούς.
ΤΑΛ. Οὐ γὰρ μέγ' αὐτῇ βασιλικῶν λέκτρων τυχεῖν;

Dedit, vitam cælibem?
Tal. Amor fatidicæ puellæ sauciavit eum.
Hec. Abjice, O filia, sacras claves, et e corpore
Sertorum indutorum sacros ornatus.
Tal. An non *est* magnum eam fieri lectorum regiorum participem?

258. δῶκεν M. 260. Ante ῥίπτε et post ζαθέους lacunæ signa S. κλῃΐδας κἀπὸ M. 262. Post hunc vs. lacuna trium vss. S.

257. ὁ producitur ob sequentes consonas χρ. Vid. ad v. 267. *Seidl.*

258. ἄλεκτρον ζωάν;] Παρθενίαν. *Barnes.*

ἔδωκ'] Vulgo δῶκεν. Augmenti omissionem quibus in numeris, quibus in verbis, et utrum omnes eadem lege Tragici sibi indulserint, de hac quæstione lites adhuc tenent. Porsonus in Præfat. ad Hec. p. cliv. et clxii. et deinceps semel atque iterum contra Brunckium augmenti defensor exstitit, paucis tamen verbis exceptis; sed tangit ejus disputatio nonnisi senarios. Nostro loco reduci augmentum jubet antistropha; neque dubito, quin eadem medela adhibenda sit glyconeo Bacch. v. 416. scribendo: χεῖρον' ἔδωκ' ἔχειν.

ζωάν;] Facile mutari possit in ζόαν, ut in versus fine syllabæ syllabis respondeant. Sed Euripides Cretico, qui in dochmii fine est, sæpissime molossum opponit; cujus rei exempla promere nihil attinet. Quo magis miror Porsonum, cautissimum alias virum, qui, quum illud non animadvertisset, corrigendo non semel lapsus est. Neque Sophocles hac licentia immunis est, ut Antig. 1308. et 1343. ubi lectionem ἴδω πᾶ καὶ θῶ jam in antiqua jura Erfurdtius meus restituit. Idem mutare non debebat Electr. v. 853. εἴδομεν ἃ θροεῖς. Vix tamen cuiquam loco majorem utilitatem hæc observatio afferre poterit quam carmini Œdip. Col. a v. 1556. Versus 1556. et 1558. recte antistrophicis suis opponuntur, neque mutandum quidquam. A versu 1559. maxime Scholiasta duce, qui pro λίσσομαι variam lectionem δίδου μοι commemorat, legendum videtur:

Αἰδωνεῦ, Αἰδωνεῦ, αἰδοῦμαι,
μὴ 'πὶ πόνῳ
μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ
ξένον ἐξανύσαι
μόρῳ τὰν παγκευ-
θῆ κάτω νεκρῶν πλάκα,
καὶ Στύγιον δόμον.
πολλῶν γὰρ, &c.

et in antistropha:

εὐνᾶσθαι κνυζᾶσθαί τ' ἐξ ἄντρων
ἀδάματον
φύλακα παρ' Ἀΐδα
λόγος αἰὲν ἔχει,
ὅν, ὦ Γᾶς παῖ καὶ
Ταρτάρου κατεύχομαι
ἐν καθαρῷ βῆναι
ὁρμωμένῳ, &c.

His ita emendatis et divisis omnes difficultates cum lacunis criticorumque conjecturis dilabuntur, antiquæ lectiones vindicantur, egregii rhythmi reducuntur. — Quin et Æschylus illam numerorum permutationem aliquoties admisit Agamem. 1109. Eumen. 152. Sept. adv. Theb. 143. 207. 683. *Seidl.*

260. κλῃΐδας] Sic Ceres, sacerdotem mentita, κατωμαδίαν ἔχε κλᾷδα, Callimach. Hymn. in Cerer. v. 44. ubi vide Spanhemium. Cassandram utique, non vatem duntaxat, sed et sacerdotem fuisse Apollinis, colligas licet ex v. 331.

ἐνδυτῶν στεφέων] Circa collum gestabantur, teste Æschylo Agam. v. 1274. An vero ita dicuntur ad distinctionem eo-

῾ΕΚ. Τί δ', ὃ νεοχμὸν ἀπ' ἐμέθεν ἐλάβετε τέκος, πȣ̃ μοι;
ΤΑΛ. Πολυξένην ἔλεξας, ἢ τίν' ἱστορεῖς;
῾ΕΚ. Ταύταν τῷ πάλος ἔζευξεν;
ΤΑΛ. Τύμβῳ τέτακται προσπολεῖν 'Αχιλλέως.
῾ΕΚ. Ὤ μοι ἐγώ. τάφῳ πρόσπολον ἐτεκόμαν.

Hec. Quid vero, *quam* recens a me abstulistis? ubinam *est* filia mea?
Tal. Polyxenam dixisti; aut de qua interrogas?
Hec. Hanc cui sors adduxit?
Tal. Tumulo Achillis ministrare constituta est.
Hec. Hei mihi, sepulchro ministram peperi?

265. Ante et post ταύταν lacunæ signa S.

rum, quæ manibus gestari mos erat? vid. Hom. Il. α'. 14. Sophocl. Œd. Tyr. 3. *Musg.*

κλῇδας] Alii κλάδους, i. e. στέμματα. Sed et κλῇδες idem sonant, si Hesychio fides; Κλῇδες, παρὰ 'Εφεσίοις τῆς θεοῦ τὰ στέμματα. Κἀπὸ χροὸς] Καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος, hoc est, *a te. Barnes.*

* * ῥίπτε, τέκνον, ζαθέους * *] Hic versus et ab initio et a fine mutilus est. Ab initio quidem antistropha pariter atque poëtæ mos eo ducunt, ut exclamationes quasdam, fortasse αἶ αἶ, sive οἴμοι, excidisse suspicemur. In fine autem addita copula τε et servata librorum lectione κλῇδας numerorum quidem recta foret responsio, sed jure mihi videtur Hermannus offendere in fracto vocabulo κλῇδας. Quare post ζαθέους excidisse puto θεοῦ, quod eandem ob caussam potuit omitti, ob quam v. 221. post ζαθέαν in plerisque libris omissum vidimus ἐλθεῖν. Comparari potest Homericum στέμμα θεοῖο. Infra v. 452. τὴν 'Απόλλωνος λάτριν et statim ὦ στέφη τοῦ φιλτάτου μοι θεῶν. Iph. Taur. 1464. σε—Βραυρωνίας δεῖ τῆσδε κληδουχεῖν θεᾶς. Sæpe vox θεὸς a librariis aut addita aut omissa est. Vid. Porson. ad Phœniss. v. 5. coll. Schæfer. Melet. Crit. p. 52. et 153. [Add. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 859. Schæf.] Quod de Verss. Dochm. p. 266. inserui τε post ζαθέους, id jam non amplius probo.

Vulgatum κλῇδας contraxi in κλῇδας. Lectione κλάδους, quam alii proponunt, nihil lucramur. Vid. Æschyl. Suppl. 299. Huc etiam pertinet Nostri Iph. Taur. 132. illam enim orationem non Iphigeniæ, sed Chori esse, suo loco demonstrata est.

Disjunxi κἀπὸ in καὶ ἀπὸ, quæ disjunctio in dactylicis rhythmis fere solennis est. Soph. Œd. Col. v. 546. pro κἀπώλεσα repone καὶ ὤλεσα. *Seidl.*

262. Ut post hunc versum potius, quam, quod equidem opinatus eram, post v. 264. majorem lacunam ponerem, auctor mihi fuit Hermannus. Potuit enim sane ad Talthybii quæstionem ab Hecuba aliquid responderi. Nihil autem accidere facilius poterat, quam ut una harum strophularum, in quibus eadem semper personarum distributio est, librariorum oculos effugeret. *Seidl.*

263. Τί δ', ὃ νεοχμὸν] Ita MS. Harl. et Tyrwhittus. Ed. Ald. τί δὲ νεοχμὸν. *Musg.*

Τί δὲ νεοχμὸν ἀπ' ἐμέθεν ἐλάβετε] Si ita legatur, versio Latina recte se habet; sin, ut Henricus Stephanus ἐπ' ἐμέθεν legit: *Quid vero de me novum accepistis? Barnes.*

Reisk. scribit: τί δ'; ἂν νεοχμὸν —. *Beck.*

Adjeci modo signum interrogationis post τί δ'. Hic versus quomodo legi et distingui debeat, antistropha deficiente, non licet definiri. *Seidl.*

263. s. Malim ita legere et distinguere:

Τὸ δὲ νεοχμὸν ἀπ' ἐμέθεν
'Ελάβετε τέκος, ποῦ μοι;

Τὸ δὲ ἐλάβετε idem, ac τοῦτο δὲ, ὃ ἐλάβετε. Legendum autem omnino ἀπ' ἐμέθεν, non ἐπ' ἐμέθεν, ut Steph. voluit; nam de sua ipsius fortuna postea demum, v. 275. scilicet, sciscitatur Hecuba. *Heath.*

Ἀτὰρ τίς ὅδ' ἦν νόμος, ἢ
Τί θέσμιον, ὦ φίλος, Ἑλλάνων;
ΤΑΛ. Εὐδαιμόνιζε παῖδα σήν· ἔχει καλῶς.
ἙΚ. Τί τόδ' ἔλακες; ἆρά μοι ἀέλιον λεύσσει;
ΤΑΛ. Ἔχει πότμος νιν, ὥστ' ἀπηλλάχθαι πόνων.

Sed quænam hæc est lex, aut
Quis ritus Græcorum, O amice?
Tal. Beatam prædicato filiam tuam; bene *enim* habet.
Hec. Quid hoc dixisti? An mihi solem aspicit?
Tal. Fatum habet eam, ut liberata sit a malis.

272. κακῶν M.

265. τῷ πάλος] Τίνι κλῆρος. Deducitur a πάλλω. *Barnes.*

* * * Ταύταν τῷ πάλος ἔζευξεν;] Mira mihi semper, etiam antequam de antistrophica carminis ratione liqueret, hæcce Hecubæ responsio visa est. Initium excidisse, antistropha evincit. Præterea editio Brub. quæ etiam alibi ab Ald. recedit, pro τῷ præbet καί. *Seidl.*

267—269. Horum versuum imaginem poëta nobis repræsentavit in Orest. a v. 1255. coll. 1275. quem locum recte exhibuit Porsonus. De divisione duorum posteriorum anceps judicium est, quippe qui tam arcto numerorum vinculo inter se contineantur, ut verius dicas unum versum. Semel enim lectorem monitum volo, sæpe, ut in hoc, ita in reliquis carminibus versus a me esse separatos, non quod rhythmorum terminum iis locis collocandum existimarem, sed, partim, ut cujus generis numeri sint, celerius in oculos incurreret, partim, ne versus immani quadam longitudine lectori terrorem incuterent. *Seidl.*

268. s. Heath. hos versus ita constitui mavult:

Αὐτὰρ τίς ὅδ' ἦν νόμος, ἢ τί anapæsticus dimeter catalectus.
Θέσμιον, ὦ φίλος, Ἑλλάνων; dactylica hephthemimeris.

269. Obtinuit tamen hic mos apud veteres, ut videre est apud Lucianum in Nigrino. *Musg.*

271. Hic versus in duo debet dividi, auctore Heath.

Τί τόδ' ἔλακες; basis iambica.
Ἆρά μοι ἀέλιον λεύσσει; hephthemimeris dactylica.

Beck.

Fortasse scribendum est:

τί δὲ τόδ' ἔλακες; ἆρά μοι ἀέλιον λεύσσει;

et etiam hic dochmiis duæ breves syllabæ interpositæ sint.

Etiam hic versus, cujusmodi sit, et utrum vitio careat, quod equidem dubitem, existimari non potest, dum strophæ defectus Codd. ope resarciatur. *Seidl.*

272. κακῶν.] MSS. Cott. et Flor. πόνων. *Musg.*

Ex MSS. Cott. et Flor. reposui πόνων pro vulgato κακῶν. *Seidl.*

273. χαλκεομίτορος] Legendum ex analogiæ regulis χαλκεομίτρου. Occurrit vox Pindar. X. Nem. v. ult. Lycophron. v. 997. Confer Dionys. Halicar. p. 124. l. 36. Ed. Hudson. Plutarchi Parall. p. 125. Ed. H. Steph. *Musg.*

χαλκεομίτορος] Brodæi τὸ χαλκεομίτροφος, (ita enim scribendum, non χαλκεομίτροφος) licet Canterus assentiat, penitus rejicio; est enim κακοφωνίας plenum, χαλκεομίτρωρ, pro χαλκεομίτρης. Ast ego quidem non hanc vocem a μίτρη deducendam reor, si modo vere scribitur; sed a μίτος, *filum, licium,* unde et μίτρη ipsum originem habere putatur; hinc Virgil. Æn. Lib. III. v. 467. *Loricam consertam hamis auroque trilicem.* Et Lib. VII. v. 639.—*Clypeumque auroque trilicem Loricam induitur.* Virgilius, Græce si locutus esset, Χρυσεομίτορα Θώρακα diceret. Et nos supra v. 128. *Thoraca ex lino* memoravimus, qualem et ipsi nuper

ʽΕΚ. Τί δ', ἡ τοῦ χαλκεομίτορος Ἕκτορος δάμαρ,
Ἀνδρομάχη τάλαινα, τίν' ἔχει τύχαν;
ΤΑΛ. Καὶ τήνδ' Ἀχιλλέως ἔλαβε παῖς ἐξαίρετον.
ʽΕΚ. Ἐγὼ δὲ τῷ πρόσπολος, ἁ τριτοβάμονος χερὶ
Δευομένα βάκτρου γεραιῷ κάρα;

Hec. Quid vero *facit* illa ære loricati Hectoris conjunx,
Misera Andromache, quam habet fortunam?
Tal. Hanc etiam accepit extra sortem filius Achillis.
Hec. Ego vero, cui ancilla *sum*, quæ stabili
Baculo *in* manu indigeo, senili capite?

273. τίν' ἡ δὲ τοῦ S. 276. ἁ φοιτοβάμονος M.

vidimus, vix ulla ferri acie penetrabilem, apud Aulam vulgo dictam Merton-Hall in Agro Norfolciensi, ubi habitat amici mei carissimi dudum defuncti pater ὁμώνυμος, Robertus Coney, Armiger. Quod si hoc verbum minus arriserit, χαλκεοήτορος, vel χαλκήτορος, legendum suaderem. *Barnes.*

Hucusque pertinet artificiosa illa stropharum comprehensio; in quibus maxime filiarum suarum sortem Hecuba percunctata est. Jam duabus seorsim strophis, quæ invicem sibi respondent, de matribus quærit, Andromacha et semet ipsa.

Τί δῆτα τοῦ] Ita edidi ex conjectura Erfurdtii, Hermanno quoque probante. Vulgo τί δ' ἡ τοῦ. Corruptionem quodammodo arguit ipsum ἡ, quod in hoc versuum genere, sicut est in antistropha, esse deberet ἁ.

Quod quibusdam in mentem venit, χαλκεομίτρορος, monstrum est, omni analogiæ repugnans. Vulgatam tuebitur ἀλέκτωρ Ἀθηνᾶ apud Athen. III. 98. C. Hermannus in nott. MSS.

Nolui scribere ἁ pro ἡ. Initium enim iambicum est, et dubitari adhuc licet, an etiam in tali iambico vulgaris dialectus interdum servanda sit, ut nonnunquam in senariis, qui cum dochmiacis conjunguntur. Cf. carmina Hippol. a v. 811. et Ion. a v. 676. *Seidl.*

Leg. χαλκεομήτορος] *Qui arma ænea cupit et tractat.* μήτωρ in terminationibus vocabb. est idem, atque μήστωρ, quod Hesych. exponit ἔμπειρον. *Reisk.*

Winkelmannus Hist. Art. T. II. p. 48. ostendit fuisse interdum diadema ex ære, cujus rei indicia supersint in monumentis artis. Idem Barnesium reprehendit, quod hujus moris ignarus textum mutare fuerit ausus. At ille tantum repudiavit paullo durius verbum, minus feliciter quam Musgravius. *Prev.*

275. Ἀχιλλέως παῖς] Πύῤῥος, ὁ καὶ Νεοπτόλεμος. *Barnes.*

276. ἁ ποιτοβάμονος] Ita Ed. Ald. MSS. Cott. et Flor. ἁ τριβάμονος. MSS. Steph. (et Harl.) ἀτριτοβάμονος, unde efficiunt ἁ τριτοβάμονος, ut dixerit Euripides, baculum instar tertii pedis esse, plane ut in Anthologia aliquis βάκτρον τρίτατον πόδα dixit. Verum τριβάμων, vel τριτοβάμων, deberet ex analogiæ regulis epitheton esse hominis baculo utentis, non ipsius baculi. Lego, ex Aldinæ vestigiis, ἁ πιστοβάμονος, i. e. *fideliter incedentis.* Non absurde H. Stephanus ἀτρυτοβάμονος, *indefesse incedentis.* Φοιτοβάμονος, quod male hic retinet contextus, nulla MSS. auctoritate nititur. *Musg.*

Ἐγὼ δὲ, τῷ πρόσπολος, ἁ τριτοβάμονος] Ante hanc editionem scriptum erat φοιτοβάμονος, prodigioso verbo, et omnibus Lexicis ignoto; tum nonnulli ποιτοβάμονος, æque monstrose, legebant; ἀποικοβάμονος Brodæus nove satis, licet ingeniose: Henr. Stephanus fatetur, annotari ex veteri codice ἀτριτοβάμονος, quod ille vertebat infeliciter in ἀτρυτοβάμονος, cum tantum esset distinguendum ἁ τριτοβάμονος. Et certe τριτοβάμων est aptissimum τοῦ βάκτρου epithetum, cum baculus sit senibus instar tertii pedis; ut ex Œdipi solutione ænigmatis Sphingis constat: Et Anthol. legimus — Τρίτατον πόδα βάκτρον ἀείρας. Quin Canterus et Josephus Scaliger τριτοβάμονος legunt. *Barnes.*

ΤΑΛ. Ἰθάκης Ὀδυσσεὺς ἔλαχ' ἄναξ δούλην σ' ἔχειν.
ἙΚ. Ἒ ἔ.
Ἄρασσε κρᾶτα κούριμον,
Ἑλκ' ὀνύχεσσι δίπτυχον παρειάν.
Ἰώ μοί μοί.
Μυσαρῷ δολίῳ τε λέλογχα φωτὶ δουλεύειν

Tal. Ulysses Ithacæ rex *te* sortito servam accepit.
Hec. Heu, heu!
Tunde caput rasum.
Lacera unguibus geminam genam.
Heu mihi, mihi:
Abominabili, et doloso sortito cogor viro servire,

278. deest σ' M.

276. s. Heath. disponit ita:

Ἐγὼ δέ τῳ πρόσπολος, periodus catalecta.
Ἃ τριτοβάμονος dactylicus dimeter.
Χερὶ δευομένα βάκτρου, anapæsticus dimeter brachycatalectus.
Beck.

ἃ τριβάμονος] Ita MSS. Cotton. et Flor.—Ed. Ald. ἃ ποιτοβάμονος, quod in plerisque Edd. magis etiam corruptum est in φοιτοβάμονος. MSS. Steph. et Harl. ἀτριτοβάμονος, unde Barnesius fecit ἃ τριτοβάμονος, apte comparans Anthologiæ locum, ubi legitur τρίτατον πόδα βάκτρον ἀείρας. Quem injuria reprehendit Musgravius, τριτοβάμων *ex analogiæ regulis epitheton hominis baculo utentis, non ipsius baculi* esse existimans. Immo contrarium verum est. Quemadmodum τριτοστάτης est, *qui tertio loco stat*, τριταγωνιστὴς, *qui tertio loco certat*, seu *tertias certaminis partes agit*, ita τριτοβάμων erit, *qui tertio loco incedit*, quod minime homini baculum gerenti, optime baculo ipsi convenit, qui cum duobus pedibus tertio loco incedit, seu, ut recte Barnesius explicat, instar tertii pedis est. Verum τριβάμων, *tripliciter* seu *ternis incedens*, magis in hominem cadit quam in baculum. Recepi nihilominus illud, ab optimis Codd. repræsentatum, quod in talibus non nimis poëtæ curiosi sunt. Vid. Lobeckius meus ad Soph. Ajac. v. 7, 8. *Seidl.*

275. Ἐγὼ δέ τῳ πρόσπολος, ἃ ποιτοβάμονος
χερὶ δευομένα βάκτρου
γεραιῷ κάρα.

Pro ἃ ποιτοβάμονος quod in antiquis edd. obtinet, Musgravius optime correxit ἃ πιστοβάμονος. Sequentia defendi posse probe sciens, tamen vel sic legi malim:

ἐγὼ δέ τῳ πρόσπολος—
χερὶ δευομένα βάκτρου
γεραιᾶ, κύρω.

Cui me tandem servam contigisse dicam? Hac ratione simul verba ἐγὼ δέ τῳ πρόσπολος verbo κύρω, tanquam fultura quadam, substruuntur, et v. χερὶ epitheto ornatur aptissimo. κρούετε χέρας γεραιὰς in Suppl. 287. et similiter γεραιὸς πούς in Phœniss. 1555. Æschylus de Lasthene, viridi sene, γέροντα τὸν νοῦν φέρει—χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται. in VII. c. Thebas. v. 624. *Jacobs.*

277. Duo dochmiaci sunt, qui qua lege strophicis suis opponi possint, vid. ad v. 259. *Seidl.*

278. δούλην σ'] Ita MS. Harl. et Tzetzes ad Lycophron. v. 1183. citatus hic a Barnesio. In Ed. Ald. deest σ', quod et hic male omissum est. *Musg.*

Ἰθάκης Ὀδυσσεὺς, &c. δούλην σ' ἔχειν.] Ego τὸ σὲ addidi ex Isaaci Tzetzæ (in Lycophron. p. 178.) Lectione hujus ipsius loci. *Barnes.*

279. Quæ reliqua sunt inde ab hoc versu, finito jam colloquio, separatum ef-

Πολεμίῳ δίκας, παρανόμῳ δάκει,
Ὃ πάντα τἀκεῖθεν ἐνθάδ'
Ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖσε διπτύχῳ γλώσσᾳ
Φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα τιθέμενος πάντων.
Γοᾶσθ', ὦ Τρῳάδες, με.
Βέβακα δύσποτμος, οἴχομαι

Hosti justitiæ, leges contemnenti excetræ,
Qui omnia, quæ illic *sunt*, hic,
Et rursus apposita illic, dupliciter disserit,
Res prius amicas, inimicas reddens omnibus.
O, Troades, lugete me:
Perii infelix: perii

285. Ὃς — τἀκεῖσ'. 287. ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα M. 289. οἴχ. ὦ τάλαινα· δυστυχ. M.

ficiunt systema ex proodo, stropha et antistropha atque epodo constans. *Seidl.*

282. Ἰὼ ἰώ μοι.] Vulgo ἰώ μοί μοι. Duplicavi ἰὼ propter antistropham. *Seidl.*

284. Interpungo post δίκας, ut sit πολεμίῳ δίκας, *Justitiæ hosti.* *Musg.*

Sic et Brodæus, Heath. et Reisk. *Beck.*

παρανόμῳ δάκει,] Δάκος proprie vipera, item alia quævis noxia bestiola. Δάκος et δάκετον, τὸ θηρίον. Ita Cicero in Pisonem: Jamne vides, Bellua? Παρανόμῳ] Δίκης πολεμίῳ. *Brodæus.*

285. Constructionem hujus loci non expedio, nisi αὖθίς τ' legatur pro αὖθις, et post γλώσσᾳ suppleatur στρέφει, quod, vel simile aliquid, excidisse videtur. Pro 'κεῖσ' MS. Flor. κεῖθεν. Quærendum nihilominus, an verbum fuerit γλωσσάω, ut certe est ἐπιγλωσσάω. Vide Hesychium ejusque Interpretes. Tum utique legendum διπτύχως γλωσσᾷ. *Musg.*

Ὃς πάντα, &c.] Vel subaudi ἔστιν, ut sit, ὅς ἐστι πάντα τιθέμενος, &c. Vel lege cum Scaligero ὁ τιθέμενος. *Barnes.*

285. s. Metra ita constituenda:

Ὃς πάντα τἀκεῖσ' ἐνθάδ' ἀντίπαλ', αὖθις, iambicus senarius catalectus.
Ἐκεῖσε, διπτύχῳ γλώσσᾳ glyconius.

Ita autem totum locum verti debere existimo: *Qui omnia, quæ illic sunt* (i. e. apud Græcos) *iis, quæ hic sunt* (i. e. rebus Trojanorum) *ut infensa reputarentur effecit, et rursus iis, qui illic* (i. e. Græcis) *duplici sua lingua res omnium nostrum, quæ prius pacatæ erant, invisas reddit.* Ex accuratiore tamen loci instituta consideratione adducor, ut credam, quædam post αὖθις ἐκεῖσε excidisse, ut interea sententia hujusmodi fuerit: *Qui, ut omnes Græci a Trojanis hostes reputarentur, effecit, et vicissim, ut Trojanis Græci inimici fierent; res omnium, quæ prius pacatæ erant, inimicas, duplici sua lingua, reddens.* *Heath.*

Verbum hic deest, quod abesse non posse, interpretum peritissimus quisque intellexit. Vitium latere in ἐνθάδε metrum ostendit. Hinc existimo, illius vocabuli loco reponendum esse ἔθετ', vitium ortum putans ex usitata illa compositione ἐκεῖθεν ἐνθάδε vel ἐκεῖσ' ἐνθάδε, quæ librariis obversata sit. Propter hanc conjecturam comma, quod antea post ἀντίπαλα erat, post γλώσσᾳ collocavi. Constructio hæc est: ὃς διπτύχῳ γλώσσᾳ πάντα τὰ ἐκεῖσε ἔθετο αὖθις ἐκεῖσε, ἀντίπαλα γενόμενα, sive ὥστε ἀντίπαλα γενέσθαι. Ne quis hæreat in ἔθετο — τιθέμενος, vel unus monet simillimus locus Euripidis, Hec. 649. ss. In Eur. Electr. 207. ναίω — ναίουσα. *Seidl.*

286. διπτύχῳ γλώσσᾳ] Sic Virgil. Æn. Lib. I. v. 665. *Tyriosque bilingues.* *Barnes.*

287. Steph. τὰ φίλα positum existimat pro τὰς φιλίας hoc sensu: τὰς προτέρας φιλίας πάντων τιθέμενος ἀφίλους, ut dicat Hecuba, Ulyssem esse eum, qui nullam

Τάλαιν᾽, ἃ δυστυχεστάτῳ
Προσέπεσον κλήρῳ.
ΧΟ. Τὸ μὲν σὸν οἶσθα, πότνα, τὰς δ᾽ ἐμὰς τύχας
Τίς ἆρ᾽ Ἀχαιῶν, ἢ τίς Ἑλλήνων ἔχει;
ΤΑΛ. Ἴτ᾽· ἐκκομίζειν δεῦρο Κασάνδραν χρεὼν

Misera, quæ in infelicissimam
Incidi sortem.
Cho. Tuum quidem *fatum* scis, veneranda: meas vero sortes
Quisnam Achæorum, aut quis Thessalorum habet?
Tal. Agite: Cassandram deducere huc oportet,

292. πότνια M.

priorum amicitiarum rationem habeat, sed erga eos, qui amici fuerint, tanquam inimicos se gerat.

Reisk. punctum post πάντων delendum, ponendumque post τιθέμενος censet. *Beck.*

Φίλα τὰ πρότερ᾽ ἄφιλα τιθέμενος] Vulgo ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα τιθέμενος. Utraque eandem explicationem admittunt. Alterum dedi versus causa, præsertim quum tam facilis sit ejusmodi corruptio, maxime prægresso ᾳ ante φίλα. Aldus edidit ἃ φίλα τὰ πρότερα φίλα. Versus constat ex duobus dochmiacis, quorum prior syllabam finalem solutam habet. Hæc enim solutio, quam neque animadverterunt critici, neque, ubi forte animadvertissent, tolerandam putaverunt, immo plerumque correxerunt, ingenti locorum vi ex Euripide, Sophocle, Aristophane vindicatur, licet vitasse eam videatur Æschylus. Exemplis tamen hic non possum defungi. Affert autem ista observatio plurimum lucis non modo dochmiacis versibus, quorum valde recondita adhuc et obscura natura est, sed etiam universæ de systematibus metricis doctrinæ.

πάντων] Jure in hoc vocabulo Interpretes hæserunt, quod neque cum antecedentibus, neque, etiamsi per metrum liceret, cum sequentibus necti commode potest. Equidem corruptione duo in unum vocabula confusa esse arbitror, quorum alterum ad prægressa, alterum ad sequentia pertinuerit. Namque et aptior nexus et versus, quem inde nanciscimur, elegantia suadet, ut ultimas vocabuli πάντων literas ad sequentia trahamus scribendo: ὧν γοᾶσθ᾽ ὦ Τρῳάδες, με. Quod superest πάντ, aut fuit πάντως, quod in Codd. scribi solet πάντ cum flexu super littera τ, aut natum est ex πάλιν, quod, monente Porsono in Addend. ad Hec. p. 101. seqq. a librariis παλι exaratum, sæpissime corruptum est cum in alia, tum in πάνυ, id autem vix differt a πάντ᾽. Immo παλι facilius etiam abire poterat in πάντ, quam in πάνυ, si tamen illud lineola superducta scribitur. — Genitivus ὧν in simili causa strophæ initium facit in Soph. Œd. Reg. 179. ὧν πόλις ἀνάριθμος ὄλλυται, item Trachinn. 122. 841. Amat noster non modo pronomen relativum in stropharum exordiis ponere, ut Hippol. 762. Iph. Aul. 218. Troad. 285. Bacch. 89. 985. Heracl. 363. Hel. 1369. sed etiam particulas relativas ἵνα, *ubi*, ὅθεν, ὅτε et similia.

πάνυ et πάντων confusa sunt in Nostri Hec. 825.

Frid. Henr. Bothius conjicit πάντως. *Seidl.*

289. s. Βέβακα δύσποτμος, οἴχομαι· Τάλαιν᾽ ἃ] Vulgo ἃ τάλαιν᾽ ἃ. Musgravius: ἃ τάλαινα· δυστ. Posui colon post οἴχομαι. Ne quis alterum verbum ex glossa additum putet, obstant plurimi loci, ubi ejusdem generis verba cumulantur, ut Orest. 961. βέβακε γὰρ, βέβακεν, οἴχεται. Andromach. 1165. διολώλαμεν, ᾠχόμεθ᾽. Alcest. 404. βέβηκεν, οὐκ ἔτ᾽ ἐστὶν. Soph. Ajac. 896, οἴχωκ᾽, ὄλωλα, διαπεπόρθημαι, etc. *Seidl.*

291. Προσέπεσα] MSS. Cotton. et Flor. προσέπεσον. Nec certum est, Græcos dixisse ἔπεσα, vel προσέπεσα: sed inde formatum πέσεις exstat Alcestid. v. 476. προσπέσεις, Plut. Parall. p. 1732. Ed. H. Steph. *Musg.*

Προσέπεσα] Hic ἔπεσα pro ἔπεσον poni-

Ὅσον τάχιστα, δμῶες, ὡς στρατηλάτῃ
Ἐς χεῖρα δούς νιν, εἶτα τὰς εἰληγμένας
Καὶ τοῖσιν ἄλλοις αἰχμαλωτίδων ἄγω.
Ἔα, τί πεύκης ἔνδον αἴθεται σέλας;
Πιμπρᾶσιν, ἢ τί δρῶσι, Τρῳάδες μυχούς,

Quam celerrime, ministri, ut imperatori
Eam in manus quum tradidero, postea delectas
Captivarum et aliis adducam.
Sed quid ardet intus flamma tædæ?
Incendunt, aut quid agunt, Troades penetralia,

296. εἰλεγμένας M.

tur, vel est aoristi α. ab inusitato πέτω, πέσω, ἔπεσα. Commune verbum est πίπτω, πεσοῦμαι. Fateor, rem hanc leviculam videri, sed tamen præter regulas notas quum sit, non erat, quod illam adeo sicco pede præterirent Brodæus, Canterus, Stephanus, Portus, Duportus, Scaliger, aliique omnes. Memini autem, me Ipig. Aul. v. 594. ἐβλάστηκα et ἐβλαστηκότες eodem modo præter morem dicta esse observasse. *Barnes.*

Προσέπεσον] Prætuli hanc Codd. Cotton. et Flor. lectionem, quod hujus generis strophulæ, ut monitum est, plerumque dochmio pede finiuntur. Ex Aldi tamen lectione προσέπεσα facile legendum conjicias προσέπαισα, quod, ut significantius, Hermanno præplacet. Nam προσέπεσα quidem ferri non potest. In Alcestidis v. 476. quem locum Musgravius laudat, lego:

χθὼν ἐπάνω πέσοι, ὦ γύναι.

plures enim Codices πέσοι offerunt. In antistropha item cum Codd. scribendum est:

συνδυάδος φιλίας ἀλόχου. *Seidl.*

292. τύχας nullum hic sensum habet, legendumque, ni fallor, λάχας. Hesychius: λάχη, λῆξις, ἀποκλήρωσις, exstatque etiamnum vox Æschyl. Sept. c. Theb. v. 920. *Musg.*

Musgravius λάχας. Melior vulgata. Sensus est: *quisnam meam sortem habet*, i. e. *quisnam meæ fortunæ dominus est, a quonam mea fortuna pendet?*

πότνα,] Editiones aliquot recentiores πότνια. Equidem non ausus sum ab Aldi lectione recedere. Hesychius, Suidas, Photius, alii πότνα explicant per δέσποινα. *Seidl.*

293. Distinguit hic Poëta inter Ἀχαιοὺς et Ἕλληνας. Nimirum Ἀχαιοὶ erant, Trojani belli tempore, qui Lacedæmona incolebant, teste Strabone, p. 383. B. Pausania initio Ἀχαϊκῶν: Ἕλληνες vero, qui Thessaliam. Pausan. p. 103. l. 26. Fuit etiam tempus, cum Thessali quoque Achæorum nomen obtinerent, cujus rationem colligere licet ex Pausan. p. 205. l. 33. *Musg.*

Τίς ἄρ' Ἀχαιῶν, ἢ τίς Ἑλλήνων ἔχει;] Vid. Eustathium fol. 321. lin. 6. in hunc Homeri locum Iliad. β'. v. 684. Μυρμιδόνες δ' ἐκαλεῦντο, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἀχαιοί. *Barnes.*

296. δούς νιν,] Pudet referre, quod Duportus in margine suo δῷς adscriptum habet, quum secunda persona verbi nihil hic loci habeat, sed participium sit omnino necesse est, et ad ἄγω referatur. Ὦ δμῶες, χρὴ μὲν ὑμᾶς ἐκκομίζειν δεῦρο τὴν Κασσάνδραν, ἵνα ἐγὼ αὐτὴν τῷ Ἀγαμέμνονι δοὺς εἰς τὴν χεῖρα, εἶτα τὰς ἄλλας τοῖς ἄλλοις ἄγω. Olim erat λέγω, Stephanus ex MSS. ἄγω. Nemo autem vidit, sine γ' inter αἰχμαλωτίδας et ἄγω versum stare non potuisse. *Barnes.*

Legitur εἰλεγμένας. "Malim τὰς εἰληγμένας, *sorte addictas.*" Heath. Bene. Conf. supra v. 31.

καὶ τὰς μὲν Ἀρκὰς, τὰς δὲ Θεσσαλὸς λεὼς εἴληχε. *Seidl.*

297. αἰχμαλωτίδων] Ita recte MS. Flor. Sic Homerus: Ἀδρήστοιο δ' ἔγημε θυγατρῶν. Iliad. ξ'. v. 121. vid. et Med. v. 1115. Iphig. in Taur. v. 1209. Plutar-

Ὡς ἐξάγεσθαι τῆσδε μέλλουσαι χθονὸς
Πρὸς Ἄργος, αὑτῶν τ' ἐκπυροῦσι σώματα,
Θανεῖν θέλουσαι; κάρτα τοι τοὐλεύθερον
Ἐν τοῖς τοιούτοις δυσλόφως φέρει κακά.
Ἄνοιγ', ἄνοιγε, μὴ τὸ ταῖσδε πρόσφορον,
Ἐχθρὸν δ' Ἀχαιοῖς, εἰς ἔμ' αἰτίαν βάλῃ.
ἙΚ. Οὐκ ἔστιν, οὐ πιμπρᾶσιν, ἀλλὰ παῖς ἐμὴ

Ut quæ jam sint educendæ ex *hac* regione,
Ad Argos? cremantque sua corpora,
Volentes mori? admodum sane liber animus
In hujusmodi *casibus* ægre fert mala.
Aperi, aperi: ne quod his *quidem est* commodum,
Græcis vero incommodum, in me culpam transferat.
Hec. Non est *quod putas:* non incendunt: sed filia mea

301. αὐτῶν M.

chus: τῶν ὑπατικῶν Ὀστίλιον ἀπεκρούσατο. Parallel. p. 472. Ed. H. Steph. MSS. Steph. αἰχμαλώτιδας ἄγω, ut legit, interpolato γ' propter metrum, Barnesius. Ed. Ald. αἰχμαλώτιδας λέγω. Ideo melius hic convenit genitivus pluralis, quod Captivarum aliæ ἐξαίρετοι erant, ut Cassandra et Andromache, aliæ κληρωταὶ, ut Hecuba. *Musg.*

298. Ἔα] Προπαρασκεύασμα hoc ad egressum Cassandræ insanientis, et Sybillæ more cum facibus et entheo furore Græcorum mala prænunciantis. *Barnes.*

Refert huc Wesselingius glossam Hes. Αἴθεται· καίεται λαμπρῶς, ita ut verba Εὐριπίδης Τρωάσιν, glossæ præcedenti adscripta, huc velit esse trahenda.

Pro αἴθεται in cod. Flor. esse ἵσταται, testatur Valck. ad Hippol. 909. *Beck.*

301. αὑτῶν] Ita scripsi pro αὐτῶν: putat enim Talthybius, Græcas captivas præ desperatione sua corpora incendio jam dare. *Barnes.*

Reisk. legit πρὸς Ἄργος, αὑτῶν ἐκπυροῦσι, sine τε. *Beck.*

αὑτῶν pro vulgato αὐτῶν debetur Brodæo, quem secutus est Barnesius. — Quod sequitur τ', ejiciendum monuit Reiskius. Non opus. Construe: πιμπρᾶσι μυχοὺς, αὑτῶν τε σώματα ἐκπυροῦσι; *Seidl.*

302. κάρτα τοι] In Canteri, Porti, Paulique Stephani et Hervagii editionibus, ut et apud Scapulam in voce δυσλόφως, vocula τοι desideratur, quam Scaliger supplendam curavit, et recte; ita enim Aldi editio legit. *Barnes.*

303. δυσλόφως] Λόφος collum jumenti, vel dorsum; unde Δύσλοφος epithetum gravis et ponderosi cujuslibet, quod difficulter a jumentis portatur. Τοιούτοις vero priorem syllabam corripit, cujusmodi exempla videsis, Hecub. v. 1098. *Barnes.*

δυσλόφως] Conf. Hesych. V. Δύσλοφον, ibique Intpp. *Seidl.*

307. Hesych. Θοάζει· τρέχει. *Beck.*

308. Ἄνεχε, πάρεχε] Confer Cyclop. p. 203. Aristoph. Vesp. v. 1317. ibique Berglerum.

Ἄνεχε, *desiste.* Philo Judæus: προσέταττεν ἀνέχειν, Deus sc. Abrahamum, p. 254. Ed. Turneb. Idem: τῆς βλασφημίας ἀνέχειν, et mox ἀνέχοντας μὲν ἔργων καὶ τεχνῶν, p. 466. Idem: πρὸς μὲν ἔργα τρεπομένους ἐφ' ἡμέρας ἕξ, ἀνέχοντας δὲ καὶ φιλοσοφοῦντας τῇ ἑβδόμῃ. p. 518. vid. et p. 526. *Musg.*

In præclaro hoc carmine cum Glyconeo dochmiacus numerus dominatur. Haud dissimili modo utrumque conjunctum invenias in carminibus Soph. Ajac. 693. seqq. et Nostri Electr. 143. 709. seqq. Posterioris fabulæ Glyconeum carmen a v. 432. a dochmio hypercatalectico

Μαινὰς θοάζει δεῦρο Κασάνδρα δρόμῳ.
ΚΛ. Ἄνεχε, πάρεχε φῶς φέρε· σέβω, φλέγω *στρ.*
Λαμπάσι τόδ' ἱερόν.
Ὦ Ὑμὴν, Ὑμέναι' ἄναξ,
Ἰδού, ἰδού. μακάριος ὁ γαμέτας
Μακαρία δ' ἐγὼ,
Κατ' Ἄργος ἁ γαμουμένα.

Correpta furore Cassandra huc fertur cursu.
Cas. Retro cede, ad latus vade; lumen fere, quatio, accendo
In tædis hocce sacrum,
O Hymen, Hymenæe rex,
Ecce, ecce! beatus sponsus,
Beata etiam ego
Apud Argivos sponsa.

308. φέρω M. 312. βασιλικοῖς λέκτροις add. M.

videtur exire, ut recte se habeat vulgata lectio:

κλειναὶ νᾶες, αἵ ποτ' ἔμβατε Τροίαν.

et in antistropha:

Νηρῆδες δ' Εὐβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαι.

Conf. de Verss. Dochm. p. 177.

φέρε·] Libri φέρω contra metrum. Illud restitui ex Scholiasta Aristophanis ad Av. 1717. Cf. de Verss. Dochm. p. 53.

φέρε etiam legit Frid. Henr. Bothius. *Seidl.*

Sic distinguendum: ἄνεχε, πάρεχε. φῶς φέρω — *tolle in altum* (*facem* puta, quod vocab. supplendum e proximo φῶς intelligitur) *cedo eam, quo feram, facem*, aut *volo enim ferre facem. Reisk.*

308. σείω, Valer. Flaccus VIII. 278.:

Primus et ecce fero quatioque hanc lampada vestro
Conjugio: primus celebro dotalia sacra.

309. ἱερόν.] Male Interpres *hoc sacellum.* Constat enim, Cassandram in eo laborare, ut verarum nuptiarum imaginem quoquomodo effingat. Quamobrem, cum nuptiarum ritus in templis non celebrati sint, sequitur, et hic quoque templorum mentionem alienam esse. Pro adjectivo igitur accipi. et ad πῦρ referri debet ἱερόν. *Sanctum hoc lumen in tædis fero, quasso, accendo.* Lego utique σείω pro σέβω.

— — φῶς
φέρω, σείω, φλέγω
λαμπάσι τόδ' ἱερόν. *Musg.*

Heath. ad τόδ' ἱερὸν repetit φῶς. *Beck.*

τόδ' ἱερόν.] Videtur sibi insaniens Cassandra, ut antea solita fuerat, in Apollinis templo versari, quo ipso sacro loco, ipsoque deo chorum ducente, nuptias suas cupit celebrari. Cf. v. 329. Nimis hoc loco argutatur Musgravius. *Seidl.*

310. Ὦ Ὑμὴν, Ὑμέναι' ἄναξ,] Ita optime MS. Flor. nec aliter formulam effert Catullus in Carmine Nuptiali. Ed. Ald. ὑμὴν omittit. *Musg.*

311. Ἰδοὺ, ἰδού.] Mirum, ni scripserit auctor ἰοὺ, ἰοὺ, quæ nonnunquam exsultantium vox est, ut Cyclop. v. 464. *Musg.*

Vid. de Verss. Dochm. p. 159. Possint tamen metra etiam sic explicari:

⏑́⏑ | ⏑́⏑
⏑⏑́⏑— ⏑⏑́⏑ | ⏑—⏑—

ut dochmio subjunctus sit diiambus. Similiter fit in Med. 1252.

Ὑμὴν, ὦ Ὑμέναι' ἄναξ.
Ἐπεὶ σὺ, μᾶτερ, ἐπὶ δάκρυσι καὶ
Γόοισι τὸν θανόντα πατέρα πατρίδα τε
Φίλαν καταστένουσ' ἔχεις,
Ἐγὼ τόδ' ἐπὶ γάμοις ἐμοῖς
Ἀναφλέγω πυρὸς φῶς

O Hymen, Hymenæe rex.
Tu utique mater lachrymis, et
Lamentationibus mortuum patrem, et patriam
Charam deploras,
Ego vero propter meas nuptias
Accendo ignis flammam,

314. om. ω M. Ὑμὴν, ὦ Ὑμέναις S. 318. Ἐγὼ δ' ἐπὶ M. S. Post ἐγὼ δ' lacunæ signum S.

ἔβλαστεν θεῶν δ' — αἵματι πιτνεῖν.

antistropha v. 1263.

χόλος προσπιτνεῖ — καὶ δυσμενής.

Cf. de Verss. Dochm. p. 291. coll. 162. *Seidl.*

312. μακαρία δ' ἐγὼ
βασιλικοῖς λέκτροις
κατ' Ἄργος ἁ γαμουμένα.

Medius horum versiculorum MS. Flor. debetur, in Ed. Ald. et reliquis MSS. desideratus. *Musg.*

Ἁ γαμουμένα] Mirum est, in cæteris editionibus ἐγαμουμένα scriptum, nec Cantero, nec Scaligero, (deus bone, quanti homines!) observatum; nisi quod hic τὸ ἐ delebat, ut et Duportus; qui alias ἐγαμούμαν legendum voluit. Aldi editio recte habet, ut Æmilius Portus conjectabat, et nos restituendum curavimus. *Barnes.*

Quia in ed. Brub. est ἐγαμουμένα, Reisk. incidit in suspicionem, scribendum esse ἐκγαμουμένα. *Beck.*

Post hunc versum MS. Flor. Musgravio teste, inserit:

βασιλικοῖς λέκτροις,

quæ ex v. 262.

οὐ γὰρ μέγ' αὐτῇ, βασιλικῶν λέκτρων τυχεῖν;

huc aliquis videtur adscripsisse. Etiam infra v. 356. recurrit:

καὶ χαῖρε τοῖς ἐμοῖσι βασιλικοῖς γάμοις.

Antistropha certe, nisi liberius librorum lectionem mutare velis, verba ista jubet repudiari. *Seidl.*

314. Post Ὑμὴν adjeci ὦ. *Seidl.*

315. Ἐπεὶ σὺ,] Huic loco, ubi nullus ratiocinii nexus, vix convenire videtur conjunctio ἐπεί. Legendum forte: ἤπου σὺ, μᾶτερ. *Musg.*

Ἐπεὶ σύ, &c.] An fortasse hoc vult: quoniam tu, mater, patris semper, patriæque calamitatem luges, immemor eorum, quæ matrem facere decet in filiæ nuptiis, at ipsa saltem gaudio exultabo, quatiamque facem, cet.

Etiam de explicatione versuum 315. sqq. mecum consentit. Frid. Henr. Bothius. *Seidl.*

317. καταστένουσ' ἔχεις,] Καταστένεις. Notus hic Græcismus, (inquit Portus) qui Tragicis familiarissimus. *Barnes.*

318. Ἐγὼ δ' * * ἐπὶ γάμοις ἐμοῖς] Desiderantur hic duæ syllabæ. Proximis litteris repetitis lego: ἐγὼ δέ γ' ὧδ'. Hermannus præfert ἐγὼ δέ γ' ἅδ'. *Seidl.*

Ἐγὼ δ'] Ἐγὼ δὲ, ἐγὼ δὴ, ἐγὼ ἤδη. *Portus.*

320. Εἰς αὐγὰν, εἰς αἴγλαν,] Interpretor: *in ipso lucis diurnæ fulgore.* Plerumque enim sub vesperam ad tædarum lumen deducebatur nova nupta. *Musg.*

εἰς αὐγὰν, εἰς αἴγλαν,] Minime interpretandum cum Musgravio. Dicit hoc: incendo facem ad summum splendorem

Ἐς αὐγὰν, ἐς αἴγλαν,
Ὑμὴν, ὦ Ὑμέναιε, σοί.
[Παρθένων ἐπὶ λέκτροις.]
Δίδου δ', ὦ Ἑκάτα, φάος,
Παρθένων ἐπὶ λέκτροις
Ἃι νόμος ἔχει.

Inter lucem, inter fulgorem,
O Hymenæe: cui
Tu tibi propter virginum nuptias,
O Hecuba, lumen præferens,
Propter nuptias virginum,
Sicut consuetudo fert,

320. Εἰς—εἰς M. 321. ὦ Ὑμέναιέ, σοι M. 322. sine uncis M. om. S. 323. Διδοῦσ' ὦ M.

i. e. ut quam maximum splendorem spargat. *Seidl.*

321. Conturbat hunc locum duplex vocativus, duplexque in eodem commate, ut videtur, apostrophe. An legendum:

ὦ Ὑμέναι', ᾧ σὺ παρθένων ἐπὶ λέκτροις
διδοῦσ', ὦ Ἑκάβα, φάος.

Cui (Hymenæo) *dans lucem.* Sic νόμον τὸν ἐμὸν θεοῖσιν ἀποδοῦναι, Helen. v. 871. confer etiam Callimachi Fragm. apud Suidam voce Ἐλελεῦ. Sunt, quibus satis videatur interpungere plena distinctione post σοὶ: probaremque, nisi sequentis periodi initium nimis abruptum evaderet. *Musg.*

ὦ Ὑμέναιε, σοὶ, &c.] Canterus legit καὶ, quem Duportus sequitur: Scaliger autem, ut mihi videtur, melius omne tulit punctum recte pungendo, quomodo nos hic facimus. Vel etiam σοι potest ad Ὑμέναιε referri, Ὦ Ἑκάτα autem intra parenthesin poni. Prophetissa autem Hecatam, infernam deam, post Hymenæum nominat, ob infaustas nuptias, quas vidit se jam cum Agamemnone facturam. De Hymenæo vid. infra v. 781. *Barnes.*

Eum versum in duo dividi jubet Heath.

Ὦ Ὑμέναιε, σοὶ, penthemimeris trochaica.
Παρθένων ἐπὶ λέκτροις periodus catalecta. *Beck.*

323. ὦ Ἑκάτα,] Legendum ὦ Ἑκάβα. Sequitur enim ᾇ νόμος ἔχει. Atqui Hecate in sacris nuptialibus nullas partes habuit. Multa contra officia erant, quæ ad matrem et quidem sponsæ pertinebant. vide Iphig. in Aul. v. 732. et seq. Mecum quoque facit Tyrwhittus.

φάος,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. φάους. *Musg.*

Prev. cum optimis criticis scribi vult Ἑκάβη pro Ἑκάτα. *Beck.*

Δίδου δ', ὦ Ἑκάτα,] Libri διδοῦσ', ὦ Ἑκάτα. Speciosam Musgravii conjecturam ὦ Ἑκάβα, quam Tyrwhitto quoque approbaverat, erat, quum ego quoque veram putarem, maxime ob similes locos Phœniss. v. 354. et Iph. Aul. v. 732. Sed jam aliter statuo. Primum enim alibi quoque Ἑκάτη a nostro vocatur φωσφόρος, ut Hel. 569. et Fragm. Inc. CXXVI.; deinde, si comparaveris, quæ infra v. 447. Cassandra dicit:

στεῖχ', ὅπως τάχιστ' ἐς Ἅιδου νυμφίῳ γημώμεθα.

nostro loco inferorum numinis mentio non inepta videbitur. Mortis enim imminentis cogitatio Cassandræ semper obversabatur. Hinc διδοῦσ' malui mutare in δίδου δ'. Sensus est: *Tu vero, O Hecate, ad quam potissimum nuptiæ meæ spectant, matris mihi vicem suscipe, lumenque præbe prouti mos est in virginum nuptiis.* —Hecubæ a Cassandra non traditam facem esse, ostendit etiam infra v. 350.

παράδος ἐμοὶ φῶς· οὐ γὰρ ὀρθὰ πυρφορεῖς.

Seidl.

Πάλλε πόδ' αἰθέριον· ἄναγε χορὸν, εὐᾶν, [εὐοῖ] ἀντ.
Ὡς ἐπὶ πατρὸς ἐμοῦ
Μακαριωτάταισι τύχαις.
Ὁ χορὸς ὅσιος· ἄγε σὺ, Φοῖβέ, νιν·
Κατὰ σὸν ἐν δάφναις
Ἀνάκτορον θυηπολῶ,

Sublimem agita pedem. Duc chorum, Euan, euœ;
Tanquam inter patris mei
Felicissimam fortunam.
Sacer est chorus: duc tu illum, O Phœbe:
In tuo lauris-cincto
Templo sacra facio,

328. *μακαριωτάταις* M. 329. *νῦν* M.

324. Heath. disponit hoc modo:

Παρθένων ἐπὶ λέκτροις
Ἃι νόμος ἔχει basis vel iambica, vel trochaica.
Beck.

Hic versiculus male in libris repetitur post σοι, v. 321. *Seidl.*

325. Ἃι] Ἃι, ᾗ, καθάπερ, ὥσπερ. *Portus.*

326. Legitur εὐᾶν, εὐοῖ,] Ejeci εὐοῖ appositum, ut videtur, ad alterum. Vid. tamen de Verss. Dochm. p. 195. εὐοῖ, Frid. Henr. Bothius. *Seidl.*

328. Μακαριωτάταισι] Vulgo μακαριωτάταις. Feci versum Glyconeum, quem strophica formula in hoc carmine ubique refert. Ceterum, quod Musgravii causa moneo, verborum ordo in illa formula, qua etiam Aristophanes, Plautus, Catullus, aliique poëtæ usi sunt, non idem ubique servatur. *Seidl.*

329. Ὁ χορὸς ὅσιος·] Vertendum: *Sanctus est Chorus hic noster.* nisi malis legere ὅσιον, quod hujusmodi sensum dat: *Sancta res*, vel *sanctum quiddam, est Chorus.*

Sequentia sic vertunt: *age, tu Phœbe, nunc in laureto, in tuo templo sacra facio.* Ubi primum vitium est, nullam rationem apparere, cur se in templo Apollinis versari, et sacris operari dicat: nihil enim hoc ad nuptias Agamemnonis, quarum imaginem quoquomodo effingere cupiebat. Deinde, ἄγε, hortatorium, comitem adsciscere solet verbum, et modi quidem imperativi. Postremo θυηπολεῖν, quod est *sacrificiis operam dare*, et a vaticinatione et a δᾳδουχίᾳ valde diversum est. Ineptum igitur, Cassandram dicere, se nunc cum maxime θυηπολεῖν. Legendum, ni fallor:

— ἄγε σὺ, Φοῖβε, νιν
κατὰ σὸν ἐν δάφναις
ἀνάκτορον θυηπόλῳ.

Tu eum, Phœbe, in laurigero tuo templo celebra in sacerdotis tuæ honorem. Solenne erat veteribus, absentium amicorum nuptias choreis, honoris causa, celebrare. Hinc Demades ad filium: ἐμοῦ τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος, οὐδ' ὁ γείτων ᾔσθετο, τοῖς δὲ σοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσται συγχορηγοῦσιν. apud Plutarchum in Phocione, p. 1386. Ed. H. Steph. Pariterque Clytæmnestra absentis filiæ nuptias celebrasse dicitur, Iph. in Taur. v. 365. confer Helen. v. 1430. Hanc consuetudinem respiciens Cassandra Apollinem admonet, ut ipse etiam in adyto suo laurigero choreas in sui honorem ducat. Proprium utique Apollini choros ducere, ut testatur Aristoph. Av. v. 218. Non potuit autem clarius significare Cassandra, quantum his nuptiis delectetur, quamque magnifice de iis sentiat, quam testando, dignas sibi videri, quas Apollo etiam in templo et inter laurus choreis celebraret. confer Theocrit. Idyll. VII. v. 100. ἄγειν χορόν τινι, *in alicujus honorem choreas agere*, multis exemplis defenditur. Sic Plato de legibus: αὐτῷ χορεύουσιν. p. 795. C. Ed. Ficin. Apollon. Rhod. Lib. I. v. 536.

Ὑμὴν, ω Ὑμέναι', Ὑμήν.
Χόρευε, μᾶτερ, ἄναγε πόδα σόν,
Ἕλισσε τᾷδ' ἐκεῖσε μετ' ἐμέθεν ποδῶν
Φέρουσα φιλτάταν βάσιν.
Βοάσατε τὸν Ὑμέναιον, ὦ,
Μακαρίαις ἀοιδαῖς

Hymen, O Hymenæe, Hymen.
Tripudia mater, tripudia: attolle lætum strepitum.
Flecte huc *et* illuc mecum pedum
Ferens charissimum gressum.
Bene clamate Hymenæum, O
Beatam prædicate carminibus,

332. Ὑμήν, ὦ Ὑμήν, Ὑμήν M. 333. χόρευ' ἄναγε M. om. S. 334. τάδ' M. 336. βοάσατ' εὖ τὸν Ὑμ.

οἱ δ' ὡς ἠΐθεοι Φοίβῳ χορὸν ἐστήσαντο.

Nonnus p. 340. Ed. Falkenburg.:

Καὶ Σταφύλῳ μετὰ πότμον, ἅτε ζώοντι χορεύσω—
Σοὶ, Στάφυλε, ζώοντι καὶ οὐ πνείοντι χορεύσω.

De Laureto juxta templum Apollinis, quod Trojæ erat, vid. citata ad Androm. 296. *Musg.*

Heath. χορὸν putat esse *choream*. *Beck.*

νῦν, quod Aldus et libri habent, Musgravium secutus mutavi in νιν, et versu sequente auctore eodem Musgravio scripsi θυηπόλῳ pro vulgato θυηπολῶ. *Seidl.*

In lauretis Apollinis latuerat Orestes, ut in Androm. Act. V. Sc. II. et in Ione etiam dicitur. *Prev.*

330. ἐν δάφναις] Daphne Lyciæ regio, ubi Apollinis templum: de Lycia Apollini sacra vid. quæ nos ad Alcest. v. 114. De Daphne, Stephanus περὶ πόλεων—ἔστι καὶ ἄλλη Δάφνη, Λυκίας Χωρίον. Et Hesychius Apollinis Δαφνίτου meminit. Sin aliquis respicere poëtam velit ad laureta densa, circa Apollinis templum plantata, nihil repugno; quamvis, ut verum fatear, hæc ipsa syntaxis paulo inusitatior suspicionem mihi injecit, ut proprium aliquod nomen lateret. *Barnes.*

ἐν δάφναις potest vel ad ipsam Cassandram referri, vel ad Apollinis templum, et tunc verti debet: *Lauretis circumdatum*, non in Daphnis, Lyciæ regione; nunquam enim traditur, Cassandram in Lyciam migrasse, ut in Apollinis templo ministerium obiret. *Heath.*

332. Legitur Ὑμὴν, ὦ Ὑμὴν, Ὑμήν. *Seidl.*

333. ἄναγε πόδα σὸν,] MSS. Cotton. et Flor. ἀναγέλασον, unde facias non inepte ἄναγε κέλαδον. Sic ἀνάγετε κωκυτὸν, Phœn. v. 1369. ἄναγε πολύδακρυν ἀηδόνα (Bene sic Soping.) Electr. v. 126. *Musg.*

Ita dividit Heath.:

Χόρευε, μᾶτερ, χόρευε, periodus.
Ἄναγε πόδα σὸν basis trochaica.

Beck.

Libri: χόρευε, μᾶτερ, χόρευ'. Alterum χόρευ' metri causa delevi. Fortasse tamen aliquis strophicum versum menda laborare crediderit.

Pro ἄναγε πόδα σὸν, MSS. Cotton. et Flor. ἀναγέλασον, corrupte, opinor. Vix enim matrem decebat, risum tollere. Atque illud alterum satis est exquisitum.

Jam minus damnandam puto lectionem duorum Musgravii librorum, ἀναγέλασον, quam si probaveris, lege:

χόρευε, μᾶτερ,
χόρευ' ἀναγέλασον.

et in stropha:

ἐπεὶ σὺ, μᾶτερ,
ἐπεὶ σὺ δάκρυσι καί.

coll. Suppl. 729.

ἐγὼ δ' ἀνηλάλαξα, κἀνωρχησάμην.

Seidl.

334. Ἕλισσε τᾷδ' ἐκεῖσε] Canterus infeliciter hoc in loco legebat ἕλισσ' ἐνθάδ', &c. Scaliger longe felicius τᾷδ', ut sit-

Ἰακχαῖς τε νύμφαν.
Ἴτ', ὦ καλλίπεπλοι Φρυγῶν
Κόραι, μέλπετ' ἐμὸν γάμον
Τὸν πεπρωμένον εὐνᾷ
Πόσιν ἐμέθεν.

ΧΟ. Βασίλεια, βακχεύουσαν οὐ λήψει κόρην,
Μὴ κοῦφον αἴρῃ βῆμ' ἐς Ἀργείων στρατόν;
ἙΚ. Ἥφαιστε, δᾳδουχεῖς μὲν ἐν γάμοις βροτῶν,
Ἀτὰρ λυγράν γε τήνδ' ἀναιθύσσεις φλόγα,
Ἔξω τε μεγάλων ἐλπίδων. οἴμοι, τέκνον.
Ὡς οὐχ ὑπ' αἰχμῆς σ', οὐδ' ὑπ' Ἀργείου δορὸς,
Γάμους γαμεῖσθαι τούσδ' ἐδόξαζον ποτέ.

Clamoribusque sponsam.
Ite, O pulchris peplis ornatæ Phrygum
Virgines, canite meas nuptias,
Et maritum cubili meo
Fataliter destinatum.

Cho. O regina, non retinebis puellam bacchantem,
Ne tollat levem gressum in Argivorum exercitum?
Hec. O Vulcane, facem quidem fers in nuptiis mortalium:
Sed funestam hanc concutis facem ardentem,
Et præter magnam spem: heu mihi filia,
Ut nunquam sub armis te, neque sub hasta Argiva
Putavi celebraturam esse nuptias istas.

338. Ἰαχαῖς M. 346. πικράν. 348. deest σ' M.

Ἕλισσε μετ' ἐμοῦ φέρουσα τῇδε κἀκεῖσε ποδῶν βάσιν. Olim τάδ' erat, non parva versus (iambus enim est) jactura. Est autem per leviculam accentus et subscripti puncti notationem lectio certa et vera restituta. *Barnes.*

336. Constructio non recte hic procedit. Deest enim verbum, a quo pendeat vox νύμφαν. Lego igitur:

βοάσατ' εὖ τὸν Ὑμέναιον, ὦ,
μακαρίσατ' ἀοιδαῖς
ἰαχαῖς τε νύμφαν.

Musg.

338. Vulgo ἰαχαῖς. Vid. de Verss. Dochm. p. 263. coll. 371. 378. Loci constructionem non intellexit Musgravius. Construe: βοάσατε τὸν Ὑμέναιον νύμφαν, i. e. ὑμνήσατε νύμφαν. Vid. Pors. ad Eur. Phœniss. 300. coll. de Verss. Dochm. p. 287. et supra ad v. 123. *Seidl.*

341. Legendum, copula adjecta: τὸν πεπρωμένον τ' εὐνᾷ. Nisi malis πετρωμένον. Confer Hippol. 394. *Musg.*

343. οὐ σχήσεις emendat Reisk. *Beck.* λήψει] Vulgo λήψῃ. *Seidl.*

346. πικράν γε] MS. Flor. λυγράν γε. *Musg.*

MS. Flor. λυγρὰν pro πικράν. Electio difficilis est. *Seidl.*

348. Laborat constructio, quam una literula adjecta in integrum restituet:

ὡς οὐχ ὑπ' αἰχμῆς Σ', οὐδ' ὑπ' —

Musg.

Inserui σ' post αἰχμῆς, Musgravio præeunte. *Seidl.*

Παράδος ἐμοὶ φῶς· οὐ γὰρ ὀρθὰ πυρφορεῖς
Μαινὰς θοάζουσ᾽, οὐδὲ σαὶ τύχαι, τέκνον,
Σεσωφρονήκασ᾽, ἀλλ᾽ ἔτ᾽ ἐν ταυτῷ μένεις.
Ἐσφέρετε πεύκας, δάκρυά τ᾽ ἀνταλλάσσετε
Τοῖς τῆσδε μέλεσι, Τρῳάδες, γαμηλίοις.
ΚΑ. Μῆτερ, πύκαζε κρᾶτ᾽ ἐμὸν νικηφόρον,
Καὶ χαῖρε τοῖς ἐμοῖσι βασιλικοῖς γάμοις,
Καὶ πέμπε, κἂν μὴ τἀμά σοι πρόθυμά γ᾽ ᾖ,
Ὤθει βιαίως· εἰ γάρ ἐστι Λοξίας,
Ἑλένης γαμεῖ με δυστυχέστερον γάμον
Ὁ τῶν Ἀχαιῶν κλεινὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ.
Κτενῶ γὰρ αὐτὸν, κἀντιπορθήσω δόμους,

Da mihi facem, non enim recte fers ignem
Insana currens; nondum te, O filia, tristes casus
Reddiderunt modestiorem, sed in eodem *statu* manes?
Intro ferte faces, et lachrymas mutate,
Trojanæ, hujus carminibus nuptialibus.
Cas. Mater, orna meum caput victoriosum,
Et gratulare meis regiis nuptiis,
Et deduc quoque; et nisi alacriter obsequar,
Trude *me* violenter: si enim est Apollo,
Infeliciore conjugio, quam Helenæ erat, me ducit uxorem
Agamemnon ille inclytus Græcorum rex.
Interficiam enim ipsum, et vicissim vastabo domum *ejus*,

351. οὐδέ σ᾽ αἱ τ. M. 352. Σεσωφρονίκασιν M. 355. Μᾶτερ M.

352. Σεσωφρονίκασιν,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἐσωφρονήκασιν. *Musg.*

Editur vulgo sic:

οὐδέ σ᾽ αἱ τύχαι, τέκνον,
σεσωφρονίκασιν, ἀλλ᾽ ἔτ᾽ ἐν ταυτῷ μένεις.

Pro σεσωφρονίκασιν Aldus et Brubachius offerunt ἐσωφρονήκασιν. Unde Heathius emendaverat:

οὐδὲ σαῖς τύχαις, τέκνον,
ἐσωφρόνηκας.

Sed verbum plurale, in quo libri nihil variant, expellere religioni fuit. Quam nos adhibuimus medelam, facillima est. Σαὶ τύχαι idem est ac σὴ νόσος, σὴ μανία. Pluralem τύχαι etiam infra v. 1194. poëta προσωποποιεῖ:

αἱ τύχαι,
ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος, ἄλλοτ᾽ ἄλλοσε
πηδῶσι.

et Alexis apud Stobæum Floril. Tit. CVII. p. 444.

οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ἔχουσιν αἱ τύχαι φρένας.

Seidl.

Secundam sedem occupat anapæstus. Ex lect. ed. Ald. in proclivi est emendare: οὐδὲ σαῖς τύχαις, τέκνον, Ἐσωφρόνηκας, ἀλλ᾽ ἐν ταὐτῷ μένεις. *Heath.*

353. Aldus εἰσφέρεται. *Seidl.*

355. Male vulgo μᾶτερ. *Seidl.*

357. Delevi τε post πέμπε, omissum in Florentino. *Musg.*

Ποινὰς ἀδελφῶν καὶ πατρὸς λαβοῦσ᾽ ἐμοῦ·
Ἀλλ᾽ αὔτ᾽ ἐάσω· πέλεκυν οὐχ ὑμνήσομεν,
Ὃς ἐς τράχηλον τὸν ἐμὸν εἶσι χἀτέρων,
Μητροκτόνους τ᾽ ἀγῶνας, οὓς οἱ ᾽μοὶ γάμοι
Θήσουσιν, οἴκων τ᾽ Ἀτρέως ἀνάστασιν·
Πόλιν δὲ δείξω τήνδε μακαριωτέραν,
Ἢ τοὺς Ἀχαιοὺς, — ἔνθεος μὲν, ἀλλ᾽ ὅμως
Τοσόνδε γ᾽ ἔξω στήσομαι βακχευμάτων —
Οἳ διὰ μίαν γυναῖκα καὶ μίαν Κύπριν,

Sumens pœnam pro interfectis fratribus et patre meo.
Sed hæc omittam: non commemorabo securim,
Quæ in meum collum ibit, et aliorum:
Nec parricidialia certamina, quæ ex meis nuptiis
Orientur, et familiæ Atrei eversionem.
Et hanc civitatem ostendam feliciorem,
Quam Græcos, numine quidem afflata, sed tamen
Tantisper a furore desistam,
Qui propter unam mulierem et unum concubitum

363. Ἀλλά τ᾽ ἐάσω M. ὑμνήσομαι M. 367. Πόλιν τε M.

Reisk. scribit πρόσθυμα, *ad votum animi tui.* *Beck.*

358. εἰ γὰρ] Ita Tyrwhittus, præeunte tamen Reiskio, quorum emendationem confirmant MSS. Harl. Flor. et Exc. cujusdam MS. in margine Aldinæ apud me. Ed. Ald. οὐ γὰρ. *Musg.*

εἰ γὰρ] Verte: *si qua enim Phœbo est fides.* *Heath.*

359. δυστυχέστερον] MS. Flor. δυσχερέστερον. *Musg.*

Vulgatum præfert Valck. ad Phœniss. p. 139. *Beck.*

363. Ἄλλα τ᾽ ἐάσω·] Locum manifeste corruptum emendat Canterus legendo τὰ δ᾽ ἄλλ᾽ ἐάσω, non male, modo minus a recepta lectione recederet. Barnesio placet: ἀλλὰ τάδ᾽ ἐάσω. Mihi non deterius videtur: ἀλλ᾽ αὔτ᾽ ἐάσω. vid. Ion. v. 1009. et v. 1546.

ὑμνήσομαι] MSS. Cott. et Flor. ὑμνήσομεν. *Musg.*

Ἀλλὰ τάδε] Ita lego, sensu et versus ratione postulante; cum olim scriptum erat Ἄλλα τ᾽ ἐάσω, cum trochæo in primo loco; quod nullo modo admittendum est. Licet etiam legas: Τὰ δ᾽ ἄλλ᾽ ἐάσω. Sed prius mihi præplacet. Sin hoc magis arriserit, exponas, *Cætera vero omittam.* Nota figura.

Οὐχ ὑμνήσομαι] Scaliger οὐ μεμνήσομαι. *Barnes.*

Reisk. emendat: ἄλλ᾽ ἅττ᾽ ἐάσω, *nonnulla alia omittam,* τὸν πέλεκυν δ᾽ ὑμνήσομαι, *at canam illam securim.* *Beck.*

Librorum lectionem ἄλλά τ᾽ ἐάσω bene sic, ut edidimus, emendavit Musgravius, qui citat Nostri Ion. 1009. et 1546. Adde infr. 1161. et Electr. 373.

Prætuli futurum activi ὑμνήσομεν oblatum a Codd. Cotton. et Flor. nostroque alibi etiam usurpatum, ut paulo post, v. 387. Editiones ὑμνήσομαι. *Seidl.*

364. εἶσι] Ita Aldus. Irrepserat in editiones ἐμόν εἰσι, quod e conjectura emendabat Æmil. Portus, Aldi editione non inspecta. *Seidl.*

εἶσι] *Iturus est.* Cassandra enim eodem in convivio cum Agamemnone Clytæmnestræ jussu occisa est. Χ᾽ ἀτέρων] Agamemnonem innuit. *Brodæus.*

365. Μητροκτόνους τ᾽ ἀγῶνας,] Orestis matricidium. *Barnes.*

367. Legitur πόλιν τε δείξω.] Sed ne-

Θηρῶντες Ἑλένην μυρίους ἀπώλεσαν.
Ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ σοφὸς ἐχθίστων ὕπερ
Τὰ φίλτατ' ὤλεσ', ἡδονὰς τὰς οἴκοθεν
Τέκνων ἀδελφῷ δοὺς γυναικὸς οὕνεκα,
Καὶ ταῦθ' ἑκούσης κοὐ βίᾳ λελησμένης.
Ἐπεὶ δ' ἐπ' ἀκτὰς ἤλυθον Σκαμανδρίους,
Ἔθνησκον, οὐ γῆς ὅρι' ἀποστερούμενοι,
Οὐδ' ὑψιπύργου πατρίδος· οὓς δ' Ἄρης ἕλοι,
Οὐ παῖδας εἶδον, οὐ δάμαρτος ἐν χεροῖν

Helenæ quærentes, innumeros perdiderunt.
Ipse vero sapiens ille imperator pro inimicissimis
Perdidit charissima, domesticas voluptates
Suorum liberorum dans *suo* fratri propter mulierem,
Idque *propter* eam, quæ volens, non autem per vim est rapta,
Et postquam venerunt ad littus Scamandrium,
Perierunt non terræ finibus privati,
Aut altiturri patria: Quos vero Mars peremit,
Non viderunt liberos, neque conjugis manibus

379. παῖδες S.

cessaria est particula adversativa. Sententiarum nexus hic est: *Futura Achivorum mala canere omittam, sed ostendam adeo, vel ad hunc diem hostium nostrorum conditionem nostra multo fuisse miseriorem.* *Seidl.*

368. s. Horum versuum integritas MSS. Steph. debetur. Mutilos sic dederat Aldina:

ἢ τοὺς Ἀχαιούς· στήσομαι βακχευμάτων.

Musg.

370. Κύπριν,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. et MS. Harl. πόλιν. In proximo legerim Ἑλένης, ut constructio sit: Θηρῶντες μίαν Κύπριν Ἑλένης, *venantes unum Helenæ concubitum.* Κύπρις, *concubitus,* Hec. v. 813. Andromach. v. 179. et v. 239. *Musg.*

Lectio quorumdam librorum, καὶ μίαν πόλιν, minime contemnenda videtur. Suspicor, Euripidem scripsisse:

οἳ διὰ μίαν Κύπριν τε καὶ μίαν πόλιν.

Πόλιν intelligo Lacedæmona. Oppian. Halieut. IV. 235.

οὐ γάρ τοι μία Κύπρις ἐφήνδανεν, οὐδὲ μί' εὐνή.

Scholiastes ibi: Κύπρις, γυνή. Hermannus. Nititur Hermannus maxime eo, quod lectio πόλιν unde venerit, vix dixeris. Sed hoc aliquatenus explicabitur infra in nota ad v. 465. Ceterum illa, quæ in Oppiani loco est, duplicatio, οὐ μία Κύπρις — οὐδὲ μί' εὐνή, nostræ quoque lectioni quodammodo favet. *Seidl.*

377. οὐ γῆς ὅρι' ἀποστερούμενοι, &c.] Hoc in loco, ut Joh. Brodæus observat, Euripides in Lacedæmonios invehitur, qui, postquam Athenas in suam potestatem redegissent, plurimos cives Atticos neci dederunt; qui et satius sibi duxerunt, in patria et pro patria mori, sicut Athenienses fecerunt a Lysandro obsessi; quam extorres per alias urbes vagari. *Barnes.*

ἀποστερούμενοι,] Stiblinus in margine annotavit ἀποστηρουμένοι, fortasse ex Codice, quod ducit ad ἀπεστερημένοι, ut est in Heracl. v. 51. *Seidl.*

Forte, οὐ γῆν δορὶ ἀποστεροόμενοι. aut alias v. seq. legendum esset οὐδ' ὑψιπύργους πατρίδας. *Reisk.*

Miro anachronismo Barn. dicit, Euri-

Πέπλοις συνεστάλησαν, ἐν ξένῃ δὲ γῇ
Κεῖνται. τὰ δ' οἴκοι τοῖσδ' ὅμοι' ἐγίγνετο·
Χῆραί τ' ἔθνησκον, οἱ δ' ἄπαιδες ἐν δόμοις,
Ἄλλοις τέκν' ἐκθρέψαντες· οὐδὲ πρὸς τάφους

Vestibus involuti sunt, sed in peregrina terra
Jacent. Porro res domesticæ his similes sunt:
Nam viduæ moriebantur, alii vero orbi in ædibus manebant,
Frustra educantes liberos; neque ad sepulchrum

383. τάφοις.

pidem invehi h. l. in crudelitatem Lacedæmoniorum, quam, Athenis captis, exercuerint, quum aliquot annis ante mortuus sit poëta. *Heath.*

379. παῖδας] Ita recte MS. Flor. *non viderunt liberos*, i. e. antequam animam efflarent. Ed. Ald. παῖδες. *Musg.*

παῖδες] Ita Aldina. Musgravius ex Cod. Flor. edidit παῖδας explicans: *non viderunt liberos*, i. e. *antequam animam efflarent.* Sed vel ob proximam sententiam Aldi lectio potior videri debet, ubi de mortuis sermo est, non de moriundis. Sensus est: *Liberi non aderant, qui patres, Marte absumtos, deflerent.* Conf. infra v. 484. et 738. *Seidl.*

381. ἐγίγνετο·] Ita Musgravius. Vulgo ἐγίνετο. *Seidl.*

382. Cassandra matrem consolatura, Trojanorum fortunam, quamvis eorum patria eversa et diruta sit, multum tamen Græcorum fortunæ præstare, contendit, quandoquidem isti, plurimis gravissimisque laboribus exhaustis, quæ hominibus carissima esse solerent, perdidissent, et plurimam partem in peregrina terra neque suorum lacrimis neque exequiarum honore ornati, occubuissent; Trojani autem in patria terra, in suorum amplexu animam reddidissent.

— οἵδ' ἄπαιδες ἐν δόμοις
ἄλλως τέκν' ἐκθρέψαντες· οὐδὲ πρὸς τάφοις
ἔσθ' ὅστις αὐτῶν αἷμα γῇ δωρήσεται
ἮΙ ΤΟΥ͂Δ' ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον.

ultimum versum mendosum esse acute vidit Musgravius. Parum tamen, pro meo quidem sensu, Euripideum, quod restitui voluit: ἦ τοῦ τ' ἐπαίνου του στράτευμ' ε. h. ἐπαίνου τινος. Quid? si legamus

ΕἾΤ' ΟΥ͂Ν ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον.

Quæ cum ita se habeant, hanc Græcorum expeditionem laude et invidia dignam esse putemus? Vim, quæ h. l. particulæ εἶτα tribuenda est, optime explicuit Hoogeveen de Part. Gr. c. XVII. sect. II. p. 275. seqq. *Jacobs.*

383. Ἄλλοις] Legendum cum Tyrwhitto ἄλλως, *frustra.* Eos enim hic respicit, quorum liberos bellum sustulerat. Alioqui recte se haberet vulgata: vid. v. 488. *Musg.*

Ἄλλοις] Satis probabiliter Tyrwhittus emendat ἄλλως, quam emendationem non multum abfuit, quin reciperem. Vulgatum tamen ἄλλοις defendi potest, si de illis intelligas, in quorum gratiam ad bellicam expeditionem erant profecti. Conf. etiam v. 487. cujus tamen paulo diversa ratio est. *Seidl.*

384. Construe ἐν τάφοις αὐτῶν. Pæne inversa ratione Sophocles Ajac. 1062.

ὧν οὕνεκ' αὐτὸν οὔ τις ἔστ' ἀνὴρ σθένων
τοσοῦτον ὥστε σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ.

ubi αὐτὸν et σῶμα per appositionem jungenda sunt, pro αὐτοῦ σῶμα. Hac occasione notare licet typothetæ errorem in priori Brunckiana editione, in qua legitur στένων pro σθένων, ne ulterius ille propagetur.—Ceterum cum nostro loco conf. Eurip. Electr. 90. seqq.

νυκτὸς δὲ τῆσδε πρὸς τάφον μολὼν πατρὸς
δάκρυά τ' ἔδωκα, καὶ κόμης ἀπηρξάμην,
πυρᾷ τ' ἀπέσφαξ' αἷμα μηλείου φόνου.

Seidl.

385. Versus mendosus, quem sic forte restituas:

Ἔσθ' ὅστις αὐτοῖς αἷμα γῇ δωρήσεται.
Ἦ τοῦδ' ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον.
Σιγᾷν ἄμεινον τᾀσχρὰ, μηδὲ Μοῦσά μοι
Γένοιτ' ἀοιδὸς, ἥτις ὑμνήσει κακά.

Ipsorum est quisquam qui sanguinem terræ donet.
An laudem hæc expeditio meretur?
Tacere melius *est* turpia: neque vel Musa mihi
Cantet, quæ laudet turpia.

384. αὐτῶν.

ἦ τοῦτ' ἐπαίνου του στράτευμ' ἐπάξιον;

num hæc expeditio quantulacunque laude digna est? Musg.

Reisk. emendat ἦπου δ' (i. e. δὴ) ἐπαίνου. *Beck.*

Putant, in vocabulo ἔπαινος inesse ironiam. Sed, quæ hactenus Cassandra commemoravit, neque in laudem neque in vituperationem Græcorum dicta sunt, sed demonstrare conatur Cassandra, infeliciores Græcos fuisse Trojanis. Nullus igitur hic esse videtur ironiæ locus. Quamobrem rectius fortasse legitur, quod ex parte Musgravius conjecit:

ἦ τοῦτ' ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον;

sive:

ἦ τοῦδέ γ' αἴνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον.

nisi ἔπαινος pariter atque αἶνος *sermonem* et *prædicationem* simpliciter significare potest. In proximis præ fervore et indignatione Cassandra copulam omittit, quæ necessaria videri potest post σιγᾷν. — Contra hæc Hermannus ita ad me perscripsit: "Versus 385. non propter ἐπαίνου offensionem habet: nam infelices esse Græcos ita ostenderat, ut simul turpitudinem belli notaret: quare hanc orationem recte potest per ironiam ἔπαινον vocare: eodemque modo mox Trojanos feliciores esse docet, simul eos laudans: omninoque de discrimine agi turpis et honesti belli, ex v. 402. sq. qui totius orationis summam comprehendunt, apertum est: vide etiam v. 420. Illud vero displicet, quod hæc, ἦ τοῦδ' ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον, sic sunt dicta, ut si non demonstratio, sed aut gravis quædam increpatio, aut acerba irrisio præcessisset. Quorum quum neutrum factum sit, non solum hic versus, sed etiam, quæ nimis abrupte subjiciuntur, σιγᾷν ἄμεινον τᾀσχρά, majorem, quam pro hujus loci conditione, animi motum prodere videntur. Adnotatam reperi in adversariis meis emendationem olim a me factam, quæ omnes videtur dubitationes removere: εἰ τοῦδ' ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον, σιγᾷν ἄμεινον τᾀσχρά, i. e. quum hac prædicatione exercitus dignus sit, tacere ea præstat, quorum nihil est honestum." Ceterum hunc et sequentem versum Grotius in Excerpta sua retulit, p. 297. *Seidl.*

386. Σιγᾷν ἄμεινον ταἰσχρά,] Nolo dicere aliquid de adulteriis Clytæmnestræ, Agamemnonis uxore, quæ rem habuit cum Ægistho, et Ægialæ Diomedis, cujus adulter erat Stheneli filius, Cyllabarus, ut Servius: Talia enim dicere nefas erat virginitatis studiosæ fœminæ. Et hinc poëta castus arripit occasionem res castas Poëtis canendas commendandi: Μηδὲ Μοῦσά μοι Γένοιτ' ἀοιδὸς, ἥτις ὑμνήσει κακά. Quanquam in hac deploranda humani generis fæce nemo ingenio præstare existimatur, qui res turpissimas et spurcissimas non aperte protulerit. *Barnes.*

τᾀσχρά,] Hes. αἰσχρά· μυσαρά, κακά. Εὐριπίδης Τρῳάσιν. Kusterus refert ad v. 1167. *Beck.*

Aldus et antiquissimæ editiones hic atque in Hippolyti, v. 505. legunt τάσχρὰ, quod utrobique mutatum est in ταἰσχρά. Immo mutandum fuit in τᾀσχρὰ ex lege analogiæ. Articulus enim, quod satis notum est, numquam eliditur, sed cum proxima aut vocali aut diphthongo facit crasin. Primam enim habent longam τᾄδικα, τἀκριβῆ, τᾆμα et similia. Eadem lex obtinet in θὤπλα pro τὰ ὅπλα, τὤρνεα pro τὰ ὄρνεα. vid. Brunck. ad Comici Lysistrat. 277. coll. ad Av. 105. et 449.

Τρῶες δὲ πρῶτον μὲν, τὸ κάλλιστον κλέος,
Ὑπὲρ πάτρας ἔθνησκον· οὓς δ' ἕλοι δόρυ,
Νεκροί γ' ἐς οἴκους φερόμενοι φίλων ὕπο,
Ἐν γῇ πατρῴᾳ περιβολὰς εἶχον χθονὸς,
Χερσὶν περισταλέντες, ὧν ἐχρῆν ὕπο.
Ὅσοι δὲ μὴ θάνοιεν ἐν μάχῃ Φρυγῶν,
Ἀεὶ κατ' ἦμαρ σὺν δάμαρτι καὶ τέκνοις

Trojani vero, primum quidem, quæ pulcherrima laus est,
Mortui sunt pro patria: quos vero bellum sustulit,
Mortui domum ab amicis portati,
In patria sepulchrum adepti sunt,
Manibus cooperti ab iis, a quibus oportuit.
Qui autem Phryges non mortui sunt in pugna,
Illi semper cum conjuge ac liberis

Ubi articulo subjiciuntur diphthongi οι et αι, prior diphthongi littera cum articulo coalescit, et iota, quod necessario ob præcedentem longam etiam in pronuntiatione obscurari debuit, subscribitur. Accurate de hac re præcipit Etymologus M. p. 822. 53. ᾡπόλος ἀπὸ τοῦ ὁ αἰπόλος γίνεται κατὰ κρᾶσιν τοῦ ō καὶ ᾱ εἰς τὸ ω̄, καὶ συναιρέσει πάλιν τοῦ ō (lege ω̄) καὶ ῑ εἰς τὴν ω̄ δίφθογγον, ᾡπόλος (l. ᾧπόλος), ἀντὶ τοῦ ὁ αἰπόλος. Τὸ δὲ ᾡπόλοι (l. ᾧπόλοι) ἀπὸ τοῦ οἱ αἰπόλοι, κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ῑ τοῦ οἱ ἄρθρου, καὶ κράσει καὶ συναιρέσει. Eodem pertinent ᾧνος pro ὁ οἶνος, ᾡνοχόος pro ὁ οἰνοχόος, τῳκίδιον pro τὸ οἰκίδιον. Quod litteram subscriptam attinet, conferantur etiam κᾆτα pro καὶ εἶτα, κᾦνον pro καὶ οἶνον, κῳκίαν pro καὶ οἰκίαν, ἐγῷμαι pro ἐγὼ οἶμαι, et quæ reliqua sunt hujus generis. Ad quam similitudinem etiam in Eurip. Suppl. 777. scribendum est κᾀσχύνην. Nam Marklandi κᾀισχύνην analogiæ repugnat. Atque ut in his ob antecedentem contractionem iota obscuratur, ita in χὤδωνις pro καὶ ὁ Ἄδωνις alterum alpha vi sua privatur. Nemo, opinor, provocabit ad tales crases, quas Etymologus dicit, ὑγεία pro ὑγίεια, ταμεῖον pro ταμιεῖον, Ἀπολλωνεία pro Ἀπολλωνίεια, in quibus, ut ille vere observat, pag. 475. 8. coll. 468. 1. diphthongus prævalet. Postremo ne quis putet iota in τᾀσχρὰ per ecthlipsin plane ejiciendum esse, ut, Etymologo teste, p. 412. 57. coll. 337. 4. et 431. 14. fit in τὠμῷ pro τῷ ἐμῷ, τὴμῇ pro τῇ ἐμῇ, ἐμωκυμόρῳ pro ἐμῷ ὠκυμόρῳ Iliad. σ'· 458. ubi v. Schol. Ven.) monendum est, ipsum Etymologum hanc ecthlipsin admittere nonnisi τοῦ ῑ μέσου ὄντος. Conf. Grammaticus in Excerptt. e Cod. Paris. post Gregor. Corinth. Schæf. p. 679. XIV. Atque ex hac quidem regula necessario scribendum est χὠ, non χῷ, et ὥνδρες, non ᾧνδρες. Spiritus lenis in ᾧνδρες sive ἅνδρες, ᾧνος, &c. non est residuus ille ex ἄνδρες et οἶνος, ut quidam opinantur, sed indicium est craseos, siquidem vera docet Etym. M. p. 763. 9. ἰστέον, ὅτι ἡνίκα γίνεται κρᾶσις ἐν ἁρμογῇ δύο λέξεων, τίθεται κορωνὶς, οἷον τὸ ἐμὸν, τοὐμόν· τὰ ἐμὰ, τἀμά· προέστη, προὔστη· πρόοπτον, προὖπτον, et quæ sequuntur. Vid. etiam Lexicon περὶ πνευμάτων in fine. Lenis enim spiritus in talibus ab aspero depellitur, ut ex Apollonii præcepto Etymologus tradit, p. 641. 40. οὑμὸς — ὅτι Ἀπολλώνιος φησὶν ἐν τοῖς πνεύμασι τὴν δασεῖαν ἐπικρατεῖν, ὁ ἐμὸς, οὑμὸς, ἃ ἔπαθον, ἅπαθον. Καὶ ὅτι φησὶ τὸ ὡπόλος (scr. ᾡπόλος) δασυνόμενον καὶ ψιλούμενον συναλήλιπται. Ceterum quod scriptum hic vides οὑμὸς et ἅπαθον, craseos signo omisso, id perspicuitatis causa fortasse Etymologus fecit, quippe qui de spiritibus hic agat, non de crasi. Quamquam nolo affirmare, constanter ubique veteres Grammaticos illam craseos notam apposuisse. conf. quæ paulo ante ex Etymol. p. 822. attulimus. Variant ea in re libri MSS. et antiquissimæ editiones. Neque major hodie inter viros doctos scripturæ constantia est. Alii scribunt ὤλλοι, ᾡπόλος, alii ὦλλοι, ᾧπόλος. Etiam in θοἰμάτιον craseos nota negligitur. Scri-

Ὤικουν, Ἀχαιοῖς ὧν ἀπῆσαν ἡδοναί.
Τὰ δ᾽ Ἕκτορός σοι λύπρ᾽, ἄκουσον, ὡς ἔχει·
Δόξας ἀνὴρ ἄριστος, οἴχεται θανών.
Καὶ τοῦτ᾽ Ἀχαιῶν ἷξις ἐξεργάζεται.
Εἰ δ᾽ ἦσαν οἴκοι, χρηστὸς ἔλαθεν ἂν γεγώς.
Πάρις δ᾽ ἔγημε τὴν Διός, γήμας δὲ μή,
Σιγώμενον τὸ κῆδος εἶχ᾽ ἂν ἐν δόμοις.

Habitaverunt, quæ voluptas aberat Græcis.
Hectoris vero tibi acerba *fata*, audi ut se habeant.
Habitus vir fortissimus, obiit mortem.
Et hoc Argivorum adventus ad *Ilium* effecit.
Si enim *Græci* mansissent domi, virtus *Hectoris* lateret.
Paris porro duxit Jovis filiam Helenam; ducens vero, non
Obscuram affinitatem in ædibus habuit.

399. χρ. ὢν ἐλάνθανεν. 401. εἶχεν.

bunt porro plerique χὠ, χἠ, χὤπως, sed contrario modo θοὔρμαῖον, θοὐκατεῖον. Multi utramque rationem conjungunt scribentes χὤ᾽δωνις, χἀ᾽νήρ, &c. Brunckius tamen ad Arist. Lysistr. l. c. de contracto θὤπλα (ita enim plerumque exaratur) sic judicat: *quum aspiratio transierit in litteram θ, necesse non est, ut spiritus asper adpingatur: scribo itaque θὤπλα, quod in aliis similibus observatum.* Sed scribit tamen ille χῴ, χῴπως et similia. Unus Wolfius nuper contra communem usum scribere cœpit χὠ, χἠ, &c. Verum in apostropho quidem ea lex non obtinet; constanter enim scribimus νύχθ᾽ ὅλην. Immo antiqui Grammatici quum in medio vocabulo litteram ρ cum tenui littera conjunctam spiritu leni notarent scribentes Ἀτῤεὺς καπῤὸς, asperum spiritum ponebant, littera aspera prægressa, veluti θῥόνος, χῥόνος. Vid. Villoison. Anecdot. II. pag. 121. Scripsisse igitur etiam putandi sunt θῥέψω, θῥίξομαι, licet in his littera θ jam spiritum contineat. Hinc minime inepta mihi videtur eorum ratio, qui, utroque et spiritu et contractionis signo conjuncto, scribunt χὤ᾽, χὤ᾽πως, θὤ᾽πλα, θοὔ᾽ρμαῖον, &c. Minorem totus hic locus difficultatem habiturus fuisset, si grammaticis placuisset proprium quoddam a spirituque leni diversum craseos signum, introducere. *Seidl.*

394. δάμαρτι] Legendum videtur Δάμαρσι. Sed quia singulæ uxores singulis erant, plures autem liberi, potest et in singulari legi; ut etiam supra v. 379. Οὐ δάμαρτος ἐν χεροῖν πέπλοις συνεστάλησαν. *Barnes.*

395. ἀπῆσαν] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ὑπῆσαν. *Musg.*

ἀπῆσαν] Ita MSS. Stephani et Brubach. ut conjecerat Brodæus. Aldus corrupte ὑπῆσαν. *Seidl.*

398. Ἀχαιῶν ἷξις] Ἄφιξις. *Barnes.*

ἷξις] Olim lectum fuit ἧξις. Gloss. MS. Sangerm. Ἧξις — ἀντὶ τοῦ ἄφιξις. Εὐριπίδης Τρωάσιν. Utra lectio ab Eur. profecta sit, non ausim definire. Pierson. Veris. p. 118.

Toup. P. II. p. 32. Emendd. in Suid. hinc emendat: καὶ τοῦτ᾽ Ἀχαιῶν ἡ ἷξις ἐξεργάζεται. *Musg.*

ἷξις] Aldus ἵξις. Sed derivandum est vocabulum ab ἵκειν, ἷξαι, non ab ἱκέσθαι. Conf. Schæf. ad Gregor. Cor. p. 554. Toupius (Emendd. in Suid. p. 176.) nodum facile solvi posse putans, rescribi jubet ἡ ἷξις. Sed vellem novam hanc contractionem exemplis confirmasset. *Seidl.*

399. Εἰ δ᾽ ἦσαν οἴκοι, χρηστὸς ὢν ἐλάνθανεν] Huc pertinet illud Ovid. Trist. Lib. IV. Eleg. 3. *Hectora quis nosset, felix si Troja fuisset? Publica virtutis per mala facta via est.* *Barnes.*

Schæferus in Melet. Crit. p. 56. cor-

Φεύγειν μὲν οὖν χρὴ πόλεμον, ὅστις εὖ φρονεῖ·
Εἰ δ' ἐς τόδ' ἔλθοι, στέφανος οὐκ αἰσχρὸς πόλει,
Καλῶς ὀλέσθαι, μὴ καλῶς δὲ, δυσκλεές.
Ὧν οὕνεκ' οὐ χρὴ, μῆτερ, οἰκτείρειν σε γῆν,
Ἢ τἀμὰ λέκτρα· τοὺς γὰρ ἐχθίστους ἐμοὶ
Καὶ σοὶ γάμοισι τοῖς ἐμοῖς διαφθερῶ.
ΧΟ. Ὡς ἡδέως κακοῖσιν οἰκείοις γελᾷς,
Μέλπεις θ', ἃ μέλπουσ' οὐ σαφῆ δείξεις ἴσως.
ΤΑΛ. Εἰ μή σ' Ἀπόλλων ἐξεβάκχευσεν φρένας,
Οὔκουν ἀμισθὶ τοὺς ἐμοὺς στρατηλάτας
Τοιαῖσδε φήμαις ἐξέπεμπες ἂν χθονός.
Ἀτὰρ τὰ σεμνὰ καὶ δοκήμασιν σοφὰ
Οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρα.

Fugiendum itaque bellum est ei, qui sapit:
Si vero ad hoc venerit, gloria non turpis civitati,
Fortiter perire: non fortiter vero, turpe *est*.
Itaque non convenit te, mater, lamentari patriam,
Aut meas nuptias: inimicissimos enim mihi,
Et tibi, his meis nuptiis perdam.
Cho. Quam suaviter rides in malis domesticis,
Et canis, quæ cantans non vera *esse* forte demonstrabis.
Tal. Nisi Apollo te fecisset amentem,
Non impune meos duces
Hujusmodi ominibus ex hac terra mitteres.
Sed præstantes, et *hominum* opinione sapientes res,
Nihili sunt potiores illis, quæ nihil sunt.

rigit ἐλάνθαν' ἂν, et paulo post, v. 401. εἶχ' ἄν. Sed in nupera Euripidis editione recte antiquam lectionem utrobique retinuit. *Seidl.*

400. Interpungendum post δὲ, ut μὴ cum σιγώμενον cohæreat. *Habuit in ædibus connubium non incelebre.* MS. Flor. pro κῆδος εἶχεν habet κῦδος εἶδεν. *Musg.*

410. Male vulgo ἐξεβάκχευσε. *Seidl.*

412. Φήμαις] Δυσφημίαις. *Barnes.*

413. Ἀτὰρ τὰ σεμνά] Minus accurate Brodæus interpretatur τὰ σεμνὰ ῥήματα, οἱ σεμνοὶ λόγοι: debebat potius οἱ σεμνοὶ et οἱ δοκήμασιν σοφοί, ut dicimus τὰ φίλτατα pro οἱ φίλτατοι et similia. Intelligit Talthybius Agamemnonem. Grotius vertit l. l.

Speciosa famam quæ gerunt sapientiæ,
Intus nihil plerumque plus nihilo valent.
Seidl.

413. s. Hæc ad Agamemnonem, Cassandræ amore captum, referenda. *Heath.*

414. τῶν τὸ μηδὲν] Subaudi ὄντων. *Barnes.*

416. s. ἔρωτα — ὑπέστη·] Sic ὑποστῆναι βέλος, Herc. Fur. v. 1342. *Musg.*

417. εἴμ' ἐγὼ,] Ita scribo, acuto in primam retracto, quia ultima eliditur: Nec tamen circumflecti debet: ejusdem enim est generis cum hisce, φήμ' ἐγὼ et δεῖν' ἄττα. Vid. Phavorinum in φήμ' ἐγὼ, pro φημὶ ἐγώ. *Barnes.*

423. Λαρτίου] Pro Λαερτίου, a Λαέρτιος, idem, quod Λαέρτης, ut Sophocl. Ajax,

῾Ο γὰρ μέγιστος τῶν Πανελλήνων ἄναξ,
᾿Ατρέως φίλος παῖς, τῆσδ᾿ ἔρωτ᾿ ἐξαίρετον
Μαινάδος ὑπέστη· καὶ πένης μὲν εἴμ᾿ ἐγὼ,
᾿Ατὰρ λέχος γε τῆσδ᾿ ἂν οὐκ ἐκτησάμην.
Καὶ σοὶ μὲν, — οὐ γὰρ ἀρτίας ἔχεις φρένας, —
᾿Αργεῖ᾿ ὀνείδη καὶ Φρυγῶν ἐπαινέσεις
᾿Ανέμοις φέρεσθαι παραδίδωμ᾿. ἕπου δέ μοι
Πρὸς ναῦς, καλὸν νύμφευμα τῷ στρατηλάτῃ.
Σὺ δ᾿, ἡνίκ᾿ ἄν σε Λαρτίου χρῄζῃ τόκος
῎Αγειν, ἕπεσθαι· σώφρονος δ᾿ ἔσει λάτρις
Γυναικὸς, ὥς φασ᾿ οἱ μολόντες ῎Ιλιον.
ΚΑ. ῏Η δεινὸς ὁ λάτρις. τί ποτ᾿ ἔχουσι τοὔνομα
Κήρυκες; ἓν ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς,

Nam supremus ille totius exercitus Græci dux,
Atrei filius charus, hujus amorem præ aliis electum
Mænadis sustinet: et pauper quidem sum ego,
Sed tamen connubium hujus habere nollem.
Et tu quidem, non enim sanam habes mentem,
Argivorum convitia, et Phrygum laudes
Ventis ferenda concedo. Sequere vero me
Ad naves, pulchra sponsa duci *nostro*.
Tu vero, O Hecuba, quando Laërtis filius te voluerit
Abducere, sequere. Castæ enim eris ancilla
Mulieris, ut dicunt qui venerunt *ad* Ilium.
Cas. An ergo maledicus est hic servulus? cur vero nomen habent
Præcones? unum commune odium hominibus,

423. χρήζοι M. 427. κήρ. ἕν; ἀπ. M. Κήρυκες, ἓν ἀπ. et sq. vs. ὑπηρέται; S.

Mastig. v. 1. ᾿Αεὶ μὲν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε. Hujus rei testem adduco Eustath. in Iliad. fol. 13. lin. 35. Διφορεῖται γὰρ τοῦτο· καὶ οὐ μόνον Λαέρτης λέγεται, ἀλλὰ καὶ Λαέρτιος, ὡς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς. *Barnes.*

Vulgo χρήζοι. Χρήζῃ rescripsit Schæferus. *Seidl.*

424. ἕπεσθαι·] Ita MSS. Steph. estque infinitivus pro imperativo, ut apud Hesiodum passim. Ed. Ald. et MSS. Harl. φέρεσθαι. *Musg.*

Vulgo legitur ἕσῃ. *Seidl.*

426. ῏Η δεινὸς] Lego: ῏Η δεννὸς ὁ λάτρις; *An ergo maledicus est servulus?* Nisi malis sine interrogatione: *Scilicet maledicus est servulus.* Hesychius: Δεννὸν, κακολόγον. Inde verbum δεννάζω. Talthybium porro per contemtum λάτριν vocat Cassandra, indignaturque, id genus hominum magis honorifico nomine κήρυκας vocari. Neque tamen contumeliæ multum habet vox λάτρις, contra, quam suspicatur Brodæus, cum sic appelletur etiam Mercurius, Ion. v. 4. *Musg.*

῏Η δεινὸς ὁ λάτρις,] Talthybius ea in voce Hecubam tetigerat; quare Cassandra eadem in illum retorquet. Alii putant,

Οἱ περὶ τυράννους καὶ πόλεις ὑπηρέται.
Σὺ τὴν ἐμὴν φὴς μητέρ' εἰς Ὀδυσσέως
Ἥξειν μέλαθρα; ποῦ δ' Ἀπόλλωνος λόγοι,
Οἵ φασιν αὐτὴν, εἰς ἔμ' ἡρμηνευμένοι,
Αὐτοῦ θανεῖσθαι; τἄλλα δ' οὐκ ὀνειδιῶ.
Δύστηνος, οὐκ οἶδ', οἷά νιν μένει παθεῖν,
Ὡς χρυσὸς αὐτῷ τἀμὰ καὶ Φρυγῶν κακὰ

Qui apud principes, et respublicas ministri sunt,
Tune ais meam matrem in Ulyssis
Venturam ædes? Ubi vero *tum* Apollinis oracula,
Quæ mihi enunciata dicunt ipsam
Hic morituram esse? Cætera vero non exprobrabo.
Infelix iste *Ulysses* nescit qualia eum maneant ferenda mala:
Nempe aurum ipsi mea et Phrygum mala

vatem Ironice de matre loqui, utpote quæ ministra futura erat nullius pretii ob senii infirmitates. Nec ipse articulus ὁ huic sententiæ contrarius est: nomen enim masculinum generale utrique tribuitur sexui. De qua re vid. quæ nos infra ad v. 476. Sed versio nostra priori favet causæ. *Barnes.*

Interpungunt:

τί ποτ' ἔχουσι τοὔνομα
κήρυκες ἕν; ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς,
οἱ περὶ τυράννους καὶ πόλεις ὑπηρέται.

quæ vix quisquam probabiliter explicaverit. Secundum nostram interpunctionem sensus est: *Unde tandem præcones, regum illi civitatumque ministri, qui communi omnibus odio sunt, honorificum illud nomen gerunt?* Hugo Grotius, interrogandi signo ante ἓν posito, vertit:

Accensis quod est
cognomen, unum quadrat, odium publicum,
seu civitati sive regi inserviunt.

Seidl.

427. Post ἓν signum interrogationis delendum. Sensus: *itane vero habent præcones ubique terrarum hoc unum nomen, ut appellentur odium generis humani?* *Reisk.*

431. ἡρμηνευμένοι,] Male Interpres: *explicata.* Vertendum simpliciter: *edita.* Confer Phœn. v. 480. *Musg.*

432. τἄλλα δ' οὐκ ὀνειδιῶ.] Tacite respicit ad matris Hecubæ in canem mutationem. Vid. quæ nos ad Hecub. v. 1238. *Barnes.*

τἄλλα] Aldus τἆλλα. *Seidl.*

434. χρυσὸς] Imitatur Plutarchus Vit. p. 438. Ed. H. Steph. χρυσὸν ἔδειξαν τὰς συμφοράς. *Musg.*

435. δέκα γὰρ ἀντλήσας ἔτη, etc.] Hic enumerat decennales Ulyssei errores, qui in Homeri Odyssea singulatim describuntur. *Barnes.*

437. πέτρας,] Ita MSS. Steph. et Harl. Ed. Ald. πέρας. Tyrwhitto placet παρὰ, ut στενὸς δίαυλος sit *locus, in quo Cyclops spatiari solebat.* Mihi versus duplici mendo laborare videtur. Lego:

Οἶδ', ἣ στενὸν δίαυλον ᾤκισται πόρον.

Οἶδε, *novit,* i. e. testis erit, *illa quæ, angustum et reciprocans fretum incolit, sæva Charybdis.* ᾤκισται πόρον, ut πύργον οἰκιούμεθα, Heraclid. 46. δίαυλος, quod in Lexicis substantivum est, adjectivum esse ostendit δίαυλος ἕλιξ δρόμος apud Nonnum, p. 207. Ed. Falk. *Musg.*

Οὗ δὴ στενὸν δίαυλον ᾤκισται τέρας] Olim legebatur in codice Aldi πέρας, unde post πέτρας ortum erat. Sed ego Joh. Brodæi conjecturæ in hac parte magis faveo, qui castigat Τέρας. Euripides enim vocat angustum πόρον, sive transitum, hunc, ubi tam mire reciprocantur fluctus, στενὸν δίαυλον, post quem πέτρας vix commode, ut mihi videtur, sequi potest, τέρας autem optime cum Charybdi copulatur. Forte

Δόξει ποτ' εἶναι. δέκα γὰρ ἀντλήσας ἔτη
Πρὸς τοῖσιν ἐνθάδ', ἵξεται μόνος πάτραν,
Οὗ δὴ στενὸν δίαυλον ᾤκισται πέτρας
Δεινὴ Χάρυβδις, ὠμοβρώς τ' ὀρειβάτης
Κύκλωψ, Λιγυστίς θ' ἡ συῶν μορφώτρια
Κίρκη, θαλάσσης θ' ἁλμυρᾶς ναυάγια,
Λωτοῦ τ' ἔρωτες, ἡλίου θ' ἁγναὶ βόες,

Videbuntur olim esse: decem enim laborans annos
Præter istos, quos hic egit, redibit solus *in* patriam:
Novit quæ angustum fretum æstu reciproco jactatum incolit
Sæva Charybdis, et crudivorus monticola
Cyclops, et Ligustica formatrix-porcorum
Circe: et salsi naufragia maris,
Et loti amores, Solisque sacræ boves;

440. δ' ἁλμυρὰ δ' M.

etiam ex præcedenti πάτραν illud πέτρας ob affinitatem soni et literarum evasit. Nam, testante Henr. Stephano, in Vet. Codice πέτρας legitur. Ὤικισται] Hic Active sumitur. Vid. Schol. Hecub. v. 2. *Barnes.*

Manifestum, quædam ante hunc v. excidisse; nam constructio e vulgatis extricari nequit. Veteribus etiam libris, qui πέτρας exhibent, adhærescendum, ut στενὸς δίαυλος πέτρας sit, *angusta freti prope scopulum reciprocatio.* Sub scopulo enim sitam fuisse Charybdis voraginem, testatur Hom. Od. μ'. 101. 241. *Beck.*

Nulla hic est lacuna, modo ne post πάτραν plene interpungatur. Ordo est: ἵξεται πάτραν δέκα ἀντλήσας ἔτη, οὗ δὴ, etc. Supra v. 370. simili ratione majori etiam intervallo relativum οἷ disjunctum vidimus a substantivo suo Ἀχαιοὺς, v. 368. *Seidl.*

438. ὠμοβρώς τ' ὀρειβάτης] Ita optime Reiskius ex conjectura. Ed. Ald. ὠμοβροστορειβάτης, nec dissentit MS. Harl. MSS. Steph. ὠμοβόρος τ' ὀρειβάτης, sed præstat altera forma ὠμοβρὼς, ut σιδηροβρὼς, Sophoc. Ajac. v. 836. Commemoratur etiam alia lectio in MSS. Steph. et Harl. sc. ὠμοφρὼν τ' ἐπιστάτης. *Musg.*

438. s. ὠμόβρος τ' ὀρειβάτης Κύκλωψ] Polyphemus notatur, de quo Hom. Odyss. ι'. Ὠμόβρος autem ponitur pro ὠμοβόρος legitur et ὠμοβρὼς in activa significatione, et ita legit Scaliger, ut ἀνδροβρὼς, *Hominum vorator,* et παιδοβρὼς epithetum Saturni apud Lycophron. Et sane Dinnerus ὠμοβρωσκορειβάτης: Aldus habet ὠμοβροστορειβάτης; quod verbum si recte separetur, in veram lectionem evadet, ὠμόβρος τ' ὀρειβάτης. Ex veteribus exemplaribus duæ lectiones pro hac annotantur, (testante Henrico Stephano) nempe ὠμοβόρος τ' ὀρειβάτης, et tum anapæstus erit in quarta sede, (cujus rei exempla non desunt) et alia aliquanto diversior, *videl.* ὠμόφρων τ' ἐπιστάτης, crudelis dominus. *Barnes.*

Piers. Veris. p. 66. lectionem Stephani præfert, τ', deleto. *Beck.*

439. μορφώτρια] Ita MS. Steph. Ed. Ald. μορφάτρια. *Musg.*

Λίγυστίς θ' ἡ συῶν μορφώτρια] Alii quidem exponunt λίγυστις, quasi a λιγὺς, cantatrix, incantatrix, eodem modo, quo Homerus Odyss. κ'. αὐδήεσσαν emphatice vocabat, et illius meminit — ἀειδούσης ἐπὶ καλῇ. Nonnulli Λιγυστὶς, a Λίγυς, Ligur, quasi Ligustica esset Circe; certe in Italia illam habitasse et Ausonia, memorat Apollodorus in Bibliotheca, aliique; hinc Λιγυστίδες νῆσοι τρεῖς, καλούμεναι Στοιχάδες, διὰ τῷ στοίχῳ τετάχθαι· αἵτινες οἰκοῦνται ὑπὸ τῶν Λιγύων. Phavorinus. Duportus legi posse ait λύγιστίς θ', quod fieret a λυ-

Αἳ σάρκα φωνήεσσαν ἥσουσιν ποτὲ,
Πικρὰν Ὀδυσσεῖ γῆρυν. ὡς δὲ συντεμῶ,
Ζῶν εἶσ' ἐς ᾅδου, κἀκφυγὼν λίμνης ὕδωρ,
Κάκ' ἐν δόμοισι μυρί' εὑρήσει μολών.
Ἀλλὰ γὰρ τί τοὺς Ὀδυσσέως ἐξακοντίζω πόνους;
Στεῖχ', ὅπως τάχιστ' ἐς ᾅδου νυμφίῳ γημώμεθα.
Ἦ κακὸς κακῶς ταφήσει νυκτὸς, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ,

Quæ carnem vocalem emittent aliquando,
Acerbum Ulyssi sonum. Ut autem breviter dicam:
Vivus ibit ad inferos, et effugiens aquam maris,
Mala in *suis* ædibus inveniet innumera.
Sed enim quid Ulyssis recito labores?
Vade, ut celerrime sponso apud inferos nubamus.
Certè malus malè sepelieris noctu, non interdiu,

443. *ὡς δὴ* M.

γίζω, viminis more flecto. Sed nil istud hoc in loco. *Barnes.*

Possit quoque *μορφάστρια* legi a *μορφάζειν*. *Reisk.*

440. *θαλάσσης δ'*] Legendum videtur *θαλάσσης θ'*. Pro *ἁλμυρὰ* MS. Flor. minus recte *ἁλμυρᾶς*. Habuit hoc rariusculi naufragium Ulyssis, quod navis ejus non rupi allisa, sed ipsa vi maris diffracta erat. vid. Odyss. *ε'*. v. 313. *Musg.*

ἁλμυρᾶς ναυάγια,] Ita cum Scaligero lego, licet *ἁλμυρὰ* per versum stare potuit, *τὸ ν'* enim est Ἐκτατικὸν, ut *λ*, *μ*, *ρ*. Vid. quæ nos ad Iphig. Aul. v. 382. *Barnes.*

Editur in plerisque contra metrum:

Κίρκη, θαλάσσης δ' ἁλμυρὰ ναυάγια.

Scaligeri correctionem *ἁλμυρᾶς* confirmavit Cod. Flor. — Præterea recte Musgravius *δ'*, mutandum esse vidit in *θ'*. *Seidl.*

441. *Λωτοῦ τ' ἔρωτες,*] De Lotophagis vid. Hom. Odyss. *ς'*. De bubus solis ibid. *μ'*. *Barnes.*

Valck. ad Ammon. p. 160. emendat: *Λωτοῦ τε ῥῶπες, dumeta loti*, atque confert Hes. et Etym. M. V. Ῥῶπες. De hujus conjecturæ veritate dubitat valde Albert. ad Hes. V. Ῥῶπες. *Beck.*

441. Valckenarii ad h. l. mutatione non opus. *Seidl.*

442. *σάρκα φωνήεσσαν* durior locutio est, quam pro solita Euripidis suavitate. Legendum igitur *σαρκὶ, carne:* nisi et *φωνήεσσαν* quoque loco movendum sit, utpote otiosum, ubi sequatur *γῆρυν*. Malim equidem:

αἳ σαρκὶ φοινήεσσαν ἥσουσίν ποτε,
πικρὰν Ὀδυσσεῖ, γῆρυν.

γῆρυν φοινήεσσαν, vocem truculentam. Sic *φοινήεντι σιδήρῳ* apud Nonnum Lib. XXVIII. v. 107. *ἔγχει φοινήεντι,* Lib. XXX. v. 46. *χάσματι φοινήεντι,* Lib. XXXII. v. 109. de rictu Leonis.

Nihil melius, quam *οἴσουσιν* pro *ἥσουσιν* legere, reliquis manentibus. *Musg.*

443. Pro *δὴ* restituimus *δέ*. *Seidl.*

444. *λίμνης*] Interpretor: *pelagi*, ut Hom. Odyss. *γ'*. v. 1. ubi Scholiastes: *λίμνην, νῦν τὸν ὠκεανόν.* Pro *ἐς ᾅδου* in initio versus MS. Flor. *ἐς ᾅδην.* *Musg.*

Interpungi vult Hermannus post *ᾅδου*. Sed alloquitur Cassandra Talthybium. Cf. supra v. 447. seq. Ἐς *ᾅδου γημώμεθα* dictum est, ut supra v. 313. *κατ' Ἄργος ἁ γαμουμένα*, et infra v. 476. *εἰς τύραννον' ἐγημάμην.* *Seidl.*

446. *ἐξακοντίζω*] MS. Flor. *ἐξανθίζω.* Quod non magis metro, quam sensui, adversatur. Vulgatam tuetur Hecub. v. 601. Supplic. v. 466. Menander apud Stob. Tit. XXXVI. *Musg.*

ἐξακοντίζω πόνους;] Frequens apud auctores, præcipue Nonnum Panopolitanum,

Ὦ δοκῶν σεμνόν τι πράσσειν, Δαναϊδῶν στρατηλάτα.
Κἀμέ τοι νεκρὸν φάραγγες γυμνάδ' ἐκβεβλημένην
Ὕδατι χειμάρρῳ ῥέουσαι νυμφίου πέλας τάφου,
Θηρσὶ δώσουσιν δάσασθαι, τὴν Ἀπόλλωνος λάτριν.
Ὦ στέφη τοῦ φιλτάτου μοι θεῶν, ἀγάλματ' εὔϊα,
Χαίρετ'· ἐκλέλοιφ' ἑορτὰς, αἷς πάροιθ' ἠγαλλόμην.
Ἴτ' ἀπ' ἐμοῦ χρωτὸς σπαραγμοῖς· ὡς ἔτ' οὖσ' ἁγνὴ χρόα

O qui existimas te aliquid magni fecisse, Græcorum dux.
Et me, cadaver, valles, nudam ejectam,
Aqua torrentis fluentes, prope sepulchrum sponsi
Dabunt feris laniandam, *me* sacerdotem Apollinis.
O serta charissimi mihi deorum, et ornamenta fatidica,
Valete: relinquo festa, quibus antea delectabar.
Discedite *a* me, lacerationibus avulsa, ut adhuc casta corpus,

449. *πράττειν.* Ib. Δ. *ἀρχηγέτα* S. 450. *γυμνάν θ'* M.

metaphora. Ita Juvenalis Satyr. 7. v. 155. *Quis color et quod sit causæ genus, atque ubi summa quæstio, quæ veniant diversa parte sagittæ.* Quæ nos ita olim: (nam hanc Satyram viginti abhinc annis Græce vertebamus) Ποίους ἀμφοτέρωθεν ἀκοντίζωσιν ἐλέγχους. Ita Eurip. Supplic. v. 466. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα. Ita in Hecub. v. 601. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ νοῦς ἐτόξευσεν μάτην. *Barnes.*

447. *γημώμεθα*] Leg. *γαμούμεθα.* *Por.*

448. Ἡ κακὸς κακῶς ταφήσῃ νυκτὸς, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ,] Est repetitio, sed in hoc loco emphatica; sic Iphig. Aul. v. 599. Ἄνομα δρῶντα, κοὐ δίκαια. Vid. quæ nos ad Orest. v. 606. Ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν. *Barnes.*

ταφήσει] Libri *ταφήσῃ.* *Seidl.*

449. *σεμνόν τι*] Ita MSS. Harl. et Flor. Ed. Ald. *τι σεμνόν.* Pro *στρατηλάτα* MS. Flor. *ἀρχηγέτα.* *Musg.*

Ὦ δοκῶν τι σεμνὸν] Scaliger legit, ὦ δοκῶν σεμνόν τι, non inepte. *Barnes.*

Lectionem cod. Flor. protulit, et improbavit Valck. Diatr. p. 95. C.

Initio versus Heath. scribit *σεμνόν τὶ*, atque reddit: *O tu, qui tibi visus es in illustri collocatus esse fortuna.* *Beck.*

450. *γυμνάν θ'*] MS. Harl. *γυμνά θ'.* Utrumque mendosum. Forte verum fuerit *γυμνὸν.*

γυμνὸν] An ex more Græcorum. Plato certe parricidas nudos sepeliri jubet. De Legg. p. 935. B. *Musg.*

Κἀμέ τοι νεκρὸν] Non hic *νεκρὸν* Attice pro *νεκρὰν* ponitur, sed pro *τὸν νεκρόν*: ὁ *νεκρὸς* enim cadaver sonat, cujusvis sexus, et fit per appositionem ad *κἀμὲ.* Vid. quæ nos ad Supplices, v. 80. *Barnes.*

γυμνὸν metri causa præfert Heath. et strui debere putat cum præced. *νεκρόν.* Reisk. quoque ita. *Beck.*

Veteres Editiones *γυμνάν θ'* et MS. Harl. *γυμνά θ'*, ex quo felicissime Schæferus meus eruit *γυμνάδ'.* Γυμνὰς eadem significatione occurrit apud Lucian. Deor. Diall. XX. 14. (Tom. I. p. 264. Hemsterh.) *Seidl.*

451. *νυμφίου — τάφου,*] Offendit meas aures hoc duorum substantivorum, quorum alterum alteri in constructione subjicitur, homœoteleuton, libentiusque ideo legerim: *νυμφίου πέλας ταφῆς*, *juxta sponsi funus:* quod non modo locum, sed et tempus, quo cadaver ejus projecturi erant, ostenderet. *Musg.*

453. *εὔϊα,*] Confer v. 502. ubi Cassandram *σύμβακχον θεοῖς* vocat.

454. *ἐκλέλοιφ' ἑορτὰς,*] Rationem hic reddit, cur serta abjiciat. *Non amplius intererο festis solennibus.* Herod. V. 91. ὡς ἐς ὁρτὴν ἤϊσαν κόσμῳ τῷ καλλίστῳ χρεώμενοι. Cæterum Cassandræ serta abjicienti comparari potest Amphiarai apud Statium vox. Theb. VII. 784.:

Accipe commissum capiti decus, accipe laurus,
Quas Erebo deferre nefas. —

Δῶ θοαῖς αὔραις φέρεσθαί σοι τάδ', ὦ μαντεῖ' ἄναξ.
Ποῦ σκάφος τὸ τοῦ στρατηγοῦ; ποῖ ποτ' ἐμβαίνειν με χρή;
Οὐκέτ' ἂν φθάνοις ἂν αὔραν ἱστίοις καραδοκῶν,
Ὡς μίαν τριῶν Ἐριννὺν τῆσδέ μ' ἐξάξων χθονός.
Χαῖρέ μοι, μῆτερ, δακρύσης μηδὲν, ὦ φίλη πατρίς·
Οἵ τε γῆς ἔνερθ' ἀδελφοὶ χὠ τεκὼν ἡμᾶς πατὴρ,
Οὐ μακρὰν δέξεσθέ μ'· ἥξω δ' ἐς νεκροὺς νικηφόρος
Καὶ δόμους πέρσασ' Ἀτρειδῶν, ὧν ἀπωλόμεσθ' ὕπο.

Do celeribus auris ferenda hæc tibi, O vaticine rex.
Ubi est navis imperatoris? quonam oportet me ascendere?
Illico *enim* auram velis captato,
Unam trium Furiarum ex hac terra me abducturus.
Vale mihi, mater: ne lacrymes, O chara patria,
Quique sub terra fratres estis, et qui nos genuit pater,
Brevi me excipietis: sed veniam ad mortuos victrix,
Et populata domos Atridarum, a quibus periimus.

455. *ὡς ἔτ' οὖσ' ἁγνὴ χρόα*] Cassandra, ab Ajace constuprata, vid. v. 69, 70., mentem quidem casta esse potuit, corpus vero minime. Hanc enim castitatem etiam, quæ vi compressa est, perdidit. Itaque humani aliquid hic passus est Euripides. Simile fere negligentiæ exemplum notavimus ad Phœniss. v. 787. s.

ἁγνὴ χρόα] Nulla hic Poëtæ culpa. Fuit enim vetus mythologorum traditio, Ajacem Locrum Cassandram e fano Minervæ vi abstraxisse, sed stuprum cum ea non patrasse. Diserte hoc affirmant Philostratus in Heroicis, et Tzetzes in Scholiis ad Ante-Homeric. v. 125. Ambigue loquuntur, præter nostrum, Virgil. Æneid. II. Lycophron v. 375. *Musg.*

ὡς ἔτ' οὖσ' ἁγνὴ χρόα] Quomodo se Cassandra adhuc castam affirmat, cum in prologo, v. 69. et 70. Neptunus et Minerva irati inducantur ob violationem, quam ex Ajace perpessa erat Cassandra? Respondendum, Vim illam nullam animæ labem attulisse, præ illa cum Agamemnone consuetudine, quam exhinc habitura erat. Vel deorum, vel Cassandræ, et Ajacis, vel sui, oblitus hic erat poëta. *Barnes.*

456. *ὦ μαντεῖ' ἄναξ,*] Versio Latina prior exposuit, quasi esset *τάδε μαντεῖα*, quod nullo modo admittendum duxi: *τάδε* enim ad *στέφη* et *ἀγάλματα* referendum, *μαντεῖε* vero cum *Ἄναξ* jungendum. Apollo enim *μαντεῖος* et *μαντήϊος* poëtis dictus, ut Apollon. Argon. Lib. II. *Ὦκα δὲ κεκλόμενον Μαντήϊον Ἀπόλλωνα.* Quare et in hac parte versioni medicas manus adhibui. *Barnes.*

457. *τὸ τοῦ στρατηγοῦ;*] Apud Ciceronem est *τὸ τῶν Ἀτρειδῶν*, citantem Ep. ad Att. VII. 3. *Musg.*

Valckenærius recenset quasi ex incert. Fab. Musgrav. Præf. iv. ed. Oxon. *Burn.*

458. *Οὐκέτ' ἂν φθάνοις — καραδοκῶν,*] *Nimis cito non exspectes*, i. e. Illico exspectes. *Musg.*

Οὐκέτ' ἂν φθάνοις ἂν] De duplici *ἂν* vid. Hecub. v. 1182. *Barnes.*

Heath. reddit: *Non amplius tibi cunctandum est velis auram exspectanti. Beck.*

Οὐκέτ' ἂν φθάνοις, etc.] Intellige sic: Non amplius tu me prævertes secundum velis ventum exspectans, i. e. jam non minus, quam tu, in Græciam trajicere gestio, quippe quæ vindictam a te sumtura sim. *Seidl.*

459. *Ὡς μίαν τριῶν Ἐριννῦν*] De tribus Furiis vid. Phurnutum de Natura Deorum, p. 16. *Περὶ τῶν Ἐριννύων*, et quæ nos ad Iphig. Taur. v. 964. *Barnes.*

Vulgo *Ἐριννῦν*, quod saltem esse debuerat *Ἐριννύων*, trisyllabum. *Seidl.*

ΧΟ. Ἑκάβης γεραιᾶς φύλακες, οὐ δεδόρκατε
Δέσποιναν, ὡς ἄναυδος ἐς πέδον πιτνεῖ;
Οὐκ ἀντιλήψεσθ'; ἢ μεθήσετ', ὦ κακαί;
Γραῖαν πεσοῦσαν αἴρετ' εἰς ὀρθὸν πάλιν.
ἙΚ. Ἐᾶτε μ', — οὔτοι φίλα τά μοι φίλ' — ὦ κόραι,
Κεῖσθαι πεσοῦσαν· πτωμάτων γὰρ ἄξια
Πάσχω τε καὶ πέπονθα κἄτι πείσομαι.
Ὦ θεοί. κακοὺς μὲν ἀνακαλῶ τοὺς συμμάχους,

Cho. Hecubæ annosæ custodes, non videtis
Dominam, quomodo muta humi cadat?
Non sustinebitis eam, an dimittetis *eam?* O ignavæ,
Anum lapsam erigite rursum.
Hec. Sinite me, non enim placent, quæ amica sunt, O puellæ,
Jacere collapsam: lapsu enim digna *mala*
Patior, et passa sum, et adhuc patiar.
O dii! ignavos quidem opitulatores *vos* invoco,

466. ἀντιλήψεσθ', ἢ μεθήσετ'.

460. μηδέν] Μηδὲν hic valet μή. Conf. infra v. 568. Φρυγῶν πατρίδι πένθη. Nonnulli post μηδὲν majorem interpunctionem ponunt. Sed quomodo compellationi ὦ φίλη πατρὶς convenit verbum οὐ μακρὰν δέξεσθέ με? Ex mea interpunctione omnia bene procedunt: *Lætare mihi, O mater, noli lugere, O patria, atque vos quod attinet, qui apud inferos estis, O fratres, quique me genuisti, pater, brevi vos me accipietis.* *Seidl.*

Plene distinguendum post μηδέν. *Heath.*

464. Ad h. l. Prev. observat: "On peut supposer, que le Choeur s'adresse à ces captives de la suite d'Hécube, qui sont designées par le nom de premier demichoeur à la scene 3. de l'acte I. Ces captives étoient probablement plus jeunes et d'un rang moins distingué, que le reste du Choeur. Elles servoient Hécube: les autres la consoloient." *Beck.*

465. εἰς πέδον] Ita MSS. Cott. et Flor. quod cur repudiandum sit, non video. Ed. Ald. εἰς ᾅδην. MS. Harl. εἰς ᾅδου, unde etiam facias εἰς οὖδας. *Musg.*

Heath. cum Cant. οὐδόν. *Beck.*

Mira sane Aldi lectio (εἰς ᾅδην) videri debet. Erat, quum corrigendum putarem εἰς ἄλην πιτνεῖ, *animi deliquium patitur.* Sed quum paulo post v. 492. non minus miram lectionem εἰς δόμους Aldus præbeat, vereor, ne, quæ in Codice, ex quo Aldina editio descripta est, evanida essent, quoquo modo aliquis suppleverit. Codicem illum, cetera bonum, lacerum fuisse, docet vel lacunarum ratio et multitudo, quas Aldina habet. conf. supra vv. 236. sqq. coll. v. 369. Vid. etiam ad v. 370. Accedit, quod Cod. Harl. qui antiquitus eandem atque Aldina originem habuisse videtur, infra v. 492. ineptis Aldi verbis εἰς δόμους nihil omnino substituit. *Seidl.*

466. Οὐκ ἀντιλήψεσθ', ἢ μεθήσετ';] Habet hic Ed. Ald. οὐκ ἀντιλήψεσθ; ἢ μεθήσεσθ'; MS. Flor. οὐκ ἀντιλήψετ', ἢ μεθήσετ'; Ex quibus lectionibus tertiam utraque commodiorem feci. *Musg.*

Reliquit Musgravius interrogandi signum post μεθήσετ', quod collocandum putavimus post κακαί. Κακαὶ enim erant διὰ τὸ μεθιέναι. *Seidl.*

467. Cod. Fl. αἴρετ' εἰς ὀρθὸν δέμας, sed vulg. præfert Valck. ad Hippol. 1443. *Beck.*

Ὅμως δ' ἔχει τι σχῆμα κικλήσκειν θεοὺς,
Ὅταν τις ἡμῶν δυστυχῆ λάβῃ τύχην.
Πρῶτον μὲν οὖν μοι τἀγάθ' ἐξᾷσαι φίλον·
Τοῖς γὰρ κακοῖσι πλείον' οἶκτον ἐμβαλῶ.
Ἦμεν τύραννοι, κεἰς τύραννν' ἐγημάμην·
Κἀνταῦθ' ἀριστεύοντ' ἐγεινάμην τέκνα,
Οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν,
Οὓς Τρῳὰς, οὐδ' Ἑλληνὶς, οὐδὲ βάρβαρος
Γυνὴ τεκοῦσα κομπάσειεν ἄν ποτε.
Κἀκεῖνά τ' εἶδον δορὶ πεσόνθ' Ἑλληνικῷ,

Tamen habet aliquam speciem invocare deos,
Quando nostrum aliquis in adversam fortunam incidit.
Primum igitur mihi gratum *est*, bona recensere;
Malis enim, majorem commiserationem inseram.
Fuimus Reges, et in regias *ædes* nupsi;
Hic autem præstantissimos peperi liberos,
Non numerum duntaxat, sed excellentissimos Phrygum:
Quales *nec* Trojana, nec Græca, nec barbara
Mulier a se procreatos unquam gloriari posset.
Illosque vidi hasta prostratos Græca,

468. οὔτοι φίλα τὰ μοὶ φίλα] *Non sunt grata mihi, quæ quis amico animo fecerit. Musg.*

Heath. reddit potius: *Nequaquam grata sunt, quæ mihi grata esse solebant,* repugnatque emendationi Victorii V. L. 36, 21. οὔ τοι φίλα τὰ μὴ φίλ'. *Beck.*

471. ss. Grotius vertit sic:

O Di, mali estis opitulatores mihi:
Sed mos hominibus sic habet, votis Deos
Vocare, quoties sæva fortuna accidit.
Seidl.

Hermannus mavult:

ἐᾶτέ μ', οὔτοι τὰ φίλα μοι φίλ', ὦ κόραι.

Vulgata eandem explicationem videtur admittere. *Seidl.*

474. ἐξᾷσαι] Videtur vox esse lugubri cantilenæ, quam lætæ, convenientior. Plato Phædone, c. 35. θρηνοῦντας τὸν θάνατον ὑπὸ λύπης ἐξᾴδειν. Plutarchus de Arione: ἐξᾷσαι δὲ καὶ τῷ βίῳ τελευτῶν καὶ μὴ γενέσθαι κατὰ τοῦτο τῶν κύκνων ἀγενέστερος. Op. Mor. p. 280. Ed. H. Steph. *Musg.*

ἐξᾷσαι] Ἐξαεῖσαι. Ab ἀείδω, *cano,* et poëtice *recenseo. Barnes.*

475. Sensus est: *Commemorata pristina felicitate malis meis majorem miserationem conciliabo. Seidl.*

476. εἰς τύραννν'.] Pro εἰς τυράννους. Sic τὰ ἐγγενῆ, Soph. Antig. v. 670. τὰ ἀστυκὰ, Theocrit. Idyll. XX. v. 31. *Musg.*

Ἦμεν τύραννοι,] Fuimus Troës. Verto autem reges, non reginæ, ut olim; quia nomen generale utrique tribuitur sexui. Sic Ferdinandus et Isabella junctim dicti sunt reges Hispaniæ, non rex et regina. Vid. quæ nos supra ad v. 426. Ibid. Κεἰς τύραννα,] *Et regno accepto nupsi.* Plerique τύραννα, pro τὸ τύραννον, i. e. τυραννίδα, exponunt. Nam τὸ σοφὸν pro ἡ σοφία et τὸ βάρβαρον pro ἡ βαρβαρότης ponitur, alias τὸ τύραννον, et τὰ τύραννα, pro ὁ τύραννος et οἱ τύραννοι, de qua re vide quæ nos ad Iphig. Taur. v. 328. Hoc vero in loco illorum sententiæ accedo, qui σκῆπτρα, vel δώματα, subaudiunt: non enim εἰς τύραννον γαμοῦμαι dicitur, sed εἰς τυράννου δώματα. Τύραννος autem pro Τυραννικὸς et ipse Sophocles usurpavit in

Τρίχας τ' ἐτμήθην τάσδε πρὸς τύμβον νεκρῶν,
Καὶ τὸν φυτουργὸν Πρίαμον οὐκ ἄλλων πάρα
Κλύουσ' ἔκλαυσα, τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν
Αὐτὴ κατασφαγέντ' ἐφ' Ἑρκείῳ πυρᾷ,
Πόλιν θ' ἁλοῦσαν. ἃς δ' ἔθρεψα παρθένους
Ἐς ἀξίωμα νυμφίων ἐξαίρετον,
Ἄλλοισι θρέψασ', ἐκ χερῶν ἀφηρέθην.
Κοὔτ' ἐξ ἐκείνων ἐλπὶς ὡς ὀφθήσομαι,
Αὐτή τ' ἐκείνας οὐκέτ' ὄψομαί ποτε.
Τὸ λοίσθιον δὲ θριγκὸς ἀθλίων κακῶν,

Et secui capillos hosce ad tumulum mortuorum,
Et *ipsorum* patrem Priamum non ab aliis
Audiens deflevi: sed his oculis vidi
Ipsa trucidatum ad Herceam *Jovis* aram:
Urbemque captam. Quas vero educavi virgines
Ad dignitatem sponsorum eximiam,
Aliis educatas, ex manibus ereptas amisi.
Neque spes est fore ut *posthac* ab illis videar,
Neque ego illas unquam videbo posthac.
Illud vero postremum *est*, ac fastigium miserorum malorum,

485. Ἑρκίῳ M.

Antigone—Καὶ ζῇ τύραννον σχῆμ' ἔχων. Item Æschyl. Prometh. v. 760. Πρὸς τοῦ τύραννα σκῆπτρα συληθήσεται. Denique Thucydides τύραννον πόλιν dixit. *Barnes.*

Reisk. scribit: τυράννου 'γημάμην, i. e. εἰς οἴκους τυράννου ἐγημάμην. *Beck.*

478. Pro ἄλλως vide, an legendum sit ἁπλῶς. *Musg.*

Οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως,] Vide Erasmum in Proverb. Numerus. Eodem modo Horatius — *Nos numerus sumus et fruges consumere nati. Barnes.*

479. Οὓς Τρῳὰς,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. et MS. Harl. οὐ Τρῳὰς. Sed οὐ subaudiri potest, aliis negativis sequentibus. Sic Aristoph. γῆ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν. Av. v. 659. *Musg.*

Οὓς] Οἵους. Sic infra, v. 501. Οἵων ἔτυχον, ὧν τε τεύξομαι. ὧν pro οἵων. *Barnes.*

Steph. οὓς accipit pro οἵους, ut sit οἵους εὖ Τρῳάς. *Beck.*

483. Καὶ τὸν φυτουργὸν Πρίαμον] Σεμνὸς λόγος. At de hac honesta metaphora vid. ad Iphig. Taur. v. 3. *Barnes.*

485. ἐφ' Ἑρκίῳ πυρὶ,] Ad Jovis Hercæi aram cæsus erat Priamus a Neoptolemo. Vid. Notas ad Hecub. v. 23. Item Scholia, ubi recte nos inseruisse, ἢ Διὸς Ἑρκείου, ὥς ἔνιοι, agnoscet lector: nam et id ipse Deorum non infimus, Neptunus, supra dixit, v. 17. —Πρὸς δὲ κρηπίδων βάθροις πέπτωκε Πρίαμος, Ζηνὸς Ἑρκίου θανών. *Barnes.*

486. θ' ἁλοῦσαν.] Ita recentiores ex conjectura H. Steph. Ed. Ald. θανοῦσαν. *Musg.*

Πόλιν θ' ἁλοῦσαν] Ita recte restituit Henricus Stephanus ex Cod. Vet. pro θανοῦσαν, sed quia plurimæ illius emendationes in prioribus editionibus, post illum tamen factis, in textum admittuntur, non vulgo id illi acceptum datur; et nobis etiam aliquando superfluum videretur; nisi tanti viri meritis ingratus esse nequaquam possem, aut vellem. Illi autem et nos et Euripides plurimum debemus. *Barnes.*

491. Θριγκὸς κακῶν] *Summum malorum;*

Δούλη γυνὴ γραῦς Ἑλλάδ' εἰσαφίξομαι.
Ἃ δ' ἐστὶ γήρᾳ τῷδ' ἀσυμφορώτατα,
Τούτοις με προσθήσουσιν, ἢ θυρῶν λάτριν
Κλῇδας φυλάσσειν, τὴν τεκοῦσαν Ἕκτορα,
Ἢ σιτοποιεῖν, κἀν πέδῳ κοίτας ἔχειν
Ῥυσσοῖσι νώτοις βασιλικῶν ἐκ δεμνίων,
Τρυχηρὰ περὶ τρυχηρὸν εἱμένην χρόα
Πέπλων λακίσματ', ἀδόκιμ' ὀλβίοις ἔχειν.
Οἲ 'γὼ τάλαινα, διὰ γάμον μιᾶς ἕνα
Γυναικὸς, οἵων ἔτυχον, ὧν τε τεύξομαι.
Ὦ τέκνον, ὦ σύμβακχε Κασάνδρα θεοῖς,
Οἵαις ἔλυσας συμφοραῖς ἅγνευμα σόν.

Serva mulier, anus, in Græciam ibo.
Quæ autem huic senectuti sunt incommodissima,
His *ministeriis* me adhibebunt, vel januarum custos
Claves ut servem, ego mater Hectoris,
Vel ut panem faciam et humi cubilia habeam,
Rugoso dorso, regios post lectos,
Laceras induta circa lacerum corpus
Lacinias stolarum, quæ non decent beatas.
Me miseram: propter unum connubium unius
Mulieris in qualia mala incidi, et incidam?
O filia, O *Cassandra*, cum Diis bacchans,
Quali calamitate solvisti tuam castitatem?

est enim θριγκὸς, τὸ ἀνώτατον τοῦ τείχους. Hom. Schol. Eustath. f. 1570. l. 12. Ὁ θριγκὸς ἡ τῶν τοίχων κόμη, ἢ στεφάνη ἢ στεφάνωσις. Erasmus in Adag. *Colophonem addere* et *Fastigium imponere. Vallum* quoque et *sepimentum* notat ea dictio. Unde et κακοῖς θριγκῶσαι infra animadvertemus. Hom. Odyss. ξ'. v. 10. Ῥυτοῖσι λάεσσι καὶ ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ. *Barnes.*

492. Ἑλλάδ' εἰσαφίξομαι.] Ita MS. Flor. Ed. Ald. εἰς δόμους ἀφίξομαι. MS. Harl. nec δόμους agnoscit, nec Ἑλλάδ'. *Musg.*

Εἰς δόμους] Ὀθνείους subaudi, *in ædes alienas. Barnes.*

De lectione cod. Flor. conf. Valck. ad Phœniss. 268. *Beck.*

Hermannus in nott. MSS.: "Veterem lectionem habet Harl. omittens et Ἑλλάδ' et δόμους. Utrumque supplementum est interpolatorum, sed δόμους ineptum, Ἑλλάδ' melius, et fortasse genuinum, nisi poëta dedit εἰς ξένην ἀφίξομαι —" Receptam lectionem Valckenarius videtur probare ad Phœniss. v. 268. Vid. ad v. 478. *Seidl.*

493. τῷδ' ἀσυμφορώτατα,] Ita MS. Steph. Ed. Ald. τῷδε συμφορώτατα. *Musg.*

494. s. ἢ θυρῶν λάτριν Κλῇδας φυλάσσειν τὴν τεκοῦσαν Ἕκτορα,] Vid. quæ nos supra ad v. 193, etc. *Barnes.*

497. Hesych. ῥυσσοῖσι· ῥερυσηκόσι, γεραιοῖς. cf. Wess. Probab. p. 47. *Beck.*

498. τρυχηρὸν] Ita pro τρυχηλὸν Edd. recent. auctore Brodæo, nec dissentit MS. Harl. aut Flor.

εἱμένην] Ita recte Edd. recent. ex conjectura H. Steph. Ed. Ald. et MS. Harl. εἱμένη. *Musg.*

502. σύμβακχε] Ita MSS. Steph. Ed.

Σύ τ', ὦ τάλαινα, ποῦ ποτ' εἶ, Πολυξένη;
Ὡς οὔτε μ' ἄρσην, οὔτε θήλεια σπορὰ,
Πολλῶν γενομένων, τὴν τάλαιναν ὠφελεῖ.
Τί δῆτά μ' ὀρθοῦτ'; ἐλπίδων ποίων ὕπο;
Ἄγετε τὸν ἁβρὸν δή ποτ' ἐν Τροίᾳ πόδα,
Νῦν δ' ὄντα δοῦλον, στιβάδα πρὸς χαμαιπετῆ
Πέτρινά τε κρήδεμν', ὡς πεσοῦσ' ἀποφθαρῶ,
Δακρύοις καταξανθεῖσα. τῶν δ' εὐδαιμόνων
Μηδένα νομίζετ' εὐτυχεῖν, πρὶν ἂν θάνῃ.
ΧΟ. Ἀμφί μοι Ἴλιον, ὦ στροφή.
Μοῦσα, καινῶν ὕμνων
Ἄεισον ἐν δακρύοις

Tuque, O misera, ubinam es Polyxena?
Ut neque me mascula, neque fœminea soboles,
Cum multi fuerint, miseram juvat.
Cur igitur me erigitis? qua spe?
Ducite delicatum quondam in Troja pedem,
Nunc vero servilem ad stratum humi lectum,
Et *ad* saxea pulvinaria, ut concidens moriar,
Lacrymis tabefacta! Ex felicibus igitur
Neminem existimate beatum esse antequam moriatur.
Cho. De Ilio mihi, O
Musa, novorum infortuniorum
Cane in lacrymis

Ald. σὺ βάκχε. Constructio est: σύμβακχε θεοῖς, *comes deorum. Musg.*

σύμβακχε] Brubach. σύβακχε. *Seidl.*

503. Οἵαις est pro ἐν οἵαις, *in quantis calamitatibus. Reisk.*

505. ἄρσην — σπορά] Vid. Lobeck. ad Ajac. p. 271. sqq. *Seidl.*

507. Etiam ad finem versus ponenda interrogationis nota. *Heath.*

508. Verte: *Abducite pedem meum, quondam in Troja delicatum, nunc vero servilem, ad culcitam stramineam humi stratam.* Tollenda etiam interrogationis nota post καταξανθεῖσα, quum hæc affirmative proferantur. *Heath.*

510. πεσοῦσ'] Interpretor: *humi me projiciens,* non, quod verba tamen pati possent, *a rupis crepidine decidens.*

Non satis ex vulgata liquet, quod potissimum mortis genus expetierit Hecuba. Ex πετρίνων κρηδέμνων mentione colligas, eam cogitasse de loco, unde se præcipitem dans vitam brevi finiret. At cum στιβάδα χαμαιπετῆ memorat, et δακρύοις καταξανθεῖσα, nemo non exoptare eam dicat, ut in loco solitario sensim se lacrymis et mœrore conficeret. Consentanea sibi loquetur Hecuba, si sic locum emendemus:

Νῦν δ' ὄντα δοῦλον ἄβατα πρὸς κραταίπεδα
Πέτρινά τε κρήδεμν', ὡς πεσοῦσ' ἀποφθαρῶ
Ὀκρίσι καταξανθεῖσα.

Hesychius: Κραταίπεδον, ἰσχυρὸν ἢ λιθόστρωτον ἔδαφος. Vox ὀκρὶς exstat Æschyl. Prometh. 1015. *Musg.*

511. s. τῶν δ' εὐδαιμόνων Μηδένα νομίζετ' εὐτυχεῖν, πρὶν ἂν θάνῃ.] Vid. similes aliquot sententias Euripidis aliorumque Androm. v. 100. Iph. Aul. v. 161. *Barnes.*

Ὠιδὰν ἐπικήδειον·
Νῦν γὰρ μέλος ἐς Τροίαν
Ἰακχήσω,
Τετραβάμονος ὡς ὑπ' ἀπήνας
Ἀργείων ὀλόμαν τάλαινα δοριάλωτος,
Ὅτ' ἔλιπον ἵππον, οὐράνια

Cantionem funebrem,
Nunc enim carmen in Trojam
Clara voce cantabo,
Quomodo a quadrupede rheda
Græcorum perierim, misera bello capta.
Quando reliquerunt equum, sublime

516. ἐπιτήδειον M. 518. ἰαχήσω M. 519. ἀπήνης. 520. ὀλοίμαν M.

512. Hecubam in scena manere, ubi hæc dixerat, intra manus captivarum detentam, vel in terra jacentem, Prev. credit. *Beck.*

514. καινῶν ὕμνων] Vide, an defendi possit ex Hippol. v. 1173. Iph. in Aul. v. 1280. Alioqui legerim καινῶν λυμῶν, *novarum ærumnarum. Musg.*

515. ἐν δακρύοις] Lege ob metrum ἐν δάκρυσ'. *Musg.*

Ἄεισον, etc.] Non convenit hic versus cum antistrophico suo. Malim tamen hic vitium quærere, quam in antistropha. Verba enim

πεύκᾳ ἐν οὐρείᾳ

eosdem numeros referunt, qui paulo ante præcessere

πᾶσα δὲ γέννα Φρυγῶν

et qui proxime recurrunt

κλωστοῦ δ' ἀμφιβόλοις.

Neque quidquam est, quod in verbis illis offendat, modo cum Heathio conjungas ξεστὸν ἐν πεύκᾳ οὐρείᾳ. Numeris cautum fuerit, si scribatur:

ᾆσον σὺν δακρύοις.

Seidl.

516. ἐπιτήδειον·] Optime Barnesius ἐπικήδειον. *Musg.*

Ὠιδὰν ἐπιτήδειον·] Ita in omnibus Libb. nec vel unus e tot Criticis errorem suspicatus; ego quovis pignore certabo, ἐπικήδειον legendum: de hac re autem judicet lector, non ego textui temere involabo. *Barnes.*

Libri ἐπιτήδειον·] Correxit Barnesius. Ceterum hunc et sequentem versum pariter atque versum 514.

Μοῦσα καινῶν ὕμνων

dochmiacorum more legendos puto. Sunt autem una syllaba a principio dochmio longiores. Quos circa finem dochmiaci numeri libertatem habere, ostendit versus Sophocleus Trachin. 857. *Seidl.*

ἃ τότε θοὰν νύμφαν,

cui in stropha oppositus est v. 846.

ἦ που ὀλοὰ στένει,

quem cave mutandum censeas. In illo ipso Trachiniarum carmine eosdem numeros referunt hi versus:

ἔμπεδα κατουρίζει·
πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων.
ἦ που ἀδινῶν χλωρὰν
τέγγει δακρύων ἄχναν,

horumque antistrophici. Etiam in Electra Sophocles his numeris aliquoties usus est, ut v. 160. 161. 180. 181. 504. seqq. Conferri etiam potest Œdip. Col. v. 150.

ἀλαῶν ὀμμάτων,

cui respondet, v. 118.

τίς ἄρ' ἦν; ποῦ ναίει;

quamquam hujus paulo diversa ratio est. Vid. de Verss. Dochm. p. 104.—Monen-

Βρέμοντα, χρυσοφάλαρον, ἔνο-
πλον ἐν πύλαις Ἀχαιοί·
Ἀνὰ δ᾽ ἐβόασεν λεὼς,
Τρῳάδος ἀπὸ πέτρας σταθείς·
Ἴτ᾽, ὦ πεπαυμένοι πόνων,
Τόδ᾽ ἱερὸν ἀνάγετε ξόανον

Frementem, aureis ornatum phaleris, armis fœtum,
Ad portas Græci:
Exclamavit vero populus
Stans a rupe Troade:
Ite, O defuncti laboribus,
Hoc sacrum adducite simulacrum

522. χρυσεοφάλαρον M.

dum restat, hoc modo primum et secundum nostri carminis versum eosdem numeros continere, quos continent tertius et quartus. *Seidl.*

519. Τετραβάμονος ὡς ὑπ᾽ ἀπήνης] Ab Equo Durio, Græcos plaustri instar vehente. De quo nos supra v. 14. Virgil. Æn. Lib. II. v. 15. *Instar Montis equum divina Palladis Arte Ædificant, sectaque intexunt abiete costas*, &c. *Barnes.*

520. ὀλοίμαν] Legendum ὀλόμαν, metro et sensu postulante. *Musg.*

ὀλόμαν] Sic haud dubie scribendum cum Musgravio. Mendose in libris ὀλοίμαν. *Seidl.*

521. οὐράνια] Μεγάλως, δεινῶς. Hinc οὐράνιον ὅσον Proverbium. *Toto cœlo. Barnes.*

522. ἔνοπλον] Interpretantur: *armis refertam*, quod si verum sit, eadem hic analogia erit, quæ in ἔνθηρον, Rhes. v. 284. ἔνσπερμος, ἔγκαρπος, Œd. Tyr. v. 25. ἔμμητρος, et ἔνδαδος apud Theophrastum, aliisque non paucis.

ἔνοπλος] Sic ἔμπαις est *prægnans* apud Hesychium v. ἠνδρωμένη. Galeno quoque ἔναιμα ζῶα sunt *animalia, sanguinem intus habentia. Musg.*

ἔνοπλον] *Armis fœtum*, i. e. armatis viris. *Barnes.*

Vulgo χρυσεοφάλαρον, quod ferri potest, si certum est, χρύσεος primam ancipitem habere. Vid. Herm. Dissert. de metris Pindari, p. ix. Hoc modo etiam servari poterit Eur. Electr. v. 699.

ἀταλᾶς ὑπὸ ματέρος Ἀργείων.

cujus antistrophicus est, v. 713.

θυμέλαι δ᾽ ἐπίπλαντο χρυσήλατοι.

si quidem versum in dochmium exire putes, vocis χρυσήλατοι prima correpta. Ἐπίπλαντο pro ἐπίτναντο correxi de Verss. Dochm. p. 18. *Seidl.*


525. ἀπὸ πέτρας σταθείς·] Sic Homerus: στᾶσ᾽ ἐξ Οὐλύμποιο ἀπὸ ῥίου. Iliad. ξ΄. v. 154. Noster Phœniss. v. 1238. προὐπῆρξ᾽ ἀπ᾽ ὀρθίου σταθεὶς πύργου. Helen. v. 1591. ἐκ δὲ ταυρείου φόνου Ἀτρέως σταθεὶς παῖς. Plutarchus: ὁ Λαμπρίας ἐκ παραβύστου καθήμενος — ἠρώτα, p. 1097. Ed. H. Steph. *Musg.*

Τρῳάδος ἀπὸ πέτρας σταθείς·] Brodæus legendum putat πέραν. Duportus legit πετρᾶν. Sed quidni πέτρας pro rupe sumamus, super quam stetit Ἀκρόπολις Τροίας, unde per campos despectare licebat? *Barnes.*

Erunt fortasse, qui numeros antistrophicis accuratius responsuros putent, si verba transponantur hoc modo:

Τρῳάδος ἀπὸ σταθεὶς πέτρας.

Sed falluntur. Versus est idem atque antecedens, cujus numeros hoc refert schema:



Proximi quinque versus, quorum numeri

Ἰλιάδι διογενεῖ κόρᾳ.
Τίς οὐκ ἔβα νεανίδων;
Τίς οὐ γεραιὸς ἐκ δόμων,
Κεχαρμένοι δ' ἀοιδαῖς
Δόλιον ἔσχον ἄταν.
Πᾶσα δὲ γέννα Φρυγῶν — ἀντιστρ.
Πρὸς πύλας ὡρμάθη,

Iliacæ Jove-editæ Puellæ:
Quis non ivit juvenum?
Quis senex non e domo?
Exhilarati vero carminibus,
Dolosam consecuti sunt cladem.
Totum autem genus Phrygum
Ad portas ruit,

cohærent, omnes dimetri iambici sunt. *Seidl.*

Forte, ὑπὸ τέρας, *sub monstro* (equo Trojano) *stans*, aut ὑπὸ πτέρναν (nam in vet. ed. est πέτραν) *sub pedibus* equi ejusdem *stans*. *Reisk.*

532. Lege ob metrum Δολίαν et in antistropha Ἀνέδωκεν. *Musg.*

533. Πᾶσα δὲ γέννα Φρυγῶν] Virg. Æn. Lib. II. v. 478. *Dividimus muros, et mœnia pandimus Urbi: Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum Subjiciunt lapsus, et stuppea vincula collo Intendunt. Scandit fatalis machina muros, Fœta armis: Circum pueri innuptæque puellæ Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent. Barnes.*

535. Πεύκᾳ ἐν οὐρείᾳ pendet a ξεστὸν. Verte: *Argivorum insidias in abiete montana fabrefactas. Heath.*

536. λόχον Ἀργείων] Sic Herodotus ξύλινον λόχον, III. 58. Tryphiodorus, v. 2.

Καὶ λόχον Ἀργείης ἱππήλατον ἔργον Ἀθήνης. *Musg.*

538. δώσων,] Attice pro δώσουσα, vel πρὸς τὸ σημαινόμενον: per γέννα Φρυγῶν enim λαὸς intelligitur. *Barnes.*

δώσων,] Notent tirones generis enallagen. Δώσων enim pertinet ad γέννα Φρυγῶν, quam masculam sibi cogitavit poëta, in mente habens λαὸς vel tale quid. Conf. quem paulo ante citavimus Lobeck. ad Ajac. p. 271. seqq. *Seidl.*

539. ἀμβροταπώλου (nisi scribendum potius ἀμβροτοπώλου) valet ἀμβρότου πώλου, ut vere statuit Barnesius. Coalescit utique adjectivum cum substantivo, ut in αἰνολέοντα, Theocrit. XXV. 168. αἰνογιγάντων, Nonn. Lib. IV. αἰνόλυκον, Anthol. H. Steph. p. 250. αἰνοτύραννος, ibid. p. 401. Hæc igitur ἄζυξ ἄμβροτος πῶλος, Minerva utique erit. Quippe πῶλος Poëtarum sermone est virgo, ut Hecub. 141. Hippol. 548. *Musg.*

Χάριν πώλου interpretor *donum virgini*. Nec quisquam putet, genitivum huic sententiæ adversari. Sic enim νερτέρων δωρήματα sunt *dona mortuis oblata*, Orest. 123. Nec multum abludit τοῖς τῶν θεῶν θύμασι apud Platon. de Legibus, Lib. VII. p. 886. Ed. Fic.

Reliqua, his constitutis, non multum difficultatis habent. Metro tantum subveniendum γ' ante ἐν v. 540. adjiciendo. *Musg.*

Χάριν ἄζυγος ἄμβροτα πώλου.] Hoc in loco τὸ ἄμβροτα adverbii instar est, et cum nota ὑφ' ἓν jungendum τῷ πώλου, hoc modo ἄμβροτα-πώλου. Tale quid occurrit tibi Phœniss. v. 804. Ἅρμασι καὶ ψαλίοις τετραβάμοσι μώνυχα πώλων. *Barnes.*

Leg. ἀμβρότᾳ, vel ἀμβρότῳ. redit enim ad θεᾷ, Minervæ. *Beck.*

Legitur vulgo ἀμβρότα πώλου. Minervam hic πῶλον dici bene monet Musgravius, citans Nostri Hec. 141.

ἥξει δ' Ὀδυσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη
πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαζῶν.

Πεύκα ἐν οὐρείᾳ
Ξεστὸν λόχον Ἀργείων
Καὶ Δαρδανίας ἄταν
Θεᾷ δώσων,
Χάριν ἄζυγος ἀμβροτοπώλου.
Κλωστοῦ δ' ἀμφιβόλοις λίνοισι, ναὸς ὡσεὶ
Σκάφος κελαινὸν, εἰς ἕδρανα

In abiete montana
Politas insidias Græcorum,
Et Dardaniæ cladem,
Deæ daturum,
Decus innuptæ immortalis Puellæ.
Contortæ autem circumjectis funibus navis velut
Scapham nigram, in sedes

539. ἄμβροτα πώλου M. 540. ἀμφιβόλοισι — νεώς M. ὡς pro ὡσεί.

et Hippol. 551.

τὰν μὲν Οἰχαλίαν
πῶλον, ἄζυγα λέκτρων.

Atque ejusdem Musgravii emendationem ἀμβροτοπώλου recepi, qua certiorem saltem nullam reperire potui.

Adde citatis ab eo, χαυνοπολίτης, Arist. Acharn. 635. et, quem locum Hermanno debeo, μονόλυκος, Arat. Dios. 392. *Seidl.*

Versus ita reddendus: *in gratiam innuptæ immortalis virginis*, h. e. Minervæ. *Heath.*

540. ἀμφιβόλοις] Ita MS. Harl. Ed. Ald. ἀμφιβόλοισι. *Musg.*

λίνοισι,] Ita MSS. Steph. Flor. et Harl. Ed. Ald. λαΐνοισι. λινέοισι, quod habent vulgatæ, erratum typographicum est. Mox Harl. et Flor. ναὸς pro veteri νεὼς. Locus sic constituendus videtur:

κλυστοῦ δ' ἀμφιβόλοις
λίνοισι ναὸς ὣς
σκάφος κελαινὸν — —

κλυστοῦ ναὸς, *navis pelagi allisum perpessæ*, i. e. quæ in siccum, utpote cursu peracto, non in mare, deducitur. ἀμφίβολα λίνα sunt *funes navim circumeuntes, quorum ope trahitur.*

Pindarus Nem. I. Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν, quod Scholiastes interpretatur ἢ εἰς χάριν τοῦ Διὸς, ἢ ἕνεκεν τοῦ Διός. Priorem interpretationem veram esse ostendit, quod in Odis ἐπινικίοις Jovem celebrari mos erat. Sic enim κελαδεῖν Κρόνου παῖδα habet, Olymp. I. *Musg.*

Νεὼς σκάφος] Σχῆμα, ἓν διὰ δυοῖν. Ita Rhes. v. 389. Καὶ νεῶν πρήσων σκάφη. Et hujus Fabulæ v. 688. Αὐτὴ μὲν οὔπω ναὸς εἰσέβην σκάφος. Sensus: *Ut Navis, quæ subjectis cylindris* ἀπὸ τοῦ ναυπηγίου *in mare trahitur*, sic *lapsus*, ut Virgilii verbis utar, *Trojani huic equo subjecerunt, qui alias ob immane pondus in urbem duci haud potuerat. Barnes.*

Ad compositionem λίνοις κλωστοῦ, conf. Æschyl. Choëph. 504. qui inverse dixit κλωστὴρ λίνου. *Seidl.*

Metra facile exæquari possent, si scriberetur ἅστε. Sed probabilius videtur, numeros continuari in stropha sic:

τάλαινα δοριάλωτος ὁπότ'
ἔλειπον, &c.

et in antistropha:

ἀμφιβόλοι-
σιν ἐν λίνοισι ναὸς ὡς.

Vel, si quis ἀμφιβόλοις præferat, excidisse putandæ sunt duæ syllabæ, veluti ὥστε τι. *Hermann*

541. ἕδρανα Λάϊνα] Metro convenientius foret: ἕδραν' εὖ — λάϊγγα. Sic εὐλάϊγγι

Λάϊνα δάπεδά τε φόνια πατρί-
δι Παλλάδος θέσαν θεᾶς.
Ἐπὶ δὲ πόνῳ καὶ χαρᾷ
Νύχιον ἐπὶ κνέφας παρῆν·
Λίβυς τε λωτὸς ἐκτύπει,
Φρύγιά τε μέλεα, παρθένοι
Δ' ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν
Βοὰν τ' ἔμελπον εὔφρον'· ἐν
Δόμοις δὲ παμφαὲς σέλας
Πυρὸς μέλαιναν αἴγλαν

Saxeas, et in solum letale patriæ,
Palladis collocarunt Deæ.
Sed statim a labore et festivitate
Nocturna caligo aderat.
Libycaque tibia sonabat,
Et Phrygiæ cantiones: virgines vero
Inter sublimem plausum pedum,
Lætam cantionem canebant: in
Ædibusque illustre jubar
Ignis atrum splendorem

τραπέζῃ, Antholog. p. 377. σορὸν εὐλάϊγγα, ibid. p. 240. *Musg.*

ἕδρανα] Εἰς τὸν ναόν. *Barnes.*

544. πόνῳ καὶ χαρᾷ] Πόνῳ, *labore*, quem in subvehendo equo ligneo sustinuerant, καὶ χαρᾷ, *et gaudio*, propter hostium, ut opinabantur, fugam et discessum. *Brodæus.*

Leg. ἐπεὶ δὲ ποτῷ, deinde sequens ἐπὶ struendum cum παρῆν, aut sic: ἐπὶ δὲ ποτῷ καὶ χαρᾷ νύχιον ἐπεὶ κνέφας παρῆν. *Reisk.*

545. Νύχιον ἐπὶ κνέφας παρῆν·] Tmesis, ἐπιπαρῆν. Virgil. Æn. Lib. II. v. 265. *Invadunt urbem somno vinoque sepultam.* *Barnes.*

546. Λίβυς τε λωτὸς] Λωτὸς, ὁ αὐλὸς ἐκ λωτίνου ξύλου. Λίβυς δὲ λέγεται, ὅτι ἐκ τῶν ἐν Λιβύῃ λωτίνων λεγομένων καλάμων ὁ Αὐλὸς ἄριστα πεποίηται. Alcest. v. 356. —πρὸς Λίβυν λακεῖν αὐλόν. In quem locum vide Scholiasten. Ibid. Ἐκτύπει] A κτυπέω: est Imperfecti temporis. *Barnes.*

548. ἀνὰ κρότον] Elliptice pro ἀνὰ κρότον ἦσαν, vel ἐστρέφοντο. *Musg.*

550. Δόμοις δὲ] Ita Ed. Ald. et MS. Harl. Vulgo δόμοις τε. *Musg.*

Quum in vet. ed. sit δὲ, patet, v. 548. leg. esse: ἀέριον ἀνεκρότουν ποδῶν. *Reisk.*

552. παρ' ὕπνῳ.] Legendum, ni fallor, παρ' ὄρφνᾳ, *inter tenebras.* Ignis enim noctu collucens μέλαιναν quam vocat αἴγλαν efficere solet. Sed et metrum postulare videtur ἀνεδίδου pro ἔδωκεν. Præpositio utique a præcedenti syllaba absorpta erat. *Musg.*

Reisk. legit παρ' ἴπνῳ, *apud caminum.* *Beck.*

Οἴνῳ pro ὕπνῳ Schæfero pariter atque Erfurdtio in mentem venit. Conferri jubet Erfurdtius Apoll. Rhod. I. 458. Valcken. ad Callim. p. 15. 262. Nostri Cyclop. 585. Schæfer. ad Plin. Epist. p. 145. Sed ἔδωκεν quoque neque metro neque sensui convenit. Aliquando Hermannus corrigendum existimavit:

ἐδίωκεν παρ' οἴνῳ.

et in stropha:

δολίαν ἔσχον ἄταν.

Ἔδωκεν παρ' οἴνῳ.
Ἐγὼ δὲ τὰν ὀρεστέραν — ἐπῳδός.
Τότ' ἀμφὶ μέλαθρα παρθένον, Διὸς κόραν,
Ἄρτεμιν, ἐμελπόμαν χοροῖ-
σι· φοινία δ' ἀνὰ πτόλιν
Βοὰ κατεῖχε Περγάμων
Ἕδρας· βρέφη δὲ φίλια περὶ
Πέπλους ἔβαλλε ματρὶ χεῖ-
ρας ἐπτοημένας· λόχου δ'
Ἐξέβαινεν Ἄρης,

Dabat inter bibendum.
Ego vero monticolam
Tunc in domum virginem Jovis filiam
Dianam celebrabam choreis.
Funesta vero tunc per urbem
Vox occupavit Pergamorum
Sedes: infantes vero chari circa
Vestes tendebant matri manus
Consternatas: *ex* insidiis vero
Exivit Mars,

552. παρ' ὕπνῳ M. 555. Ἄρτεμιν uncis incl. S. 556. φονία M. 559. ἔβαλε M. 561. ἐξέβαιν' Ἄρ. S.

Sed quum numeri illi

δόλιον ἔσχον ἄται

optime strophæ termino conveniant, jam minus tribuit emendationi ἐδίωκεν, atque aliud potius, idque quadrisyllabum vocabulum in ἔδωκεν latere putat, quod aut *dispergendi* aut *illustrandi* significationem habuerit. Jam explicandum restat μέλαιναν αἴγλαν. Facile suspiceris legendum esse ἀχλὺν, quod etiam in Soph. Philoct. 830.

ὄμμασι δ' ἀντέχοις τάνδ' αἴγλαν,
ἃ τέταται τανῦν,

pro αἴγλαν viri docti conjecerunt. Sed hi loci alter alterum satis vindicant. Recte videtur Hermannus explicare νυκτὸς αἴγλαν, *splendorem, qualem nox habet*, i. e. nullum splendorem, sed tenebras. Comparat idem νυκτιλαμπεῖ δνόφῳ, Simonid. VII. Brunck. Anal. 1. p. 121. μελαμφαὲς ἔρεβος, Eurip. Hel. 518. κελαινοφαῆ ὄρφνα, Aristoph. Ran. 1331. ἀνηλίῳ λάμπᾳ, Æschyl. Eumen. 376. Herm. δυσήλιον κνέφας, ibid. 387. τυφλὸν φέγγος, Eurip. Hec. 1050. Hinc Sophoclis locum ita explicabis: *coopertos tene, O somne, Philoctetæ oculos hac ipsa luce, qua jam cooperiuntur*, i. e. nulla luce, tenebris.

ἐδίωκεν, Frid. Henr. Bothius. *Seidl.*

555. Ἄρτεμιν, uncis inclusi, quod numeris indicantibus ab explicatore profectum arbitror. *Seidl.*

556. Legitur φονία. *Seidl.*

558. s. Περὶ πέπλοις ἔβαλε μητρὶ χεῖρας ἐπτοημένας·] *Porsonus tacite citat* ἔβαλλε, *conferens* Bacch. 619. τῷδε περὶ βρόχους ἔβαλλε γόνασι. *Por.*

559. πέπλους] In Barnesiana Lipsiensi legitur πέπλοις typographico, ut opinor, errore. Proxime pro ἔβαλε scripsi ἔβαλλε. *Seidl.*

560. λόχου] Ex equo insidioso. *Barnes.*

Κόρας ἔργα Παλλάδος,
Σφαγαὶ δ' ἀμφιβώμιοι
Φρυγῶν, ἔν τε δεμνίοις
Καράτομος ἐρημία
Νεανίδων στέφανον ἔφερεν
Ἑλλάδι κουροτρόφῳ
Φρυγῶν δὲ πατρίδι πένθη.

Virginis opera Palladis,
Cædes autem circum aras
Fiebat Phrygum, inque cubilibus
Letalis solitudo
Puellarum coronam afferebat
Græciæ juvenum alumnæ,
Phrygum *vero* patriæ luctum.

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Andromache cum socru Hecuba lamentatur statum suum et Trojæ excidium; simulque aperte nuntiat, quod prius Talthybius tecte dixerat, Polyxenæ ad Achillis sepulcrum immolationem. Quod cum impotentius ferret Hecuba, ipsam consolatur, ostendens, illam jam defunctam multo vivis feliciorem, quos adhuc tot tantæque opprimant miseriæ, novæque maneant. Hecuba cedens necessitati, et alacrior paulo facta, monet Andromachen, ut moribus Neoptolemi, cui sorte obtigerat, accommodare se velit, sicut solebat Hectori; fieri enim posse, ut sub illius præsidio filius Astyanax liberaliter educatus, regnum Trojanum aliquando instauret. His dictis, adest præco, denuncians, eundem puerum ex procerum Græcorum decreto de alta Turri præcipitandum. Hinc novi luctus, et querelæ Andromachæ, Hecubæ, Chorique; qui Chorus næniam priorem continuat, et Trojæ excidium sub Laomedonte factum commemorat; additque, nihil Ganymedem, nec illius causa deos, Trojæ profuisse; quorum tamen favore ad illud felicitatis fastigium pervenerat.

ΧΟ. Ἑκάβη, λεύσσεις τήνδ' Ἀνδρομάχην

Cho. Hecuba, videsne istam Andromachen

566. νεανιῶν S. 568. δὲ deest.

561. Ἄρης,] Ἄνδρες ἀρήϊοι, Ἀχαιοί. *Barnes.*

562. Κόρας ἔργα Παλλάδος,] Quæ quidem omnia Minervæ consilio facta sunt. *Brodæus.*

563. ἀμφιβώμιοι] Ita MS. Flor. Ed. Ald. ἀμφὶ βώμοισι, quod alterius interpretatio est. *Musg.*

ἀμφιβώμιοι] Ita recte Musgravius. *Seidl.*

564. Syntaxis videtur esse: ἔν τε νεανίδων δεμνίοις καράτομος ἐρημία. *Musg.*

565. s. καράτομος ἐρημία Νεανίδων] Verte: *capitibus detruncatis juvenum desolatio.* *Heath.*

Ita hos versus constituit Heath.

Ξενικοῖς ἐπ' ὄχοις πορθμευομέναν;
Παρὰ δ' εἰρεσίᾳ μαστῶν ἕπεται
Φίλος Ἀστυάναξ, Ἕκτορος ἶνις.
ἙΚ. Ποῖ ποτ' ἀπήνας νώτοισι φέρῃ,
Δύστανε γύναι, πάρεδρος χαλκέοις
Ἕκτορος ὅπλοις σκύλοις τε Φρυγῶν
Δοριθηράτοις;
Οἷσιν Ἀχιλέως παῖς Φθιώτας
Στέψει ναοὺς ἀπὸ Τροίας;

In peregrino vehiculo vectam?
Juxta autem uberum illecebris sequitur
Charus Astyanax, Hectoris filiolus.
Hec. Quonam vehiculi dorso veheris,
Infelix mulier, adsidens æreis
Armis Hectoris, et Phrygum spoliis
Bello captis,
Quibus Achillis filius Phthiotica
Coronabit templa a Troja?

570. πορθμευομένην S. 573. ἀπήνης M. 577. Ἀχιλλέως S.

καράτομος ἐρημία periodus catalecta.
Νεανίδων, στέφανον ἔφερεν iambicus dimeter.
Ἑλλάδι κουροτρόφῳ penthemimeris dactylica.
Beck.

566. Νεανιῶν] Vulgo νεανίδων, quod ab hoc loco alienum est. Profectum videtur a librario, qui paulo ante v. 529. idem se scripsisse recordaretur. Καρατόμος ἐρημία νεανιῶν interpretor exitiosam, cædi obnoxiam solitudinem juvenum, qui non congregati sed dispersi atque a suis deserti singuli in cubilibus opprimebantur.
Νεανιῶν etiam Frid. Henr. Bothius.
Seidl.

570. πορθμευομένην;] Libri πορθμευομέναν. Sed hanc Chori orationem vereor, ut Dorice Euripides scripserit. In proxima tamen Hecubæ oratione, in qua duas Doricas formas δύστανε et Φθιώτας libri offerunt, v. quoque 573. pro ἀπήνης dedimus ἀπήνας. *Seidl.*

571. εἰρεσίᾳ μαστῶν] Audax locutio, cujus vim non ceperunt interpretes. Dictum erat, Andromachen in curru πορθμεύεσθαι: in qua voce manifesta ad navim allusio est. Currum pedes sequitur Astyanax, navim ἐφολκὶς (Herc. Fur. v. 1417.) non ille quidem remigio tractus, ut ἐφολκίδες, sed, quod remigii vim habet, mammarum desiderio. Sic utique solent infantes. Archias Antholog. H. Steph. p. 19.

ἡ δὲ μεθωδήγησεν ἀπὸ στέρνων προφέρουσα
μαζὸν — — —

Musg.

572. Ἕκτορος ἶνις.] Ἶνις, ὁ υἱὸς, παρὰ τὴν ἶνα, ὅτι οἱ υἱοὶ ἲς καὶ σθένος τῶν τοκέων. Vid. Eustathium. *Barnes.*

573. φέρῃ,] Hoc loco nolui mutare in φέρει, quod facere soleo in trimetris.
Seidl.

575. Antiquissimæ editiones σκύλλοις.
Seidl.

576. Δοριθηράτοις;] Δουριαλώτοις.
Barnes.

577. Φθιώτας] Interpres cum παῖς connectit. Mihi potius videtur accusativo plurali accipere, et cum ναοὺς connectere. Φθιώτας ναοὺς, Templa Phthiotica.
Musg.

ΑΝ. Ἀχαιοὶ δεσπόται μ᾽ ἄγουσιν. *στροφὴ α΄.*
ἙΚ. Ὦ μοί [μοι.] ΑΝ. Τί παιᾶν᾽ ἐμὸν στενάζεις;
ἙΚ. Αἶ αἶ [αἶ αἶ.] ΑΝ. Τῶνδ᾽ ἀλγέων.
ἙΚ. Ὦ Ζεῦ. ΑΝ. Καὶ συμφορᾶς.
ἙΚ. Τέκεα. ΑΝ. Πρίν ποτ᾽ ἦμεν.
ἙΚ. Βέβακ᾽ ὄλβος, βέβακε Τροία. *ἀντιστρ. α΄.*
ΑΝ. Τλάμων. ἙΚ. Ἐμῶν τ᾽ εὐγένεια παίδων.
ΑΝ. Φεῦ φεῦ. ἙΚ. Φεῦ δῆτ᾽ ἐμῶν —

An. Achivi domini me abducant.
Hec. Hei mihi, mihi. *An.* Quid gemis meum pæana?
Hec. Heu, heu, æ, æ. *An.* Propter dolores.
Hec. Heu Jupiter. *An.* Propter calamitates.
Hec. O liberi. *An.* Quondam fuimus.
Hec. Periit felicitas, periit Troja.
An. Infelix. *Hec.* Et meorum liberorum nobilitas.
An. Heu, heu. *Hec.* Heu propter mea—

580. *ἰώ μοί μοι* M. 582. *ἰὼ Ζεῦ* M. 584. *βέβακεν ὄ.* M.

Aldus et pleræque editiones Ἀχιλέως. Proximo versu verba *ἀπὸ Τροίας* conjunge aut cum *δοριθηράτοις*, aut potius c. *οἷσιν*, intellecto *οὖσιν*. *Seidl.*

579. ss. Antistrophica hæc esse primo adspectu apparet. Personarum responsio inversa est. Pessime vulgo versus distribuuntur. *Seidl.*

ἈΝΔΡ. Ἀχαιοὶ δεσπόται μ᾽ ἄγουσιν.
ἙΚ. Ἰώ μοι, μοι. ἈΝ. Τί παιᾶν᾽ ἐμὸν στενάζεις;
ἙΚ. αἶ. αἶ. αἶ. αἶ. ἈΝ. τῶνδ᾽ ἀλγέων.
ἙΚ. Ἰώ Ζεῦ. ἈΝ. καὶ συμφορᾶς.

Non video unde genitivi *τῶνδ᾽ ἀλγέων* et *συμφορᾶς* pendeant. Omnes tamen interpretes hunc locum sicco pede transierunt. Interrupta sunt Andromachæ verba ejulationibus Hecubæ et sic ni fallor continuanda:

τί παιᾶν᾽ ἐμῶν στενάζεις
τόνδ᾽ ἀλγέων
Καὶ συμφορᾶς. *Jacobs.*

580. Libri *ἰώ μοί μοι*, et proximo versu *αἶ. αἶ. αἶ. αἶ.* *Seidl.*

583. Vulgo *ἰὼ Ζεῦ*. *Seidl.*

584. Βέβακ᾽] Legitur *βέβακεν ὄλβος*. Illud metrum reposcit. *Seidl.*

585. Ἐμῶν] Hoc pronomen si ad *παίδων* referamus, absonum plane erit, quod reponit Andromache, *κακῶν*. Lego igitur *εὐνῶν*, *nuptiarum*, quod hujusmodi sensum efficit:

Hec. *Eheu nuptiarum.* Andromach. *Nempe malarum.* *Musg.*

Τλάμων.] Libri *τλήμων*. *Seidl.*

587. Οἰκτρὰ τύχα] Vulgo *οἰκτρά γε τύχα*, contra metrum. *Seidl.*

588. Πόλεως.] Mutavi in *πόλεος*. Ceterum attendat lector ad miram colloquii in hoc carmine rationem, quam facile apparet, ideo sic esse a poëta institutam, ut personarum quædam inter stropham et antistropham sit congruentia. Illam si, ut par erat, critica manus libris invitis restituisset, haud paucos futuros fuisse auguror, qui et ineptum colloquium dicerent, et putidam a nobis ob inanes causas poëtæ diligentiam affingi clamarent. At hic quidem percommode casu quodam magna est librorum in his ineptiis scilicet consensio. Monitum hoc volui aliorum locorum causa, quorum similis ratio est. *Seidl.*

589. *ὦ πόσις,*] In libris est *ὦ πόσι*. Illud reposui partim ob antistropham.

ΑΝ. Κακῶν. ῾ΕΚ. Οἰκτρά [γε] τύχα —
ΑΝ. Πόλεος. ῾ΕΚ. ῞Α καπνοῦται.
ΑΝ. Μόλοις, ὦ πόσις, μοι— στρ. β'.
῾ΕΚ. Βοᾷς τὸν παρ' ᾄδῃ
Παῖδ' ἐμὸν, ὦ μελέα.
ΑΝ. Σᾶς δάμαρτος ἄλκαρ.
῾ΕΚ. Σύ τ', ὦ λῦμ' ᾽Αχαιῶν, ἀντιστρ. β'.
Τέκνων δέσποθ' ἁμῶν
Πρεσβυγενὲς Πρίαμε,

An. Mala. *Hec.* Miseranda calamitas.
An. Urbis. *Hec.* Quæ fumat.
An. Redeas ad me, marite—
Hec. Vocas meum filium, qui apud Plutonem
Est, O misera.
An. Tuæ uxoris tutamen.
Hec. Tuque, O terror Achivorum,
Olimque liberorum nostrorum
Primogenite Priamo,

588. πόλεως; M. 589. πόσι. 590. ᾅδᾳ. 593. σύ τοι λ. S. λῆμ' ᾽Αρ. M. 594. τέκνων δέ ποθ' ἁ. M. τέκνων δή ποθ' ἁ. S. 595. Πριάμῳ S.

partim ideo, quod proximo versu iidem numeri recurrunt. *Seidl.*

590. Pro ᾅδῃ scripsi ᾅδᾳ. *Seidl.*

593. λύμ'] Ita Ed. Ald. et MS. Harl. Edd. reliquæ λῆμ' errore typographico. Legendum, ni fallor:

— — σύ τοι, δεῖμ' ᾽Αχαιῶν,
τέκνων δέ ποθ' ἁμῶν πρεσβυγενὲς, Πριάμῳ
κόμισαί μ' εἰς ᾅδου.

Hectorem liberorum Hecubæ natu maximum fuisse diserte docent Theocrit. Idyll. XV. v. 139. Herodot. p. 158. Ed. Wesseling. *Musg.*

λῆμ' ᾽Αχαιῶν,] Latina versio hoc verbum satis explicat; sin λῦμ' legatur, ut in Aldi editione, exponas: Hostis. λῦμα, κάθαρμα, φθορὰ, Pernicies, hostis.
Barnes.

σύ τοι pro σύ τ' ὦ dedi auctore Musgravio. Nam vix de Priamo sermo esse potest, sed est de Hectore, quod præter Musgravium etiam Reiskius intellexit. Nec dissentit Hermannus. Statim post Aldi lectio λῦμ' ᾽Αχαιῶν (non λύμ', ut Musgravius et Reiskius affirmant) revocanda fuit, quam Heathius recte vertit *pernicies Achivorum.* Videtur enim λῦμα idem esse quod λύμη. Admonuit me Hermannus loci Æschylei Prometh. 696. δυσθέατα καὶ δύσοιστα πήματα, λύματα, δείματα, ubi similis est vocabuli usus. Hinc non necesse est, ut scribatur λοίμ', quod aliquando in mentem mihi venerat.
Seidl.

593. Leg. σύ τ', ὦ λύμ' (ut in ed. Ald. h. e. λύμη) ᾽Αχαιῶν, *tu autem, O pestis Græcorum, liberorum meorum quondam natu maxime,* πρεσβυγενὲς ῞Εκτορ. Non Priamum, sed Hectorem, alloquitur.
Reisk.

Leg. λῦμ', i. e. λῦμα] Sensus: *Tuque, O pernicies Achivorum, meorumque quondam liberorum, grandæve Priame. Heath.*

594. δέ ποθ'] MS. Harl. δέσποθ'.
Musg.

δή ποθ'] Editiones omnes δέ ποθ' metro repugnante. Conf. v. 508. *Seidl.*

595. Legitur Πρίαμε, cui nec convenit prædicatum λῦμ' ᾽Αχαιῶν nec epitheton πρεσβυγενὲς, quamquam hoc alterum de-

Κοίμισαί μ' ἐς ᾅδου.
ΑΝ. Οἵδε πόνοι μεγάλοι, σχετλία, τάδε πάσχομεν ἄλγη,
Οἰχομένας πόλεως, ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται,

Sopora me apud inferos.
An. Hi labores magni *sunt*, misera, hos patimur dolores.
Pereunte patria. Doloribus enim dolores adduntur,

596. κόμισαι M. 597—602. Choro tribuit M.

fendi fortasse possit. Scripsi igitur Πριάμῳ, quod etiam Musgravio placuit. "Hectorem liberorum Hecubæ natu maximum fuisse diserte docent Theocrit. Idyll. XV. v. 139. Herodot. p. 158. Wessel." Musg. Voce πρεσβυγενὴς hoc significatu utitur Homerus Iliad. λ'. 249. πρεσβυγενὴς Ἀντηνορίδης. Hesychius πρεσβυγένεια, παλαιοτέρα γένεσις. Nec officit locus Cratini Excerpt. Grot. 493. ubi χρόνος dicitur πρεσβυγενὴς, tempore enim nihil prius natum putatur. *Seidl.*

596. Κοίμισαί μ' ἐς ᾅδου.] Male vulgo κόμισαί μ' εἰς ᾅδου. Soph. Ajac. 831.

καλῶ θ' ἅμα
πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι.

coll. ejusd. Electr. 509. et Trach. 1041. et Nostri Hippol. 1384. De personarum ratione in hoc extremo carmine conf. de Verss. Dochm. p. 247. et 319. *Seidl.*

597. Hunc et quinque sequentes versus Choro tribuit Harleianus, quocum facio. Ed. Ald. duos priores hexametros dividit, priorem partem Choro assignans, alteram Hecubæ; deinde quatuor sequentes manifesto errore ab Hecuba enuntiari facit. Primum hexametrum, qui nunc subobscurus est, sic forte emendes:

ΧΟ. Οἷδε πόθοι μεγάλοι, σχέτλι' αὖ τάδε πάσχομεν ἄλγη. *Musg.*

In toto hoc loco et versuum et personarum ratio apud Aldum confusissima est. Ut, quæ infra moniturus sum, melius intelligantur, totum locum, ut in Aldina legitur, adscribam:

ΧΟ. οἵδε πόθοι μεγάλοι.
'ΕΚ. σχέτλια τάδε πάσχομεν ἄλγη.
ΧΟ. οἰχομένας πόλεως. 'ΕΚ. ἐπὶ δ' ἄλγεσιν
ἄλγεα κεῖται
εὐφρεσύναισι θεῶν.
ὅτε σὸς γένος, ἔκφυγεν ᾅδαν,
ὃς λεχέων στυγερῶν χάριν,
ὤλεσε πέργαμα
Τροίας· αἱματόεντα δὲ θεᾷ
παρὰ Παλλάδι σώματα νεκρῶν
γυψὶ φέρειν τέταται.
ζυγὰ δ' ἤνυσε δούλια Τροία.
'ΕΚ. ὦ πατρὶς, ὦ μελέα,
καταλειπομέναν σε δακρύω.
ΧΟ. νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς· —
'ΕΚ. κἀγὼ δόμον, ἔνθ' ἐλοχεύθην·
ΧΟ. ὦ τέκν', ἔρημος πόλις· ἁμάτης
ἀπολείπεθ' ὑμῶν.
'ΕΚ. οἷος ἰάλεμος, οἷά τε πένθη,
δάκρυά τ' ἐκ δακρύων καταλείβεται
ἁμετέροισι δόμοις· ὁ θανὼν δ' ἐπιλάθεται ἀλγέων ἀδάκρυτος.

Plerosque hos versus heroicos esse viri docti dudum intellexere; sed de personarum distributione diversi diversa sentiunt. Primum notatu dignum est, universam partem priorem usque ad verba δούλια Τροία a Cod. Harl. soli Choro tribui. Et sane unius illa personæ esse dubitari vix potest: utrum Chori, an Andromachæ, illud quærendum est. Nam Hecubæ quidem, quæ aperte compellatur, nullæ hic partes sunt. Choro si assignentur, legendum certe erit σχέτλιαι, v. 597. quod, cur Hecubam solam compellet Chorus, nulla causa apparet. Sed vel sic verba, quæ paulo post leguntur, ὅτε σὸς γόνος ἔκφυγεν ᾅδαν, ob eandem causam aliquid offensionis habent. Si mecum Andromachæ tribuas, neque mutandum quidquam est, neque offensio ulla relinquitur. Atque, quum proxima oratio aperte ad Hecubam pertineat, probabile est, etiam Andromacham hic quædam habuisse. Denique, si totius loci nexum spectaris, senties, hic satis iniquo loco Chori personam inferri. Andromacha et Hecuba, ultimum jam se invicem visuræ, spectatorum oculos averterant, neque eas par erat post primas statim exclamationes tacere, sed ad sedatiorem que-

Δυσφροσύναισι θεῶν, ὅτε σὸς γόνος ἔκφυγεν ᾅδαν,
Ὅς λεχέων στυγερῶν χάριν ὤλεσε Πέργαμα Τροίας.
Αἱματόεντα δὲ θεᾷ παρὰ Παλλάδι σώματα νεκρῶν

Ex inimicitia deorum, quando tuus filius effugit Plutonem,
Qui propter odiosum thalamum perdidit Pergama Trojæ.
Cruenta vero corpora mortuorum prope deam Palladem

relam paulatim descendere debebant. Hanc demum recte excipit Chorus dicto illo communi, v. 610.

ὡς ἡδὺ δάκρυα τοῖς κακῶς πεπραγόσιν.

σχετλία] Ita accentu retracto scripsi pro σχέτλια metri causa. Male Barnesius τάδε σχέτλια. *Seidl.*

598. Cod. Fl. κεῖνται. Valck. ad Phœn. p. 134. *Beck.*

599. Δυσφροσύναισι] Ita MS. Harl. et Exc. in ora libri mei. Ed. Ald. εὐφροσύναισι. Pro ἔκφυγεν MS. Harl. ἔφυγεν. Legendum cum Florentino:

— ὅτε σὸς γόνος ἔκφυγεν ᾅδαν.

Tum, cum filius tuus mortem effugit. vid. Androm. v. 297. *Musg.*

ὁ δὲ σὸς γόνος ἔκφυγεν ᾅδαν,] Loquitur Chorus (inquit Joh. Brodæus) legendumque est: οὐδὲ σὸς γόνος: fuerat enim ante Trojam captam interfectus Paris a Philoctete. Hoc quidem Brodæo concedo, Paridem ante Trojam captam occisum, et quidem Helenam Deiphobo connubio junctam post Paridis mortem: Sed cum versus sit heroicus, non legendum οὐδὲ pronuntio: potius legamus pro ἔκφυγεν, οὐ φύγεν, et hoc modo historicæ veritati, versuique simul consulemus. *Barnes.*

Δυσφροσύναισι] Sic recte Musgravius ex MS. Harl. et Exc. in ora libri sui. Aldus εὐφροσύναισι, quod propter sequentia ferri nequit.

ὅτε] Ita Musgravius ex Cod. Flor. Aldus ὁ δὲ. Recte etiam Musgravius locum explicandum esse vidit ex Andromachæ, v. 293. seqq. ad quem locum Scholiastes: κατ' ὄναρ γὰρ θεασαμένη ἡ Ἑκάβη, ὅτι λαμπάδα ἐγέννησεν, ἅμα τῷ τεχθῆναι τὸν Ἀλέξανδρον ἐδυσφόρει καὶ εἴρετο τοὺς μάντεις. Οἱ δὲ ἔφασκον, χρῆναι τὸ τεχθὲν φονεῦσαι. Ἡ δὲ ἐξέθηκε αὐτὸ, μὴ τολμῶσα φονεῦσαι.— Rem extra dubitationem ponit infra v. 913.

δεύτερον δ', ἀπώλεσεν
Τροίαν τε κἄμ' ὁ πρέσβυς, οὐ κτανὼν βρέφος,
δαλοῦ πικρὸν μίμημ', Ἀλέξανδρόν ποτε.

Lege οὐ 'κφυγεν, i. e. οὐ ἔκφυγεν. *Heath.*

601. Αἱματόεντα δὲ θεᾷ] Hic θεᾷ est μονοσυλλάβως in scansione legendum. Vid. quæ nos ad Phœniss. v. 516. *Barnes.*

In hac cantilena legitur:

Αἱματόεντα θεᾷ παρὰ Παλλάδι σώματα νεκρῶν
γυψὶ φέρειν τέταται· ζυγὰ δ' ΗΝΥΣΕ δούλια
Τροία.
ἘΚ. ὦ πατρὶς, ὦ μελέα, ΚΑΤΑΛΕΙΠΟΜΕΝΑΝ
σε δακρύω
ΧΟ. νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς. ἘΚ. ΚΑΓΩ δόμον
ἔνθ' ἐλοχεύθην.

plura me in hoc loco offendunt. Primum dubito an satis Græce dicatur: ἀνύειν ζυγὰ δούλια pro *servitutis jugum subire.* Non enim v. ἀνύειν sed ἀνύεσθαι *obtinendi, accipiendi* vel *lucrandi* significationem habet. Theoc. Eid. V. 144. v. Casaubonus Lectt. Theocr. C. VII. Brunck. ad Eur. Bacch. 131. Quare scribendum esse suspicor:

ζυγὰ δ' ΗΙΝΕΣΕ δούλια Τροία.

αἰνεῖν *ferre, tolerare* nonnunquam audit. Eurip. Hipp. 37.

ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγὴν.

εὐαρεστήσας, Schol. Electra. 1245. αἰνεῖν ἀνάγκη ταῦτα. Abresch. in Æsch. L. III. 82. Sequenti versu, quamvis vulgata lectio ferri possit, scribi tamen malim:

ὦ πατρὶς, ὦ μελέα, ΚΑΤΕΡΕΙΠΟΜΕΝΑΝ σε
δακρύω.

Hecuba. 474.

ὦ μοι πατέρων, χθονός
θ' ἃ κάπνῳ κατερείπεται
τυφομένα.

Herodian. VIII. 2. πιστευσάντων τῷ προβεβλημένῳ τείχει, ὅ παλαιότατον, ἐκ τοῦ πλείστου μέρους πρότερον μὲν κατερήρειπτο. Tragicus ap. Ciceronem de Orat. III. 58.

O pater, O patria, O Priami domus.
Hæc omnia vidi inflammari.

Γυψὶ φέρειν τέταται· ζυγὰ δ' ἤνυσε δούλια Τροία.
'ΕΚ. Ὦ πατρὶς, ὦ μελέα, καταλειπομέναν σε δακρύω—
Νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς—καὶ ἐμὸν δόμον, ἔνθ' ἐλοχεύθην.
Ὦ τέκν', ἐρημόπολις μάτηρ ἀπολείπεται ὑμῶν.
Οἷος ἰάλεμος, οἷά τε πένθη.

Vulturibus lanianda jacent. Jugum vero servile subiit Troja.
Hec. O patria, O misera, relictam te deploro.
Nunc finem miserabilem vides. Et ego domus, in qua in lucem edita sum.
O filii, civitate-orbata mater vestra deseritur.
Qualis planctus, et quales luctus.

604. νῦν—ὁρᾷς Choro tribuit M. κἀγὼ δόμον. 605. Choro tribuit M. ἔρημος πόλις· ἁ μάτηρ—ἀπολείπεθ' M.

In ultimo tandem versu Musgravius δόμου legendum suspicatur, hoc sensu: *Et ipse finem video domus.* Non possum tamen, quin supervacaneam et ineptam judicem voculam κἀγὼ hoc in loco, ubi ὁρᾷς præcessit. Nondum me pœnitet conjecisse

ΧΟ. Νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς· 'ΕΚ. ΚΑΠΝΟΝ
δόμου ἔνθ' ἐλοχεύθην.

Chor. *Jam miserabilem vides finem.* Hec. *Recte ais. Video fumum surgentem e domo, in qua olim felix fui puerpera.* Hecuba. 811.

καπνὸν δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκονθ' ὁρῶ.

In captarum urbium descriptione fumi plerumque mentio fieri solet. Simonides Epigr. II.

τῶνδε δι' ἀνθρώπων ἀρετὰν οὐκ ἵκετο καπνὸς
αἰθέρα δαιομένης εὐρυχόρου Τεγέης.

Pindar. Pyth. v. 110.

σὸν Ἑλένᾳ γὰρ μόλον καπνωθεῖσαν
Πάτραν ἐπεὶ ἴδον.

Jacobs.

602. ζυγὰ—ἤνυσε] Sophocles: ἐξανύσειν κακὰν μοῖραν. Ajac. v. 944. ἀνύσειν ᾅδαν, ibid. v. 614. Eurip. ἤνυσαν τὸν ᾅδαν, Supplic. v. 1152. *Musg.*

603. seqq. Quomodo Aldus personas distribuat, supra expositum est. Non dubito, quin recte omnia Hecubæ tribuerim. *Seidl.*

604. δόμον,] An legendum δόμου, *et ipsa finem video domus.* Suspicor etiam, personam Hecubæ et hic et versu præcedenti male appositam esse; utrumque enim a Choro enuntiari, continuamque cum præcedentibus ῥῆσιν efficere. Nova certe ῥῆσις a v. 603. inchoatur, quam Hecubæ assignandam esse mox docebimus. *Musg.*

δόμον] Ita libri sine sensu. Heathius: " Hunc versum (ὦ πατρίς, &c.) Andromachæ potius tribuendum existimo, quæ jam tum ad Neoptolemi naves abducebatur. Respondet vero Hecuba versu proxime sequenti:

κἀγὼ δόμον, ἔνθ' ἐλοχεύθην.

ubi repetendum ἀπὸ κοινοῦ verbum δακρύω. Puerperia certe præ cæteris Hecubæ deflenda erant, cui quinquaginta liberi Achivorum ense perierant." Bene quidem hoc, modo cætera satis convenirent. Nam Hecubæ hæc omnia tribuenda esse vix dubium est. Hermanno in mentem veniebat:

κἀγὼ δόμου, ἔνθ' ἐλοχεύθην,
ὦ τέκν', ἐρημοπόλος, μάτηρ ἀπολείπομαι ὑμῶν.

ut conjungantur δόμου ἐρημοπόλος. Equidem incideram in

κλαίω δόμον, ἔνθ' ἐλοχεύθην.

Legi etiam posset, quod ex parte Musgravius conjecerat:

νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς κἀγὼ δόμου, ἔνθ' ἐλοχεύθην.

Ad ἐλοχεύθην conf. Nostri Bacch. 3.
Seidl.

Δάκρυά τ' ἐκ δακρύων καταλείβεται
Ἁμετέροισι δόμοις. ὁ θανὼν δ' ἐπι-
λάθεται ἀλγέων ἀδάκρυτος.
ΧΟ. Ὡς ἡδὺ δάκρυα τοῖς κακῶς πεπραγόσιν,
Θρήνων τ' ὀδυρμοὶ Μοῦσά θ', ἣ λύπας ἔχει.

Lacrymæ stillant ex lacrymis
In nostra domo: qui vero mortuus est,
Obliviscitur dolorum, nullas fundens lacrymas.
Cho. Quam jucundæ *sunt* lacrymæ afflictis,
Luctuumque lamentatio et Musa, quæ dolores habet.

607. καταλείπεται M.

Forte, νῦν γ' ἔδος (aut πέδον, aut τέγος) οἰκτρόν. *Reisk.*

605. Choro, Hecubam et Andromacham alloquenti, non convenit vox τέκνα, forte nec πόλις, μάτηρ, — ὑμῶν. Andromacha certe aliunde originem traxit; de Hecuba minus certum est. confer v. 476.

Hecuba, puto, Thracia oriunda erat. Cisseus enim Thracius audit Virgilio Æneid. V. 536.

ἀπολείπεθ'] An legendum ob metrum ἀπολεῖθ', i. e. ἀπολεῖται.

Chorum suos liberos, non Andromaches aut Hecubæ, alloqui contra Musgr. monet Prev. *Musg.*

Librorum lectio ὦ τέκν', ἔρημος πόλις· ἁ μάτηρ ἀπολείπεθ' ὑμῶν numeros plane perdit. Versus haud dubie hexameter fuit, ut antecedentes. Vere nobis locum emendasse videmur. Simillima compositio est ἐρημοκόμης, *calvus*, qua usus est Philippus Thessal. Brunck. Anal. II. p. 230. Ceterum Porsonus Suppl. Præf. ad Hec. p. clxxxiv. male hos versus pro anapæstis habuit, citans λείπεται ὑμῶν. *Seidl.*

606. Hunc et tres sequentes versus Choro tribuerim. Pro οἷος, *qualis*, lego cum leni οἶος, *solus*, et mox οἶα: quasi dicas: *nihil præter nænias lugubres, dolorem et lacrymas nostris domubus relinquitur. Musg.*

Οἷος ἰάλεμος,] Ἰάλεμος, hymnus lugubris. Apollonii Scholiastes: Ἰήλεμος ἀντὶ τοῦ θρῆνος εἴρηται, ἀπὸ Ἰαλέμου, τοῦ Μούσης παιδός. Ὁ Ἰάλεμος θρηνώδεις ἐφεῦρεν ᾠδάς. Tzetzes. Vid. quæ nos ad Supplices, v. 291. *Barnes.*

Ab hoc loco usque ad carminis finem nihil mutavimus, quamquam persuasissimum nobis est, etiam hos versus antiquitus heroicos fuisse. In primo ab initio videntur quædam excidisse

* * οἷος ἰάλεμος, οἷά τε πένθη.

ultimus haud dubie fuit:

ἁμετέροισι δόμοις· ὁ θανὼν δ' ἐπιλάθεται ἀλγέων.

Jam reliqua sunt δάκρυά τ' ἐκ δακρύων καταλείβεται et, quæ male, ut videtur, in fine posita est, vox ἀδάκρυτος. Fortasse Euripides dedit:

δάκρυά τ' ἐκ δακρύων καταλείβεται οὐκ ἀδακρύτοις
ἁμετέροισι δόμοις.

Conf. Nostri Hec. 685. οὐδέποτ' ἀδάκρυτος — ἡμέρα μ' ἐπισχήσει, et Ion. 1458. τέκνον, οὐκ ἀδάκρυτος ἐκλοχεύῃ. Hermannus incidebat in αἰνοδάκρυτα pro οὐκ ἀδακρύτοις. Jam si hexametros omnes fuisse concedis, aliud etiam commodum nanciscimur. Ut Andromacha sex hexametros habuit, ita totidem habebit Hecuba, antistrophæ instar illis respondentes. *Seidl.*

607. καταλείπεται] Ita MS. Steph. Ed. Ald. καταλείβεται. *Musg.*

καταλείβεται] Καταλείπεται male editores prætulerunt. *Seidl.*

610. Hecubæ tribuenda erit hæc ῥῆσις, siquidem recte priorem Choro assignavimus.

πεπραγόσι,] Ita MSS. Cotton. et Flor. Ed. Ald. πεπονθόσι. *Musg.*

ΑΝ. Ὦ μῆτερ ἀνδρὸς, ὅς ποτ' Ἀργείων δορὶ
Πλείστους διώλεσ', Ἕκτορος, τάδ' εἰσορᾷς;
ἙΚ. Ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω
Τὰ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν.
ΑΝ. Ἀγόμεθα λεία σὺν τέκνῳ· τὸ δ' εὐγενὲς
Ἐς δοῦλον ἥκει, μεταβολὰς τοσάσδ' ἔχον.
ἙΚ. Τὸ τῆς ἀνάγκης δεινόν· ἄρτι κἀπ' ἐμοῦ
Βέβηκ' ἀποσπασθεῖσα Κασάνδρα βίᾳ.
ΑΝ. (Φεῦ, φεῦ.) ἄλλος τις Αἴας, ὡς ἔοικε, δεύτερος
Παιδὸς πέφηνε σῆς· νοσεῖς δὲ χἄτερα

An. O mater viri, qui olim *sua* hasta Argivos
Plurimos perdidit, Hectoris, hæc aspicis?
Hec. Video deorum *numina*, quæ ea quidem extollunt in sublime,
Quæ nihil sunt: gloriosa vero perdunt.
An. Abducor præda cum filio. Nobilitas vero
Venit in servitutem, tantas habens mutationes.
Hec. Necessitatis *robur est* invictum: modo et a me
Abiit Cassandra avulsa per vim.
An. Heu, heu. Aliquis, ut videtur, secundus Ajax
Apparuit tuæ filiæ: laboras vero et aliis *malis*.

Ὡς ἡδὺ δάκρυα] Hom. Odyss. λ'. v. 211. — κρυεροῖο τεταρπώμεσθα γόοιο. *Brod.*

κακῶς πεπραγόσι,] Ald. et Stobæus Serm. CXXI. (Flor. p. 503.) κακῶς πεπονθόσι. — Noster Alcest. 981.

τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον, φίλοι,
κακῶς κλύοντι, καὶ κακῶς πεπραγότι;

conf. Orest. 87. Suppl. 339. Heracl. 500. Hercul. Fur. 707. *Seidl.*

611. Θρήνων ὀδυρμοί.] Confer ἄλγη κωκυμάτων, Lycophron. v. 408. *Musg.*

Μοῦσά θ', ἣ λύπας ἔχει.] Μοῦσα, ἣ τοῦ λυπεῖν λέλογχε, Μελπομένη, de qua Virgilius: Melpomene tragico proclamat mœsta (vel contristat cuncta) boatu. Vid. supra v. 120. Μοῦσα δὲ χ' αὕτη τοῖς δυστήνοις ἄτας κελαδεῖν. Est quædam Musa immodici luctus, hoc est, — Facis et, Dolor improbe, versus. *Barnes.*

Θρήνων τ' ὀδυρμοὶ] Conf. præter Musgravium ad h. l. Porsonum ad Hec. 298. *Seidl.*

613. Post εἰσορᾷς sive interrogandi sive exclamandi signum ponas, perinde est. Talis enim interrogatio exclamationis vim habet. *Seidl.*

614. Ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω] In alto collocant. Ita Hesiodus, v. 5. Ῥέα μὲν γὰρ βριάει· ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει· Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει Ζεὺς ὑψιβρεμέτης. Æsopus, olim interrogatus, quid ageret deus, respondit: Sublimia et caput tollentia sternit, humilia autem erigit. Vere itaque Æschylus in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας: Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν Φρονημάτων ἔπεστιν εὔθυνος βαρύς. Ante omnia vero θεοτόκος illa humillima virgo, in celeberrimo illo hymno, *Magnificat* dicto — Διεσκόρπισεν (ὁ Θεὸς) ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν. Καθεῖλε Δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς, etc. Quæ sic nos olim vertebamus — Ἀνέρας ἐξαλάπαξε Θεὸς ὑπερηφανέοντας Ἔν θ' ὑπεροπλίῃ καὶ ἁμαρτωλῇσι νόοιο, Πολλὰ κεδαζόμενος χαλεπῆς στροφάλιγγι θυέλλης· Καὶ μέγα Δυναμένους μὲν ἀπεστυφέλιξε θοώκων, Ὑψόσε δ' ἤερταζε φίλους χθαμαλόφρονας ἄνδρας. *Barnes.*

615. τὰ — δοκοῦντ'] Sic κἀκ τῶν δοκούντων, Hec. v. 295. *Musg.*

ʽΕΚ. Ὧν γ᾽ οὔτε μέτρον, οὔτ᾽ ἀριθμός ἐστί μοι·
Κακῷ κακὸν γὰρ εἰς ἅμιλλαν ἔρχεται.
ΑΝ. Τέθνηκέ σοι παῖς πρὸς τάφῳ Πολυξένη
Σφαγεῖσ᾽ Ἀχιλλέως, δῶρον ἀψύχῳ νεκρῷ.
ʽΕΚ. Οἲ ᾽γὼ τάλαινα· τοῦτ᾽ ἐκεῖνό μοι πάλαι
Ταλθύβιος αἴνιγμ᾽ οὐ σαφῶς εἶπεν σαφές.
ΑΝ. Εἶδόν νιν αὐτή, κἀποβᾶσα τῶνδ᾽ ὄχων
Ἔκρυψα πέπλοις κἀπεκοψάμην νεκρόν.
ʽΕΚ Αἶ, αἶ, τέκνον, σῶν ἀνοσίων προσφαγμάτων.
Αἶ, αἶ, μάλ᾽ αὖθις, ὡς κακῶς διόλλυσαι.

Hec. Quorum neque modus, neque numerus est mihi:
Malum enim malo certat.
An. Mortua tibi est filia Polyxena ad tumulum
Achillis mactata, munus exanimi cadaveri.
Hec. Heu me miseram, hoc illud est, quod mihi dudum
Talthybius dixit ænigma perspicuum non perspicue.
An. Ipsam ipsa vidi, et descendens de isto curru,
Velavi peplis *ipsam*, et cadaver planxi.
Hec. Heu, heu, filia, ob tuam immolationem exsecrandam:
Heu, heu, iterum, quam male periisti!

617. τοσάσδ᾽] MS. Harl. τοιάσδ᾽. *Musg.*

620. Φεῦ, φεῦ] Extra carmen. Vid. ad Hecub. v. 1098. et Hippolyt. v. 345. Ἄλλος τις Αἴας] Ita Agamemnonem vocat, quod, sicut Ajax Oilei, ita nunc et ipse raperet Cassandram. Sic Virgil. Æn. Lib. VI. v. 89. — Alius Latio jam partus Achilles. *Barnes.*

In Αἴας alluditur ad τὸ αἰάζειν, *alius luctus nascitur tibi e filia tua,* Polyxena puta. Est frigidus lusus. *Reisk.*

623. Κακῷ κακὸν] Ita MS. Harl. et Auctor Christi Patientis, ut recte emendaverat Tyrwhittus. Ed. Ald. κακῶν κακῶν. *Musg.*

Heath. præfert lectionem cod. Flor. allatam a Valck. ad Phœn. 374.:

Κακῶν κακὸν γὰρ εἰς ἅμιλλαν ἔρχεται.

Beck.

624. Τέθνηκέ σοι παῖς] Vel hinc scire licet, quantopere sibi indulgeant Poëtæ in ordinandis suis Fabulis: alia enim est hic Œconomia de Polyxenæ morte, quam fuerat in Hecuba; de qua re nos plus semel. *Barnes.*

625. ἀψύχῳ] Hermannus conjecit εὐψύχῳ. Sed præstat vulgata. Notat Andromache indignitatem facti, quod mortuo, qui sensu careat, vita Polyxenæ tanquam dono sit oblata. *Seidl.*

627. Ταλθύβιος αἴνιγμ᾽ οὐ σαφῶς] Vide supra v. 270. ubi aperte dicit Talthybius: ἔχει πότμος νιν, ὥστ᾽ ἀπηλλάχθαι κακῶν: quod tamen Hecuba non de morte, sed de sorte tantum, intellexit; ut et iste locus probat, ubi nihil aliud de Polyxena aut quærit, aut queritur: sed de Andromacha quæstionem facit; in hoc vero loco extra dubium res ponitur. *Barnes.*

Heath. metri causa scribit εἶπεν.

Beck.

629. κἀπεκοψάμην νεκρόν.] Καὶ ἐπὶ νεκρὸν, vel νεκρῷ, ἐκοψάμην. Æmilii Porti nugamenta prætereo. De planctu super mortuos vid. infra v. 796. et Joh. Kirchmanni Funer. Roman. Lib. II. c. 11.

Barnes.

630. προσφαγμάτων] Vid. Hecub. v. 265. subaudi autem ἕνεκα in hoc loco.

Barnes.

ΑΝ. Ὄλωλεν, ὡς ὄλωλεν, ἀλλ' ὅμως ἐμοῦ
Ζώσης γ' ὄλωλεν εὐτυχεστέρῳ πότμῳ.
ΕΚ. Οὐ ταυτὸν, ὦ παῖ, τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν·
Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν, τῷ δ' ἔνεισιν ἐλπίδες.
ΑΝ. [Ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσα, κάλλιστον λόγον]
Ἄκουσον, ὥς σοι τέρψιν ἐμβάλω φρενί.
Τὸ μὴ γενέσθαι τῷ θανεῖν ἴσον λέγω,

An. Periit, ut periit: sed tamen quam ego,
Quæ viva sum, feliciore fato periit.
Hec. Non idem est, filia, vivere, quod mori.
Mortuus enim nihil est, spes vero insunt vitæ.
An. O mater, sed quæ non peperisti, pulcherrimum sermonem
Audi, ut tuæ voluptatem injiciam menti.
Non natum esse, æquale dico morti:

635. τῷδ' M. 636. τεκοῦσα κάλλιστον, λόγον S. 637. ἐμβαλῶ.

634. τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν·] Ita MS. Harl. Ed. Ald. τὸ βλέπειν τῷ κατθανεῖν. *Musg.*

τὸ βλέπειν] Τὸ ζῆν. Vid. quæ nos ad Supplices, v. 89. *Barnes.*

τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν·] "Ita MS. Harl.—Ed. Ald. τὸ βλέπειν τῷ κατθανεῖν." Musgrav. Utraque lectio eodem redit; nostra tamen numeros offert elegantiores, eamque habet Stobæus Serm. CXX. (Floril. p. 495.) In Trincavelli tamen editione est τὸ βλ. τὸ κατθ. τῷ μὲν, etc. *Seidl.*

635. Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν, τῷδ' ἔνεισιν ἐλπίδες.] Τὸ μὲν γὰρ θανεῖν ἐς οὐδὲν ἡμᾶς κατάγον ἀναλοῖ, ἐν δὲ τῷ βλέπειν καὶ ζῆν ἐλπὶς τῶν βελτιόνων μένει. Καὶ Θεόκριτος· (Idyll. IV. v. 42.) Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες. Quod sic vertas — *Spes est in vivis; sed spes est nulla sepultis.* *Barnes.*

τῷ δ'] Ita recte Stobæus. Vulgo τῷδ'. *Seidl.*

636. Hujus ῥήσεως initium MSS. Harl. et Flor. uno versu locupletant, qui sic se habet:

ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσα κάλλιστον λόγον
ἄκουσον — —

Hunc versum ideo ab Euripide esse arbitror, quia alioqui Andromache, Hecubam multo seniorem alloquens, minus decore orationem ab ἄκουσον orditur. Non tamen mendi expers est, quod sic tollo:

ὦ μῆτερ, οὐ τεκοῦσα, κάλλιστον λόγον
ἄκουσον — —

Confer Ion. v. 1324. *Musg.*

Secutus est in vertendo hujus versus initio Musgravii conjecturam et codd. auctoritatem Prev. *Beck.*

Leg. ὥστε σοι 'ντρεψιν (i. e. ἔντρεψιν), *ut te attentum faciam,* aut *ut te refutem,* et in temet retroagam, impellam ad maturiorem hujus argumenti pensitationem. *Reisk.*

Loci Ionis Musgravio ad h. l. citati plane diversa ratio est. Equidem in textu præter interpunctionem manifesto falsam nihil mutare ausus sum. Suspicor tamen, Euripidem scripsisse:

ὦ μῆτερ εὐτεκνοῦσα κάλλιστον, λόγον
ἄκουσον.

sive potius λόγων ἄκουσον. Noster Hec. 579.

εὐτεκνωτάτην δέ σε
. . . . . .
πασῶν γυναικῶν, δυστυχεστάτην θ' ὁρῶ.

Ibid. 618.

Τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν.
Ἀλγεῖ γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν ᾐσθημένος·
Ὁ δ' εὐτυχήσας, ἐς τὸ δυστυχὲς πεσὼν,
Ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.
Κείνη δ' ὁμοίως, ὥσπερ οὐκ ἰδοῦσα φῶς,
Τέθνηκε, κοὐδὲν οἶδε τῶν αὑτῆς κακῶν.
Ἐγὼ δὲ τοξεύσασα τῆς εὐδοξίας,

At melius est mori, quam calamitose vivere.
Nihil enim dolet, ex malorum sensu.
Qui vero fuit beatus, et in miserias cadit,
Animo *vagans* cruciatur *propter* priorem felicitatem.
Illa vero *Polyxena,* perinde ac si nunquam vidisset lucem,
Mortua est, et nihil scit malorum suorum.
Ego vero quæ *scopum* jaculando sum assecuta, et gloriæ

645. *τῆς τ' εὐδ.*

ὦ πλεῖστ' ἔχων, κάλλιστά τ' εὐτεκνώτατε
Πρίαμε.

ubi vid. Porsonum. Verbo *εὐτεκνεῖν* Euripides utitur Fragm. Meleag. X. 2. Litteræ *ω* confusæ cum *εὐ* exemplum invenies in Gregor. Corinth. p. 469. Schæf. Eleganter, sed minus facile Hermannus:

ὦ μῆτερ, ὦ τεκνοῦσσα καλλίστων γόνων.

laudans Brunck. et Erfurdtium ad Soph. Trachinn. 308. — Proximum utrumque versum habet Stobæus, Serm. CXIX. (Floril. p. 491.) *Seidl.*

637. Pro *ὥς σοι* malim *ᾧ σοι* vel *οἷς σοι.* Conf. Orest. 1175.

πτηνοῖσι μύθοις ἀδαπάνως τέρψω φρένας.

coll. Med. 143. *παραθαλπομένα φρένα μύθοις.* *Seidl.*

639. *Κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν.*] Æschyl. Prometh. *Κρεῖσσον γὰρ ἔσθ' εἰσάπαξ θανεῖν,*
Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.
Barnes.

640. Leg. *τῶν κακῶν μὴ 'σθημένος,* i. e. *ᾐσθημένος.* *Beck.*

641. Locus difficillimus, quem nemo dum explicuit. Illa quidem

ὁ δ' εὐτυχήσας εἰς τὸ δυστυχὲς πεσὼν
ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας

oppositam sententiam requirere videntur hanc: *qui felicitatem non novit, is non dolet.* Unde legendum suspiceris:

ἀλγεῖ γὰρ οὐδὲν τῶν καλῶν ᾐσθημένος;

doletne is, qui felicitatem non novit? Ita totius loci nexus hic esset: Non natum esse et mortuum esse, idem est, sed vita ærumnosa mors potior. Neque enim dolet is, qui ea, quæ bona habentur, non novit, sed is demum dolet, qui secundam fortunam expertus ad mala dejicitur propter ipsum amissæ felicitatis desiderium. Polyxena vero sic mortua est, ut si non nata fuisset, ideoque non novit suum infortunium, quippe secundam fortunam non experta. — Interrogatio tamen illa ab hujus loci natura aliena videtur: itaque vide, ne exciderint quædam hoc modo:

ἀλγεῖ γὰρ οὐδὲν * * * *
* * * * *οὐδὲν τῶν καλῶν ᾐσθημένος*

quæ errore librariorum in duplici *οὐδὲν* errantium depravata sint. Pari modo supra v. 368. duos versus in unum contractos vidimus. — Æmilius Portus illud *οὐδὲν* communiter et ad *ἀλγεῖ* et ad *ᾐσθημένος* pertinere putat. Idem voluisse videtur Hugo Grotius vertens:

Non esse natum par puto et natum mori,
Mors ipsa vita melior ærumnabili.
Namque ubi nec ullus sensus, ibi nullus dolor.
At quem calamitas ante felicem obruit.
Fortuna oberrat semper huic animo prior.
Hæc quam tulere fata, ceu numquam diem
Vidisset, ipsa quæ habuit ignorat mala.

Λαχοῦσα πλεῖον, τῆς τύχης ἡμάρτανον.
Ἃ γὰρ γυναιξὶ σώφρον' ἔσθ' εὑρημένα,
Ταῦτ' ἐξεμόχθουν Ἕκτορος κατὰ στέγας.
Πρῶτον μὲν, ἔνθα κἂν προσῇ, κἂν μὴ προσῇ
Ψόγος γυναιξὶν, αὐτὸ τοῦτ' ἐφέλκεται
Κακῶς ἀκούειν, ἥτις οὐκ ἔνδον μένει,
Τούτου πόθον παρεῖσ', ἔμιμνον ἐν δόμοις,

Quæ bonam *partem* adepta sum, a fortuna *tamen* aberravi.
Quæ enim mulieri modestæ conveniunt,
Hæc exercui in domo Hectoris.
Primum enim, in quo, sive adsit sive non adsit
Probrum mulieribus, hoc ipsum adfert
Malam famam *ei*, quæ domi non manet.
Hujus omittens desiderium domi mansi

Vid. R. P. Præf. Hecub. p. clxxxvii. *Burn.*

642. ἀλᾶται] Elegantius, ni fallor, et commodius esset ἀσᾶται, *dolet.* Exstat vox Polluc. Lib. III. sect. 98. Conferendum tamen Pindari εὐφροσύνας ἀλᾶται, Olymp. I. Epod. 2. *Musg.*

646 τῆς τύχης ἡμάρτανον.] Persistit poëta in metaphora, a Sagittario longe a scopo aberrante ducta. *Brodæus.*

647. γυναιξὶ] Auctor Christi Patientis γυναικὶ, quod Piersono præ vulgata placet. *Musg.*

σώφρον'] Pro σώφρονα: concordat cum εὑρημένα; vel, ut alii legunt, σώφροσ' pro σώφροσιν, ad γυναιξὶ referentes. *Barnes.*

γυναιξὶ] Auctor Christi Patientis γυναικί. Musgr. Eadem varietas obtinet in Soph. Ajac. v. 291.

γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

Sed plurimi pluralem tuentur. Noster tamen Heracl. 477.

γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
κάλλιστον.

Non opus erat invento Piersoni, quod non melius est vulgata lectione. *Reisk.*

649. Πρῶτον μὲν,] Hic Andromache optimæ uxoris exemplum haud malum proponitur; de qua re vid. Xenophontis Œconomicum. *Barnes.*

649—658. Totus hic locus, quamquam, quod singulas sententias attinet, Euripide satis dignus, magnopere tamen vereor, ne ab Euripide non sit profectus. Quem si vel concedam Euripidis esse, illud certe persuasissimum habeo, huic eum nexui primitus non potuisse destinatum esse. Sed inest etiam vox non tragica εἰσεφρούμην. Verbum φρεῖν cum compositis suis vulgari sermoni est proprium, quo, si recte memini, nemo tragicorum usus est. Deinde, quod illi πρῶτον μὲν in sequentibus respondeat, frustra quæras, nec ipsa illa locutio, ἔνθα κἂν προσῇ κἂν μὴ προσῇ, ψόγος γυναιξὶν, offensione caret. Postremo vide, quam egregie, omisso hoc loco, sententiæ coëant:

ἃ γὰρ γυναιξὶ σώφρον' ἔσθ' εὑρημένα,
ταῦτ' ἐξεμόχθουν Ἕκτορος κατὰ στέγας.
καὶ τῶνδε κληδὼν εἰς στράτευμ' Ἀχαϊκὸν
ἐλθοῦσ' ἀπώλεσέν με.

Seidl.

653. Interpungunt vulgo post μελάθρων. Valckenarius ex Christo Patiente, v. 543. 4. legi vult:

τούτου πόθον παρεῖσ' ἔμιμνον ἐν δόμοις
εἴσω μελάθρων· κομψὰ θηλειῶν δ' ἔπη
οὐκ εἰσεφρούμην.

Reiskium secutus interpunctionem post μελάθρων delevi. Viam præiverat Grotius in hujus loci versione:

Seu culpa adhæret aliqua, seu culpa vacat,
Effugere certe non potest famæ notam

Εἴσω τε μελάθρων κομψὰ θηλειῶν ἔπη
Οὐκ εἰσεφρούμην· τὸν δὲ νοῦν διδάσκαλον
Οἴκοθεν ἔχουσα χρηστὸν ἐξήρκουν ἐμοί.
Γλώσσης τε σιγὴν ὄμμα θ' ἥσυχον πόσει
Παρεῖχον· ᾔδειν δ', ἅ ᾽μὲ χρῆν νικᾷν πόσιν,
Κείνῳ τε νίκην ὧν μ' ἐχρῆν παριέναι.
Καὶ τῶνδε κληδὼν ἐς στράτευμ' Ἀχαϊκὸν

Et intra atria: comptos *vero* mulierum sermones
Non intro admisi, sed mentem magistram
Domi habens probam, mihi satis consulebam:
Linguæque silentium, et placidum aspectum viro
Exhibui, et nôram in quibus oportebat me vincere maritum,
Et rursum quarum rerum illi conveniebat victoriam concedere.
Harumque rerum fama ad exercitum Achaicum

657. ἅ με χρ. M.

Matrona, quæ se non fores intra tenet:
Ideo penates tacita servavi meos,
Nec blandientes fœminarum fabulas
Tectis recepi. Sed domi mentem bonam
Habens magistram, credidi hoc unum satis.
Linguam silentem, lumen at placidum viro
Præbere didici, gnara et ubi vinci virum
A me deceret et ubi me concedere.

Seidl.

654. εἰσεφρούμην·] A poëtico φρῶ, pro φέρω. *Barnes.*

655. ἐξήρκουν] MS. Steph. in margine ἐξήσκουν. *Musg.*

ἐξήρκουν] Recte Henr. Stephanus hoc verbum probat, quanquam ex Vet. Cod. dicat annotatum ἐξήσκουν, quod tamen hic non æque arridet. *Barnes.*

657. ἅ 'μέ. *Por.*

Scribi debere ἅ᾽μὲ χρῆν νικᾷν πόσιν, per crasin, non ἅ'με, ut scilicet prior syllaba producatur, observat Br. ad Soph. Ant. 734. *Beck.*

ᾔδειν] Si locum Euripidis putarem, cum Heathio scripsissem ᾔδη. Vid. Valcken. ad Hippol. 407. *Seidl.*

Lege ἅτε μ' ἐχρῆν, ut constet metrum, et pro ᾔδειν, ᾔδη. *Heath.*

658. Κείνῳ τε νίκην ὧν μ' ἐχρῆν παριέναι.] Huc refer illud Philemonis — Ἀγαθῆς γυναικός ἐστιν, ὦ Νικοστράτη, Μὴ κρείττον' εἶναι τἀνδρὸς, ἀλλ' ὑπήκοον· Γυνὴ δὲ νικῶσ' ἄνδρα κακόν ἐστιν μέγα. Et vel hinc Euripides æstimari potest, ut æquus mulierum judex: nam si Medeam, Phædram, Helenam, Clytæmnestram, malas mulieres induxerit, sane Alcestin et Evadnen, Iphigeniam et Electram, Polyxenamet Andromachen et Macariam, optimas fœminas exhibet. Nec optimarum fœminarum numerum levem agnoscet, qui Deboram, et Jaël, Estheram et Susannam, Juditham et Mariam virginem in sacris literis, Zenobiam, Pantheam, Hypermnestram, Laodamiam, Halcyonen, Thisben, Ariadnen, Boadiciam, Landgartham, Hypsicratæam, Artemisiam, Archidamiam, Hersiliam, Paulinam, Portiam, Cinnam Alexandri M. sororem, Lucretiam, Valascam, Elizabetham Angliæ reginam, aliasque innumeras, ex Græcis, Romanisque et exoticis auctoribus recolet. Sed laudes illius hominiparæ sexus ut nemo bonus sugillare potest, ita nemo malus facile diluet, sed nec hic locus iis dicendis sufficiet. *Barnes.*

ὧν ἐχρὴν] Sic Aldus. In Barnesiana inseritur μ', quod etiam abesse hic potest. *Seidl.*

659. Ἀχαϊκὸν] Aldus Ἀχαιϊκὸν, ut plerumque in Euripide editum legimus. Vide tamen Eustath. Il. α'. p. 74. 29. (ed. Bas.) τὸ δὲ Ἀχαιΐδα ἐντελῶς ἔχει καθὰ καὶ τὸ Ἀχαιϊκὸς, τὸ δέ γε Ἀχαΐδα καὶ Ἀχαϊκὸν, ὥσπερ καὶ τὸ Ἀχαΐα παρὰ τοῖς

Ἐλθοῦσ', ἀπώλεσέν μ'· ἐπεὶ γὰρ ἡρέθην,
Ἀχιλλέως με παῖς ἐβουλήθη λαβεῖν
Δάμαρτα· δουλεύσω δ' ἐν αὐθεντῶν δόμοις.
Κεἰ μὲν παρώσασ' Ἕκτορος φίλον κάρα
Πρὸς τὸν παρόντα πόσιν ἀναπτύξω φρένα,
Κακὴ φανοῦμαι τῷ θανόντι· τόνδε δ' αὖ
Στυγοῦσ', ἐμαυτῆς δεσπόταις μισήσομαι.
Καίτοι λέγουσιν, ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ
Τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχος.
Ἀπέπτυσ' αὐτὴν, ἥτις, ἄνδρα τὸν πάρος
Καινοῖσι λέκτροις ἀποβαλοῦσ', ἄλλον φιλεῖ.
Ἀλλ' οὐδὲ πῶλος, ἥτις ἂν διαζυγῇ
Τῆς συντραφείσης, ῥᾳδίως ἕλκει ζυγόν.
Καίτοι τὸ θηριῶδες ἄφθογγόν τ' ἔφυ

Perveniens, me perdidit: nam posteaquam capta sum,
Achillis me filius voluit ducere
Conjugem; serviam autem in domo interfectorum *viri:*
Et si quidem repudiato Hectoris charo capite,
Ad præsentem maritum animum explicavero,
Improba videbor erga mortuum: hunc vero contra
Si prosequar odio, meis dominis ero invisa.
Atqui dicunt, quod una nox laxet
Odium mulieris in viri torum:
Ego *autem* abominor eam, quæ priorem virum
Cum amiserit, novis connubiis alium amat.
Nam ne equa quidem, quæ sejuncta fuerit
A compare, cum qua nutrita fuerit, facile trahit jugum:
Atqui hæc bestia est et muta,

665. κακὰ φ. M.

ὑστέροις ἀπέλευσιν ἔπαθε τοῦ ῑ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν Αἰολέων, οἵ, ὡς καὶ προεδηλώθη, ἀποβάλλουσιν αὐτὸ καὶ ἐν τῷ Ἀχαιὸς, ὡς καὶ ἐν τῷ παλαιός. Idem ad Odyss. γ΄. p. 125. 3. ὅτι δὲ Ἀχαιϊκὸν μὲν οἱ παλαιοὶ γράφουσιν, Ἀχαϊκὸν δὲ οἱ μεθ' Ὅμηρον, δεδήλωται καὶ ἀλλαχοῦ ἱκανῶς. Conf. Porson. ad Eurip. Hec. v. 287. *Seidl.*

665. Κακή] In Brubachiana aliisque aliquot editionibus vitiose editum est κακά. *Seidl.*

667. s. ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ Τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχος.] Ὡς μία νὺξ διαλύει τὸ ἔχθος τῆς γυναικὸς, ὃ ἂν εἶχεν εἰς τὸν δεῖνα, ἐὰν αὐτὸς μετὰ συνουσίας ἡδέως αὐτῇ χρῆται· Τὸ οὖν δυσμενὲς πρὸς τὸ εἰς ἀνδρὸς λέχος βλέπει. Κακῶς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ὡς εἴη ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ ἀνδρὸς λέχει. *Barnes.*

669. αὐτήν,] Vid. supra ad v. 373. *Seidl.*

675. ἀρκοῦντά μοι,] Vid. supra v. 655. ἐξήρκουν ἐμοί. *Barnes.*

Ξυνέσει τ' ἄχρηστον τῇ φύσει τε λείπεται.
Σὲ δ', ὦ φίλ' Ἕκτορ, εἶχον ἄνδρ' ἀρκοῦντά μοι,
Ξυνέσει, γένει, πλούτῳ τε κἀνδρείᾳ μέγαν·
Ἀκήρατον δέ μ' ἐκ πατρὸς λαβὼν δόμων,
Πρῶτος τὸ παρθένειον ἐζεύξω λέχος.
Καὶ νῦν ὄλωλας μὲν σὺ, ναυσθλοῦμαι δ' ἐγὼ
Πρὸς Ἑλλάδ' αἰχμάλωτος ἐς δοῦλον ζυγόν.
Ἆρ' οὐκ ἐλάσσω τῶν ἐμῶν ἔχει κακῶν
Πολυξένης ὄλεθρος, ἣν καταστένεις;
Ἐμοὶ γὰρ οὐδ', ὃ πᾶσι λείπεται βροτοῖς,
Ξύνεστιν ἐλπὶς, οὐδὲ κλέπτομαι φρένας
Πράξειν τι κεδνόν· ἡδὺ δ' ἐστὶ καὶ δοκεῖν.
ΧΟ. Ἐς ταυτὸν ἥκεις συμφορᾶς· θρηνοῦσα δὲ
Τὸ σὸν διδάσκεις μ', ἔνθα πημάτων κυρῶ.

Et rationis usu caret, et natura inferior est.
Te vero, chare Hector, habui virum sufficientem mihi,
Prudentia, genere, opibus; et fortitudine porro excellentem:
Accipiens autem me intactam ex domo paterna,
Primus virginalem *tibi* junxisti lectum:
Nunc autem tu quidem periisti: ego vero navi avehor
In Græciam captiva ad servile jugum.
An non minora meis habet mala
Mors Polyxenæ, quam tu gemis?
Mihi enim nulla, quæ omnibus relinquitur mortalibus,
Superest spes; nec animo decepta puto
Me ullo modo rem commode gesturam. Jucundum tamen est *hoc* opinari.
Cho. In eandem venis calamitatem: lamentans vero
Tuum *malum,* doces me in quibus malis sim.

676. Interpungendum, ut ξυνέσει, γένει, πλούτῳ ab ἀρκοῦντα regantur, solum ἀνδρείᾳ a μέγαν. *Musg.*

Ex nexu loci dativi omnes melius ad μέγαν referuntur. *Seidl.*

684. οὐδὲ κλέπτομαι φρένας] Nec mentem meam falsis rationibus decipio. *Brodæus.*

685. ἡδὺ δ' ἐστὶ, καὶ δοκεῖν.] Ita in Orest. Κρεῖσσον δὲ τὸ δοκεῖν, κἂν ἀληθείας ἀπῇ. *Barnes.*

Πράξειν τι κεδνόν·] Heathius: "Verte: Fortunam quæ me digna sit, ullam me manere." Dictum igitur est pro εὖ πράξειν. Grotius Excerptt. p. 299. ubi male legitur τὸ κέδνον, vertit:

Quin ipsa, cunctis quæ super mortalibus
Me spes reliquit. fractus heu nihil inclitum
Sibi fingit animus. Dulce credulitas quoque.

Seidl.

686. Εἰς ταυτὸν ἥκεις] Scil. ἐμοί. Conf. Hec. 736. Orest. 1275. Hipp. 273. *Seidl.*

ʽΕΚ. Αὐτὴ μὲν οὔπω ναὸς εἰσέβην σκάφος,
Γραφῇ δʼ ἰδοῦσα καὶ κλύουσʼ ἐπίσταμαι.
Ναύταις γὰρ ἢν μὲν μέτριος ᾖ χειμὼν φέρειν,
Προθυμίαν ἔχουσι σωθῆναι πόνων,
Ὁ μὲν παρʼ οἴαχʼ, ὁ δʼ ἐπὶ λαίφεσιν βεβὼς,
Ὁ δʼ ἄντλον εἴργων ναός· ἢν δʼ ὑπερβάλῃ
Πολὺς ταραχθεὶς πόντος, ἐνδόντες τύχῃ,
Παρεῖσαν αὑτοὺς κυμάτων δρομήμασιν.
Οὕτω δὲ κἀγὼ, πόλλʼ ἔχουσα πήματα,
Ἄφθογγός εἰμι καὶ παρεῖσʼ ἐῶ στόμα·

Hec. Ipsa quidem nondum intravi navis alveum,
Sed ex conspectu picturæ, et auditu scio:
Si nautis enim tempestas mediocris sit tolerari,
Ut serventur alacriter laborant,
Hic quidem ad clavum, ille vero ad vela vadens,
Alius vero undas a navi arcens: si vero superavit *eorum vires*
Vehementer turbatum mare, cedentes fortunæ,
Permittunt se fluctuum cursibus.
Sic et ego multa habens mala
Muta sum, et omitto eloqui ista:

688. ναὸς εἰσέβην σκάφος,] Ναὸς σκάφος pro ναῦν. Vid. supra, v. 548. Αὐτὴ μὲν οὔπω ναὸς εἰσέβην σκάφος, &c.] Theon Sophista notavit Euripidem, ὅτι παρὰ καιρὸν αὐτῷ Ἑκάβη φιλοσοφεῖ, uti hoc in loco videmus, inquit Joh. Brodæus. Sed Theon nesciebat, quod Euripides præ summo moralis philosophiæ studio, ut illam auribus et animis hominum instillaret, artis poëticæ paulo negligentior ultro videri voluit. Vid. quæ nos ad Rhes. v. 591. Decoro tamen ut consulat, fatetur hic Hecuba, se nunquam navem adscendisse, tamen hæc ab aliis hausisse; et potuit sane prudens anus regina longo rerum usu et hujus vitæ experientia hæc omnia probabiliter satis cognoscere et edoceri: Quare Theon per nos valeat cum suis iniquis cavillationibus. Et Dion Chrysostomus potius audiatur, qui affirmat, apud auctorem nostrum οὐδὲν ἀπίθανον καὶ παρημελημένον reperiri. Quin Origenes noster dixit, quod Euripides esset philosophus in scena, ὁ κατά τινας Σκηνικὰς Φιλόσοφος, καὶ φυσιολογίας τῆς Ἀναξαγόρου Ἀκροατής. Ut etiam Athenæo et Clementi Alexandrino dicitur ὁ ἐπὶ τῆς σκηνῆς φιλόσοφος. *Barnes.*

688. s. Αὐτὴ κ. τ. λ.] Hos duo versus spurios esse Prev. censet, atque adeo in versione omisit. *Beck.*

689. Γραφῇ δʼ ἰδοῦσα] Ita recte Henr. Stephanus, pro διδοῦσα. Sensus: *Ipsa quidem, neque navem unquam adscendi, neque, quæ ad mare spectant, novi, audivi autem, et adeo evidenter fando accepi; ut etiam quasi in pictura oculis coram cernere videar. Barnes.*

Cod. Flor. Γραφὴν δʼ ἰδοῦσα. male. v. Valck. ad Hippol. 1008. *Beck.*

Aldus διδοῦσα pro δʼ ἰδοῦσα. *Seidl.*

691. Ad πόνων subauditur ἐκ. *alacriter enituntur, ut e periculis salvi evadant.* *Heath.*

693. ἄντλον εἴργων ναὸς·] *Prohibens a navi* submergenda *aquam sentinæ*, id est, sentinam exhauriens. Confer Scholiast. Æschyl. ad Sept. c. Theb. v. 802. *Musg.*

Ὁ δʼ ἄντλον εἴργων] Τὴν ῥύσιν τοῦ ὕδατος. Æschyl. Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. v. 802. Κλυδωνίου πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο. Scholiast. Ἄντλον] Ναυάγιον, πλημμύραν

Νικᾷ γὰρ οὐκ θεῶν με δύστηνος κλύδων.
Ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, τὰς μὲν Ἕκτορος τύχας
Ἔασον· οὐ μὴ δάκρυά νιν σώσει τὰ σά·
Τίμα δὲ τὸν παρόντα δεσπότην σέθεν,
Φίλον διδοῦσα δέλεαρ ἀνδρὶ σῶν τρόπων.
Κἂν δρᾷς τάδ', ἐς τὸ κοινὸν εὐφρανεῖς φίλους,
Καὶ παῖδα τόνδε παιδὸς ἐκθρέψειας ἂν
Τροίᾳ μέγιστον ὠφέλημ', ἵν' οἵ ποτε
Ἐκ σοῦ γενόμενοι παῖδες Ἴλιον πάλιν
Κατοικίσειαν, καὶ πόλις γένοιτ' ἔτι.

Vincit enim me infelix tempestas, quæ divinitus venit.
Sed, O chara filia, Hectoris quidem calamitates
Omitte: nunquam tuæ lacrymæ servabunt eum:
Sed cole præsentem dominum tuum,
Gratas illecebras tuorum morum præbens marito:
Si enim hæc feceris, in commune exhilarabis amicos,
Et filium hunc mei filii poteris *bene* educare,
Maximum adjumentum Trojæ, ut aliquando
Nati ex te liberi rursum Ilium
Restituant, et instauretur urbs.

700. σώσῃ M. 705. Τροίας.

κύματος, τὸ ὕδωρ· ἄντλον δὲ λέγεται τὸ ἀπὸ τοῦ κλύδωνος εἰσερχόμενον ὕδωρ. Ἑτοίμως οὖν οἱ ναῦται ἐξαντλοῦσι καὶ ἔξω τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ ἐκφέρουσιν· ἐξ οὗ καὶ τὸ καλούμενον ἀντλητήριον. Hecub. v. 1010. — ἀλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον ἐμπεσών. Schol. Ἄντλον δὲ λέγει, τὸ πέλαγος. Virgil. Æn. Lib. I. v. 126. — *laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. Barnes.*

ἄντλον εἴργων ναός·] Aldus ἄντλων typographico errore. *Seidl.*

697. Leg. ἔξω στόμα, *continebo os meum. Reisk.*

700. σώσει] Vulgo σώσῃ. *Seidl.*

705. Τροίας] Ita Ed. Ald. MS. Harl. Τροίᾳ, et mox εἴ ποτε. *Musg.*

706. Ἐκ σοῦ] Ita MSS. Steph. Flor. et Harl. Ed. Ald. ἐξ οὗ. *Musg.*

Ἐξ οὗ] Scaliger et Henricus Stephanus legunt ἐκ σοῦ, et hic quidem dictatorio more ita sententiam suam asservit: *Reponendum esse ἐκ σοῦ (ut habet Vetus) apertum esse videtur.* Nam ἐξ οὗ, pro ἐξ αὐτοῦ, *sive ἐκ τούτου, exemplo carere puto.* Ita ille vir magnus. Miror equidem, et hæc ab eo dici, et etiam Veterem Codicem prætendi; quum nihil magis certum sit, quam ὅς pro αὐτὸς dici sæpissime apud Homerum, et etiam ὁ pro αὐτὸς, et ἓ pro αὐτὸν, et οἱ pro αὐτῷ· Eodem autem modo, quo ἓ pro αὐτὸν et οἷ pro αὐτῷ, etiam et οὗ ponitur pro αὐτοῦ. Primo de οἱ pro αὐτῷ. Hom. Il. α'. v. 72. Ἣν διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων. Jam de ἓ pro αὐτὸν. Ibid. v. 236. Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥα ἓ χαλκὸς ἔλεψε. Denique de οὗ pro αὐτοῦ, si nullibi alias, quanquam eadem et ejus ratio, at certe hic ita positum cum quovis qualibet mercede contendam. Non enim cura erat Hecubæ, ut ex Andromacha semen propagetur, sed ex Astyanacte, filii sui, Hectoris, filio: quare nec Stephanus, nec Stephani Codex, nec Scaliger, a me hoc extorquebunt, quod ἐκ σοῦ hic sit legendum. In hac ego parte

Ἀλλ', — ἐκ λόγου γὰρ ἄλλος ἐκβαίνει λόγος —
Τίν' αὖ δέδορκα τόνδ' Ἀχαϊκὸν λατρὶν
Στείχοντα, καινῶν ἄγγελον βουλευμάτων;
ΤΑΛ. Φρυγῶν ἀρίστου πρίν ποθ' Ἕκτορος δάμαρ,
Μή με στυγήσῃς· οὐχ ἑκὼν γὰρ ἀγγελῶ 711
Δαναῶν τε κοινὰ Πελοπιδῶν τ' ἀγγέλματα.
ΑΝ. Τί δ' ἐστιν, ὥς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν;
ΤΑΛ. Ἔδοξε τόνδε παῖδα — πῶς εἴπω λόγον;
ΑΝ. Μῶν οὐ τὸν αὐτὸν δεσπότην ἡμῖν ἔχειν; 715
ΤΑΛ. Οὐδεὶς Ἀχαιῶν τοῦδε δεσπόσει ποτέ.
ΑΝ. Ἀλλ' ἐνθάδ' αὐτὸν λείψανον Φρυγῶν λιπεῖν;

Verum alius alium sermo insequitur:
Quem rursum video Græcum hunc ministrum
Huc accedentem, novorum nuncium consiliorum?
Tal. Phrygum præstantissimi olim conjunx Hectoris,
Ne me odio habeas: non enim volens nunciabo
Publica decreta Danaorum, et Pelopidarum.
An. Quid vero est, quod tam malum exordium incipis?
Tal. Decretum est hunc puerum, quomodo eloquar sermonem!
An. Num non eundem dominum nobiscum habere?
Tal. Nullus Græcorum huic dominabitur unquam.
An. An hic *oportet* ipsum relinquere, reliquias Phrygum?

Æmilii Porti probo ingenuam fidem, qui agnoscit, ἐξ οὗ pro ἐξ αὐτοῦ poni, quod rarissimum ait. *Barnes.*

Ἐκ σοῦ] Conjecerat jam Reisk. *Beck.*

Ἐκ σοῦ] Recte sic Musgravius cum MSS. Flor. et Harl., ut jam voluerat Henr. Stephanus, assentiente libro vetere. Barnesius infelici successu Aldi lectionem ἐξ οὗ vindicare conatur. *Seidl.*

713. Πελοπιδῶν] *Agamemnonis* et *Menelai. Barnes.*

714. Legitur ἄρχῃ. *Seidl.*

718. λιπεῖν] Ἔδοξε. *Barnes.*

720. λέγῃς καλά.] MS. Harl. λέγειν κακὰ. Legendum censeo: λέγῃς τάχα. *Laudo verecundiam, sed hac conditione, ut dicas statim. Musg.*

i. e. *non cunctandum,* ἐὰν λέγῃς καλά. *Seidl.*

721. Κτενοῦσι] Ita MSS. Harl. Cotton. et Flor. Ed. Ald. κτείνουσι. *Musg.*

Κτείνουσι] Interficiendum sentiunt. Duportus κτενοῦσι legit, sed κτείνουσι recte stabit, pro κτείνεσθαι νομίζουσι. *Barnes.*

722. *γάμων τόδ' ὡς κλύω μεῖζον κακόν.*] Malum hoc pejus illo matrimonio, quod cum Pyrrho, Hectoris occisoris filio, contractura erat. *Barnes.*

725. Talthybius, præco, Andromachæ crudelem Græcorum de Astyanacte sententiam nuncians, Ulyssem in concione plus quam collegas valuisse ait; Νικᾷ δ' Ὀδυσσεὺς ἐν Πανέλλησιν λέγων —

Λέξας ἀρίστου παῖδα μὴ τρέφειν πατρός.
ἈΝ. Τοιαῦτα νικήσειε τῶν αὑτοῦ πέρι.
ΤΑΔ. Ῥίψαι δὲ πύργων ΔΕΙ σφε Τρωϊκῶν ἄπο.

In ultimo versu, ni fallor, levi mutatione legendum:

ῥίψαι δὲ πύργων ΔΕΙΝ σφε Τρωϊκῶν ἄπο.

ut infinitivus δεῖν a λέξας pendeat, neque Talthybius sua sed Ulyssis verba referre

ΤΑΛ. Οὐκ οἶδ', ὅπως σοι ῥαδίως εἴπω κακά.
ΑΝ. Ἐπῄνεσ' αἰδῶ, πλὴν ἐὰν λέγῃς καλά.
ΤΑΛ. Κτενοῦσι σὸν παῖδ', ὡς πύθῃ κακὸν μέγα.
ΑΝ. Οἴ μοι· γάμων τόδ' ὡς κλύω μεῖζον κακόν.
ΤΑΛ. Νικᾷ δ' Ὀδυσσεὺς ἐν Πανέλλησιν λέγων —
ΑΝ. Αἶ, αἶ μάλ'· οὐ γὰρ μέτρια πάσχομεν κακά.
ΤΑΛ. Λέξας, ἀρίστου παῖδα μὴ τρέφειν πατρός.
ΑΝ. Τοιαῦτα νικήσειε τῶν αὑτοῦ πέρι.
ΤΑΛ. Ῥίψαι δὲ πύργων δεῖ σφε Τρωϊκῶν ἄπο.
Ἀλλ' ὡς γενέσθαι, καὶ σοφωτέρα φανεῖ·
Μήτ' ἀντέχου τοῦδ', εὐγενῶς δ' ἄλγει κακοῖς,

Tal. Non facile scio, quomodo tibi dicam mala.
An. Laudo pudorem, si modo statim dicas.
Tal. Interficiendum statuunt tuum filium, ut audias malum magnum.
An. Hei mihi ut hoc malum *meis* nuptiis gravius audio.
Tal. Vincit enim Ulysses in conventu Græcorum universorum loquens.
An. Hei, hei iterum! non enim mediocria patimur mala.
Tal. Dicens non alendum fortissimi viri filium.
An. Utinam hoc modo vinceret de suis.
Tal. Præcipitari autem ipsum oportet de Trojanis turribus.
Quamobrem ut *hoc* fiat, utque sapientior videaris,
Neque pertinacius hunc retine, fortiter vero dolorem perfer *in tuis* malis.

728. γενέσθω S. 729. τοῦ γ' M.

videatur. Vulgata lectio pio præconis animo mitique ejus naturæ parum convenit. v. 731. pro

σκοπεῖν δὲ χρή.

malim sane:

στέργειν δὲ χρή.

ferendum est quod mutari nequit. Sophocles Œdip. c. 7. στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με διδάσκει. Suppl. 268. στέργειν ἀνάγκη τοῖσι σοῖς. Phœnissæ. 1699.

μέν' εὐτυχοῦσα· τἄμ' ἐγὼ στέρξω κακά.

In proximis iterum mendum latet:

πόλις τ' ὄλωλε καὶ πόσις· κρατῇ δὲ σύ.
ἡμεῖς δὲ πρὸς γυναῖκα μάρνασθαι μίαν
οἷοί τε· τούτων οὕνεκ' οὐ ΜΑΧΑΣ ἐρᾷν
οὐδ' αἰσχρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἐπίφθονόν σε χρή.

ἐρᾷν accusativo non facile jungitur; præterea verba, quæ sequuntur, non habent, quo referantur. Prope a vero abest Reiskii conjectura οὔτ' αἰσχρὸν εἰπεῖν, οὔτ' —ejusmodi enim quid sensus flagitat. Sed sic relinquitur μάχας ἐρᾷν. Videsis an mecum corrigendum sit:

τούτων οὕνεκ' οὐ 'ΜΑΘΕΣ Γ' ἐρεῖν
οὐδ' αἰσχρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἐπίφθονόν σε χρή.

ἀμαθές τι ἐρεῖν bene, meo quidem sensu, jungitur τῷ αἰσχρόν τι λέγειν. *inconsiderata loqui,* ut Orest. 687. (Vid. ibi inter not.) ἀμαθὴς καὶ τὸ βούλεσθαι τάδε. ἀνόητον Schol. Iphigenia in Aul. 659. ἀσύνετά γ' ἐροῦμεν. *Jacobs.*

727. Pro ῥίψαι scripsi ῥῖψαι ex præcepto grammaticorum. *Seidl.*

728. Ἀλλ' ὡς γενέσθαι,] De hac phrasi nihil certi statuere licet. Exstat quidem Hecub. v. 876. Iphig. in Taur. v. 604.

Μήτε, σθένουσα μηδὲν, ἰσχύειν δόκει.
Ἔχεις γὰρ ἀλκὴν οὐδαμῇ, σκοπεῖν δὲ χρή·
Πόλις τ' ὄλωλε καὶ πόσις, κρατεῖ δὲ σύ,
Ἡμεῖς τε πρὸς γυναῖκα μάρνασθαι μίαν
Οἷοί τε· τούτων οὕνεκ' οὐ μάχης ἐρᾷν,
Οὐδ' αἰσχρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἐπίφθονόν σε δρᾷν,
Οὔτ' αὖ σ' Ἀχαιοῖς βούλομαι ῥίπτειν ἀράς.
Εἰ γάρ τι λέξεις, ᾧ χολώσεται στρατὸς,
Οὔτ' ἂν ταφείη παῖς ὅδ', οὔτ' οἴκτου τύχοι.

Neque cum nihil possis, te aliquid posse existimes.
Nusquam enim habes auxilium: considerare igitur oportet *hæc:*
Civitas periit et maritus, et tu es in servitute,
Et nos contra unam mulierem pugnare
Sumus satis valentes: propter hæc nec pugnam spectare,
Nec turpe quicquam, neque odiosum te decet:
Neque etiam volo te conjicere in Græcos imprecationes.
Si enim quid dixeris, propter quod irascatur tibi exercitus,
Neque sepelietur iste puer, neque planctum consequetur:

734. ἕνεκ' M. 735. σε χρή M.

sed ita, ut vis ejus neutro in loco perspicua sit. Mihi videtur esse vox cunctanter et verecunde precantis, quale est Latinorum *quæso*. MS. Harl. γενέσθω, quod forte verum.

καὶ σοφωτέρα φανῇ·] Consulto hic ordinem sensuum turbat Poëta. Alioqui hæc clausula post, v. 730. collocanda esset. *Musg.*

Brunck. ad Hec. 876. emendat:

ἀλλ' ὡς γενέσθω, καὶ σοφωτέρα φανῇ.

et illum locum, atque Iph. Taur. 604. confert. *Beck.*

γενέσθω,] Ita Cod. Harl. quod, Brunckius et Porsonus præferunt ad Hecub. 876. Ceteri γενέσθαι. *Seidl.*

Leg. ἀλλ' ὡς γενέσθ' (i. e. γενέσθαι) εὖ καὶ σοφωτέρα. *Reisk.*

729. Pro τοῦ γ' Reisk. reponit τοῦδ'. *Beck.*

731. Post σκοπεῖν δὲ χρὴ vulgo plene interpungitur. *Seidl.*

732. Legitur κρατῇ, ut paulo ante, v. 728. φανῇ, *Seidl.*

734. ἐρᾷν] Cum accusativo vix exstat, nisi Hipp. v. 347. quod ipsum cum Reiskio mendosum puto. MSS. duo pro σὲ χρὴ, σὲ δρᾷν, quod non juvat. Legendum fortasse:

— τούτων οὕνεκ' οὐ μάχας ὁρᾷν,
οὐδ' αἰσχρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἐπίφθονόν σε χρή.

ὁρᾷν, *meditari, propendere in aliquid animo.* Sic ὁρῶντ' ἀλκὰν, Pindar. Olymp. IX. Epod. 4. τὸ δίκαιον ἰσχυρῶς ὁρῶν, Xenoph. p. 205. βίου τυραννίδα βλέποντος, Lucian. in Ἔρωτες. *Musg.*

Οἷοί τε·] Subaudi ἐσμέν. Οἷός τε εἰμὶ nota phrasis, pro δύναμαι, et οἷόν τε pro δυνατόν. Exempla passim occurrunt, apud Æschylum, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem, aliosque, præsertim Atticos Scriptores. *Barnes.*

Recte Barnesium οὕνεκ' edidisse pro vulg. ἕνεκ', monet Brunck. ad Æschyl. Prom. 345. Idem ad v. 611. observat, post χρὴ supplendum esse δρᾷν. *Beck.*

735. σε δρᾷν,] Hoc habent duo MSS. Musgravii. Recte. Editiones σε χρή, quod ab explicatore additum in textum venit.

Σιγῶσα δ' εὖ τε τὰς τύχας κεκτημένη
Τὸν τοῦδε νεκρὸν οὐκ ἄθαπτον ἂν λίποις,
Αὐτή τ' Ἀχαιῶν πρευμενεστέρων τύχοις.
ΑΝ. Ὦ φίλτατ', ὦ περισσὰ τιμηθεὶς τέκνον,
Θανεῖ πρὸς ἐχθρῶν, μητέρ' ἀθλίαν λιπών.
Ἡ τοῦ πατρὸς δέ σ' εὐγένει' ἀπώλεσεν,
Ἣ τοῖσιν ἄλλοις γίγνεται σωτηρία·
Τὸ δ' ἐσθλὸν οὐκ ἐς καιρὸν ἦλθέ σοι πατρός.
Ὦ λέκτρα τἀμὰ δυστυχῆ τε καὶ γάμοι,

Tacens vero, commodeque perferens hos casus,
Hujus non insepultum relinques cadaver,
Et tu ipsa uteris Græcis æquioribus.
An. O charissime, O fili mihi summopere dilecte,
Moriere ab hostibus, matrem miseram relinquens:
Nobilitas autem patris tui te interficiet,
Quæ aliis saluti esse solet:
Et virtus patris tibi non opportune venit.
O lectos meos infelices, et nuptias,

744. ἀποκτενεῖ M. 747. δυς. γε S.

Simili modo χρὴ intelligitur apud Callimach. Hymn. in Apollinem, v. 12.

μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ' ἄψοφον ἴχνος,
τοῦ Φοίβου, τοὺς παῖδας ἔχειν, ἐπιδημήσαντος.

In nostri Electra, v. 805. haud plane diversa locutio est:

Νύμφαι πετραῖαι, πολλάκις με βουθυτεῖν.

Brunckius ad Æschyl. Prometh. v. 611. vulgatam defendit, et intelligi posse putat δρᾶν.

Ald. ἕνεκ. *Seidl.*

735. Reisk. conjicit: οὔτ' αἰσχρὸν εἰπεῖν, οὔτ' ἐπίφθονον. *Beck.*

736. Ῥιπτεῖν] Ῥιπτέω est Atticum pro ῥίπτω, est et ῥιπτάζω Homerica dictio. *Barnes.*

737. ᾧ] Ita MS. Harl. Ed. Ald. ὧν.

738. ταφείη] Ita Edd. recent. MS. Harl. τραφείη. Ed. Ald. ταφοίη. Pro τύχοι Piersonus τύχεις. Male. Dicendum erat οὔτ' αὐτὴ οἴκτου τύχοις, *neque ipsa miserationem consequereris.* In vulgata lectione οἶκτος non est *miseratio,* sed *ejulatus,* θρῆνος, ut explicat Hesychius. Et sic supra, v. 198. *Musg.*

Piersoni conjecturæ etiam Reisk. repugnat, monetque, mortuo solatium et honorem fuisse, miserationem consequi. *Beck.*

ταφείη] Recte sic correxerunt Aldi ταφοίη. *Seidl.*

742. Ὦ φίλτατ', ὦ περισσὰ] Huc refer Senecam in Troad. Act. 3. v. 764. *O dulce pignus, O decus lapsæ domus!* etc. Τιμηθεὶς τέκνον] Σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον: τέκνον enim de masculo cum dicatur, postulat participium ejusdem generis. Sic *mea Glycerium, quid agis?* Terentius. *Barnes.*

743. Vulgo θανῇ. *Seidl.*

744. ἀποκτενεῖ,] MSS. Cott. et Flor. ἀπώλεσεν. *Musg.*

Optavi ἀπώλεσεν præ vulgata ἀποκτενεῖ. *Seidl.*

745. ἢ τοῖσιν.] Lego: ὃ τοῖσιν, sc. *quæ res.* *Musg.*

Musgravius corrigit ὃ τοῖσιν, et comparat Fragm. Alexandr. V. 2. ubi idem versus legitur. Sed ibi præcessit τὸ χρήσι-

Οἷς ἦλθον ἐς μέλαθρον Ἕκτορός ποτε,
Οὐχ ὡς σφαγεῖον Δαναΐδαις τέξουσ' ἐμοὶ,
Ἀλλ' ὡς τύραννον Ἀσιάδος πολυσπόρου.
Ὦ παῖ, δακρύεις; αἰσθάνει κακῶν σέθεν;
Τί μου δέδραξαι χερσὶ κἀντέχει πέπλων,
Νεοσσὸς ὡσεὶ πτέρυγας εἰσπιτνῶν ἐμάς;
Οὐκ εἶσιν Ἕκτωρ, κλεινὸν ἁρπάσας δόρυ,
Γῆς ἐξανελθὼν, σοὶ φέρων σωτηρίαν,
Οὐ συγγένεια πατρὸς, οὐκ ἰσχὺς Φρυγῶν·
Λυγρὸν δὲ πήδημ' ἐς τράχηλον ὑψόθεν
Πεσὼν ἀνοίκτως, πνεῦμ' ἀποῤῥήξεις σέθεν.
Ὦ νέον ὑπαγκάλισμα μητρὶ φίλτατον,

Quibus veni quondam in domum Hectoris,
Non ego ut paritura victimam Græcis,
Sed ut dominum fertilis Asiæ.
O fili, lacrymas? sentis tua mala?
Quid me corripis manibus, et prehendis vestem,
Ut pullus condens te sub meas alas?
Non veniet Hector, inclytam arripiens hastam,
Ex terra reversus, tibi ferens salutem:
Neque cognatio patris, neque robur Phrygum.
Sed miserabili saltu in cervicem e sublimi
Cadens sine commiseratione, tuam vitam efflabis.
O tenerum ulnarum gestamen, matri charissimum,

749. ἐμὸν M.

μων φρενῶν. Cf. etiam Pors. ad Orest. 627. *Seidl.*

746. Τόδ' ἐσθλὸν Πατρός·] Patris virtus et nominis terror. *Barnes.*

747. τε mutavi in γε Reiskio auctore. Eadem enim significant λέκτρα et γάμοι. *Seidl.*

749. σφαγεῖον] Ita Edd. recent. pro σφάγιον, quod habet Aldina. Et metrum quidem recte sic se habet; vox σφαγεῖον an victimam significare possit, in dubio est. Veteres certe uno ore interpretantur *vas sanguinem recipiens*, quam vim obtinere potest, ubicunque apud Veteres occurrit, uno hoc loco excepto. Pro ἐμὸν legendum haud dubie ἐγώ. τέξω futurum verbi τίκτω exstat Æschyl. Prom. v. 850. et 868. *Musg.*

Οὐχ ὡς σφαγεῖον] Olim cum esset σφάγιον, Henricus Stephanus dixit: "Scribendum esse σφαγεῖον ipsa etiam versus mensura probat. Scaliger præterea σφαγεῖον scripsit, et Electr. v. 800. Οἱ μὲν σφάγι' ἐνέφερον correctius emendavit Οἱ μὲν σφαγεῖον ἔφερον. *Barnes.*

Aldi lectio σφάγιον recte in σφαγεῖον mutata est, cf. Æschyl. Agam. 1100. ubi vox activam vim habet, quæ nostro loco passive accipienda est. In fine versus legitur ἐμὸν, pro quo Musgravius et Reiskius reponi jubent ἐγώ. Quod ego dedi facilius est. Duplex dativus non debet offendere, quorum prior ad σφαγεῖον, alter ad τέξουσα pertinet. Alio sed simili modo supra v. 637. σοι τέρψιν ἐμβαλῶ φρενί. *Seidl.*

Ὦ χρωτὸς ἡδὺ πνεῦμα· διακενῆς ἄρα
Ἐν σπαργάνοις σε μαστὸς ἐξέθρεψ' ὅδε,
Μάτην δ' ἐμόχθουν καὶ κατεξάνθην πόνοις.
Νῦν, οὔ ποτ' αὖθις, μητέρ' ἀσπάζου σέθεν,
Πρόσπιπτε τὴν τεκοῦσαν, ἀμφὶ δ' ὠλένας
Ἕλισσ' ἐμοῖς νώτοισι καὶ στόμ' ἅρμοσον.
Ὦ βάρβαρ' ἐξευρόντες Ἕλληνες κακὰ,
Τί τόνδε παῖδα κτείνετ' οὐδὲν αἴτιον;
Ὦ Τυνδάρειον ἔρνος, οὔποτ' εἶ Διὸς,
Πολλῶν δὲ πατέρων φημί σ' ἐκπεφυκέναι,
Ἀλάστορος μὲν πρῶτον, εἶτα δὲ Φθόνου,
Φόνου τε Θανάτου θ', ὅσα τε γῆ τρέφει κακά.

O dulcis halitus corporis. Frustra igitur
In fasciis aluit te hæc mamma.
Frustra etiam laboravi, et confecta sum laboribus.
Nunc, utinam iterum unquam, matrem complectere tuam,
Accide ad matrem *tuam*, et brachia
Circunda meo tergo, et applica os.
O barbarica excogitantes Græci mala,
Cur interficitis hunc puerum innocentem?
O Tyndareum germen, nunquam eras Jovis *filia*.
Dico enim te natam esse ex multis patribus:
Primum quidem ex *patre* malo Genio, deinde vero ex Invidia,
Et Cæde, et Morte, *et* quæcunque tellus alit mala.

763. εἴ ποτ' M.

751. Vulgo αἰσθάνῃ, et paulo post κἀντέχῃ. *Seidl.*

753. Νεοσσὸς ὡσεὶ πτέρυγας εἰσπιτνῶν ἐμάς;] Frequens est hæc figura, et a clementissimo domino nostro usurpata D. Matth. c. 23. v. 37. Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένες πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα συ, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει Ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; Quod fere ad verbum noster Poëta exprimit Hercul. Fur. v. 72. Οἵ θ' Ἡράκλειοι παῖδες, οὓς ὑποπτέροις Σώζω νεοσσοὺς, Ὄρνις ὡς ὑφειμένη. Vid. quæ nos ad Androm. v. 441. *Barnes.*

758. ἀποῤῥήξεις] *Efflabis*, vel *effundes*. Sic ῥήξασα νάματα, *effundens latices*. Soph. Trachin. v. 936. *Musg.*

762. Hic versus legitur etiam in Med. 1026. et videtur h. l. tribuendus histrionibus. Ex Valck. ad Phœniss. p. 598. *Beck.*

Non puto damnandum esse versum cum Valckenario. Vid. Pors. ad Med. 1025. *Hermann.*

763. εἴ ποτ'] Legendum cum H. Steph. οὔ ποτ'. *Musg.*

Νῦν, εἴ ποτ' αὖθις, μητέρ' ἀσπάζου σέθεν,] Henricus Stephanus hic οὐ vult legendum pro εἰ: scio tamen, inquit, esse qui retinentes εἰ, interpretentur, *si unquam alias*; sed viderint isti, quomodo hanc adverbii αὖθις interpretationem tueri possint. Hæc ille. *Imo viderit is vir* [illegible]

Οὐ γάρ ποτ' αὐχῶ Ζῆνά γ' ἐκφῦσαί σ' ἐγὼ,
Πολλοῖσι κῆρα βαρβάροις Ἕλλησί τε.
Ὄλοιο· καλλίστων γὰρ ὀμμάτων ἄπο
Αἰσχρῶς τὰ κλεινὰ πεδί' ἀπώλεσας Φρυγῶν.
Ἄγετε, φέρετε καὶ ῥίπτετ', εἰ ῥίπτειν δοκεῖ·
Δαίνυσθε τοῦδε σάρκας. ἔκ τε γὰρ θεῶν
Διολλύμεσθα, παιδί τ' οὐ δυναίμεθ' ἂν
Θάνατον ἀρῆξαι. κρύπτετ' ἄθλιον δέμας,
Καὶ ῥίπτετ' ἐς ναῦν· ἐπὶ καλὸν γὰρ ἔρχομαι
Ὑμέναιον, ἀπολέσασα τοὐμαυτῆς τέκνον.
ΧΟ. Τάλαινα Τροία, μυρίους ἀπώλεσας

Non enim unquam ego ausim dicere Jovem te produxisse,
Pestem multis Barbaris et Græcis.
Pereas: propter enim pulcherrimos oculos,
Turpiter inclytos Phrygum campos perdidisti.
Agite, ferte, præcipitate eum, si præcipitare placet,
Epulamini hujus carnes: a diis enim
Periimus, et a filio non possemus
Mortem depellere: occultate miserum corpus,
Et conjicite in navem: ad pulchras enim proficiscor
Nuptias, amisso meo filio.
Cho. Misera Troja, innumerabiles amisisti *viros*

τὸ ἀσπάζου *cum* οὐ *retineri possit simul.* Αὖθις *itaque non hic de futuro, sed præterito sumendum; et* εἰ *omnibus modis, etiam* Henrico Stephano *invito, retinendum.* *Barnes.*

νῦν, οὔ ποτ', αὖθις] Ita recte Henr. Steph. Conf. Soph. Antig. 810. Editiones εἴ ποτ' αὖθις. Etiam supra v. 654. in Aldina pro οὐκ excusum est εἰκ. *Seidl.*

768. Ὦ Τυνδάρειον ἔρνος,] Lacedæmon, F. Jovis, Amyclam, qui Argulum, qui Œbalum, qui Tyndarum genuit. *Barnes.*

771. ὅσα τε] Ita MSS. Cotton. et Flor. MS. Harl. ὅσα. Ed. Ald. ὅσσα. *Musg.*

Jam Kœn. ad Greg. Cor. p. 88. negabat, ὅσσα hic ferri posse, unde emendabat: Φόνου τε, θανάτου τε, χ' ὅσα γῆ κ. τ. λ. *Beck.*

ὅσα τε] Noster Hippol. 1273. ὅσα τε γᾶ τρέφει. *Seidl.*

772. ἐκφῦσαι] Ita MS. Harl. Ed. Ald. ἐκφῦναι. *Musg.*

Reisk. conjicit aut Ζηνὸς ἐκφῦναι, aut Ζῆνά γ' ἐκφῦσαι. *Beck.*

ἐκφῦσαι recte restituit Musgravius. *Seidl.*

ἢ χάριν μονῆς ἔχων,] Videtur hoc dicere: Citius abiit, quam abiturus fuisset, si jucunditatis aliquid in morando reliquum fuisset, h. e. cito abiit, nullam amplius ex mora voluptatem capiens. Magis perspicuum esset, si poëta pro ἢ scripsisset οὐ. *Seidl.*

Leg. ἧπερ ἦν, aut παρῆν βουλῆς ἔχων, *quam volebat. Reisk.*

Τύμβον προσεννέπουσα. καί σφ' ᾐτήσατο
Θάψαι νεκρὸν τόνδ', ὃς πεσὼν ἐκ τειχέων
Ψυχὴν ἀφῆκεν Ἕκτορος τοῦ σοῦ γόνος,
Φόβον τ' Ἀχαιῶν, χαλκόνωτον ἀσπίδα
Τήνδ', ἣν πατὴρ τοῦδ' ἀμφὶ πλεύρ' ἐβάλλετο,
Μή νιν πορεῦσαι Πηλέως ἐφ' ἑστίαν,
Μηδ' ἐς τὸν αὐτὸν θάλαμον, οὗ νυμφεύσεται
Μήτηρ νεκροῦ τοῦδ' Ἀνδρομάχη, λύπας ὁρᾶν,
Ἀλλ' ἀντὶ κέδρου περιβόλων τε λαΐνων,

Tumulum alloquens. Et ipsum rogavit,
Ut sepeliretur hic mortuus, qui lapsus ex muris
Amisit animam, filius tui Hectoris:
Et clypeum æneum, qui fuit terror Achivorum,
Hunc, quem pater hujus circa latera gestabat,
Ne hunc ferret in Pelei domum,
Nec in eundem thalamum, ubi connubio jungetur
Mater hujus mortui Andromache, dolores videri;
Sed pro cedrino feretro, et pro saxeo monumento

Οὐ θᾶσσον, etc.] Verte: *Cujus rei gratia citius, quam homo, qui manendi causam habet, discessit. Heath.*

1123. σφ'] i. e. Pyrrhum. *Musg.*

καί σφ' ᾐτήσατο] Potest legi καί σ' ᾐτήσατο, nec ullis objectionibus petetur hæc lectio, nisi forte, quod nullo exemplo nititur. Si ergo σφε legendum, ut omnes Libri præ se aperte ferunt, tum sane, ut Æmilius Portus ait, σφὲ pro σὲ ponitur, quod minus frequens est. Plerumque enim αὐτὸν, vel αὐτὴν, sonat, *ut nos plus centies in hoc opere observavimus.* An vero pro ὑμᾶς hic loci sumendum, quia, quanquam Hecubam alloquitur, etiam Chorum respicit, sine quarum ope hæc non erant agenda? Quod vero tertio abhinc versu Hecubam in singulari alloquitur, id fit particulariori applicatione; ut in congressibus hujusmodi fieri solet. Sic σφὸς, σφεὸς, σφέτερος et σφωΐτερος cum verbis primæ et secundæ personæ, sonant, meus, et tuus, et in plurali vester. *Barnes.*

Heath, σφε ad Neoptolemum refert, *illum rogavit.* θάψαι, *sepeliendum curare.* Sequentia quoque Neoptolemum respicere monet. *Beck.*

σφ'] Interpretes intelligunt Pyrrhum. Sed hæc, quam Talthybius refert, Andromachæ oratio ad Pyrrhum directa esse non potuit, quod attente legenti facile apparebit, maxime e vv. 1132. seqq. et 1135, seq. Equidem σφὲ de Astyanacte intelligerem, cujus explicatio νεκρὸν τόνδ' statim adjecta esset, si jam aliquam Astyanactis mentionem Talthybius injecisset. Unum reliquum est, ut σφὲ interpreteris αὐτοὺς, i. e. homines, Achivos, sive eos, a quibus illa, quæ petit Andromacha, impetrari poterant. Conf. supra, v. 736. sqq. Hoc si displiceat, legere possis κἀξῃτήσατο pro καί σφ' ᾐτήσατο. Sic in nostri Hec. 49.

ἐξῃτησάμην
τύμβου κυρῆσαι.

Hoc verbo simul indicaretur, Andromachen, quæ petierat, impetrasse. *Seidl.*

1124. Θάψαι] i. e. ut jus et potestas sepeliendi eum concederetur. Non enim orasse videtur, ut ipsa sepeliret, multoque minus, ut Neoptolemus sepulturam ejus procuraret, quod verba prima facie videntur indicare. *Musg.*

1128. νιν] Recte Heathius: Ἕκτορος ἀσπίδα *scilicet. Seidl.*

Ἐν τῇδε θάψαι παῖδα· σὰς δ' ἐς ὠλένας
Δοῦναι, πέπλοισιν ὡς περιστείλῃς νεκρὸν
Στεφάνοις θ', ὅση σοι δύναμις, ὡς ἔχει τὰ σά·
Ἐπεὶ βέβηκε καὶ τὸ δεσπότου τάχος
Ἀφείλετ' αὐτὴν παῖδα μὴ δοῦναι τάφῳ.
Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὅταν σὺ κοσμήσῃς νέκυν,
Γῆν τῷδ' ἐπαμπίσχοντες αἴρομεν δόρυ·
Σὺ δ' ὡς τάχιστα πρᾶσσε τἀπεσταλμένα.
Ἑνὸς μὲν οὖν μόχθου σ' ἀπαλλάξας ἔχω·

Sepeliri puerum in hoc *clypeo*, et in tua brachia
Cadaver *me* dare, ut adornes peplis,
Et coronis, quantum potes, ut tua tunc fert fortuna:
Nam ipsa *mater* abiit: et festinatio domini
Eripuit ipsi potestatem filii sepulchro mandandi.
Nos igitur, dum tu adornas cadaver,
Terram huic injicientes erigemus hastam:
Tu igitur quam celerrime fac mandata.
Ab uno tamen labore te liberavi

1134. στεφανοῖς. 1138. αἱροῦμεν M. αἰροῦμεν S.

1130. λύπας ὁρᾶν] Hoc referendum est ad νιν, *quem videre summus sibi futurus esset dolor.* Ceterum Talthybius aliquoties Andromachæ verbis sua admiscet, rectamque facit orationem, quæ proprie obliqua est. Sed illud confusionis genus haud inusitatum est. *Seidl.*

1131. Ἀλλ' ἀντὶ κέδρου, περιβόλων τε λαΐνων,] De cedro in funeribus vid. Joh. Kirchm. de Funerib. Roman. Lib. I. c. 8. De Sepulcrorum autem sepimentis, sive περιβόλοις, ejusdem Lib. III. c. 17. *Barnes.*

1135. Ἐπεὶ βέβηκε] Hic et sequens versus finem faciunt Andromachæ orationis a Talthybio relatæ. Verte igitur: quoniam abiisset, nec ipsa per domini festinationem filium suum sepelire potuisset. Talthybius ipse enim jam supra, v. 1120. narraverat, Andromachen discessisse. Ceterum v. nota antecedens. *Seidl.*

1138. αἱροῦμεν δόρυ·] Lego αἴρομεν δορὶ, *solvimus navi.* *Musg.*

αἴρομεν etiam Reisk. et reddit: *sublevabimus, erigemus,* malum navis, ventis mandabimus. *Beck.*

αἱροῦμεν] Male legitur αἱροῦμεν. Vid. Pors. ad Med. 848. Hæc verba αἱροῦμεν δόρυ interpretes non intellexerunt. Plerique sensum eorum esse putant *vela dabimus,* δόρυ de *navi* intelligentes sive, quæ falsa Heathii opinio est, de *remo,* sive denique de *malo navis.* Sed non attenderunt viri docti ad participium *præsentis* ἐπαμπίσχοντες, quod huic explicationi prorsus adversatur. Sensus est: *erigemus hastam in sepulcro.* Harpocrat. p. 155. "ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι." Δημοσθένης κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου (p. 688.) ταυτά φησιν ἐπὶ τοῦ βιαίως ἀποθανόντος. Ἴστριος δ' ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων, περὶ Πρόκριδος καὶ Κεφάλου εἰπὼν γράφει ταυτί· "Τινὲς δὲ ἐπὶ τοῦ τάφου δόρυ καταπεπηγότα τὸν Ἐρεχθέα φασὶ, πεποιῆσθαι δὲ παρακαταθέμενόν τε καὶ τὸ πάθος σημαίνοντα. διὸ τὸ νόμιμον εἶναι τοῖς προσήκουσι τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας. Eadem, paucis mutatis, tradunt Etymol. M. p. 354. 30. Suid. v. ἐπενεγκεῖν, Pollux Lib. VIII. segm. 65. quos locos collegit Petit. Legg. Att. p. 521. *Seidl.*

αἱροῦμεν δόρυ] Non potest esse: con-

Σκαμανδρίους γὰρ τάσδε διαπερῶν ῥοὰς
Ἔλουσα νεκρὸν κἀπένιψα τραύματα.
Ἀλλ' εἶμ' ὀρυκτὸν τῷδ' ἀναῤῥήξων τάφον,
Ὡς σύντομ' ἡμῖν τἀπ' ἐμοῦ τε κἀπὸ σοῦ
Ἐς ἓν ξυνελθόντ', οἴκαδ' ὁρμίσῃ πλάτην.
ἙΚ. Θέσθ' ἀμφίτορνον ἀσπίδ' Ἕκτορος πέδῳ,
Λυπρὸν θέαμα κοὐ φίλον λεύσσειν ἐμοί.
Ὦ μείζον' ὄγκον δορὸς ἔχοντες, ἢ φρενῶν,
Τί τόνδ', Ἀχαιοὶ, παῖδα δείσαντες, φόνον
Καινὸν διειργάσασθε; μὴ Τροίαν ποτὲ
Πεσοῦσαν ὀρθώσειεν; οὐδὲν ἦτ' ἄρα,
Ὅθ', Ἕκτορος μὲν εὐτυχοῦντος ἐς δόρυ,

Scamandri enim hæc transiens fluenta,
Lavi cadaver, et ablui vulnera.
Sed vado huic fodiendo aperturus sepulchrum,
Ut expedite nobis meaque tuaque *opera*
In unum concurrentes domum appellant navim.
Hec. Deponite rotundum Hectoris clypeum *in* solo,
Triste spectaculum, et non gratum aspectu mihi.
O qui majorem armorum, quam mentis habetis laudem,
Quid hunc, Achivi, puerum metuentes, cædem
Novam patrâstis? ne videlicet Trojam aliquando
Collapsam erigeret? nihil igitur eratis:
Quandoquidem Hectore florente, armis

geremus lignorum struem, ut uratur cadaver; nam de comburendo cadavere non agitur; nec verti possunt: *cruemus hasta;* tunc deberet esse δόρατι. Videtur potius δόρυ indicare *remum*, ut Hel. 1263. Cycl. 15. Verte: *Nos quidem, cum tu cadaver ornaveris, terram huic superinjicientes, remos capimus,* abituri scilicet. Nam hanc tantum moram, quæ Hecubæ discessum distineat, superesse, indicat Talthybius, v. 1144. s. *Heath.*

1142. Ἔλουσα νεκρὸν] De mortuorum lotione vid. Phœn. v. 1681. *Barnes.*

1145. Leg. ὁρμήσῃ, nam ὁρμίζειν est *in portum appellere,* aut *ad ancoram stabilire navem.* *Reisk.*

1150. Καινὸν] Malim κενὸν, *stultam.* *Musg.*

1151. Plene distingue post ἄρα, et verte: *Homines nihili,* vel *ignavi, eratis scilicet.* *Heath.*

1161. Reisk. conjicit: νῦν δ' αὐτ' ἰδὼν μὲν, γνούς, τε σὴν τύχην, *et sciens, quæ te fortuna maneret.*

Heath. emendat sic:

Νῦν αὐτ' ἰδὼν μὲν, γνούς τε σῇ ψυχῇ, τέκνον,
Οἴχῃ γ', ἐχρήσω δ' οὐδὲν ἐν δομοις ἔχων.

Nunc autem, his visis quidem, et animo tuo innotescentibus, discessisti, fili, harum vero rerum nullum fructum cepisti quantumvis eas in ædibus habens. *Beck.*

νῦν αὖτ' ἰδὼν μὲν, γνούς τε σῇ ψυχῇ, τέκνον,
οὐκ οἶσθ'.

Ita Aldus. Delevi comma post μέν. Plena oratio hæc esset: νῦν αὐτὰ ἰδὼν γνούς τε οὐκ οἶσθα ἰδὼν καὶ γνούς, *vidisti quidem illa, sed nescis te vidisse.* Stibli-

Διωλλύμεσθα, μυρίας τ' ἄλλης χερός·
Πόλεως δ' ἁλούσης καὶ Φρυγῶν ἐφθαρμένων,
Βρέφος τοσόνδ' ἐδείσατ'; οὐκ αἰνῶ φόβον
Ὅστις φοβεῖται, μὴ διεξελθὼν λόγῳ.
Ὦ φίλταθ', ὥς σοι θάνατος ἦλθε δυστυχής.
Εἰ μὲν γὰρ ἔθανες πρὸ πόλεως, ἥβης τυχὼν
Γάμων τε καὶ τῆς ἰσοθέου τυραννίδος,
Μακάριος ἦσθ' ἄν, εἴ τι τῶνδε μακάριον.
Νῦν αὔτ' ἰδὼν μὲν γνούς τε σῇ ψυχῇ, τέκνον,
Οὐκ οἶσθ'· ἐχρήσω δ' οὐδὲν ἐν δόμοις ἔχων.
Δύστηνε κρατὸς, ὥς σ' ἔκειρεν ἀθλίως
Τείχη πατρῷα, Λοξίου πυργώματα,

Periimus, et cum adessent innumeri alii bellatores:
Nunc vero capta urbe, et deletis Phrygibus,
Tantillum puerum timuistis? Non laudo metum,
Quisquis metuit aliquid, non perpendens ratione.
O charissime, ut tibi miseranda mors supervenit!
Si enim jam obiisses pro civitate, juventam nactus,
Nuptiasque, et imperium diis æquale,
Beatus fuisses, si quid horum beatum.
Nunc hæc quidem videns, et reputans animo tuo, fili,
Non expertus es; in domo habens nihil tamen usus es.
Infelix capitis, ut te afflixerunt misere
Mœnia patria, Apollinis ædificationes.

nus, Brubach. et aliæ aliquot Edd. οὐκ ᾖσθ'. *Seidl.*

1162. Legendum: Ἤσθης (ἐχρήσω δ' οὐδὲν) ἐν δόμοις ἔχων. Constructio enim est: ἤσθης ἐν δόμοις ἔχων. *Musg.*

Οὐκ οἶσθ'·] Ita Aldi editio: de sensu adeas versionem a nobis emendatam; cum antehac ἐχρήσω pro *interfectus es* capiebatur, et νοῦς aderat νοῦν οὐκ ἔχων. *Barnes.*

1163. Confer. Heynius in Apollod. Fragm. IV. p. 1148. *Burn.*

1165—7. Citat Athen. II. 66. B. *Burn.*

1163. Interpungendum: Δύστηνε, κρατὸς ὥς — ut constructio sit: βόστρυχον ἔκειρε σοὶ ἀπὸ κρατός. Ponitur enim σ', i. e. σε, pro σοί. *Musg.*

Post κρατὸς comma posui cum Aldo, ut conjungantur δύστηνε κρατός, *O infelix propter caput tam misere laceratum*, quemadmodum dicuntur δύστηνος βίου, δύστηνος φρενῶν, μέλεος ματρὸς, Orest. 843. et similia. Heathius et Musgravius post δύστηνε interpungunt, et genitivum κρατὸς a βόστρυχον, v. 1165. regi volunt, quæ vox nimis remota est. Quæ statim sequuntur, ὃν—φιλήμασιν ἔδωκεν, *tradidit osculis*, pro ᾧ φιλήματα ἔδωκεν dicta sunt, ut Nostri Hel. 864. κέλευθον — δὸς καταρσίῳ φλογὶ, pro κελεύθῳ δὸς κατάρσιον φλόγα. Magis etiam huc pertinet Hel. 1383. λουτροῖς χρόα ἔδωκα, quæ inversa legimus Orest. 42. λούτρ' ἔδωκε χρωτί. Cf. Pierson. Veris. p. 183. Item Hec. 932. Ἰδαῖον βούταν αἰνόπαριν κατάρᾳ διδοῦσα, coll. Phœniss. 1627. ἀρὰς — παισὶ δούς. *Seidl.*

Ponenda etiam minus plena distinctio post πυργώματα: nam accus. βόστρυχον

Ὃν πόλλ' ἐκήπευσ' ἡ τεκοῦσα βόστρυχον,
Φιλήμασίν τ' ἔδωκεν, ἔνθεν ἐκγελᾷ,
Ὀστέων ῥαγέντων, φόνος, ἵν' αἰσχρὰ μὴ λέγω.
Ὦ χεῖρες, ὡς εἰκοὺς μὲν ἡδείας πατρὸς
Κέκτησθ', ἐν ἄρθροις δ' ἔκλυτοι πρόκεισθέ μοι.
Ὦ πολλὰ κόμπους ἐκβαλὸν φίλον στόμα,
Ὄλωλας, ἐψεύσω μ', ὅτ' ἐσπίπτων πέπλους,
Ὦ μῆτερ, ηὔδας, ἦ πολύν σοι βοστρύχων

Quam plurimum excoluit mater cæsariem,
Et deosculata est; Unde erumpit
Cruor ossibus confractis: ut fæda non dicam.
O manus, ut imaginem quidem jucundam patris
Habetis in articulis, an jacetis dissolutæ mihi?
O gratum os, sæpe multa jactare solitum.
An periisti? fefellisti me quando irruens in *meas* vestes,
O mater, dicebas, *Certe multam tibi cincinnorum*

1169. κέκτησθ' ἐν ἄρθροις, ἔκλ. M. 1170. ἐκβαλὼν M.

pendet a præced. ἔκειρεν. Constructio hujusmodi est: Δύστηνε, ὡς τείχη πατρῷα πυργώματα Λοξίου ἔκειρεν ἀθλίως σὲ βόστρυχον κρατὸς, ὃν ἡ τεκοῦσα πολλὰ ἐκήπευσε. *Heath.*

1164. Τείχη] Ita optime H. Steph. Ed. Ald. et MS. Harl. τύχη. *Musg.*

Τείχη πατρῷα] Forsan τὰ Τρῷα· Τρῳὸς enim pro Τρωϊκὸς, Hom. Iliad. ψ'. v. 291. Ἵππους δὲ Τρῳοὺς ὕπαγε ζυγόν. Possunt etiam dici πατρῷα, quod paterna, sive potius patria, erant, a patribus illius regnata. Quin Athenæus retinet πατρῷα, Lib. II. c. 25. Quare nihil muto. *Barnes.*

Τείχη] Ita jam ediderunt Brubachius et Stibl. probante H. Stephano. *Seidl.*

1165. ἐκήπευσ'] Ἐκήπευσε, more horti excoluit. *Barnes.*

1166. s. ἔνθεν ἐκγελᾷ, Ὀστέων ῥαγέντων, φόνος, ἵν' αἰσχρὰ μὴ λέγω.] Athenæus Δειπνοσοφιστῶν β'. loquens de capite et cerebro, quod sacra essent, ut sensuum et mentis domicilium, dicit, a veteribus id cautum esse εὐφημισμοῦ χάριν, ut de *sparso cerebro* non aperte loquerentur; quare et Sophocles vocabat Cerebrum λευκὸν μυελὸν, et Euripides hoc in loco dicit εὐφημοτέρως, φόνον ἐκγελᾷν, non ἐγκέφαλον ἐκχυθῆναι. Ideoque additur, ἵν' αἰσχρὰ μὴ λέγω. Quem locum Brodæus non capiens, putat, hos poëtas ita loqui ab Apollodoro æstimatos, quod vox ἐγκέφαλον iis haud sit nota, cum et Euripidi et ipsi Homero sit usurpata. Nec tamen Virgilius id effari metuit, Æn. Lib. VIII. v. 753. *Collapsos Artus atque arma cruenta cerebro sternit humi moriens.* *Barnes.*

Euphemismum h. l. laudat etiam Prev. "Hécube a dans l'esprit, inquiens, l'image des cervelles répandues, et n'ose l'exprimer; tant elle la trouve affreuse." *Beck.*

φόνος, ἵν' αἰσχρὰ μὴ λέγω.] Hinc colligebat Apollodorus, teste Athenæo Lib. II. c. 24. Veteres nomen ἐγκέφαλος ut obscœnum repudiasse: quod temere dici ostendunt multa apud Homerum loca. Rectius igitur Athenæus non vocem ἐγκέφαλος ab Euripide vitatam putat, sed fœdum et turpe spectaculum, quod ea vox animo contemplandum offerret. *Musg.*

ἵν' αἰσχρὰ μὴ λέγω.] Vid. Athen. Deipnos. II. c. 24. p. 66. b. quem citat Brodæus, ubi libri MSS. nonnihil variant, sed male. *Seidl.*

1169. ἄρθροις] Ita MS. Harl. ut olim emendaverat H. Stephanus. Ed. Ald.

Πλόκαμον κεροῦμαι, πρὸς τάφον θ' ὁμηλίκων
Κώμους ἀπάξω, φίλα διδοὺς προσφθέγματα.
Σὺ δ' οὐκ ἔμ', ἀλλ' ἐγὼ σὲ τὸν νεώτερον,
Γραῦς, ἄπολις, ἄτεκνος, ἄθλιον θάπτω νεκρόν.
Οἴ μοι· τὰ πόλλ' ἀσπάσμαθ' αἵ τ' ἐμαὶ τροφαὶ
Ὕπνοι τ' ἐκεῖνοι φροῦδά μοι. τί καί ποτε
Γράψειεν ἄν σε μουσοποιὸς ἐν τάφῳ;
Τὸν παῖδα τόνδ' ἔκτειναν Ἀργεῖοί ποτε

Cæsariem abscindam, et ad sepulturam tuam æqualium
Cœtus adducam, dans tibi alloquia officiosa.
Tu vero non me, sed ego te juniorem,
Anus, exul, liberis orbata, sepelio, miserum cadaver.
Hei mihi, illa multa oscula, et meæ nutricationes,
Et somni illi periere mihi. Quidnam
Scribet de te poëta in sepulchro?
Hunc puerum interfecerunt Argivi olim,

1173. τάφον δ'.

ἄθροις. Mox post μοὶ, iterumque v. 1171. post ὄλωλας, interrogationis notam pono. *Musg.*

Reisk. emendat: κέκτησθ', ἄναρθροι δ' ἔκλυτοι πρ. *Beck.*

ἄρθροις] Male vulgo post hanc vocem interpungunt. Inseruimus etiam particulam δ' post ἄρθροις, propter præcedens μὲν, quam etiam Reiskius desideravit. *Seidl.*

1170. ἐκβαλὼν φίλον στόμα,] Henricus Stephanus ait, ἐκβαλὸν scribendum esse manifestius, quam ut annotare debeat: potius ego mutationem personæ et generis admitterem, licet enim *os* dicat, puerum alloquitur, et est σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον: alioquin et εἰσπίπτον legendum, et Hecuba esset oris mater, non pueri, quod ineptum est. *Barnes.*

Ad φίλον στόμα Heath. supplet κατὰ, sed Reisk. legit ἐκβαλόν. *Beck.*

Aldi ἐκβαλὼν defendit Barnesius contra H. Stephanum provocans ad προσπίπτων v. sequente. Sed fac, feminam compellari, an hic feres ἐκβαλοῦσα? Nec tamen v. sq. offendet προσπίπτουσα. Diversum est illud ὦ φίλε τέκνον. *Seidl.*

1178. ὕπνοι τ'] Forte ὕμνοι τ'. *Et næniæ*; eæ sc. quas paullo ante commemorat, v. 1170, 1, 2.

τί καὶ] MS. Harl. τί δὲ, unde lego τί δαὶ. *quid, quæso.* *Musg.*

τί καί ποτε Γράψειεν ἄν σε μουσοποιὸς ἐν τάφῳ] Hic ipse Euripides, dum quærentem introducit Hecubam, quali sit epitaphio ornandus infelix puer, ansam mihi præbuit illud egregium mehercule Ausonii epigramma adscribendi, Astyanactis epitaphium: *Flos Asiæ, tantaque Unus de Gente superstes, Parvulus, Argivis sed jam de parte timendus, Hic jaceo,* Astyanax, *Scæis dejectus ab altis. Proh Dolor! Iliaci. Neptunia mœnia, muri Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.* *Barnes.*

ὕπνοι τ' ἐκεῖνοι] Male Musgravius conjicit ὕμνοι. Equidem conjeceram πόνοι τ' ἐκεῖνοι, comparans Suppl. 1145.

ποῦ δὲ πόνος ἐμῶν τέκνων;

Elegantius etiam Hermannus ὕπνοι τ' ἄϋπνοι, ut eodem Supplicum loco est:

τροφαί τε ματρὸς, ἄϋπνά τ' ὀμμάτων τέλη.

Sed nihil mutandum. Recte interpres Latinus, *et somni illi*, i. e. somni, ut tunc erant, scilicet insomnes et interrupti. Ceterum ἐκεῖνος et οὗτος etiam alibi simili modo occurrunt. Supra v. 207. habuimus νὺξ αὕτα, Iphig. Taur. 204. νυκτὸς

Δείσαντες; αἰσχρὸν τοὐπίγραμμά γ' Ἑλλάδι.
Ἀλλ', ὦ πατρῴων οὐ λαχὼν, ἕξεις ὅμως,
Ἐν ᾗ ταφήσει, χαλκόνωτον ἰτέαν.
Ὦ καλλίπηχυν Ἕκτορος βραχίονα
Σώζουσ', ἄριστον φύλακ' ἀπώλεσας σέθεν.
Ὡς ἡδὺς ἐν πόρπακι σὸς κεῖται τύπος,
Ἴτυός τ' ἐν εὐτόρνοισι περιδρόμοις ἱδρὼς,
Ὃν ἐκ μετώπου πολλάκις, πόνους ἔχων,
Ἔσταζεν Ἕκτωρ, προστιθεὶς γενειάδι.

Metuentes *cum?* turpe *fuerit* epigramma hoc Græciæ.
Sed, O qui patronorum nihil nactus es *bonorum*, habebis tamen
Æneum scutum, in quo sepelieris.
O pulcherrimum Hectoris brachium
Servans, optimum tui custodem *nunc* amisisti.
Quam dulcis in manubrio tibi jacet figura,
Umbonisque in bene-tornato ambitu sudor,
Quem ex fronte sæpe, labores sustinens,
Stillabat Hector, admovens genis.

1189. ἔσταζες, Ἕκτορ S.

κείνας. Neque mutare quidquam debebat Græfius in Meleagri CXXII. v. 6.

αὐτοθελεὶ κείνων γευσάμενος κυλίκων.

τί καί ποτε.] Sic Aldus. Vid. Porsonus ad Med. 1008. *Seidl.*

1181. τοὐπίγραμμά γ'] Ita MS. Harl. Ed. Ald. τοὐπίγραμμ' ἐν. *Musg.*

1183. χαλκόνωτον ἰτέαν] Quod ἰτέα pro hasta poni diximus ad Supplic. v. 705. id recte diximus; quod vero tum pro clypeo quoque poni negavimus, et in hac opinione deceptos Brodæum et Canterum ferebamus, id indictum volo. Eustathius enim Hom. fol. 1239. lin. 60. ὅτι δὲ ἰτέαι, καὶ εἶδός τι ἀσπίδος καλοῦνται, testatur; et hic locus, si nullus alius, (raro enim ita ponitur) aperte de Hectoris clypeo loquitur. Ἴτυς autem, ut ibidem diximus, sæpissime pro clypeo sumitur, cum proprie ambitus alicujus rotundi corporis exponatur. Occurrit vero paulo infra, videl. v. 1187. *Barnes.*

Legitur ταφήσῃ. *Seidl.*

1186. σὸς] Legendum cum Reiskio σοὶ. Male Canterus σῶς. *Musg.*

σὸς] Canterus σῶς, cui Duportus assentit; id vero ego nequaquam possum. Hecuba enim, προσωποποιοῦσα Hectoris βραχίονα, agnoscit illius impressam quandam imaginem sub annulo clypei: id enim πόρπαξ significat, Eustathio teste: πόρπαξ, τὸ καὶ ὄχανον, ὅ ἐστι τὸ ἐντὸς τῆς ἀσπίδος πρόσθημα, δι' οὗ τὴν χεῖρα διεῖρον. *Barnes.*

σοὶ etiam Heath. qui monet, τύπον esse *notam*, vel *vestigium*, quod *impressum* ex longo usu Hectoris brachium in manubrio reliquerat. *Beck.*

Nudum τύπος vix ferri potest. Nec Barnesio facile credas, βραχίονα hic compellari. Levi mutatione locum sanasse mihi videor. Scripsi enim paulo post v. 1289. ἔσταζες, Ἕκτορ, pro ἔσταζεν Ἕκτωρ. Σὸς τύπος, ut recte Heathius explicat, est *nota* vel *vestigium impressum manus tuæ.* *Seidl.*

1187. Ἴτυός τ' ἐν εὐτόρνοισι, etc.] Ἴτυς pro clypeo vid. ad v. 1183. εὐτόρνοισι) Vid. supra v. 1146. Præterea est Ἴτυς proprium nomen Philomelæ filii, ut Aristoph. Aves: Τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν. *Barnes.*

Leg. ἱδρῶς pro ἱδρῶος, et hoc pro ἱδρῶ

Φέρετε, κομίζετ' ἀθλίῳ κόσμον νεκρῷ
Ἐκ τῶν παρόντων· οὐ γὰρ ἐς κάλλος τύχας
Δαίμων δίδωσιν· ὧν δ' ἔχω, λήψει τάδε.
Θνητῶν δὲ μῶρος ὅστις εὖ πράσσειν δοκῶν
Βέβαια, χαίρει· τοῖς τρόποις γὰρ αἱ τύχαι,
Ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος, ἄλλοτ' ἄλλοσε
Πηδῶσι, κοὐδεὶς αὐτὸς εὐτυχεῖ ποτε.
ΧΟ. Καὶ μὴν πρὸ χειρῶν αἵδε σοι σκυλευμάτων
Φρυγίων φέρουσι κόσμον ἐξάπτειν νεκρῷ.

Ferte, portate misero cadaveri ornatum
Pro præsentium *rerum* statu: non enim ad cultum sumptuosum fortunam
Dat Deus: ex iis vero quæ habeo, hæc accipe.
Stultus autem est inter homines, qui, putans se esse beatum,
Firmiter indulget gaudio. Variationibus enim Fortuna
Furens veluti homo, huc et illuc
Saltat; nec ullus semper idem est felix.
Cho. Atqui præ manibus istæ tibi ex spoliis
Phrygum adferunt ornatum, ut appendas cadaveri.

τος. *typus sudoris* sunt ejus vestigia, reliquiæ. *Reisk.*

1189. Ἔσταζες, Ἕκτορ,] Legitur ἔσταζεν Ἕκτωρ. Vid nota ad v. 1186. *Seidl.*

1192. λήψει] Vulgo λήψῃ. *Seidl.*

1194. Βέβαια, χαίρει·]. Leg. Ἀβέβαια. *Por.*

Sequor MS. Harl. versum Βέβαια — alteri præficientem. In vulgatis ordine contrario leguntur, quod vitiosum esse viderunt Reiskius et Tyrwhittus. Quanquam ne sic quidem recte se habent omnia. Legendum enim:

— ταῖς τροπαῖς γὰρ αἱ τύχαι
ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος —

Plutarchus: *αἱ ἀπὸ τῆς τύχης τροπαί.* Op. Mor. p. 1081. Ed. H. Steph. *Musg.*

1194. s. Ita ordinat hos versus MS. Harl. ut ordinandos viderant Reiskius et Tyrwhittus. Inverso ordine leguntur apud Aldum. "Dicturus poëta, sortem ingenio tali esse, quali hominem insanientem, mutat statim orationem et dicit, sortem ingenio, quali hominem insanientem, huc illuc ferri." *Hermann.*

Nulla similitudo est inter ἄνθρωπον ἔμπληκτον ἄλλοτ' ἄλλοσε, et eum, qui βέβαια χαίρει. Igitur pro ὡς legendum ὢν, distinctione post ἄλλοσε posita. Ita sensus: *Cum sit homo mutabilis huc et illuc* — conf. Soph. Ajac. 1375. *Heath.*

Sic collocandi versus: Θνητῶν δὲ — βέβαια χαίρει — ἔμπληκτος — πηδῶσι. *Reisk.*

Non opus emendatione Grotii ταῖς τροπαῖς. Vulgatum reddi potest: *ex indole vel moribus suis. Heath.*

1196. ὡὐτὸς Heath. cum Valck. ad Phœn. 927.

αὐτὸς] Ita Aldus. Valckenarius ad Phœniss. 927. corrigit ὡὐτὸς, quod Heathius probat. Æmilius Portus idem fere voluit, explicans; ἐν τῷ αὐτῷ μένων. *Idem,* i. e. *ita ut in eodem rerum statu semper maneat, nec ullam mutationem experiatur.* Sed vel ὡὐτὸς h. l. non satis aptum videtur, quare Aldi lectionem retinui. Αὐτὸς hic valet *αὐτόματος, solus per se, suo Marte.* Sententiæ ita cohærent: stultus est, qui secunda fortuna utens securus lætitiæ se tradit. Fortuna enim mutabilis est, (huic vero homines subjecti sunt) nec quisquam *per se ipse, sua opera* felix est. Cf. Hermanni Dissertat. de pronomine αὐτὸς in Actis Semin. Phil. Lips. p. 47. *Seidl.*

1197. *πρὸ χειρῶν, in manibus.* vid. Rhes. v. 270. Male Barnesius post χειρῶν interpungit. *Musg.*

Καὶ μὴν πρὸ χειρῶν] Josephus Scaliger legit, unico verbo, προχειρίων, quod in tex-

ἙΚ. Ὦ τέκνον, οὐχ ἵπποισι νικήσαντά σε,
Οὐδ' ἥλικας τόξοισιν; οὓς Φρύγες νόμους
Τιμῶσιν, οὐκ ἐς πλησμονὰς θηρώμενοι,
Μήτηρ πατρός σοι προστίθησ' ἀγάλματα
Τῶν σῶν ποτ' ὄντων, νῦν δέ σ' ἡ θεοστυγὴς
Ἀφείλεθ' Ἑλένη· πρὸς δὲ καὶ ψυχὴν σέθεν
Ἔκτεινε, καὶ πάντ' οἶκον ἐξαπώλεσεν.
ΧΟ. Ἒ, ἔ· φρενῶν ἔθιγες, ἔθιγες, ὦ

Hec. O Fili, non equis vincentem Te,
Neque æquales arcu, quem Phryges morem
Colunt, non ad satietatem sectantes,
Mater patris *in te*, accumulat ornamenta,
Ex tuis quondam facultatibus: nunc autem te diis invisa
Privavit iis Helena: præterea vero etiam tuam animam
Interfecit, et universum domum perdidit.
Cho. Heu, heu! tetigisti, tetigisti præcordia,

tum admittendum ducerem, nisi punctum post χειρῶν ponentes, alias æque commodum sensum possemus elicere. *Barnes.*

Heath. cum Scal. legit προχείρων, distinctione, quam Barn. ponit, sublata. *Beck.*

Non necesse est, ut cum Scaligero et Heathio legatur προχείρων. *Seidl.*

1199. νικήσαντά σε,] Accusativus pendens; de quo vide Cl. Forsterum in Indice ad Platonem. Confer Hom. Odyss. λ'. v. 275, 6. *Musg.*

Ὦ τέκνον, &c.] Ex hoc threno curiosus lector videbit specimen antiquæ næniæ, sive deplorationis mortuorum. De qua re videsis Joh. Kirchmann. de Funerib. Romanor. Lib. II. c. 6. Οὐχ ἵπποισι νικήσαντά σε, οὐδ' ἥλικας τόξοισιν, οὓς Φρύγες νόμους τιμῶσιν] Hic lubet observare, quod Persarum, ut et Medorum et Phrygum, mores magnam quandam inter se convenientiam habeant; quare, ut nos supra ad v. 1014. de adoratione Persarum, quæ et Phrygibus erat communis; ita hic notare debemus, quod, quos duos mores Phrygibus poëta assignat, iisdem Persæ insignes sint habiti, nempe ἵπποις et τόξοις præ aliis excellere. Ut graphice nos depinximus in Esthera nostra, et quidem illorum artem equestrem attigimus ad v. 20. Περσῶν δ' ἱππομάχων βασιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης. Præcipue autem a v. 39. ad v. 61. Item jaculandi peritiam, v. 29. Περσέων τε κρατερῶν καὶ Μήδων ἀγλαοτόξων. Unde, quod etiam observo in præfatione istius libri ad finem, Propertius Lib. II. Eleg. 11. Non tot Achæmeniis armantur Susa sagittis; Spicula quot nostro pectore fixit Amor. *Barnes.*

1201. θηρώμενοι,] Male Scaliger θηρώμενον. *Musg.*

οὐκ εἰς πλησμονὰς θηρώμενον,] Ita Scaliger pro θηρώμενοι. In his enim juvenes principes se fere exercere solebant, in hastiludiis equestribus, in jaculando et venationibus, quæ Cyro tantopere placuerunt, ut Xenophon in Κυροπαιδείᾳ testatur. Sin ultima syllaba per οι scribatur, legendum admonerem Θεωρούμενοι. Quanquam ista lectio nec æque commoda est, et syntaxi, quæ adhuc aliquanto impeditior videtur, magis incommoda. Hæc autem est verborum dispositio: Ὦ τέκνον, οὐδὲ γὰρ ἵπποις σε νικήσαντα τοὺς ἥλικας, οὐδὲ τόξοις, οὐδὲ θηρῶντα, ἐγὼ ἡ Πατρὸς σοῦ μήτηρ πρὸς (ἤγουν σὲ) τίθημι ἀγάλματα. De mutata, aut impedita, syntaxi, vid. Iph. Taur. v. 696. *Barnes.*

Reisk. ὁρμώμενοι. Sed idem censet, vet. lectionem θηρώμενοι posse veram esse, si ita explicetur: *quas leges et mores observant Trojani, venatione utentes, non culinæ curandæ caussa.* *Beck.*

θηρώμενοι.] Scaliger emendat θηρώμενον, Heathius θ' ὁρώμενον. Sed utrumque esse

Μέγας ἐμοί ποτ' ὢν ἀνάκτωρ πόλεως.
ΕΚ. Ἃ δ' ἐν γάμοις ἐχρῆν σε προσθέσθαι χροΐ,
Ἀσιατίδων γήμαντα τὴν ὑπερτάτην,
Φρύγια πέπλων ἀγάλματ' ἐξάπτω χροός.
Σύ τ', ὦ ποτ' οὖσα καλλίνικε μυρίων
Μῆτερ τροπαίων, Ἕκτορος φίλον σάκος,
Στεφανοῦ· θανεῖ γὰρ οὐ θανοῦσα σὺν νεκρῷ·
Ἐπεὶ σὲ πολλῷ μᾶλλον, ἢ τὰ τοῦ σοφοῦ

O magnus olim mihi existens civitatis rector.
Hec. Quæ vero oportuit te induere corpori in nuptiis,
Ducentem nobilissimam Asiaticarum,
Hæc ornamenta vestium *tuo* corpori appendo.
Tu vero, quæ quondam fuisti victoriosa plurimorum
Mater trophæorum, Hectoris charum scutum,
Coronator: morieris enim, non mortua, cum *hoc* cadavere.
Quia te multo magis, quam astuti

deberet participium aoristi. Librorum lectionem vix aliter defendi posse puto, quam ut dicas, notari a poëta nimium venandi studium Atheniensium. Sed fortasse scripsit Euripides θοινώμενοι hoc sensu: Phryges bellicis ludis operam dant, non immodicis epulis, ut aliæ gentes. *Seidl.*

Non satisfacit emendatio Scal.; præcedere enim debebat οὐδ', et inauditum est, eos ornamentis donari solitos, qui se venatu ad satietatem usque exercuerant. Sed nec vulgata lectio proba; nam θηρᾶσθαι εἴς τι pro θ. τι non Græcum. Legendum οὐκ εἰς πλησμονὰς θ' ὁρώμενον, *non ad satietatem visum atque cognitum*, h. e. quod magnum desiderium reliquit.

Heath.

1207. ἐμοί ποτ' ὢν] Ἐν τῇ προσδοκίᾳ Ἐσόμενόν σε ἄνακτα μέγαν ὑπενόουν.

Barnes.

Hunc versum Heath. dividit in duo:

Ὦ μέγας ἐμοί ποτ' ὢν iambicus dimeter brachycatalectus.
Ἀνάκτωρ πόλεως dochmaicus.

Beck.

1211. Σύ τ', ὦ ποτ' οὖσα, &c.] Dormitabat, ut puto, Joh. Brodæus, quando ad hunc locum notabat: Semet alloquitur Hecuba; sicut et supra ad v. 1207. Ὦ μέγας notabat ὦ Ἕκτωρ, quum ad ὦ μέγας, ὦ Ἀστυάναξ esset subaudiendum, hic vero Hecuba alloquitur scutum Hectoris, Ἕκτορος φίλον σάκος, καλλίνικον μυρίων μητέρα τροπαίων. Sic v. 1213. θανῇ γὰρ, quod ille exponit de Hecuba: Vel eo, inquit, nomine, quod adhuc vivas: dicitur de Clypeo: Θανῇ γὰρ, οὐ θανοῦσα, σὺν νεκρῷ, moriere enim, hoc est sepelieris, licet non mortua, quia nunquam vixisti, una cum mortuo nepote. Τὸ θανοῦσα autem non ad σάκος, sed ad μῆτερ, est referendum. Hoc in loco Latinæ versioni medicas manus ut afferremus, necesse erat.

Barnes.

1211. s. ὦ ποτ' οὖσα καλλίνικε—Μῆτερ] Aliquid similitudinis hunc locum habere putat Hermannus cum Theocriti XVII. 66. ὄλβιε κῶρε γένοιο. vid. ejus Observatt. ad Bucol. Schæferianæ Sophoclis editioni præmissas p. X. Theocriti loco similius est fragmentum Callimachi 213. Bentl.

ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου.

quod cum illo confert Schæferus ad Apollon. Rhod. Schol. II. v. 866. Nostro enim loco non pariter atque in his locis vocativus pro nominativo est. *Seidl.*

1213. Στεφανοῦ] Σὺ οὖν, ὦ Ἕκτορος σάκος, ὦ καλλίνικε μῆτερ τροπαίων, στεφανοῦ, καὶ ἀγαλλιῶ, καὶ χαῖρε· ἰσότυμβος γὰρ ἔσῃ τῷ Ἕκτορος παιδὶ, καὶ θανῇ, ἤγουν συνταφήσῃ αὐτῷ. ἀληθῶς γὰρ οὐκ ἔθανες, ἡ καὶ

Κακοῦ τ' Ὀδυσσέως ἄξιον τιμᾶν ὅπλα.
ΧΟ. Αἶ αἶ αἶ αἶ.
Πικρὸν ὄδυρμα γαῖά σ', ὦ
Τέκνον, δέξεται. στέναξον, μᾶτερ —
ἙΚ. Αἶ αἶ αἶ αἶ.
ΧΟ. Νεκρῶν ἴακχον.
ἙΚ. Ὦ μοί μοι.
ΧΟ. Οἴμοι δῆτα σῶν ἀλάστων κακῶν.

Improbique Ulyssis, æquum *est*, honorare arma.
Cho. Heu, heu! æ, æ!
O fili, quam tristi lamentatione terra
Excipiet te: lamentare, O mater.
Hec. Heu, heu! æ, æ!
Cho. Mortuorum lamentationem.
Hec. Heu mihi, mihi.
Cho. Heu igitur *ob* tua intolerabilia mala.

1216. *αἶ αἶ* bis S. 1217. *πικρόν γ' ὄδ.* S. 1218. *στέναζε, μῆτερ* M. *στέναζ', ὦ μ.* S. 1219. *ἴαχον* M. *ἰώ μοί μοι* M.

οὐδέποτ' ἔζως· ἀναίσθητος γὰρ αἰὲν ἐγίνου. *Barnes.*

Vulgo *θανῇ*. Mox notatu dignus est aoristus *οὐ θανοῦσα* pro *οὐ θνήσκουσα* sive potius *οὐ θνητὸς οὖσα*. Nisi forte, commate cum Aldo deleto, *οὐ θανοῦσα* jungendum cum *σὺν νεκρῷ*, sc. *Ἕκτορι*. *Seidl.*

1214. *Ἐπεί σε πολλῷ μᾶλλον*, &c.] *Τοιαύτην ἐγώ σοι τιμὴν, ὦ φιλτάτη τῶν Ἀσπίδων, ἀφθόνως ἤνεγκον, ὅπλον γὰρ πέφυκας τοῦ φιλαληθοῦς καὶ εὐγενεστάτου ἀνθρώπων, Ἕκτορος· τοιγαροῦν πολλῷ μᾶλλον ἐμοὶ τιμητέος φαίνῃ, ἢ τὰ ὅπλα τοῦ σοφοῦ καὶ κακοῦ, τοῦ ἀπατεῶνος καὶ κακούργου, Ὀδυσσέως.* *Barnes.*

1216. ΧΟ. Αἶ, *αἶ*. ἙΚ. *Πικρόν γ' ὄδυρμα.* *στρ.*
γαῖά σ', ἰὼ τέκνον, δέξεται.
ΧΟ. *στέναζ', ὦ μᾶτερ —*
ἙΚ. *αἶ, αἶ.* ΧΟ. *νεκρῶν ἴακχον.* *ἀντ.*
ὦ μοί μοι· οἴμοι δῆτα σῶν.

Hunc locum antistrophicum esse, significavi de Verss. Dochm. p. 377. seq. Vulgo primi tres versus usque ad *μᾶτερ* choro tribuuntur. Sed videntur hic, ut paulo post a v. 1225. personæ inverso ordine sibi respondere. Hanc rationem secutus personarum vices paululum immutavi. De fine antistrophæ deinde.

αἶ αἶ.] Libri quater *αἶ αἶ αἶ αἶ*, quæ lectio si retinebitur, *αἶ* totidem in antistropha reponendum est. Statim post *πικρὸν* addidi *γ'* metri causa. *Seidl.*

1217. *Πικρὸν ὄδυρμα*] Accusativus pendens, atque ejus quidem generis, quod illustravimus ad Helen. v. 76. *Musg.*

Legitur *ὦ τέκνον* et versu sequente *στέναζε μῆτερ*. *Seidl.*

1220. *ἴακχον.*] Libri *ἴαχον*. Vid. supra ad 338. *Seidl.*

1221. s. *Ὦι μοι μοι· οἴμοι δῆτα σῶν*] Pro *ὤ μοί μοι* legitur *ἰώ μοί μοι*. Versus constat ex dochmio et cretico. Itaque legi etiam possit

ἰώ μοι· οἴμοι δῆτα σῶν.

Ceterum libri exclamationem initialem *ἰώ μοί μοι* Hecubæ adscribunt. Vid. ad v. 1216. Ultima verba *ἀλάστων κακῶν* Hecubam habuisse conjicias ex stropha. Et sane similes sunt loci supra v. 581.

ʽΕΚ. Τελαμῶσιν ἕλκη τὰ μὲν ἐγώ σ' ἰάσομαι,
Τλήμων ἰατρὸς ὄνομ' ἔχουσα, τἄργα δ' οὔ·
Τὰ δ' ἐν νεκροῖσι φροντιεῖ πατήρ σέθεν.
ΧΟ. Ἄρασσ' ἄρασσε χειρὶ κρᾶ-
τα πιτύλους διδοῦσα χειρός, ἰώ μοι. [μοι]
ʽΕΚ. Ὦ φίλταται γυναῖκες.
ΧΟ. Ἑκάβη, σάφ' ἔνεπε, τίνα θροεῖς αὐδάν;
ʽΕΚ. Οὐκ ἦν ἄρ' ἐν θεοῖσι, πλὴν οἱ 'μοὶ πόνοι,

Hec. Ego quidem hæc tua vulnera fasciolis ligans curabo,
Infelix, medici nomen habens, artem vero, minime:
Cætera autem apud mortuos curabit pater tuus.
Cho. Tunde, tunde manu caput,
Planctum edens manu! hei mihi, mihi!
Hec. O charissimæ mulieres!
Cho. Hecuba, clare eloquere, quam vocem edis?
Hec. Non erat igitur apud deos aliud nisi mea infortunia,

1223. *φροντίσει.* 1224. *χειρὶ* om. S. 1227. *σὰς ἔννεπε* M. 1229. *οὐ'μοί.*

ʽΕΚ. *αἶ αἶ* — ΑΝ. *τῶνδ' ἀλγέων.*

et paulo post v. 587.

ʽΕΚ. *φεῦ δῆτ' ἐμῶν* — ΑΝ. *κακῶν* —.
ʽΕΚ. *οἰκτρὰ τύχα* — ΑΝ. *πόλεος.*

et quæ sequuntur. Nolui tamen hic a libris recedere, quum ista verba sint in strophæ fine. Vid. notam ad v. 696. *Seidl.*

1223. *Τελαμῶσιν ἕλκη τὰ μὲν ἐγώ σ' ἰάσομαι,*] Mos erat veteribus, mortuorum corpora decenter ad funus componere, et vulnera, si qua erant, lavare et fasciis ligare, etiam adhibitis medicamentis; adeo ut post effossis corporibus aliquando cicatrices obductæ fuerint. Dolet autem Hecuba, quod, quum hoc *εὐπρεπείας* et amoris causa lacerato cadaveri medicorum more faciat, non tamen illorum successum sperare, vel exspectare potest. quis *ἀπὸ τοῦ νεκρὸν ἰατρεύειν* successus? *Barnes.*

1225. Etiam hæc antistrophica esse facile videt, qui monitus sit. *Seidl.*

Ejeci *χειρὶ*, quod post *ἄρασσε* libri inserunt, non magis ob metrum quam ob proximum *χειρός*. Simplex illa explicatio esse videtur verborum *πιτύλους διδοῦσα χειρός*, quæ postrema verba vulgo Choro continuantur. Vid. ad v. 1216. *Seidl.*

1226. Invenuste recurrit *χειρὸς* post *χειρί*. Legendum forte:

— *πιτύλους*
διδοῦσ' ἀχαρεῖς.

Hesychius: *ἀχαρὲς, λυπηρόν.* *Musg.*

1228. *σὰς ἔννεπε,*] Nullum hic sensum habet *σάς*. Legendum *σάφ' ἔννεπε, clare dic.* Sic *σάφα εἴπει*, Odyss. β'. v. 31. *σάφα εἴπω*, ibid. v. 43. *Musg.*

Pro *σάφ'* legitur *σάν*. Statim post pro *ἔννεπε* scripsi *ἔνεπε*, metri causa. Conf. de Verss. Dochm. p. 142. Hac occasione moneo, jam certo mihi persuasum esse de explicatione illa proceleusmatici ante dochmios, quam dubitanter protuli de Verss. Dochm. p. 156. Vel unus Æschyli locus eam tuebitur Pers. 266.

ὀτοτοτοῖ, μάταν
τὰ πολλὰ — βέλεα παμμιγῆ.

antistropha:

ὀτοτοτοῖ φίλων
ἁλίδονα — σώματα πολυβαφῆ.

Seidl.

Τροία τε πόλεων ἔκκριτον μισουμένη,
Μάτην δ' ἐβουθυτοῦμεν. εἰ δὲ μὴ θεὸς
Ἔστρεψ' ἄνωθεν περιβαλὼν κάτω χθονὸς,
Ἀφανεῖς ἂν ὄντες οὐκ ἂν ὑμνηθεῖμεν ἂν
Μούσαις, ἀοιδὰς δόντες ὑστέροις βροτῶν.
Χωρεῖτε, θάπτετ' ἀθλίῳ τύμβῳ νεκρόν·

Et Troja præ omnibus urbibus invisa erat.
Frustra igitur sacrificavimus. Si vero Deus non
Evertisset *nos* superne dejiciens infra terram,
Obscuri agentes non celebrati essemus
A Musis, dantes carmina posteris mortalium.
Discedite, miserum cadaver tumulo sepelite:

1233. ὑμνήθημεν.

1229. πλὴν οὑμοὶ πόνοι,] Lego: πλὴν θυμοὶ μόνοι, *nisi iræ tantum.* θυμοὶ plurali, ut Soph. Ajac. 729. *Musg.*

Reisk. emendat πλὴν ἤ μοι πόνοι Τροίᾳ τε in dat. et μισουμένη. nihil igitur erat aliud pro me et pro Troja pariter, insigniter exosa, quam ærumnæ apud deos, vel a diis, puta reservatæ, aut exspectandæ. *Beck.*

Neque in hoc neque in sequenti versu mutatione est opus. Sensus est: Nihil igitur actum est in consilio deorum, quam ut me infelicem redderent, et Trojam ante alias urbes odissent. *Seidl.*

Οὐκ ἦν ἄρ' ἐν θεοῖσι ΠΛΗΝ 'ΟΥ'ΜΟΙ πόνοι
Τροίᾳ τε πόλεων ἔκκριτον μισουμένη.
μάτην δ' ἐβουθυτοῦμεν, εἰ δὲ μὴ θεὸς
ἔστρεψ' ἄνωθεν περιβαλὼν κάτω χθονὸς
Ἀφανεῖς ἂν ὄντες, οὐκ ἂν ὑμνήθημεν ἂν
Μούσαις, ἀοιδὰς δόντες ὑστέροις βροτῶν.

Varie tentarunt Critici versum. 1229. quem inepte vertit Barnesius: *Non est igitur apud Deos aliud nisi meæ miseriæ.* Suspicor Euripidem scripsisse:

Οὐκ ἦν ἄρ' ἐν θεοῖσι ΠΛΗΣΜΟΝΗ πόνων.

Non igitur satiari poterant Dii, quin alia aliis superadderent mala. Versus 1232. in antiquis editionibus sic legitur:

ἔστρεψ' ἄνω περιβαλὼν κάτω χθονός.

unde suspicio mihi orta est, legendum esse:

ἔστρεψε τἄνω περιβολῶν κάτω χθονός:

h. ἔστρεψε τὰ ἄνω τῶν περιβολῶν χθονὸς κάτω. *Funditus muros evertit urbis.* Verborum transpositio paulo inusitatior errorem facile procreare potuit. στρέφειν τὰ ἄνω κάτω dicitur ut Bacch. 345. ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας.—περιβολαὶ χθονὸς autem recte emendavimus, ut apparet ex Phœniss. 1094.

Τί δ'; ἑπτάπυργοι πῶς ἔχουσι περιβολαί;

Jacobs.

1231. εἰ δὲ μὴ] Ita MS. Steph. Ed. Ald. εἰ δ' ἡμᾶς. *Musg.*

Μάτην δ' ἐβουθυτοῦμεν.] Τοὺς βόας ἐτεθύκαμεν. Huc pertinet illud Psal. lxxiii. v. 13. Καὶ εἶπα· ἄρα ματαίως ἐδικαίωσα τὴν καρδίαν μου, καὶ ἐνιψάμην ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου. *Barnes.*

εἰ δὲ μή] Aldus εἰ δ' ἡμᾶς. Henricus Stephanus: "Magnus latet in hoc versu error, (ab explicatoribus tamen non deprehensus) quum eam quam habemus lectionem sequendo, neget Hecuba quod affirmare debet, ut consentanea loquatur. Affirmabit autem id, si legas εἰ δὲ μὴ θεός, &c. et ἄνωθεν, ut in vet." Hæc recte, opinor, ita accipiuntur, ut utramque lectionem, et εἰ δὲ μὴ et ἄνωθεν, Stephanus ex Codice depromsisse putetur. Namque in illis quidem animadversionibus Henr. Stephanus liberius a libris discedere non solet. *Seidl.*

1232. Lego et distinguo:

ἔστρεψ' ἄνωθεν περιβαλὼν, κάτω χθονὸς

Ἔχει γὰρ, οἷα δεῖ γε, νερτέρων στέφη.
Δοκῶ δὲ τοῖς θανοῦσι διαφέρειν βραχὺ,
Εἰ πλουσίων τις τεύξεται κτερισμάτων.
Κενὸν δὲ γαύρωμ' ἐστὶ τῶν ζώντων τόδε.
ΧΟ. Ἰὼ, ἰώ·
Μελέα μάτηρ, ἣ τὰς μεγάλας

Habet enim, quemadmodum convenit, mortuorum honores
Existimo autem non multum interesse mortuorum,
Si quis sortiatur locupletes inferias:
Hoc enim tantum est inanis pompa viventium.
Cho. Io, io!
Misera mater, quæ magnas

1241. μάτηρ γ' M.

ἀφανεῖς ἄγοντες, οὐκ ἀνυμνήθημεν ἂν
Μούσαις, ἀοιδὰς δόντες —

ἄνωθεν suppeditavit MS. Steph. Ed. Ald. et MS. Harl. ἄνω. *Musg.*

Reisk. mavult ἔστρεψε τἄνω, i. e. τὰ ἄνω. *Beck.*

Participium περιβαλὼν si interpreteris *vertens*, *convertens*, rarior hæc est verbi significatio. Hesychius tamen: περιβάλλειν, στρέφειν. Possit tamen etiam verti *tegens*, *contegens*, scil. χθονὶ, quod lateat in κάτω χθονός. *Seidl.*

1233. ὄντες] Pro οὖσαι. Vid. Alcest. v. 393. *Barnes.*

Post hunc versum male quidam cum Aldo interpungunt. *Seidl.*

1235. ἀθλίῳ τύμβῳ νεκρόν·] Ita MS. Harl. ut emendaverat Piersonus. Ed. Ald. τύμβον νεκρῷ. *Musg.*

θάπτετ' ἀθλίῳ τύμβον νεκρῷ·] Si vera sit lectio, est enallage casus, pro θάπτετ' ἄθλιον τύμβῳ νεκρόν. *Barnes.*

Piers. Ver. p. 120. emendaverat ita auctoritate Trag. Christ. Pat. 1455. s. ubi ita legitur. *Beck.*

Ex v. 1176. ἄθλιον θάπτω νεκρὸν, et paulo post v. 1190. ἀθλίῳ κόσμον νεκρῷ, coll. Orest. v. 83. et Hippol. 786. legendum conjicias ἄθλιον τύμβῳ νεκρόν. Sed in Electræ quoque v. 519. legimus ἄθλιον τύμβον πατρός. Et nostro loco ἄθλιος τύμβος videtur opponi πλουσίοις κτερίσμασιν, v. 1238.

1237. Δοκῶ δὲ τοῖς θανοῦσι διαφέρειν βραχὺ,] Hecuba, paupertatis suæ conscia, quod pro more pretiosis vestibus cadaver nepotis ornare nequiret, hoc sibi solatium invenit, nempe nihil id mortuis prodesse, at vivis tantum esse gloriæ; cujus inanitatis regina mulier, calamitatibus docta, erat jam satura et pertæsa. Lucianus in Navigio, seu Votis, hæc donaria ἐκπρόθεσμα καὶ ἀνεπαίσθητα φιλοτιμήματα vocat. ἐκπρόθεσμος, *intempestivus*, vel *nimis serus*, qui prodesse vivis potest, mortuis non item. Unde Anacreon: Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν; Τί δὲ γῇ χέειν μάταια; Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ, Μύρισον, &c. Couleius noster hæc lusit suaviter; quos ludos omnes præ manibus habent. Item Theognis suavissime: Οὐκ ἔραμαι κλισμῷ βασιληΐῳ ἐγκατακεῖσθαι Τεθνεὼς, ἀλλά τί μοι ζῶντι γένοιτ' ἀγαθόν. Ἀσπάλαθοί γε Τάπησιν ὁμοῖον στρῶμα θανόντι· Τὸ ξύλον ἢ σκληρὸν γίγνεται, ἢ μαλακόν. At et nos etiam Græce, quæ cum nondum edita fecerim, licet huc epigrammatium attexere: Παῦροι νῦν φιλέουσι συνήγοροι ἄνδρας ἀοιδοὺς, Καὶ βίοτον παρέχουσι· φιλοφρονέει δέ νυ Φήμη Μᾶλλον ποιηταῖς καὶ κάλλιον ὤπασε δῶρον. Τῇ μὲν γὰρ ζωὴν, πότμου μετὰ πικρὰ βέλεμνα, Ληθαῖόν τ' Ἀχέροντα, λελόγχαμεν ἶσα θεοῖσιν· Ἀλλά με μήτι θανόντα βαρύνοις ἄνθεσι γαίης· Μὴ κωφὸν ξεστοῖσι λίθοις ἐπικόσμεε τύμβον· Στέργε δέ με ζώοντα, καὶ ὅττε χρεώ με πιέζοι, Καὶ ὅτε εἰδῆσαι δύναμαι χάριν, οἷον ἐώργεις. Hæc honoratissimorum dominorum, amicorum meorum, causa huc attexui, videl. Domini Eduardi Turner de Hollingbury in agro Hertfordiensi, et Domini Matthæi Dudley,

Ἐλπίδας ἐπὶ σοὶ κατέκαμψε βίου.
Μέγα δ' ὀλβισθεὶς, ὡς ἐκ πατέρων
Ἀγαθῶν ἐγένου,
Δεινῷ θανάτῳ διόλωλας.
ΈΚ. Ἔα, ἔα.
Τίνας Ἰλιάσιν ταῖσδ' ἐν κορυφαῖς
Λεύσσω φλογέας δαλοῖσι χέρας
Διερέσσοντας; μέλλει Τροίᾳ
Καινόν τι κακὸν προσέσεσθαι.
ΤΑΛ. Αὐδῶ λοχαγοῖς, οἳ τέταχθε πιμπράναι

Spes vitæ a te firmavit;
Et cum valde beatus existimareris, quod ex parentibus
Nobilibus sis procreatus,
Crudeli morte periisti.
Hec. Ehem!
Quosnam Iliacis in his verticibus
Video flammeas manus torribus
Agitantes? Trojæ
Novum aliquod malum aderit.
Tal. Edico manipulorum ductoribus, qui constituti estis ad incendendam

1242. κατέγναψε M.

de Clapton in agro Northamptoniensi, Baronettorum, et Domini Caroli Cox de Battlebridge in Southwark, generosi; nec non nobilis viri Johannis Griffin, fil. natu maximi Domini Griffin de Dingly in agro Northamptoniensi: item Domini Richardi Chandler, Domini Gulielmi Woollaston, Dominique Johannis Perne, in Artibus Magistrorum, generosorum: qui soli studiis meis favere solent, et spem mihi non levem addiderunt, de heroico poëmate nostro Franciados dicto liberaliter promovendo. *Barnes.*

1240. s. Ἰὼ, ἰὼ, et v. 1246. ἔα, ἔα, extra metrum. *Heath.*

1241. μάτηρ γ'] Ed. Ald. μᾶτέρ γ'. MS. Harl. μάτηρ sine γ'. *Musg.*

1241. s. μεγάλας Ἐλπίδας ἐπὶ σοὶ κατέγναψε βίȣ.] Καταγνάπτω, vel γνάφω, et κνάπτω et κνάφω (omnibus enim his modis scribitur) proprie significat *lanam carminatam et politam reponere;* hic figurate pro *singulariter, ut excellens quid, repono. Barnes.*

μήτηρ,] Ald. μᾶτερ γ', in qua lectione γ' additum ab aliquo videtur metri causa. *Seidl.*

1242. κατέγναψε] Radix est γνάπτω, *carmino*, verbum lanificio proprium, quod nullum hic commodum sensum habere potest. Lego igitur κατέγναμψε, *circa te deligavit spes vitæ magnificas.* γνάμπτειν vocant Græci *extremitatem funis subter cuspidem inflectendo firmare,* ne loco postea moveatur: Homerus Iliad. ω'. v. 275.

τρὶς δ' ἑκάτερθεν ἔδησαν ἐπ' ὀμφαλόν· αὐτὰρ ἔπειτα
ἑξείης κατέδησαν, ὑπὸ γλωχῖνα δ' ἔγναμψαν.

Hinc ἀναγνάμπτειν eidem Homero est *nodum solvere.* Odyss. ξ'. v. 348.

Αὐτὰρ ἐμοὶ δεσμὸν μὲν ἀνέγναμψαν θεοὶ αὐτοί. *Musg.*

Heath. vulgatum derivat a καταγνάμπτω, *detorqueo, deflecto,* locumque reddit: *Quæ magnas spes vitæ suæ in te detorsit,* vel *deflexit. Beck.*

Πριάμου τόδ' ἄστυ, μηκέτ' ἀργοῦσαν φλόγα
Ἐν χειρὶ σώζειν, ἀλλὰ πῦρ ἐνιέναι,
Ὡς ἂν, κατασκάψαντες Ἰλίου πόλιν,
Στελλώμεθ' οἴκαδ' ἄσμενοι Τροίας ἄπο.
Ὑμεῖς δ', ἵν' αὑτὸς λόγος ἔχῃ μορφὰς δύο,
Χωρεῖτε, Τρώων παῖδες, ὀρθίαν ὅταν
Σάλπιγγος ἠχὼ δῶσιν ἀρχηγοὶ στρατοῦ,
Πρὸς ναῦς Ἀχαιῶν, ὡς ἀποστέλλησθε γῆς.
Σύ τ', ὦ γεραιὰ δυστυχεστάτη γύναι,
Ἕπου. μεθήκουσίν σ' Ὀδυσσέως πάρα

Priami hanc urbem, ne amplius ociosam flammam
In manibus servetis: sed ignem injiciatis,
Ut funditus eversa Ilii urbe
Navigemus domum alacres a Troja.
Vos autem, ut idem sermo habeat duas formas,
Ite, Trojanorum proles, clarum quando
Clangorem tubæ dederint duces exercitus,
Ad naves Græcorum, ut navigetis *ex hac* terra.
Tu vero, O anus, miserrima mulier,
Sequere: veniunt *enim* ad te ab Ulysse *missi*

ἐπὶ σοί] Citat Porsonus ἐν σοι ad Hec. 298. ex conjectura, ut videtur, qua tolleret proceleusmaticum. Atque si certo constaret, non fuisse antistrophicos hos anapæstos, profecto facerem cum Porsono, eliminandumque putarem proceleusmaticum. Sed hanc ipsam versus rationem si comparaveris cum exclamationibus illis, hinc ἰὼ ἰὼ, illinc ἔα ἔα, haud improbabile videbitur, antistrophicam responsionem primitus hic a poëta esse institutam. Ita aut in antistropha versus dimidium excidisse putandum est, aut stropham totidem syllabis abundare. Hermannus pro illis ὡς ἐκ πατέρων ἀγαθῶν ἐγένου Euripidem scripsisse suspicatur ὡς ἐξ ἀγαθῶν.

κατέκαμψε] Hoc dedi ex conjectura. Vulgo κατέγναψε, quod Porsonus l. l. mutatum vult in κατέκναψε. Sed hoc etiam in Tragico displicet. Ἔγναμψαν et ἔκαμψαν confusa sunt in Hom. Il. ω'. 275. *Seidl.*

1244. ἐγένου,] Forte, ἐπ' ἐμοῦ, subint. διόλωλας. *coram me*, scil. ὀλβισθεὶς, vel tandem γεγονώς. *Reisk.*

1249. Hesych. διερέσσοντας· διασείοντας. *Beck.*

Pro Τροίᾳ male Aldus habet Τροία. *Seidl.*

1251. οἳ τέταχθε] Duportus in margine notat, vel οἷς τέταχθαι, miserando errore; nisi τέτακται forte voluerit. Τέταχθε autem pro τετάχθητε, ut ἄνωχθε pro ἀνώχθητε. Vid. Rhes. v. 984. *Barnes.*

Perperam Barn. dicit, τέταχθε poni pro τετάχθητε. at hoc non est Græcum, sed τέταχθε est a perf. pass. *Heath.*

1252. ἀργοῦσαν φλόγα] Ἀργοῦσαν ab ἀργέω, ἀεργέω, ab ἀεργὸς, ἀ et ἔργον. *Barnes.*

1256. αὑτός] Aldus ὡὑτός.

μορφάς] Nimis, si recte sentio, hæc locutio turget. Vereor, ne scripserit Euripides μοίρας, i. e. *ut idem sermo duplicem vicem sustineat.* Sic Æschyl. Choëph. 235.

ὦ τερπνὸν ὄμμα, τέσσαρας μοίρας ἔχον
ἐμοί.

quæ dicit Electra de Oreste, patris, matris, sororis et fratris vicem sustinente. De emendationis facilitate conf. Bast.

Οἴδ', ᾧ σε δούλην κλῆρος ἐκπέμπει χθονός.
ἙΚ. Οἴ 'γὼ τάλαινα. τοῦτο δὴ τὸ λοίσθιον
Καὶ τέρμα πάντων τῶν ἐμῶν ἤδη κακῶν·
Ἔξειμι πατρίδος, πόλις ὑφάπτεται πυρί.
Ἀλλ', ὦ γεραιὲ ποῦς, ἐπίσπευσον μόλις,
Ὡς ἀσπάσωμαι τὴν ταλαίπωρον πόλιν.
Ὦ μεγάλα δή ποτ' ἀμπνέουσ' ἐν βαρβάροις
Τροία, τὸ κλεινὸν ὄνομ' ἀφαιρήσει τάχα.
Πιμπρᾶσί σ', ἡμᾶς δ' ἐξάγουσ' ἤδη χθονὸς

Isti, cui te servam sors emittet ex patria.
Hec. Me miseram! hoc igitur postremum,
Et finis omnium meorum malorum jam *est.*
Egredior ex patria; civitas igne succenditur.
Sed, O senilis pes accelera, quamvis ægre,
Ut salutem miseram urbem:
O magnum aliquando spirans inter barbaros
Troja, inclytum tuum nomen mox amittes.
Incenderis tu, et nos educunt jam extra patriam

1262. ἐκπ. πάτρας M. 1270. πιμπρᾷ σὺ, 'χ ἡμᾶς M.

ad Gregor. Corinth. p. 731. seq. et 848. *Seidl.*

1258. Pro ἠχὼ Pierson. ad Moer. p. 175. s. mavult ἠχὴν, quod ita semper scribatur apud Tragicos, Phœn. 1164. 1393. Rhes. 286. Bacch. 1075. *Beck.*

ἠχώ] Piersonus scribendum monet ἠχή, quod ita semper apud Tragicum scribatur. Non meminerat vir doctissimus locorum Hippol. 791. 1196. Suppl. 100. Conf. etiam Soph. Electr. 109. *Seidl.*

1262. πάτρας] MSS. Cott. et Flor. χθονὸς. *Musg.*

χθονός.] Aldus et editiones πάτρας. *Seidl.*

1264. τῶν ἐμῶν ἤδη] Ita lego, metro jubente. Ed. Ald. et MS. Harl. ἤδη τῶν ἐμῶν. *Musg.*

Etiam Reisk. reponendum ἤδη pro ἐστι ex ed. vet. suaserat. *Beck.*

τῶν ἐμῶν ἤδη κακῶν·] MS. Harl. Ald. et antiquæ editiones, quas vidi, omnes ἤδη τῶν ἐμῶν κακῶν. Quod ergo in Barnesiana legitur ἐστὶ τῶν ἐμῶν κακῶν, id quem auctorem habeat, equidem nescio. *Seidl.*

1266. ἐπίσπευσον μόλις,] Plene dicendum fuisset ἐπίσπευσον σπεύδων μόλις sive καίπερ μόλις. *Seidl.*

1268. ἀμπνέουσα hic idem fere est quod πνέουσα. Sic Androm. 188. οἱ — πνέοντες μεγάλα. Conjicias legendum ἐμπνέουσ', sed ἀναπνεῖν certe non semper recreationis significationem habet. Apollon. Rhod. III. 231. de Vulcano:

> καί οἱ χαλκόποδας ταύρους κάμε, χάλκεα δέ σφέων
> ἦν στόματ', ἐκ δὲ πυρὸς δεινὸν σέλας ἀμπνείεσκον.

Et in Sophoclis Ajac. 417. ἔτ' ἀμπνοὰς ἔχοντα recte Scholiastes explicat ἤγουν ζῶντα. *Seidl.*

1269. Vulgo ἀφαιρήσῃ. *Seidl.*

1270. πιμπρᾷ σὺ, χ' ἡμᾶς.] MS. Harl. πίμπρασι σ', ἡμᾶς δ'—. *Musg.*

Aldus; πιμπρᾷ σὺ, χἡμᾶς ἐξάγουσ'. Sed præstat lectio MS. Harl. πίμπρασί σ', ἡμᾶς δ' ἐξ. Accentum tantum mutavi scribens πιμπρᾶσί. *Seidl.*

1271. τι] MS. Harl. καί τι. *Musg.*

καὶ τί] Aldus et editiones καὶ omittunt. *Seidl.*

1273. δράμωμεν,] Ita Aldus. Editiones.

Δούλας· ἰὼ θεοί. καὶ τί τοὺς θεοὺς καλῶ;
Καὶ πρὶν γὰρ οὐκ ἤκουσαν ἀνακαλούμενοι.
Φέρ' ἐς πυρὰν δράμωμεν, ὡς κάλλιστά μοι
Σὺν τῇδε πατρίδι κατθανεῖν πυρουμένῃ.
ΤΑΛ. Ἐνθουσιᾷς, δύστηνε, τοῖς σαυτῆς κακοῖς·
Ἀλλ' ἄγετε, μὴ φείδεσθ'. Ὀδυσσέως δὲ χρὴ
Ἐς χεῖρα δοῦναι τήνδε καὶ πέμπειν γέρας.
ΕΚ. Ὀτοτοτοτοτοτοτοῖ.
Κρόνιε, πρύτανι Φρύγιε, γενέτα

Servas: O dii! *sed* quid deos voco?
Nam et ante non audiverunt *nos* invocati.
Age curramus in incendium; utpote honestissimum mihi
Cum hac incensa patria mori.
Tal. Insanis, misera, propter tua mala.
Quamobrem abducite *eam*, ne parcite. Ulyssis enim oportet
In manum dare, et *ei* hoc munus mittere.
Hec. Væ, heu, hei, oh, ha, hæ, ah!
O Phrygie rex, proles Saturnia

1271. deest καὶ M. 1279. ω Κρόνιε S.

aliquot antiquæ typographico errore τράμωμεν. *Seidl.*

1275. τοῖς σαυτῆς] MS. Harl. τοῖς αὐτοῖς. *Musg.*

τοῖς σαυτῆς κακοῖς·] Male MS. Harl. τοῖς αὐτοῖς κακοῖς.

Post κακοῖς Aldus ponit interrogationis notam, quod quodammodo defendi potest. *Seidl.*

1278. Hæc usque ad finem fabulæ antistrophica esse, facile vides. Sed a principio non omnia congruunt. Officit maxime illud ἀνάξια. Fortasse Euripides dedit sic:

ὀτοτοτοτοτοτοτοῖ.
ὦ Κρόνιε, πρύτανι Φρύγι', ἀνά-
ξια, γενέτα, τῆς Δαρδάνου
γονᾶς τάδ', οἷα πάσχομεν, δέδορκας;

ut vocem πάτερ ab explicatore ad γενέτα adscriptam putes. Sed minori mutatione et numeris elegantioribus legi etiam possit:

ὦ Κρόνιε, πρύτανι Φρύγιε, γενέ-
τα, πάτερ ἄναξ τῆς Δαρδάνου
γονᾶς, τάδ', οἷα πάσχομεν, δέδορκας;

In textu tamen nihil nisi ὦ ante Κρόνιε addidi, interpunctionemque mutavi. Fortasse enim in posterum meliores Codices viam monstrabunt, qua vox ἀνάξια, quæ ad sensum aptissima est, retineri possit. Aldus, quem major pars editionum sequitur, initium sic exhibet:

ὀττο το το το το ττοῖ
Κρόνιε πρύτανι, Φρύγιε γενέτα.

In antistropha idem habet ὀττο το το το ττοῖ. *Seidl.*

1279. Vox γενέτα e sede sua migrasse mihi videtur. Lego:

Κρόνιε γενέτα, Πρύτανι Φρύγιε.

Γενέτας Euripidi et Sophocli *filium* nonnunquam sonat. Vide Ion. v. 916. Œd. Tyr. v. 478. Contrario sensu exstat Orest. v. 1008. et in Archiæ Epigr. Anthol. H. Steph. p. 239. *Musg.*

Κρόνιε πρύτανι] Sic Æschylus alibi regem, quod legibus non sit obnoxius, ἄκριτον πρύτανιν vocat. Sic Prometh. v. 169. de Jove loquens: κρείαν ἔξει μακάρων Πρύτανις. Scholiast. Ὁ Θεῶν Διοικητὴς καὶ Ἄρχων, Ζεύς.

Πάτερ, ἀνάξια τῆς Δαρδάνου
Γονᾶς τάδ' οἷα πάσχομεν, δέδορκας;
ΧΟ. Δέδορκεν, ἁ δὲ μεγαλόπολις
Ἄπολις ὄλωλεν, οὐδ' ἔτ' ἔστι Τροία.
ἙΚ. Ὀτοτοτοτοτοτοτοῖ.
Λέλαμπεν Ἴλιος,
Περγάμων τε πυρὶ καταίθεται τέρεμνα
Καὶ πόλις ἄκρα τε τειχέων.
ΧΟ. Πτέρυγι δὲ καπνὸς ὥς τις, οὐ-

Pater, indigna Dardani
Sanguine vides hæc, quæ patimur?
Cho. Videt. Hæc vero magna civitas,
Non amplius civitas, periit, nec amplius est Troja.
Hec. Væ, heu, hei, oh, ah!
Splendet Ilium,
Pergamorum igne flagrant culmina,
Et civitas, et summitates murorum.
Cho. Veluti autem fumus flabello

1286. τὰ Περγ. S. τε om. M. 1287. πόλισμ' S. 1288. οὐρανία M.

Φρύγιε γενέτα] Δαρδάνου πάτερ. Vid. supra ad v. 818. et v. 821. *Barnes.*

